




coll. complete
4th 2 1113, 1114, 1115



John Carter Brown
Library
Brown University



15
ABRAHAMI ORTELI
ANTVERPIANI

SYNONYMIA
GEOGRAPHICA,


SIVE

POPULORVM, REGIONVM, INSULARVM,
Vrbium, Opidorum, Montium, Promonteriorum, Silva-
rum, Pontium, Marium, Sinuum, Lacuum, Paludum, Flu-
viorum, Fontium, &c. variæ, pro Auctorum traditionibus,
sæculorum intervallis, Gentiúmque idiomatis & migra-
tionibus, appellationes & nomina.

*Opus non tantum Geographis, sed etiam Historiæ &
poëseos studiosis vtile ac necessarium.*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXVIII.



AD DD. CHRISTOPHORVM
PLANTINVM ET ARNOLDVM MY-
LIVM, TYPOGRAPHOS ET BIBLIOPOLAS
præstantissimos, amicos suos haud vulgares, ABRAHAM I
ORTELI in suam Synonymiam Præfatio.



VM Spartam meam quam iam olim nactus eram, ut vetus habet adagium, exornandam ducerem: hoc est, ea quæ ad Geographiæ cognitionem necessaria videbantur, curare cogitabam; inceperam ex quibuslibet auctoribus, recentioribus in primis, nonnullorum locorum veteres & novas appellationes congerere. observabam enim ex horum ignoratione errores minimè tolerandos, in describendis regionibus, tabulisque, committi. non semel namque ab horum imperitis, unum eundemque locum, pluribus sub nominibus, locis longè ab invicem distantibus, collocatum delineatumque; interdum cõspiciebam. ideoque, ego, ne in eundem, ut dicitur, scopulum impingerem, huiusmodi synonymorum non parvum numerum, horis subcisivis concinnavi; non eo animo, (ingenuè loquor) ut ea in lucem, quam meo iudicio haud mereri videbatur, darem; sed ut mihi aliquando iis in tabulis quas animo conceperam designandis inservirent. Aliter tamen postea, & præter opinionem accidit. interea namque temporis dum nostrum prodiret Theatrum, eiusque tabulis aliquid tali ab argumento nõ omnino alienum, in calce addendum requirebatur, totum illud quod huius generis in variis schedulis hinc inde dispersum habebam, in unum recolligo; unaque cum Theatro spectandum in publicum emitto. Hunc meum laborem cum à nonnullis probari, nec minus laudari intellexi, paulo altiùs de eo cogitare occepi: & ad plenius id argumentum persequendum, animum adiiicio. Animadverteram enim cuiuscunque loci, non solummodò vetus & novum nomen extare, sed eundem quoque locum apud ipsos antiquos præfatosque auctores, etiam duobus, tribusve, & non rarò pluribus nominibus inditari. Itaque hanc telam, ut fertur, exordiri denuò à linea inchoo. Evoluo primùm geographos omnes, adiungo historicos, his poëtas, nec non omnis ferè generis scriptores; vetustioris notæ scilicet. At, cum ecce ex horum limitibus non discedo, quod hætenus eo in genere edidissim, displicere incipit. Videbam enim me nimium tribuisse iunioribus; multaque ex his pro antiquis & veris, in mea transtulisse, quæ nusquam apud idoneos auctores locum habebant. à qua labe non

omnino immunia sunt Lexica, & Dictionaria, ut vocant, quæ passim prostant. vocabula namque multa veteribus ignota sunt, quæ ibidem tamen pro vetustis vulgo habentur. Sicque, veluti piscator ictus, sapui, eaque vocabulorum monstra ex hoc nostro novo opere tanquam publicos Reip. litterariæ hostes, profligavimus. nihilque hic studiosis offerimus, quod non ipse apud ipsos fide dignos testes viderim, legerimque: nihilque prorsus iunioribus in citandis antiquorum vocabulis, sententiisque, tribui; deceptus iis toties; ita ut non poeniteat tantum primi operis, sed quoque pudeat. Si quid ex his recentioribus intermisceo, quod forte bis terve in hoc opere occurrer, auctorem meum illico subiungo; fidemque meam libero. In novis autem nomenclaturis, novi scriptores procul dubio consulendi erant. Ab epithetis, poetis valde frequentibus, ferè abstinui; utpote huc non pertinentibus. naturam enim locorum potius, quam nomina reddere videntur. In locorum descriptionibus si fortasse nos quispiam prolixiores voluisset, is sciat nos non historias, sed nomina promississe. & qui iis delectetur, habet hac nostra opera quo sibi satisfieri poterit. cum singulis vocabulis, continuo suos auctores, unde ea allata sunt, adiungimus. Ab ipsis certè fontibus, quam ex rivulis lacunulisque à nobis aliisve illinc deductis, multo securius huiusmodi peti debere, omnes eruditos mecum sentire existimo. Denique qui plura aut forte omnia in hoc opere vocabula desiderabunt, ij, nos Synonymiam, non Lexicon neque Onomasticon pollicitos, intelligant. Si verò hæc grata intellexero; causa erit, quam obrem ea quæ in Lexici formam digerere inchoavimus, tandem aliquando, modo Deus Opt. Max. nostris inceptis favorit, absolvemus; & cum rerum geographicarum studiosis communicabimus. Valete amici optimi, quibus hoc meo labore placere cupio. Est qui principibus placuisse viris non ultimam laudem ducit; ego primam laudem statuo viris bonis placuisse. Antwerpia, Kal. Aug. anni septuagesimi octavi supra sesquimillesimum.

AVCTO-

AVCTORES IN HAC SYNONYMIA CITATI.

A.



Bylfeda Ifmaël.
Ado Viennensis.
Adrianus Turnebus.
Aelianus.
Aelius Spartianus.
Aeneas Silvius, qui postea Pius
II. dictus.
Aegidius Schudus.
Aelius Lampridius.
Aemilius Probus.
Aeschylus, apud Plinium.
Aethicus.
Aimonius Monachus.
Albertus Crantzius.
Aldus Manutius.
Alexander Andreas.
Alexander Zardus.
Alexander Nevyllius.
Alphonfus Bonacciolus.
Alphonfus Hadrianus.
Alcimus, apud Festum.
Americus Vespuccius.
Ambrosius Leo.
Ambrosius Moralis.
Ammianus Marcellinus.
Anacreon, apud Strabonem.
Andreas Thevetus.
Andreas Baccius.
Andreas Navagierus.
Andreas Corsalius.
Andreas Pogradius.
Andreas Refendus.
Annius Viterbiensis.
Antoninus vel Antonius Augu-
stus.
L. Annæus Seneca.
Antiochus, à Strabone.
Antonius Bonfinius.
Antonius Curchinus, qui ha-
ctenus Haytonus Armenus
dictus fuit.
Antonius Galatæus.
Antonius Geufræus.
Antonius Pinetus.
Antonius Nebriffensis.
M. Antonius Sabellicus.
Antonius Sconhovius.
Apollonius Rhodius.
L. Appuleius.
Appianus Alexandrinus.
Aristitides, apud Plinium.
Aristoteles.

Arrianus Nicomediensis.
Arthemidorus, apud Strabonē.
Asarubas, apud Plinium.
Asinius, apud Strabonem.
Athenæus.
Attius, apud Plinium.
Aulus Gellius.
Augustinus Cælius Curio.
D. Ausonius.
Aurelius Cassiodorus.
Sex. Aurelius Victor.

B.

Baptista Egnatius.
Baptista Ramusius.
Bartholemæus Amantius.
Bartholemæus Marlianus.
Beda.
Beatus Rhenanus.
Ben. Arias Montanus.
Benedictus Bordonius.
Beniamin Tudelensis.
Bernardinus Saccus.
Berofus.
Biblia.
Bilibaldus Pirchaimerus.
Bion, apud Plinium.
Bocatus.
Blasius Vigenerus.
Blondus.
Bonaventura Castilioneus.
Bonaventura Vulcanius.
Brochardus Monachus.

C.

Cæsar Orlandius.
Callimachus, apud Pli-
nium.
Capriolus, apud Leandrum Al-
bertum.
Carolus Bovillus.
Carolus Clusius.
Carolus Sigonius.
Carolus Stephanus.
M. Caterinus Zenus.
M. Cato.
Christophorus Pyramius.
Christophorus Stella.
Christophorus Richerius.
Claudius Aretius.
Claudianus.
Cleobolus, apud Plinium.

Conradus à Lichtenavv.
Conradus Gesnerus.
Cornelius Scepperus.
C. Cornelius Tacitus.
C. Crispus Sallustius.
Q. Curtius.
Cyrillus.

D.

D Amianus Goësius.
Daniel Rogerius.
Demosthenes.
Demetrius, apud Strabonem.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Dion Cocceius.
Dionysius Alexandrinus.
Dionysius Halicarnassæus.
Ped. Dioscorides.
Dominicus Marius Niger.

E.

E Ginarthus.
Elias Vinetus.
Epaphroditus.
Ephorus, apud Plinium.
Epiphanius.
Erasmus Stella.
Eratosthenes, apud Strabonem.
Evagrius.
Eumenius rhetor.
Eustathius.
Eupolemus, apud Eusebium.
Eulogius martyr.
Eusebius.
Eutropius.

F.

F abius Pictor.
Felix Fidlerus.
Ferdinandus Pintianus.
Fernandus Alvaresius.
Florianus à Campo.
Fortunatus.
Franciscus Belleforestius.
Franciscus Hotomannus.
Franciscus Irenicus.
Franciscus Taraffa.
Franciscus Petrarcha.
Freculphus.
Fulvius Ursinus.

G.

G abriel Barrus.
Gabriel Symeonius.
Garçias ab Horto.

Gaspar Bruschius.
Gaspar Peucerus.
Gaspar Varrerius.
Gaudentius Merula.
Gemma Frisius.
Georgius Interianus.
Georgius Cedrenus.
Georgius Fabricius.
Georgius Pachimerius.
Georgius Rithaimerus.
Georgius Wernherus.
Georgius Gemistus Plethon.
Geographica tabula.
Gerardus Geldenhaurius.
Gerardus Mercator Rupel-
mundanus.
Gervasius, apud Gaguinum.
Gilbertus Cognatus.
Gilbertus Limburgius.
Gildas Britannus.
Gergythus, apud Festum.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Turonensis.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Canterus.
Gulielmus Stuckius.
Gulielmus Paradinus.
Gulielmus Philander.
Gulielmus Postellus.
Gulielmus Xylander.

H.

H Adrianus Iunius.
Hanno, Carthaginensis
Haytonus Armenus . melius
Antonius Curchinus, ex ma-
nuscripto exemplari.
Hecatæus, apud Strabonem.
Hector Boëthius.
Hegesippus.
Henricus Zellius.
Heliodorus.
Hermannus Cruferius.
Hermannus Nuenarius.
Hermannus Scheydel.
Heraclides.
Hermolaus Barbarus.
Herodianus.
Herodotus.
Hesychius.
D. Hieronymus.
Hieronymus Alexandrinus.
Hieronymus Girava.
Hieronymus Bellarmatus.
Hieronymus Oforius.
Hieronymus Rubæus.
A. Hirtius.
Homerus.
Honorius Augustodunensis.
Q. Horatius.

Hubertus Goltzius.
Hugo Favolius.
Hunfredus Lhuydus.

I.

Iacobus Castaldus.
Iacobus Mazocchius.
Iacobus Marchantius.
Iacobus Meyerus.
Iacobus Lessabæus.
Iacobus Nardus.
Iacobus Navarchus.
Iacobus Zieglerus.
Iacobus Spiegelius.
Iambolus, apud Diodorum Si-
culum.
Ianus Dubravius.
Inscriptiones Antiquæ.
Ioachimus Camerarius.
Ioachimus Curæus.
Ioachimus Vadianus.
Ioannes Aventinus.
Ioannes Barrius, vel ut alij, Bar-
rosus.
Ioannes Brodæus.
Ioannes Bodinus.
Ioannes Calamæus.
Ioannes Camers.
Ioannes Candidus.
Ioannes Ciropalates.
Ioannes Goræus.
Ioannes Caius.
Ioannes Episc. Gerundensis.
Ioannes Glandorpius.
Ioannes Heroldus.
Ioannes Goropius Becanus.
Ioannes Lelandus.
Ioannes Levvenclaius.
Ioannes Lucius Scoppa.
Ioannes Leo.
Ioannes Poldus Albenas.
Ioannes Maria Angiolellus.
Ioannes Prifæus.
Ioannes Sambucus.
Ioannes Stoefflerius.
Ioannes Rhellicanus.
Ioannes Surhonijs.
Ioannes Tzetzæ.
Ioannes Trithemius.
Ioannes Vasæus.
Ioannes Xiphilinus.
Iornandes.
Fl. Iosephus.
Iosias Simlerus.
Iosephus Barbarus.
Iosephus Moletius.
Iosephus Scaliger.
Isacius Tzetzæ.
Iuba Rex, apud Plinium.
Iudocus Willichius.

Iudocus Gistelanus.
Fl. Iulianus Imp. apostata.
C. Iulius Cæsar.
Iulius Capitolinus.
C. Iulius Solinus.
L. Iulius Florus.
C. Iulius Hyginus.
L. Iunius Moderatus Colu-
mella.
Iustiniani Imp. Novellæ.
Iustinus, ex Trogo Pompeio.
Iustus Lipsius.
Iun. Iuvenalis.

K.

KYriacus Anconitanus.
Kyriacus Spangeberg.

L.

Lambertus Hortensius.
Laonicus Chalcondilas.
Leander Albertus.
Lælius Caranus.
Leonardus Aretinus.
Levinus Lemnius.
Lilius Gregorius Gyraldus.
Lucianus.
M. Annæus Lucanus.
Ludovicus Carrio.
Ludovicus Vergerius.
Luithprandus.
S. Lupi historiae auctor.
T. Livius.
Lycophon.

M.

Macrobius.
Magnus Gruberus.
Mamertinus.
Manathon.
Marcellinus Comes.
Mariangelus Accursius.
Marinæus Siculus.
Marinus Barletius.
Martinus Cromerus.
Matthias Antonius Delrio.
Marrianus Capella.
Mathæus Beroaldus.
Matthias Michoviensis.
Matthias Nivius.
Melchior Guilandinus.
Messalla Corvinus.
Methrodorus, apud Plinium.
Michaël Glycas.
Michaël Ritus.
Michaël Villanovanus.
Mirsilus Lesbios.
Mnaseas Damascenus, apud Io-
sephum.

N.

Nearchus.
Nicephorus Callistus.
Nicepho-

Nicephorus Gregoras.
 Nicetas Choniates.
 Nicolaus Erythræus.
 Nicolaus Gerbelius.
 Nicolaus Nicolaius.
 Nicolaus Sophianus.
 Notitiarum liber.
 Numismata antiqua.
 O.
Olaus Magnus.
 Orontius Fineus.
 Oppianus.
 Orpheus.
 Olwaldus Molitorius.
 P. Ovidius Naso.
 P.
Panegyrici.
 Paulus Diaconus.
 Paulus Iovius.
 Paulus Orosius.
 M. Paulus Venetus.
 Pausanias.
 Petrus Antonius Beuterus.
 Petrus Bellonius.
 Petrus Apianus.
 Petrus Gyllius.
 Petrus Ioannes Olivarius.
 Petrus Laicstain.
 Petrus Perondinus.
 Petrus Pithoëus.
 Pherecydes.
 Philippus Apianus.
 Philo.
 Philippus Bergomas.
 Philippus Bugnonius.
 Philostratus.
 Philemon.
 Pindarus.
 Pius II. Pontifex.
 Pisander.
 Plato.
 Plinius uterque.
 Plutarchus Cheronæus.
 Plutarchus, de Mōtibus & Fluminibus.
 Polydorus Virgilius.
 Polyænus.

Polybius.
 Pomponius Letus.
 Pomponius Mela.
 Ponticus Virunius.
 Sex. Pompeius Festus.
 Posidonius, apud Strabonem.
 B. Platina.
 Priscianus.
 Procopius.
 Cl. Ptolemæus.
 Pyrrhus Ligorius.
 Pytheas, apud Strabonem.

R.
Raphaël Volaterranus.
 Raymundus Marlianus.
 Reynerus Reineccius.
 Regino Prumiensis.
 Robertus Cœnalis.
 Robertus Constantinus.
 Robertus Talbotus.
 Robertus Gaguinus.
 Sex. Rufus.
 Rutilius Claudius Numatianus.

S.
Scepheus, apud Plinium.
 Scholiastes in Nicandrum.
 Scholiastes Apollonij Rhodij.
 Scymnus, apud Stephanum.
 Sebastianus Munsterus.
 C. Sempronius.
 Servius Honoratus Maurus.
 Sigebertus Gemblacensis.
 C. Sidonius Apollinaris.
 Silius Italicus.
 Sigismundus ab Herberstein.
 Simocatus, apud Eustathium.
 Socrates Scholasticus.
 Sophocles.
 Sosthenes, apud Plutarchum de Fluminibus.
 Sozomenus.
 P. Stadius Papinius.
 Stephanus, de Urbibus.
 Stephanus Aquæus.
 Stephanus Broderithus.

Stephanus Taurinus.
 Strabo.
 Suidas.
 C. Suetonius Tranquillus.
 Sulpicius Severus.
T.
 M. Terentius Varro.
 Theobaldus Fagotius.
 Theocritus.
 Theodorus Adamæus.
 Theodorus Gaza.
 Theodorus Pulmannus.
 Thomas Fazellus.
 Thomas Lopezius.
 Thomas Porcaccius.
 Thucydides.
 Tilemannus Stella.
 Timosthenes, apud Strabonem.
 Trebellius Pollio.
 Tripartita historia.
 Trogus Pompeius.
 M. Tullius Cicero.
V.
Valentinus Rotmarus.
 C. Valerius Flaccus.
 Valerius Maximus.
 Fl. Vegetius.
 C. Velleius Paterculus.
 Vibius Sequester.
 P. Victor.
 Victor Gifelinus.
 P. Virgilius Maro.
 Vincentius Lupanus.
 M. Vitruvius Pollio.
 Vlpianus.
 Fl. Vopiscus.
 Witichindus.
 Winefridus.
 Wolfgangus Iustus.
 Wolfgangus Lazius.
 Wolfgangus VVissenburgius.
X.
 Xenophon.
Z.
 Zacharias Lilius.
 Zonaras.
 Zosimus.

ERRATA

ERRATA TYPOGRAPHICA

SIC EMENDABIS.

In dictione ACHERONTIA, lege

ACIS.
 AEGEA,
 AEGIVM.
 AENIANES.
 AERIA.
 ABSARVS.
 AETHVSA.
 ANTVATES.
 APOLLONIA.
 AQUILONIA.
 ASCHANAXE.
 ASSINARVS.
 BABYLON.
 BARBARIA.
 BESIDIA.
 BOSPORVS.
 BRIGANTINVM.
 CABIRA.
 CAECLVS.
 CAERPERIS.
 CAERSEVERVS.
 CALPAS.
 CALPE.
 CANOPVS.
 CAPARA.
 CARRODVNYM.
 CASSITERIDES.
 CERNE.

CVNEI.

Ibidem.

CYANAEA.

DACIA.

Ibidem.

DRINIVS.

ENNEACRVNO.

ERITHINI.

FLEVVM.

FLEXVM.

FOCVNATES.

ISTROPOLIS.

IYSTINOPOLIS

LICORMAS.

MAZAEI.

MEDIOLANIVM.

METVBARRIS.

MYNDVS.

NAXOS.

NYMPAEA.

OROPITVM.

PICTI.

PRVSA.

RHAETICA.

RIPVARI.

SAMOS.

SCORDISCI.

SICILIA.

TARBELLI.

TELO MARTIVS.

THANATOS.

THARSIS.

THERMODON.

Ibidem.

VOCESVS.

VRBEM.

ACHERONTIVS, in Appulia, Livio:

Leander: qui eum eundem

AEGAEA,

Kyriaco.

Avum fluvium

LIBYA, Creta, &

vocatur Hylia ab

Faviana Calveto

Vide NANTVATES.

Mela Magnam cognominat.

Leandro; Anglona

gentes sunt Eusebio:

& Eloro Plinij.

verè Abylfedea

unde uterque Gingiber

putat idem à

appellari, tradit Petrus Gyllius

per quadringenta &

DIOSPOLIS.

CAECIVS.

CAERPERIS.

CAERSEVERVS.

vocari scribit Thevetus.

id est mons Tarif

ut Guilandinus & Castaldus,

sed is in Baticam

atque hæc ferè

inter bonos auctores contigit

fit? Ramusius contendit eam esse

quam nunc Argin Lusitani vocant.

Cunistorgin.

Cunistoris per s, in

πλαγυτας

Strabo eòsque ad

PATZINACITAS.

Dein Drino, Drina,

Atheniensium urbis,

civitatem sic vocat:

agnosco, sed PHLEVVM,

Lazius autem

sententia, qui Vallem

est, ut Pintianus

filio, ostendit Volaterranus Geographia lib. 4. ex:

Vetusta

scribit eam suo

Liburnie,

M. Valerij

qui eam amnicarum

cognomine VETVS, in

maculis lividioribus

circa Savum,

HERBANVM

DICALIDONAS

& cura eo,

Rhatica vina,

RIPVARIENSES,

classici auctoribus sic

qui Galatos

Tricisq; dem Pindarus.

Hos Heroldus in

scribunt.

partem insinuans

significare credit.

Stukus, qui addit

scribit idem Stukus.

describit. In Lotharingia

existimo, à Tanaro.

SYNONYMA
GEOGRAPHICA,

SIVE

POPULORVM, REGIONVM, INSULARVM,
Vrbium, Opidorum, Montium, Promontoriorum, Silua-
rum, Pontium, Marium, Sinuum, Lacuum, Paludum, Flu-
uiorum, Fontium, &c. varia, pro Auctorum traditionibus,
saeculorum interuallis, Gentiumque idiomatis & migra-
tionibus, appellationes & nomina.

A.



ABANTES, vide AMAN-
TINI.

ABANTIAS, vide EV-
BOEA, & NAPITIA.

ABARES, & ABARI, vide SCYTHÆ.

ABARIS, vide AVARIS.

ABARINVS, & ABARMVS, vide PY-
LVS.

ABARNIS, vide LAMPSACVS.

ABASGI, vide IBERIA, MASSAGE-
TÆ, & SCYTHÆ.

ABATI, vide ARABES.

ABDARA, & βδρα Ptolemaeo: ABDERA,
& βδρα Straboni; Hispania Batica opidum:
Tarapha & Moletius vocant hodie Alme-
ria, Episcopus Gerundensis Vera, Clusius
autem Adra.

ABDELÆ, Scytharum populus videntur a-
pud Nic. Callistum, quos quoque EPH-
THALITAS vocat.

ABDERA, & βδρα postea à Clazomeniis,
eam in maiorem formam redigentibus,
CLAZOMENE dicta fuit; Solino scri-
ptore. Hanc interiectis deinde temporibus
MAX-MIANOPOLIM vocatam scri-
bit (nescio quo auctore) Marius Niger; qui
eam hodie Asperosa appellari ait. Sophia-
nius eam Polystylo vulgò nominari ait.
Iacobus Nardus dicit eam quoque Astrizza
dici. Thracia vrbs est & patria Democriti.

MAXIMIANOPOLIS Thracia vrbs
meminit Itinerarium quod Antonini nomi-
ne circumfertur. sed quam antea PORSV-
LIM, item alibi IMPARIM & PYR-
SVM nomen habuisse tradit. Hancq; in lo-
cum Abdera aut ab eo non longè distitam ex
distantiarum intercapedine poni mihi per-
suadeo.

ABDVA Plinio, qui ADVAS & βδρα Stra-
boni. Lombardia Transpadana fluius. Nunc
Adda dicitur; Leandro & Schudo auctorib.

ABEA, & βεα Ptolemaeo, Peloponnesi vrbs est,
ad sinum Messeniacum. Pausanias dicit o-
lim IRE appellatam. Hodie Calamata
dici, Sophianus ait.

ABELLA, vide ABELLINVM.

ABELLINATES, sunt Plinio Italiae popu-
li, qui PROTROI cognominantur. item
alij qui MARSII cognomen habent. A-
VELLINATES per V. habet Lucanus.

ABELLINVM Plinio, ABELLA, & βελλα
Ptolemaeo. opidum Hirpinorum in Aprutio.
Hodie Auellino appellari ex Blondo appa-
ret. Ego autem hoc Avellino Ptolemaei Abel-
linum, & βελλινον dicere, quod in Hirpinis
describit. Abellam enim in Campania sta-
tuit. Ambrosius Leo, qui de hac sua patria
tres libros scripsit, tradit eam à priscis Gra-
cis ABELLA, & βελλα, à venti vertigine iti-
dem hunc tractum perflante dictam. à po-
steris Latinis verò B. insertum.

A

ABENNA,

ABENNA, vide **ALYBE**.
ABICA, vide **HYLEA**.
ABII, ἄβιοι, id est, vitæ expertes; sic dicti **Homer**, quod uxoribus careant. **Strabo** eos **CTISTAS**, κτιστᾶς, id est, creatores uel conditores uocat. **Thracia** gens est.
ABILA, ἄβιλα, quæ **LYSANII**, λυσανίε, cognominatur. **Caus** **Syria** urbs est, apud **Ptolemaum**.
ABIMÆEL, vide **IMAVS**.
ABISONTES **Plinij**, & **AMBISONTII** ἄβισόντιοι **Ptolemai**, eosdē esse populos putat **Simlerus**. In **Vindelicio** aut **Norico** sunt.
ABNOBI montes **Germania**, pro locorum diversitate hodie varia sortiuntur nomina. in **Franconia** namque **Steygerwald** uocantur. Eorum pars circa **Mœnum** fluvium appellatur **Ottenwald**. & inter **Hassiam** & **Franconiam** dicuntur **Speffart**, **Birheimer** auctore. **Idem** circa **VVrtembergensem** ducatum, ubi **Danubius** oritur, **Die Baar**, **VVillichio** & **Tschudo** testibus. Sed sciendū quod hi montes qui **Ptolemao** **ABNOBÆ** uel **AVNOBI**, ἄβνοβοι, potius nominantur, **Tacito** **ARBONÆ** sunt: nonnulla exemplaria **ARNOBÆ** legunt. **A Marciano** **Capella** **AD NOVEM** dici, annotavit **Rhenanus**. Vile quoque **HERCYNIA** silva. nam hanc silvam cum illis montibus sæpius ab auctoribus confundi uidemus.
ABOCCIS **Plinij**, & **ABVNCIS**, ἄβυκκίς **Ptolemai**, eandem esse urbem existimat **Villmanovanus**. In **Aethiopia** sub **Aegypto** est.
ABOCCEDO, vide **ABYDVVS**.
ABODRITI, vide **ARBORICHÆ**.
ABONI TEICHOS, id est, mœnia, ἄβωνί τεῖχος, **Galatie** opidum **Ptolemao**. **Petrus Bellonius** scribit **Boli** hodie dici. **Lucianus** refert in suo **Pseudomante**, quendam **Alexandrum** impostorem petisse à principe **Romano**, ut commutato uocabulo **IONOPOLIS** hac ciuitas uocaretur.
ABORIGENES, **Italia** populos indigenas, unā cum **Troianis** qui sub **Aenea** in **Italiam** uenerant, uno nomine **LATINOS** appellatos, scribit **Livius** **Libro primo** in principio.
ABORRAS, ἄβόρρας **Straboni**, **CHABORRAS**, χαβόρρας **Ptolemao**; est **Mesopotamia**

mie fluvius. **ABORA** est apud **Marcellinum**, **XABO RECTORAM** uocat **nescio** quo auctore **Pomp. Latus**. **Giulap** nominari in **tabulis geographicis** uidetur.
ABRETA, vide **MYSIA**.
ABROTONVM, ἄβρότωνον **Africa** urbs ad **mare Mediterraneum**, **Straboni**. **Stephanus** ait ex **Ephoro** eandem esse cum **NEAPOLI**. **Hermolaus** tradit à **Strabone** etiam **LEPTEN** cognominari. ego hoc apud **Strabonem** me non legisse fateor.
ABSORVS apud **Melam**, **maris Illyrici** insula est. **Ptolemaus** **APSORRHVS**, ἄψορρος habet. **APSYRTIDES**, ἄψυρτίδες numero plurali uocat **Strabo**. **Nunc Osero** **Mario Nigro**. **Hermolaus** hoc loco apud **Melam**, pro **Aboro**, uidetur legisse **TICANA**, nescio quo usus exemplari, additq; à nonnullis interpretari **Trucula**.
ABSINTHVS, vide **AENVM**.
ABSYRTVS, vide **APSORRVVS**.
ABVBVS, vide **ABVS**.
ABVDIACVM, ἄβουδιᾶκον **Ptolemao**, **Bauaria** opidum in **Germania**, **Abach** **Auentino**, **Fuessen** **Pirchaimero**. **Fortè** idem cum **ABVSACO** **Antonini**.
ABVLA, ἄβυλα **Ptolemao**, **Bastitanorum** in **Hispania** opidum, **Auila** hodie, **Castella** ueteris, ut **Clusius** opinatur.
ABVNCIS, vide **ABOCCIS**.
ABVS **Ptolemao** **Asia** mons, quem **Theuetus** tradit **Caicol** à **Georgianis** dici. vide **TAVRVS**.
ABVS, ἄβος **Albionis** insule fluvius, **Ptolemao**; ad **latus Orientale**. **ABVBVS** legunt quaedā **Latina** exemplaria. **Dumber** nunc.
ABVSINA, **Antonino**, & **Libro Notitiarum**, **Germania** urbs. **Abensperg** **Auentino** est: **Bauaria** opidulum.
ABVZACVM, vide **ABVDIACVM**.
ABYDI FRETA, vide **HELLESPONTVS**.
ABYDVVS, ἄβυδύς **Ptolemao**, **Aegypti** urbs, **Mennonis** olim regia, **Elfium** fortè hodie. **Castaldus** **Abutich** uocat. **ABOCCEDO** in **Libro Notitiarum** dici, suspicatur **Simlerus**. Vide **SESTVS**.
ABYLA, vide **ALYBA**.
ABYSTRVM, ἄβυστρον **Magna** **Græcia** urbs.

- urbs, apud Ptolemaeum: quam hodie Vrsi-
morfo vocari, scribit in sua Calabria Bar-
rius.
- ACA, vide PTOLEMAIS.
- ACABENE, ἀκαβηνή, Mesopotamiae regio,
Ptolemaeo. ACHAD Hebraeis dici, ex D.
Hieronymo Ar. Montanus ait.
- ACAD, vide BABYLON.
- ACADEMIA, sic dicta fuit villa Ciceronis,
qua occurrit ab Auerno Puteolos tendenti-
bus, ut Plinius lib. 31. cap. 2. memoria pro-
didit. Eam hodie Turlero teste, i Bagni de
Tritoli vulgò vocant. Vide ECHEDE-
MIA.
- ACADRA, vide ACHATARA.
- ACAMANTIS, vide CYPRVS.
- ACANNÆ & ACCANÆ, vide DAPH-
NVS.
- ACANTHINA, ἀκανθίην, Arabici sinus in-
sula, apud Ptolemaeum. Angotina Stuckio
est, vocis forte fretus affinitate.
- ACANTHOS, ἀκανθος, Macedonia urbs
maritima, Ptolemaeo, Etisso hodie Sophia-
no. Vide DVLOPOLIS.
- ACANTIVM, vide CANTIVM.
- ACARA, vide ACERRÆ.
- ACARNANAS, vide ACHELOVS.
- ACARNANIA, ἀκαρνανία qua antea CV-
RETIS appellata fuit, teste Pausania &
Plinio, Epeiri regiuncula est. Marius Niger
scribit hodie Despotato vulgò dici.
- ACCARON, civitas Philisthinorum iuxta
AZOTUM: IAMNETORVM Portum
ιαμνετων Ptolemaei esse, vult Postellus, vide
CÆSAREA PALÆSTINÆ.
- ACCI, ἀκκί Ptolemaeo Hispania Tarraconen-
sis opidum. Vaseus & Amb. Moralis Gua-
dix interpretantur.
- ACCITVM, urbē Hispania Batica esse in an-
tiquis Inscriptionibus, auctor est mihi Clu-
sius, dicitq; hodie Finiana nominari.
- ACEDVM, ἀκεδον, Venetae regionis opidum,
Ptolemaeo. Asola hodie Leandro. Hermo-
laus verò & Niger putant Asola ACE-
LVM Plinij esse.
- ACELVM Plinij, & ACEDVM Ptole-
maei, Leander dicit hodie Monfelice ap-
pellari.
- ACERA Polybio lib. 2. Insubrum est, ut Sac-

- cus tradit, & Acerano hodie dici addit,
in agro Nouariensi. Sed ACHERÆ, ἀχέ-
ρη, apud Polybium legitur, non Acera.
- ACERRÆ, opidum in Italia, Sexta re-
gionis. quod VALERIÆ cognominatum,
& interijisse, scribit Plinius lib. 3. cap. 14.
Videtur Straboni ACRA, ἀκρα.
- ACERVETIS, vide CALLATIA.
- ACESINE, ἀκεσίνην Thucydidis, ASINES
Plinij, ONOBALA Appiani, ονοβάλα, Si-
ciliae fluminis synonyma sunt Fazello. qui
dicit eum hodie vulgò Cantara nuncupa-
ri, & Sarracenicè Alcantara.
- ACESINVS, vide TANAIS.
- ACHAD, vide ACABENE & ANTIO-
CHIA.
- ACHÆI, vide CILICIA.
- ACHÆMENIA, vide PERSIA.
- ACHÆORVM PORTVS, Plinio Tauro-
schytarum est, ad Pontum Euxinum. BON
PORTO Pinetus vocat. BONVS POR-
TVS, ut nonnulla Latina, sed melius PVL-
CHER PORTVS, καλὸς λιμὴν, hoc tra-
ctu quoque Ptolemaeo est. Pinetus forte ver-
tit significatiuè, non propriè.
- ACHAIA, ἀχαία, Europa regio; quā HEL-
LADEM, ἑλλάδα, vocat, ut Ptolemaeus au-
ctor est. Liuada hodie, ni fallor.
- ACHAIA, ἀχαία Ptolemaeo Peloponnesi re-
giuncula est, quam propriè Achaiam vocat:
Hanc quoque OLENV M ὀλενος & IAS,
iās, vocatā apud Diodorum legitur. Plinius
& Pausanias eam etiam ÆGIALOS ἀι-
γιαλὸς dictam scribunt. Incola quondam
PELASGI ÆGIALES. i. littorales ap-
pellati fuere, ut testis est Herodotus in Po-
lymnia. Iacobus Castaldus ait Achaiam no-
stra tempestate Liuada vocari. Idem a-
libi dicit Romaniam altam nominari. Sed
cum due sint Achaiæ, una inter Macedo-
niam & Peloponnesum, altera in ipso Pelo-
ponneso, qua Vera Achaiæ putatur; mirum
est cum non distinxisse utram harum velit
sic dici. Mihi verò, cum ex quamplurimis
auctoribus, geographicisque tabulis NAV-
PLIVM Argiuorum Navale videam Na-
poli de Romania vocari, serè persua-
sum est, hanc ARGIAM Romania
alta hoc tempore indigari. Posset quoque

hac ACHAI A illi contermina hoc vocabulo cōprehendi. ACHAIAM alterā verò Liudiam dici, ex tabulis quoq; observavi.

ACHAIS; vide HERACLEA.

ACHARDEVS: ἀχαρδέϛ Straboni, VARADANVS, βαγαδάϛ Ptolemai. (Vardanus, habent nonnulla exemplaria Latina, malè.) Copa Mercatori; Ziigna Lazio dicitur.

ACHATARA Ptolemai, Synarū urbs. Auter Mercator in sua Vniuersali tabula vocat. Graecus Ptolemaeus hoc loco legit ACADRA, ἀκάδρα. Est & apud eundem Aca-dra in India extra Gangem.

ACHATES, Sicilia fluvius Plinio. Cantara vocat Leand. Albertus.

ACHELOVS, ἀχελόςϛ, Acarnania in Epi-
ro fluvius, Straboni. Sophianus Alpri, Niger Catochi, Kyriacus Anconitanus Gerom-
lea vocat. Acheloum quondam THOAS, θόας, dictū, & ab incolis ACARNANAS appellari, scribit Strabo. Itē THESTIVS, θέσιϛ, & AXENVS, ἀξενϛ, auctore, qui scripsit de fluminibus & montibus, Pli-
tarcho. Item CALYDON, ut tradit Ni-
ger: non adducto teste.

ACHERÆ, vide ACER A.

ACHERON, ἀχέρον Ptolemaeo: Acheros Li-
uio: Strabo per ω, scribit in ultima. Epeii
flumen est: quod Marinus Niger Velichi in-
terpretatur.

ACHERON, Straboni Brutiorum fluvius in
Italia est: quem Niger Bassento, Leander
autem Sauto appellat. Barrius verò in sua
Calabria scribit eū Capaniano hodie dici.

ACHERON, Bithynia fluvius est, qui iu-
xta Heracleam in Pontum Euxinum exit.
Hic postea SONAVTES, σοναύτες,
dictus est auctore Apollonio, et Isacio in Cas-
sandram. Habet hoc tractu Plinius quoque
inter alia flumina SONAVTEM. Hic ab
Ammiano quoque ARCHADIVS ap-
pellatur.

ACHERONTIA, Horatio Magna Graecia
urbs: Acherontus, in Apulia LIVIO: Plinio
ACHERONTINI sunt. Matera nunc
vocatur, teste Leandro.

ACHERVSIA palus, in Epeiro; ut Plinius
habet. Apud Nigrum Ialina dici video.

ACHERVSIVM SPECVM in The-
myscireis, Asia Minoris; accola MYCH-
TOPONTION vocat. Ammianus Mar-
cellinus.

ACHILLEA, Ponti Euxini insula; que &
LEUCE, & MACARON Plinio. quam
ante Borysthenem fluvium describit. ut Me-
la, & quoq; Dionysius. à quo HEROVM,
ήρώων, INSVLA dicitur. Arrianus eam
quoque DROMVM ACHILLIS ap-
pellari ait. Plinius cum Strabone Dromon
peninsulam faciunt, aliam ab Achillea insu-
la. Sidonisi Mercatori, Fidonisi Bordonio
vocatur: & rectius. error typographicus in
primo elemēto est. Marius Niger addit eam
à quibusdam Caceariam, & Græciariam
dici: sed à quibus, non subdit: neque ego scio.
Vide à Nebriffensi Caceariam, & à Caro-
lo Stephano Cacariam in suis Dictionariis
poni; sed pro Ponti insula, quam dicunt a-
pud Melam Collifaria dici: ex deprauata
fortè lectione. Sic enim apud eum legitur,
post huius insule Leuce descriptionem: Non
longè accolitur Aria. in alio exemplari
sic accolifi Aria. Ptolemai ACHILLEA.
(aut Achillis insula, ut ipse habet) quam &
LEVCAM, λευκῆν, appellat; alia videtur ab
hac; eam namq; Danubij ostiis opponit, O-
rientem versus. Et Plinij LEVCEN vide-
tur hic BORYSTHENIS insulam no-
minare. Lycophon scribit LEVCEN ostiis
palustrium aquarum (Danubium innuens).
Celta oppositam, eamque SPILVM, σπι-
λον, vocat.

ACHNE, vide CASOS.

ACHOLA, ἀχολα, Africa Propria urbs ma-
ritima, apud Ptolemaum. Fortè A. Hirtij
ACILLA. Acholla habet Livius, gemina-
to LL.

ACHRADINE, vide SYRACVSÆ.

ACHRIDVS, vide PRIMA IVSTI-
NIANA.

ACHRYLIS, vide PHRYGIA.

ACIDAS, ἀκίδας, Peloponnesi fluvius apud
Pausaniam: cuius vetus nomen IARDA-
NVS, ιαγδάϛ, fuisse scribit. ἀκίδων, legit
Strabo. Vide LADON.

ACILA, vide OCELIS, & PALIN-
DROMOS.

ACILIYS,

- ACILIVS**, vide **ACITHIVS**.
ACILLA, vide **ACHOLA**.
ACINCVM, vide **AQVINCVM**.
ACIRIS, ἀκίρης, Straboni, & Plinio. Magna Græcia (quæ nunc Calabria Superior dicitur) fluvius. Acti L. Alberto est.
ACIS, ἀκίς, Theocrito & Eustathio, Siciliae flumen. Aretius Fredo interpretatur, item Leander: qui eundem cum **BATHEO** Ptolemæi putat. Apud Silium per γ. Acys scribitur. Vide **SIPHROS**.
ACITAVONES, vide **CENTRONES**.
ACITHIVS, ἀκίθιος, Siciliae fluvius apud Ptolemæum quem Fazellus Birgi, Leander Acilino nomē habere ait. **ACIVS**, **ACILIVS**, & **ACITHIVS** synonyma sunt Nebriffensi, in suo Dictionario.
ACMA, siue **FVLGVITA**, villa est apud Antoninum, siue locus in Africa Propria.
ACMODÆ, vide **SILVRVM**.
ACMONIA, ἀκμωνία Ptolemæo Dacia urbs est. Seuerino, Mario vocatur.
ACRA, ἀκρον, Stephano Iapygiae urbs est. aliquibus **HYDRVSA**, ὑδρῶσα, dicta, ut ipse subdit. Vide **AMPHIPOLIS**.
ACRADINA, vide **SYRACVSÆ**.
ACRÆ, ἀκραι, Luito & Thucydidi, Siciliae urbs: à Syracusanis inhabitata. Hodie Palazzolo vocari, apud Fazellum habetur.
AGRÆ per G. legitur apud Antoninum.
ACRAGAS, Siciliae fluvius Polybio. Drago à Fazello dicitur. Vide **AGRIGENTVM**.
ACRA IAPYGIA, vide **IAPYGIVM**.
ACRATH, ἀκράθ Ptolemæo Mauritaniae opidum. Bellis de Gomera à Castaldo nominatur alij Veles scribunt.
ACRINIPRION, vide **ASCIBVRGIVM**.
ACRITAS Extremum, ἀκρίτας ἀκρεῖς, Bithynia promontorium Ptolemæo, iuxta Bosphorum Thracium. Gyllius dicit hodie vsque nomen retinere. Stukius hoc idem putat **PROMONTORIUM NIGRVM**, ἀκρεῖς μέλαινα, ab Apollonio, Orpheo, et Theocrito appellari.
ACRITAS, ἀκρίτας, Messeniae promontorium. Niger & Sophianus Capo de Gallo vocari hodie dicunt.
ACROATHON, opidum est in summo ca-

- cumine Athos montis: Mela auctore. Ptolemæus **ATHOS ACRON**, ἀθῶς ἀκρον, appellat. Straboni in selectis **ACRESTHOE**, Stephano **ACROTHYNOE**, ἀκροθύνοι, Thucydidi ἀκροθῶς, Herodoto ἀκροθῶν, scribitur. Plinius etiam cum Mela **ACROATHON** habet, & **ACROTHON** in nonnullis exemplaribus. Vide **APOLLONIA**.
ACROCERAVNII, ἀκροκεράυνοι Ptolemæo, qui & **CERAVNII** Straboni vocantur. Epeiri montes sunt, ad mare Ionium, è regione Italia. Monte de Chimara hodie dicuntur, ut Leader, aut Chimarioti, ut Alphonsus Adrianus tradit, in sua Disciplina militari.
ACROCORINTHVS, vide **CORINTHVS**.
ACROMA, vide **ARIETIS FRONS**.
ACRONIVS Lacus Mela, **BRIGANTINVS** Plinio, **BRIGANTIA** Ammiano, **PODAMICVS** iunioribus nonnullis lacus Heluetiorum maximus, quē Bodensee Germani appellant. Hunc lacum Becanus docet contra Vadianum **ACRONVM** trisyllabicōs, & non **ACRONIVM** apud Melam vocari.
ACTE, & **ACTICA**, vide **ATTICA**, **ILIVM**, & **CASPAPYRVS**.
ACTIPVS, ἀκτιπες, Iudæa urbs, in Tribu Aser, ut Iosephus tradit qui eam quoq; **ARCE**, ἀρὴν, vocat.
ACTIVM, ἀκτιον, Colonia Augusti in Epeiro; Ptolemæo, Straboni & Plinio, aliisque. Cabo Figo Pinetus nominat. Figalo ego scribendum puto.
ACTORICVM, vide **NERITVS**.
ACVMINCVM LEGIO, ἀκέρμυκον Ptolemæo, Pannonia Inferioris urbs. **ACVNINCVM** per N. legit Ammianus, lib. 19. Cametz interpretatur Simlerus. Niger scribit Petro Varadin dici sed Arumictū, malè habet.
ACVURGIA, vide **VCULTINIACVM**.
ACVSIORVM COLONIA, ἀκυσίων, Gallia Narbonensis urbs, Ptolemæo. Grenoble nunc, ut Ioannes Poldus scribit. **GRANNOPOLIM** vocat Sidonius lib. 3. ad Placidum. **GRATIANOPOLIS** vulgo Latine nominatur.

A. D.

- ACVTÆ insula, quas poetæ THOAS Sæces vocat, vicina Echinadibus. Strabo lib. 8. Vide DVLICHIVM.
- ACYPHAS, vide PINDVS.
- ACYS, vide ACIS.
- ACYTOS, vide MELOS.
- AD AQVAS, Antonino, quas idē AD LARODAS cognominat. Sicilia vrbs quam Simlerus Xacca vocari dicit.
- AD AQUILAS sic video appellari pagum vetustum prope Treviros, quem vulgo Igle nominant. Moles ibi antiqua Romani operis exstat.
- AD CABALLOS, vide TIBERIA-CVM.
- AD CAPRÆ PALVDES, vide CAPRILIA.
- AD CASAS CÆSARIANAS Antonino, quas idem AD FINES appellat. Locus est in Italia, quem Simlerus S. Cassano vocari ait.
- AD FINES Antonino Castellum est Rhetia, in ripa Turia vel Thauri fluminis, quod hodie Pfin dicitur, ut Beatus Rhenanus docet. An der Thur, nominat Simlerus.
- AD GALLINAS, vide VILLA CÆSARVM.
- AD GALLVM GALLINACEVM, vide VIA.
- AD GRADVS, vide GALLICVS SINVS.
- AD HERCVLEM apud Antoninum, videtur mihi Ligorno Etruria portus, ad Mare Mediterraneum. Volaterranus tamē putat hunc portum apud eundem Antoninum SALEBRO (ubi ego SALEPRONE lego) vocatum; & à Cicerone LABRO. Idem eundem scribit à Ptolemæo LIBVRNVM dici. qui tamen in Græco eius codice non habetur: etsi in Latinis quibusdam inter Populonium prom. & Portum Traianū inveniatur. Vide HERCVLIS PORTVS, & HERCVLIA.
- AD LAPIDES ATROS, vide LAPIDES.
- AD LARODAS, vide AD AQVAS.
- AD MVROS, Antonino Austria opidum; quod Lazio Sumerein est: Cui idem MVROCINCTA Ammiani est.

A. D.

- AD PALATIVM Antonini, vicus est inter Tridentum & Veronam. Palazzo hodie dictus Simlero.
- AD PISTORES, vide PISTORIA.
- AD PYRVM, vide PYRI MONS.
- AD ROTAM, Antonini, scribit Simlerus eam esse Numidia urbem quam D. Augustinus lib. 3. contra Crescentium ROTARIAM vocat.
- AD STATVAS COLOSSAS, meminisse Liber Notitiarum. Vrbs est Hungaria ad Danubium sita, (vt Lazius habet in sua Corographica tabula) hodie Colocza dicta.
- AD TVRRES, Antonino Italia urbs. In Calabria sita est, & Blazio dici scribit Barrius.
- AD ANA, ἀδανα. Cilicia urbs apud Ptolemaum: Adena hodie appellari scribit Ios. Barbarus.
- ADEDI, ἀδίδι, vicus Felicis Arabia Ptolemao. Aden est, nisi Niger fallat.
- ADIABARÆ, Aethiopiae populi, contra Meroen Nili insulam. quos aliqui MEGABAROS vocant. Plinius. MEGABRADI, μεγαβραδι dicuntur à Ptolemæo.
- ADIABENA, ἀδιανή, Assyria regio. Suidas & Stephanus scribunt hanc quoque MESENE, μεσηνή, vocari. Botan Castaldus appellat. Strabo tradit Adiabenos etiam SACCOPODES, σακκοποδες, dici. Vide ASSYRIA, SYRIA, & MESOPOTAMIA.
- ADIPSON, vide GERRVM.
- ADIRIS, vide ATLAS.
- ADMEDERA, vide AMMÆDARA.
- ADNAMANTIA, vide ANAMASCIA.
- ADONIS, ἀδώνις Phœnicia fluvius est Ptolemæo & Luciano. Canis hodie Mario Nigro. FONS HORTORVM de Libano in Sacris esse, credit Postellus.
- ADOREVS, vide DIDYMI.
- ADRA, ἀδρα, Illyrici urbs, Ptolemæo. Zemunaz castellum est hodie, ut tradit Marius Niger.
- ADRABÆ CAMPI, ἀδραβαι κάμποι Ptolemæo. In Austria sunt, ut Lazius docet: & Marckfeldt dicuntur.
- ADRAMYTTEOS, olim PEDASVS, Plinio

A D.

Plinio auctore . Troadis opidum . quod nunc Landrimiti dicitur , Nigro teste . ATRAMYTTIVM ἀτρυμνίον Ptolemai est .
 ADRAMYTTVS, vide ADRV METVM .
 ADRANA, Tacito Germania fluvius est, se in Rhenum exonerans . Rhoer forte, ut scribit Ritheimerus . Aedera hodie dici, existimat Althamerus . sed is ubi locorum sit, non addit . Eder ex eo facit Iunius, additque Cattorum fluvium esse et in amnem Adan exire .
 ADRANE, ἀδράνη, quae & in secunda per n. scribitur, Stephano auctore : cui Thraciae urbs est .
 ADRANVM, ἀδρανόν Plutarcho Sicilia mediterranea urbs est . HADRANVM habet Silius . Nunc Aderno dicitur . Fazello & Aretio auctoribus .
 ADRASTIA, vide PARIVM .
 ADREMMON, Zachariae cap. 12. opidum est vicinum urbi Iesreel . Hieronymus scribit suo tempore MAXIMIANOPOLIM vocatam esse .
 ADRENE, vide ADRANA .
 ADRIA, ADRIACVM, & ADRIATICVM, vide HADRIATICVM .
 ADRIANI, vide BITHYNIA .
 ADRIANOPOLIS, vide HADRIANOPOLIS .
 ADRIAS, vide IDRIAS .
 ADRIVS, vide ARDIVS .
 ADRV METVM Plinio, ADRV MITTVS, ἀδρυμίτις & Ptolemaeo, ADRYMA, ἀδρυμῆ Straboni, ADRYMES, ἀδρυμῆς Stephano . Africa Propria urbs, quam Marius Niger Siffa, Alphonsus Adrianus Toulb appellat : sed Mercator Machometta . ADRAMYTTVS eam vocat Procopius, Latinus, (hoc addo, Graecum enim exemplar haecenus mihi non videre licuit) & IUSTINIANAM suo tempore nominatam addit . HADRUMENTVM cum aspiratione & N. in penultima, enunciat Mela . Cum N. in penultima etiam scribit Tacitus & Plinius . In Goltzj Thesaurio est huiusmodi antiqua Inscriptio . COLONIA CONCORDIA TRAIANA AVG. FRVGIFERA HADRUMENTINA .
 ADRYMES, vide ADRV METVM .

A D.

ADVAS, vide ABDVA .
 ADVATICI, sunt Casari Galliae Belgicae populi, Nervii & Eburonibus vicini . ἀδρατικά per T. in secunda habet Dio . Hos Rhenanus putat à Cicerone ATVAS dici . Becano sunt hodie in Brabantiae populi qui Cameracensi diocesi subsunt . Vide ANTVERPIA .
 ADVATICVM TUNGROVM Ptolemaeo, nunc Abbatia Brabantiae quam amoenissima, Tongerlooc vocata . Hubertus Leodius . Ego apud Ptolemaeum Advaticum non inuenio, sed ATVACVTVM, ἀτράκτων .
 ADVBANVS, vide DANVBIVS .
 ADVLA, ἀδύλη Straboni mons inter Alpes S. Gothard Ioanni Poldo ; Der Vogel Schudo ; Etzel Villichio, qui addit eum sic ab accolis vocari . Graius hodie appellari, scribit Iovius in libello de Larij lacus descriptione .
 ADVLE, ἀδύλη Ptolemaeo Aethiopia sub Aegypto urbs, ad Sinum Arabicum . Fortè hodie ERGOCO . ADVLITON opidum Plinij, & Stephani ADVLIS, ἀδύλις, quod PANIS πᾶνδς insulam idem vocat .
 ADYRMACHIDÆ, vide MARMARICA .
 ADYRVS, vide CAICVS .
 AEA, vide DIOSCVRIA .
 AEÆE, vide CALYPSVS .
 AEAS, vide LOVS, & AIAX .
 AEBVDÆ, vide EBVDÆ .
 AEBVRA, Liviolib. 40. Hispaniae Tarracoenensis urbs . Nunc Talavera vocari scribit Beutherus .
 AECANI, vide ÆQVI .
 AECHILENSII, vide CORNENSII .
 AEDESSA, αἰδεσσα Macedoniae urbs, Ptolemaeo . Vodena Sophiano qui eandem MOGLÆNA, μόγλανα dictam tradit in schedula Graeciae suae tabula adiecta .
 AEDONIS, ἀνδωνίς insula Aegyptij maris, Ptolemaeo . Haec fortasse PLATÆA, πλαταία Herodoto dicitur, in Melpomene .
 AEDVI, ἀδείοι Casari, Ptolemaeo & Straboni, Galliae populi sunt . Bourgognions hodie interpretantur . BVRGVNDIONES enim, quos Agathias BVRGVZIONIENES vocat, (ut Rhenanus docet) sub Theodosio in horti-

in horum regionem transgressi sunt.

AETA, vide CAIETA.

AEGA, vide CANNA.

AEGABRO, vide BÆBRO.

AEGÆ, Macedonia opidum, Plinio. MELOBOTERAM, μελοβότερον, quoq; vocari scribit Stephanus.

AEGEA, αἰγαία, Emathia regionis in Macedonia urbs, Ptolemaeo. Eadem forte cum ea quam Iustinus olim EDYSSAM appellatam scribit. Vide CARYSTVS.

AEGÆVM MARE, αἰγαῖον πέλαγος, pars maris mediterranei, Graciam ab Asia determinans. Thucydides hoc & Polyanus MARE GRÆCVM vocat. Plinius auctor est totum hoc mare à Romanis duobus nominib. appellari; MACEDONICVM, quodcumq; Macedoniam aut Thraciam attingit: GRÆCIENSE verò, qua Graciam alluit. Aethicus CYCLADVM MARE nominat, non male, sed nulla auctoritate. Hodie Archipelago ab Europæis vulgò dicitur. Turci autem Mare Album.

AEGATES, vide CANNA.

AEGATHES, insula Africi maris, cōtra Carthaginis Sinum: Pomponio. Hermolaus eam à nautis Gotham appellari opinatur, & Nardus Fauagnana: Pomponius & Florus Aegathes numero multitudinis proferunt. Virgilius eas vocat ARAS, & ab Italis AXA nuncupari addit: quòd ibi fœdera icta fuere inter Carthaginenses & Romanos, Lutatius Consule. Singulari numero. AEGATES legit ubique. Linius.

AEGESTÆI, vide THESPROTIS.

AEGESTEORVM, vel AEGESTENSIVM EMPORIUM, αἰγέσιον ἐμπόριον, in Sicilia urbs, ut scribit Strabo lib. 6. Castro al mar di golfo hodie dici, ex Leandro & Aretio liquet. qui tradit SEGESTANORVM à Strabone vocari, sed an hoc suone errore, an typographico, ignore apud Strabonem enim non Segestanorum, sed Aegestanorum est. SEGESTANORVM autem Emporium apud Ptolemaeum legitur. an idem tamen sit, nescio. differentia namq; distantiarum à Panormo, quã Strabo & Ptolemaeus ponunt, me subdubitare cogit. AEGESTVM secundum quosdam alio

nomine ACRAGAS dicta fuit. ut scribit Isacius Tzezza; at falsò, quantum ego aestimo.

AEGIÆ, Laconica opidum, Pausaniae qui putat hoc ab Homero AVGEAS appellari, αὐγία, Stephano.

AEGIALA, Amorgi insulae urbs. Hyali nono vocabulo dicta Sophiano. Nescio ubi is vetus nomen invenerit.

AEGIALI, vide SICYON.

AEGIALIA, Plinio circa Peloponnesum insula est: quam Sophianus Cecerigo indigitat. Idem in schedula quam Graciae sua tabula adiecit, eandem ANTICYTHVRIAM, ἀντικυθρία, EPLAM, ἔπλα, AEGILEN, αἰγίλη, & STYRAM, σύρα, appellat. Gerbelius quoq; EPLAM à Ptolemaeo dici putat. OGYLOS, per ω. in prima videtur à Stephano nominari. Vide ARGOS, & SICYON.

AEGIALIVS, vide APSORVVS.

AEGIALVS, αἰγιαλός, Asiae Minoris urbs iuxta Cromnam. Strabo scribit nonnullos credere hanc ab Homero COBIALVM, κοβιάλον, vocatam.

AEGILIVM, vide DIANIUM.

AEGIALOS, vide ACHAIA.

AEGIDA, vide IVSTINOPOLIS.

AEGILIA, vide BEGIALIS.

AEGILON, vide CAPRARIA.

AEGIMVRVS Casari & Livio, αἰγίμυρος & Straboni & Ptolemaeo, Africi maris insula, continenti proxima: hodie Gaietta, (Gaietta alibi) ut habet Nardus in suo Livio Italico. Strabo eam inter Siciliam & Africam describit: Ptolemaeus verò inter Sardiniam & Africam: Plinius Aegimoros numero duali habet, ponitque eas contra Carthaginis sinum; additque eas veriùs scopulos quàm insulas esse.

AEGINA, quae olim etiam OENONE, αἰγίνα, ἢ οἰνώνη, Herodoto, Apollodoro, Pausania & Eustathio testibus. MYRMIDONIAM quoque ab auctoribus appellari video. Ovidius item quondam OENOPIAM dictam refert. Legina hodie, Sophiano: Xilocastro autem Theueto.

AEGIRA, αἰγερά, Ptolemaeo Achaiae in Peloponneso opidum. Ab Homero, ut Pausanias docet,

docet, **HYPERESIA**, ὑπερησία, vocatur. **HYPERIAM**, ὑπερία, quoque dictam docet Stephanus. Gemistus per **Y**. in secunda scribit, **ÆGYRA** & etiam **BOSTITZA** nuncupari ait, βοσίτζα, Xylocastro dicitur à Mario Nigro.

ÆGITHARSVS, vide **AGITHYRSVS**.

ÆGIUM, αἴγιον, Ptolemaeo Achaiae Propria opidum. Vistiza Mario Nigro, Bostizan Kynaco Anconitano dicitur.

ÆGIRVS, αἴγειρος, Lesbi insulae pagus, Straboni. A Mario Nigro Gernia dicitur.

ÆGIRVSA, αἴγειρσος, Stephano. quam & ex Theopompo **ÆGIRVM**, αἴγειρον, appellat, & Megaridis urbem dicit. Volaterranus putat **ÆGOSTHENA**, αἴγοςθενε, Pausaniae esse. huius quoque ex eo meminit Stephanus.

ÆGLE, vide **SYME**.

ÆGONES, αἴγωνες, Polybio, Galliae Cisalpinæ populirubi hodie Vicouenza opidulum, ut Leander putat. quod idem **VICVS EGGANVM** vocari Latinis ait. Sed **EGANES** malè, pro Aegones habet.

ÆGOS FLVMEN, Plinio, Aemilio Probo & Mele in Thracia Chersoneso est opidum. Plutarchus in Alcibiade ad Hellespontum situm scribit. Hoc Ammianus auctor Latinus **ÆGOS POTAMVS** vocat. Xenophonti αἴγος ποταμὸς. Ioannes Tzetzes etiam meminit pro Thraciae urbe.

ÆGOSTHENA, vide **ÆGIRVSA**.

ÆGVSA, vide **ÆTHVSA**.

ÆGYLODES, vide **EVROTAS**.

ÆGYPTIA, vide **LARISSA**.

ÆGYPTIACVS SINVS, vide **ÆLANITICVS**.

ÆGYPTIVM MARE, quod Aegyptum alluit, Eustathius **MARE PHARIVM**, & **PARTHENIVM** appellat.

ÆGYPTVS, αἴγυπτος, Africa regio celeberrima quondam **ÆRIA**, αἴρια, **ÆTIA**, αἴτια, **POTAMIA**, siue ποταμίτις, **OGYGIA**, ὄγγυγία, **MELAMBOLOS**, μελάμβολος, **HEPHÆSTIA**, ἠφαίστια, atq; **ÆTHIOPIA**; propter habitates illic Aethiopes, historicis vocata est. Stephano & Eustathio auctoribus. **MELAMPODV** regionem, μελαμπόδων χώρα, appellat Apol-

lodus. & **MYARA**, μύαγα, Stephanus. **THEBÆ**, Θῆβαι, Herodoto teste olim dicebatur. **MISRAIM**, ut Iosephus tradit, Hebraeis dicitur. Item **CHVS**, ut Arias Montanus vult. Nescio unde Honorius hauserit eam olim **ETÆAEAM**, nuncupatam. Hodie ab omnibus Europaeis adhuc Aegyptus nominatur. & à Turcis, si Pineto credendum est in suo Plinio Gallico, Elchebitz. Chibth ab indigenis vocari scribit Thevetus.

ÆGYPTVS INFERIOR, quae & **DELTA** antiquitus: à Romanis postea **AVGVSTAMNICA** dicta videtur, ex Marcellino & Libro Notitiarum. **AVGVSTANICA**, αὐγουστανική, legitur in Nouellis Iustiniani; ibidemq; in Primam et Secundam dividitur. Hodie etiā duplici nomine indigitatur, ut Ioannes Leo docet. Ea enim pars quae versus Orientem Nilo flumini adiacet, Bechria; quae verò ad Occidentem, Errif incolae vocat.

ÆGYPTVS SUPERIOR, quae & **THEBAIS** olim, hodie Sahid nominatur, Ioanne Leone. Aegypti quadam pars **ARCHADIA** dicitur, in Libro Notitiarum. de quo vide in dictione **HEPTAPOLIS**.

ÆGYRA, vide **ÆGIRA**.

ÆLANITICVS SINVS, ab Aelana urbe adiacente vocatur à Plinio pars Sinus Arabici, qui Iosepho lib. Antiquitatum 8. cap. 6. **SINVS ÆGYPTIACVS** dicitur. Idem Plinius scribit hunc aliis **ÆLENATICVM**, ab Artemidoro **ÆLENITICVM**, & à rege Iuba **ÆLANITICVM** nominari.

ÆLIA, vide **HADRIANOPOLIS**.

ÆLIA CAPITOLINA, vide **HIEROSOLYMA**.

ÆLIA RICINA, vide **RICINETVM**.

ÆLICE, vide **LASICE**.

ÆLIOFOLIS, vide **PELVSIVM**.

ÆLIVS PONS, Romae: Ponte de S. Angelo nunc dicitur.

ÆLLA, vide **ABELLINVM**.

ÆMERA, vide **EPIDAVRVS**.

ÆMILIA, quae prius **DORIA**, ut Sempronius habet. Italiae regio. Lombardia di qua dal Po, (id est Lombardia cis Padum) à Leandro nominatur.

ÆMINIVM, αἴμινιον, Lusitaniae urbs Ptolemaeo, quam Vaseus putat hodie Agada dici. Varerius autem Coimbra esse docet.

AEMINIUS, vide LIMÆA.

AEMONIA, Græciæ regio, qua, ut Plinius tradit, mutatis sæpe nominibus PELASGICVM ARGOS, HELLAS, THESSALIA, & DRYOPIS dicta fuit: sic semper à regibus cognominata.

ÆMONIA, Histria maritimam urbem, & hodie Citta nova vocatam, scribunt Leander, Volaterranus, & Marius Niger. Ego verò, quis veterum huius Aemonia in Histria regione ad mare sita meminerit, planè ignoro. Plinius habet ÆMONIAM Pannonia opidum, & ÆMONIAM quoque in Noricis: quod Iul. Capitolinus HEMONIAM vocat. Ptolemæus EMONIAM urbem, ἡμῶνα, statuit inter Italiam & Noricum; quam eandem esse puto cum ÆMONIA Plinij. Sic etiam legendum erit apud Antoninum (quo loco Hennoma, Hemonia & Hennonia malè habetur) Hancq; Moletius Clemona dicit vocari. At cum Simlero potius credã Carniola caput esse, quod hodie Icijbach dicitur: & vulgus Latinum LUBIANAM nominant. in ea enim urbe exstat vetus Romana inscriptio, in qua ÆMONÆ sit mentio.

ÆMVS, vide HÆMVS.

ÆNARIA, vide INARIME.

ÆNEADÆ, vide LATIVM.

ÆNEÆ, vide ATHOS.

ÆNEIA, αἰνεία, quæ postea IANICVLVM, ἰανικύλον. Sic Halicarnassæus.

ÆNESIPPA, vide ENESIPPA.

ÆNIA, Macedonia urbs, quindecim millia passuum à Thessalonica adversus Pydnam posita, fertili agro, ut eam describit Livius. Moncastro hodie vocari, scribit Nardus, qui cum Italica lingua interpretatus est.

ÆNIANES populi, αἰνίανες, postea PARAVÆ, παρῶναι, vocati fuerunt, cum fugati Molossia regionem circa Arum fluvium occupassent. Plutarchus in Questionibus Græcis. PARAVÆI, παρῶναι, ab Abo fluvio, alij scribunt.

ÆNI PONS, vide OENI PONS.

ÆNNVM, parvum opidum, pro quo alij PHILOTERAM scribunt. Plinius lib. 6. cap. 29. Ad Sinum Arabicum est, à parte Occidentali.

A. E.

ÆNONA, αἰνώνα, Ptolemæo & Plinio. Illyrici opidum. Nona Mario Nigro.

ÆNVM & ÆNVS, αἰνῶ, Thracia opidum liberum, cum Polydori tumulo, ut Plinius habet. Hoc aliquando POLTIOBRIA, πολτιόβρια, dictum fuit, Strabone teste. POLTVMBRIA, πολτὺμβρία, habet Stephanus. cui quoque APSYNTHVS dicitur. Oeno hodie dici, Niger asserit. Vide OENVS, & CISSVS.

ÆOLIS & ÆOLIA, αἰολίς, Asia Minoris regio, in litore maris Aegæi. DORYCTETAM, δορυκτέτην, eam appellat Diod. lib. 3. Incolæ olim PELASGI, πελασγοί, dicti fuisse; ut refert Herodotus in Polymnia. ALISÆI, ἀλισαῖοι, dicuntur Iosepho. HVL etiam Hebraei vocant, ut tradit Arias Montanus, in suo Apparatu Biblico. Vide CALEDONIA, & MYSIA.

ÆOLIAE, αἰολίαι, quæ & LIPARÆ & VVLCANIÆ Latinis; HEPHÆSTIADES Græcis, Plinio auctore, quibus PLOTÆ etiam vocantur, ut Eustathius scribit. VVLCANI INSVLÆ Livio, ÆOLIDES Trogo dicuntur. Leander ex Pomponio Mela addit in suo de Insulis Italiae libello eas quoque ab Æolis OSTEADES vocatas. Sed pace Leandri, qui Melam attentius legerit, facile videbit hoc vocabulum non esse commune Æoliarum, sed unius harum; eius nempe, quam ceteri EVONYMON vocant. Sic enim habet Mela: Septem quas Æoli appellat, Osteodes, Lipara, Hiera, Didyma, Phœnicusa, Ericusa. Si Osteodes commune nomen hoc loco fuerit, sex tantum erunt, non septem; & seipsum in numero redarguet Mela. OSTEADES, ὀστεῶδες, etiam habet Ptolemæus, & Diod. Siculus in hoc tractu, pro simplici insula. Deceptum puto Leandrum codice malè distincto, quod fortè post vocabulum, septem, comma habebat hoc modo; Septem, Æoli appellant Osteodes. quasi dixisset, Æoli populi eas vocant Osteodes, &c. Horum porro insularum nomina hæc sunt, LIPARA, HIERA, STRONGYLE, DIDYME, ERICUSA, PHOENICUSA, & EVONYMOS, Plinio, Straboni & Mela. nisi quædam

- quoddam Mela hic pro Evonymo Osteodem habet. Eundem numerum & nomenclaturam legimus apud Diodorum. sed pro Ericusa VSTICAM ponit. & Strabo THERMISSAM loco Hieræ. Sed hoc quoque hic minimè tacendum duxi, quod in hoc maris tractu, ubi veteres has septem Aeolias describunt, excepto uno Servio, (quod Hermolaus ante me monuit) qui novem habet, sed nullo auctore, decem hodie exstare tradat Fazellus, & Tabula geographica verum esse ostendant. Vide singula nomina suis locis. At in his suis neotericorum vocabulis reddendis admodum variant nostri seculi scriptores.
- AEOLIA S generice Merleias vocat Had. Iunius: sed qua fretus auctoritate non dicit.
- AEPEIA, ἀπεια, Cypri insula urbs, ad Clarium amnem. postea SOLI, σόλοι, nuncupata. Plutarchus in vita Solonis. Vide CORONE, & THVRIÆ.
- AEQVI, αἰκλοι, quos nunc AEQVICVLI, αἰκκλοι, vocant. sic Diodorus lib. 14. in fine. Italiae populi. AEQVANI, αἰκκνοί, sunt Stephano & Halicarnasseo.
- AEQVILIVM, Carnorum Venetae ditionis opidum. Citta nova nunc, Leand. Alberto teste. Vide EQVILIVM.
- AEQVINOCTIVM, Antonino Pannoniae inferioris opidum. Wischmundt Simlero.
- AERIA, vide ÆGYPTVS, LIBYA, & THASVS.
- AEROSA, vide CYPRVS.
- AESARVS, αἰσαρ, Straboni Magna Graeciae fluvius. Huius etiam meminit Theocritus. HYLIA, ὑλία, à Thucydide appellari putat Leander, qui dicit eum hodie Esaro vocari. Trionto vocatur Ylia ab Gab. Barrio. Vide AVSERIS.
- AESCVLAPIVM FANVM, vide ALVNS.
- AESERNIA, αἰσερνία, Samnitum opidum, Ptolemaeo. Sergna Leandro.
- AESIS, Plinio Picenorum flumen. Sino vocat Leander. ESIS Mela habet, sine diphthongo. ASIVS, ἄσι, Ptolemaeus. Leandro tamen diversa videntur Asius & Aesis.
- AESIS, αἰσίς, Umbrorum urbs, Ptolemaeo. Giese Leander vocat.
- AESISIVM, αἰσίσιον, Ptolemaeo Umbriae opi-

- dum est. quod Leandro Ascisi dicitur.
- AESSVI, vide ESSVI.
- AETHALE, αἰθάλη, Stephano Tyrrihenorum insula est, LEMNOS cognominata. Eandem cum ILVA puto. Vide CHIOS.
- AETHALIA, vide CHIOS & ILVA.
- AETHERIA, vide ÆTHIOPIA.
- AETHIOPE, vide LESBVS.
- AETHIOPIA SVB ÆGYPTO, αἰθιοπία ἢ ὑπὸ ἀιγυπτου Ptolemaeo. Hodie habitatur ab Abyssinis. Regionem Abexim, vocat Garcias ab Horto. & Hhabas, et Alhabas, articulo Arabico addito, Benjamin. Sono tantum differunt haec recentia vocabula. Plinius scribit universam Aethiopiam olim ÆTHERIAM & ATLANTIAM nominatam. Aethiopes tam à se ipsis, quam ab Asiaticis omnibus CHVSÆI, χυσαῖοι, nuncupantur, Iosepho auctore. Culsios etiamnum hodie à Lusitanis appellari, Ar. Montanus mihi testis est. Aethiopes vocari CEPHEIDAS tradit Isacius Tzetz. Aethiopes quoque Indos dici, leges in dictione Rhizophagi.
- AETHISIPHON, vide CHALAME.
- AETHLE, vide CHIOS.
- AETHRÆA, vide RHODVS.
- AETHRIA, vide THASVS.
- AETHRVRIA, vide TVSCIA.
- AETHVSA, aliis AEGVSA, αἰγῶσα, ut Plinius inquit. Stephanus scribit CATRIA, κατρία, à Libyis vocari. Limoza Mercatori est; Fauianata Calueto Stella. Fortè AEGATHES Melæ est. Sed Aegathes numero plurali habent Livius & Florus: & Aegusa insulae sunt quoque apud Polybium lib. 1. inter Africam & Lilybaeum. Aethusa & Aegusa Ptolemaeo diversa sunt. Vide CONSTANTINOPOLIS.
- AETINIVM, αἰτινιον, Estiotarum in Macedonia urbs, apud Ptolemaeum. ATHANÆVM fortè Livio lib. 38.
- AETNA, αἰτνῆ, Siciliae mons, perpetuo igne flagrans. CAELESTEM COLUMNAM eum Pindarus cognominat. Hodie Mongibello, aut Monte gibello nominant.
- AETNA, urbs Siciliae, ad Aetnae montis radicem sita, αἰτνῆ Ptolemaeo. Diod. Siculus eam

A R.

antea **ENNESIAM**, ἐννεσία, dicta scribit. Stephanus **INESSON**, ἰνέσσον. Centorbe Claudio Aretio, Aetno Leandro, Mascali autem Fazello dicitur. Vide **CATANA**.

AETOLIA, postea **CALYDON**, καλυδών, dicta est auctore Xenophonte. Achaia regiuncula est. Stephanus scribit prius **HYANTIS**, ὑάντις, dictam. Arias Montanus **GEPHER** Hebraeis esse, docet in suo Apparatu Biblico.

AETVATI, αἰτβάτι, Straboni Helvetij populi sunt apud quos Rheni fontes esse scribit idem. Xylander hoc loco in suo Latino Strabone lib. 4. **NANTVATES** ponit quum bene, ipse viderit.

AEZÆI, vide **LYCAONES**.

AFRICA, ἀφρική, Latinis, quae **LIBYA** Graecis dicitur in Sacris litteris **CHAMESIA** vocatur. Eius populū **PHYTOS** appellat Iosephus. Tertia Orbis pars Veteribus censetur. Iphrichia incolis vocari scribit Ioannes Leo. Thevetus dicit Arabibus & Aethiopibus Alkebulan, & Indis Bese-cath nominari. Moorenlandt nostratibus ferè. Vide **LIBYA**.

AFRICA PROPRIA, Ptolemao Africa pars ad mare mediterraneum; inter Mauritaniam & Cyrenen regiones. **MINOREM** vocat Mela. **ZEVGITANA** Plinio dicitur. **NAPHTHVHIM** Hebraeis, teste Ar. Montano. Hodie Tunetani regnum hoc loco est. Vide **CARTHAGO**, & **ZEVGITANA**.

AFRICERONES, vide **GAMPHASANTES**.

AGABRA, Turdetanorū in Hispania opidū, Vasco auctore qui hoc hodie Cabra dici ait.

AGANAGARA, ἀγαγάρα, Indiae extra Gangem urbs est Ptolemaeo. Agonara interpretatur à Mercatore.

AGANIPPE, Bæotiae mons; antea **ENIPPE** dictus uti est apud Vibium Sequestrem. Sed Aganippe fons est Bæotiae apud Pliniū.

AGARENI, vide **SARACENI**.

AGARVS, ἀγάρος Ptolemaeo Sarmaticae Europae fluvius. Hunc Ovidius **SAGARIM** vocat ut opinantur Hermolaus & Nebrifensis. Schiret nunc, quem admodum Mercator ait in sua Europe tabula.

AGATHA, ἀγάθη Ptolemaeo, Straboni, & Plinio, Galliae Narbonensis insula & urbs est.

A G.

Agde Ioanni Poldo, qui scribit hanc à nonnullis historiographis quoque **CIVITAS NIGRA** appellari. **AGATHATYCHE**, ἀγάθη τύχη, id est, Bona Fortuna, à Stephano dici, tradit Stephanus Aquensis. Sunt qui **AGATHA** Montempessulum interpretantur.

AGATHIRNVN, vide **AGATHYRSVS**.

AGATHVSSA, vide **TELOS**.

AGATHYRION, ἀγαθύριον, Siciliae urbs Ptolemaeo. Marius Niger dicit hodie Patinome habere. **AGATHYRION** hoc Ptolemaei idem esse cum **AGATHYRSO** Strabonis, & **AGATINNO** vel **AGANTINNO** Antonini putat Simlerus. Ego hoc idem cum Agathyrio Ptolemaei esse patiar; cum Agathyrso verò Strabonis minimè. Livius lib. 26. **AGATIRNAM** habet.

AGATHYRSI, vide **SCYTHÆ** & **THRAVSI**.

AGATHYRSVS, ἀγαθύρσο, Straboni, Siciliae insulae promontorium. Ptolemaeus **ÆGITHARVS**, ἀγίθαρος, vocat: Plinius **AGATHIRNVN** habet: Cabo S. Vito hodie, si Fazello creditur; S. Fradello, si Claudio Aretio. A nonnullis tamen etiam video S. Theodoro interpretari. Vide **NIMBLIS**.

AGATINNVS, aut **AGANTINNVS**, vide **AGATHYRION**.

AGATIRNA, vide **AGATHYRION**.

AGAVNVN, in Helvetis opidum, quod rupibus undiq; cingitur. Regino eius meminit, ut Schudus tradit, qui hoc hodie S. Mauritiz dici addit. Simlerus putat **TARNADÆ** Antonini esse.

AGBATANA, vide **ECBATANA**.

AGELOCVM, vide **SEGELOCVM**.

AGENDICVM Casari, **AGEDICVM**, ἀγέδικον Ptolemaei, inter Celtas opidum. Prouins, Marliano auctore. Milly en Gaffinois potius videtur Vigenereo.

AGIDOS, vide **NAGIDOS**.

AGIOS, vide **CONSTANTINOPOLIS**.

AGIOS ADRIANOS, vide **MYCENÆ**.

AGISYMBΑ, ἀγισύμβα Ptolemaeo. Extima Africae regio, versus Meridiem. Hac omnibus veteribus geographis prorsus incognita fuit. Vocatur hodie à Persis & Arabibus Zanguebar. Zangue autem hic idem significat, quod niger Latinis. A nigris enim totus hic tractus

tractus

tractus incolitur, Ioāne Barrio et Garcia ab Hereto auctorib. Melo eam, nescio qua auctoritate vocat Hieronymus Giraua. Zenzibar hæc est M. Pauli Veneti, quam nō sine maximo errore insulam credit; describitq; ab insula Madagascar versus Meridiem; eamque in circuitu habere duo millia milliarium Italicorum addit.

AGLAOPE, vide SIRENVS SÆ.

AGNEDA, vide ALATA CASTRA.

AGONES, ἀγῶνες, Insubrum populi, apud Polybium. Vgonia Schudo.

AGONVS, vide COLLINA, & QUIRINALIS.

AGRADATVS, vide CYRVS.

AGRÆ, vide ACRÆ.

AGRÆI, vide ARABIA.

AGRIANES, vide OEAGRVS.

AGRIASPÆ, vide ARIMASPI.

AGRIGENTVM Plinio Sicilia urbs. ACRAGAS, ἀκράγας Ptolemæo, Polybio, & Xenophonti. Naro à Nigro dicitur.

AGRII, vide CYNAMOLGI.

AGRIPPINA COLONIA Taciti, Vbiorum urbs, ad Rhenum. Agrippinae Neronis matris patriæ. COL. CLAYD. - AVG. AGRIPPINENSIVM appellatur apud Aldum in antiqua Inscriptione. Coeli incolis. Galli Coloigne dicunt. Hispani & Itali etiam nūc Colonia vocant. Olim VBI dicti fuere, teste Tacito. Vide VBI.

AGROIRA, vide ATTALIA.

AGVRIVM, Ptolemæo, ἀγύρειον, Sicilia urbs. AGYRINOS populos habet Plinius. Simlerus scribit AVGVRIVM Antonini esse, & hodie S. Philippo in Agirone appellari; cui assentitur Leander. AGYRENA, ἀγύρεια, legit Stephanus.

AGYLLA, vide CÆRE.

AGYLLINA VADA, vide TRASVMENVS.

AIALON, vallis nomen in Terra Chanaan, quem à Christianis LVNÆ VALLEM dici, scribit Benjamin.

AIAZ, inquit Gab. Barrius, fluvius à Lycophrone sic dictus, eo versu, Lacmonij bibentis Aiacis aquas, Crathis autem & c. hodie Pilaca nominatur. Sed Græcus codex non habet Aiacis, sed Aeantis, αἰαντῶ.

AILON, vide OPHIR.

AIMILIYS, vide SVBLICIVS.

AKYTANIA, vide A QVITANIA.

ALABVS, ἀλάβος, Sicilia fluvius est Ptolem.

Cantari Fazello dicitur. Vide ARETHVSA.

ALACHROAS, vide LOTOPHAGON.

ALÆSA, ἀλαίσα, Sicilia litorale opidū, Ptolemæo. Catonia Fazello; Siffalo Nigro nominatur. An eadem sit cū ALESA, ἀλαίσα, quam Diod. lib. 14. à conditore ARCHONIDIAM, ἀρχονιδία, cognominat, subdubito nā multas urbes in Sicilia Alese nominis esse idē dicit. Halefa, & Halefni, sunt apud Ciceronem contra Verrem, cum aspiratione.

ALÆ FLAVIÆ, βορσιφλάυιοι, Ptolemæi in Rhetia litorali opidū. Harðlingen vocat Ioānes Heroldus. ARÆ FLAVIÆ legit Appianus, & Harðlingen appellat. Virumque tamen eundē locū velle designare, nō dubito. Pro ARÆ apud Ptolemæum Ale legendū opinatur Heroldus. Iudicium sit apud studiosos.

ALÆ FLAVIANA, CASTRA FLAVIANA, item FLAVIANVM & FABIANA, nonnullis barbarici temporis historicis Vienna Austria vocatur. VVolfangus Lazius autem hanc à Ptolemæo IVLIOBONAM, ἰουλιόβωνα, VENDVM à Strabone, et VINDOBONA ab Antonino appellari ait. VENDO BONÆ meminit quoq; Aurel. Victor, in vita M. Antonini Imp. Sunt qui VIANAM à Plinio in Noricis descriptā, putent. PANNONIAM VRBEM eam vocat Iornandes, ut Lazius colligit in sua Vienna. Wien nunc vulgò dicitur Austria urbs clarissima, ad Danubiū fluvium sita, Imperatoria sede nobilis. Hanc urbē Turcos Petz vocare, ex D. Carolo Rimio habeo oratore quondā apud Zelimum Turcorū Imp.

ALALCOMENE, vide ITHACA.

ALAMNARISCAM olim vocatam urbē, que nunc Wistadt dicitur, Heroldus ex eius loci antiqua Inscriptione Romana colligit. Germanie urbs est, ad flumen Altmul sita.

ALAMANI, ἀλαμάνοι, populi Germanie finitimi, vocantur à Stephano. Posterioribus verò seculis omnes ferè Germani Alamani dicti fuere, ut Fl. Vopiscus testatur, in vita Proculi, & etiam nūc sic ab omnibus exteris Europæis appellantur.

ALANI SCYTHÆ, vocantur Lithuani à Villubio. ALAVNI, ἀλαῖνοι, habet Ptolemæus. Vide SCYTHÆ.

- ALANI, & ROXOLANI**, ponuntur à Plinio in Sarmatia Europæa. Vide MASSAGETÆ, & SCYTHÆ.
- ALANOVA**, Pannonia urbs Antonino. Eberisdozff Simlero.
- ALAPUNTIS**, Gallie Narbonensis urbs, apud Antoninum. Simlerus Talart ex ea facit.
- ALATA CASTRA**, Ptolemæo Ἀρωτὸν σεγτόπεδον, Edinburg hodie Appiano. Scotie regi. hanc AGNEDAM prius vocatam scribit Hector Boëthius.
- ALAVNA**, vide LAVDVNUM.
- ALAVNI**, vide ALANI.
- ALBA**, huius meminit Fl. Vopiscus in vita Probi Imp. his verbis; Reliquias ultra Nicrum fluvium, & Albam removit. sunt qui eo tractum VVirttembergensem non longè à Nicro intelligunt, quem accolæ Alb, aut Rauch Alb nominant. Rhenanus autem mavult Albis legi, pro fluvio. Vide MEDIOLANIVM.
- ALBA IVLIA**, Dacia urbs, sic dicta à Iulia Augusta, M. Aurelij Antonini Imp. matre: ut ostendit ex antiqua inscriptione eiusdem loci, Stephanus Taurinus, in sua Stauromachia. Hodie Germani Weyffenburg vocant; Hungari Gulafeituar. In Transilvania est.
- ALBA**, quæ & VIRGAO Plinio dicitur, Hispania urbs. Biana à Tarapha dicitur.
- ALBA VARCAONENSIS** vocatur in antiqua inscriptione, quæ habetur in Augusto Goltzj. Vide RHODA.
- ALBA AVGVSTA**, ἄλβανύσσα, Elicotorum in Gallia Narbonensi opidum, Ptolemæo. ALBA HELVORVM Plinio pro quo Pintianus hoc loco HELVOCORVM legit. Hodie Albi vocatur Ioanni Poldo, in sua Nemausiensi historia. Vide HELVII.
- ALBA LONGA**, Latij opidum, Livio & Plinio. Sauello Leand. Alberto.
- ALBA POMPEIA** Plinio. Lombardie Cispadana urbs. Alba Leandro. Horum terram omnium secundissimã, & Languvillam nominatam, scribit Procopius, lib. I. Gothorum.
- ALBANIA**, Asia regio. Ptolemæo, ἄλβανία,

- Zuiriavocatur ab Alphonso Adriano. Chippiche à Castaldo. Dominicus Niger scribit eam ab incolis Zitricha, & quibusdam Garzena nominari. Vide COLCHIS.
- ALBANIA** antiquo vocabulo, dicitur Britannia insula Septentrionalior pars. quam Latini SCOTIAM appellant, & vernaculè Scotlandt nominatur. Ab eius mediterraneis incolis autem, qui avitam linguam hætenus retinent, etiamnum Albain vocatur. Hæc pars BRITANNIA quoque MINOR, & SECUNDA à Sexto Ruse nuncupatur. Hæc ex Humfredi nostri fragmento.
- ALBANVS**, ἄλβαν, Ptolemæo Albania regionis fluvius. Videtur à Matth. Michoriense Cohan dici.
- ALBANVS Lacus**, in Latio, ut apud Livium habetur. Lago di castel Gangolfo vocat Leander.
- ALBAS, & ALBE**, vide ALBVLA.
- ALBI MONTES**, vide LEVCÆ.
- ALBIGAVNUM**, ἄλβιγαυνον Ptolemæo, quod ALBINGAVNUM Straboni, cum N. in secunda, & ALBIVM GAVNUM Plinio: eius opidanos LIGVRES IN-GAVNOS appellat Strabo: Liguria opidum est. quod Leander Albenga dici ait.
- ALBIMANIS, vel ALBINIANIS** est apud Antoninum. Alphen vertit Simlerus Helvetia vicus.
- ALBINIANA Castra**, video appellari pagum Hollandia, inter Lugdunum, (vulgo Leypden) & urbem Alphen; quem Alphen incolæ vocant.
- ALBINIMINIVM**, ἄλβινιμίλιον Ptolemæo, Liguria urbs; quæ Plinio, Straboni, Tacito et Antonino ALBIVM INTEMELIVM dicitur: INTEMELIVM per l. in secunda legit Cicero: non addito Albio in Epistolarum lib. 8. Leander Vintimiglia hodie nominari ait.
- ALBION** Plinio, ALVION, ἄλβιον Ptolemæo quæ & BRITANNIA aliis. Sed verius, ut ex huius insule annalibus antiquissimis docet Humf. Luydus, PRYDANIA. Ea est insula quæ hodie Angliæ & Scotia regna continet. Vide BRITANNIA.
- ALBIS**, Ptolemæo ἄλβις, & aliis, Germaniæ cele-

celeberrimus fluvius. Barbari seculi scriptores Latini ALBIAM vocant. Germanis Elbe dicitur. Bohemis vero, apud quos originem sumit, LaBe. Nomen habere à numero indicat Fabricius in suis rerum Misnicarum libro. fontium nempe undecim, ut Bohemi, siue, ut Saxones dicunt, tot annuum influentium. Oritur enim, ut idem tradit, in tractu Hercynia silva, qui à Gigantibus nomen habet, vulgo Risenberg, ex undecim (quorum singula nomina adijcit) fontibus qui tandem conflati, Albim fluvium faciunt. Elbe & Elbe Germanis undecim significat. Hunc montem Risenberg (ut hoc præter institutum addam,) Bohemi Cerconessos vocant, ut scribit Dubravius.

ALBIVM INTEMELIVM, vide ALBINIMINIVM.

ALBOCELLA, ἀλβόκελλα, Vaccaorum mediterranea urbs, in Tarraconensi regione, Ptolemao: ARBOCALA Livij puto. & ARBVCALE, ἀρβυκάλη, Stephani.

ALBONENSES, Illyrici populi, Plinio. ALVONA, ἀλβονα Ptolemao. Albona nunc, Hermolao teste.

ALBVDINVS, vide CLAVDIÆ AQUÆ.

ALBVLA, nobilissimus Italia fluvius, qui aliàs THYBRIS & TIBERIS vocatur. TEBERIS, τέβρις, apud Stephanum legitur. Idem eundem ALBE & ALBAS, ἀλβή & ἀλβας, item THYMBRIS, θυμβρις, appellat. A Dehebrim Veientum regulo DEHEBRIM nuncupatum scribit Ter. Varro. LYDVM, TVSCVM, & VOLTHVRENVNVM, & per syncopen VOLTHVRNVNVM olim vocatum; auctor est An. Viterbiensis. Lydum, & Tuscum à Virgilio scio nuncupari, à duobus fratribus Lydo & Tyrrheno: sed epitheta, non synchyma videntur. Eundem ab antiquis RVMON, & in aliqua Urbis parte TARENTVM, dictum tradit Servius, in eo Virgilij versu: Stringentem ripas, & pingua culta secantem. Idem eodem in loco, addit eum in Sacris SERRAM dictum. Tenere accolis hodie. Tiberim IANVM vocat Athenæus lib. 15. dicit enim Ianum fluvium & montem vocari ubi Ianus habitavit.

ALBVLA, fluvius Italia, in Pelignis; Plinio. Nonnulla Plinij exemplaria legunt ALBV-LATES. Pintianus tamen Albula legendum docet. Liberata hodie nomen habet ut tradunt Blondus & Leander.

ALCATHOE, vide MEGARA.

ALCIMOENNIS, ἀλκίμοεννίς Ptolemao, Germania urbs. Althamerus & Villanovanus, Ulm, eius loco ponunt.

ALCLVTH, Scotie fluvius, Clond hodie, Ger. Mercator. Mihi videtur urbis nomen, non fluvij, ex Heët. Boëthio. Et ALCLVIT urbem videtur mihi Beda describere, qui tradit eam sic dici à fluvio Cluit nuncupato, ad quem sita est: AL, enim petrā significare ait. Dounbriton hodie dici scribit Boëthius. Vide GLOTA.

ALCMANIA, vide HERACLEA.

ALCYONIVM MARE, vide CORINTHIACVS SINVS.

ALCYONIVM STAGNVNVM, ἀλκυονίαν λίμνην, qui & Amphiarai fons. Pausanias in Corinthiacis sic de eo: Stagnum hoc infinita est altitudinis. Nero Imp. enim iunctis ad multorum stadiorū funibus, ad eosq; plumbo religato, additis eo aliis ad usum instrumentis, nullum tamē potuit altitudinis terminum deprehendere. An hoc idem stagnum ab eodem Pausania quoque AMPHIA-RAI FONS dicatur, mihi non satis lique-re, ex eius lectione, liberè confiteor.

ALDVABIS, sic legit Ful. Ursinus apud Casarem, quo loco alij codices ALDVAS-DVBIS, & ALDVASDALIS habent. Ptolemao DVBIS, δὲβίς est. Iulianus apostata in epistolis DANVBIM, δάνυβιν, vocat. Gallie Narbonensis fluvius est, quem Poldus & Marlianus hodie Doux nomen habere aiunt.

ALEMANIA, vide ALAMANI, & GERMANIA.

ALEMANNVS, Suevie in Germania fluvius, quem Altmul hodie vocant. Georgius Fabricius.

ALENITICVM, vide ÆLANITICVS.

ALERIA, vide VALERIA COLONIA.

ALES, Pausaniae fluvius apud Colophonem, omnium in Ionia gelidissimus. Idem auctor, ut Hermolaus annotavit, flumen Colopho-
niae fri-

nia frigidissimum AVELONTA vocant.
Sed quod synonyma sint, non assero.

ALESA, vide ALÆSA.

ALESCA, vide ALISCA.

ALESIA, vide ALEXIA.

ALESTES, & CELANDVS, Hispania fluvius qui fortè Cauado hodie dicitur: Sic mihi Clusius in suis schedulis manuscriptis, ex Hispanica sua peregrinatione allatis. Celandus, apud Melam inuenio. Alestes, mihi ignotum est.

ALESVS, Sicilia fluvius est, prope Aletam urbem: cuius meminit antiqua tabula marmorea, ut tradit Fazellus, qui eum hodie Pittineo vocari, ait.

ALETA, ἄλιτα, Illyrici opidum Ptolemao, quod hodie Mosth appellant, ut scribit Marius Niger.

ALETIVM, ἄλιτον, Ptolemao opidum Salentinorum, in Italia: Leze Mario Nigro dicitur. BALESIVM Plinij, & VALETIVM Pomponij est, ni fallor; etsi Niger BALESIVM hodie S. Cataldo dici scribat.

ALETIVM, ἄλέτριον, Straboni Latij opidum est. Alatro nunc dici, scribit Leander. Incolas ALETINATES habet Cicero.

ALEX, ἄλιξ, Straboni, Dionysio & Thucydidi; CÆCINVS, καίκιν, Pausania, Aeliano, & Plinio; synonyma sunt Hermolao, Locrorum fluminis in Italia. Aleſſo hodie dici, scribit Leander. LVCANVM hunc quoque vocat Marius Niger, nescio quo auctore. Cacinum Locresium, in Magna Graecia fluvium esse, qui horum agrum à Rhegino dividit, Pausanias in Eliacis docet: at Cæcinus & Alex sunt diversa flumina Thucydidi, lib. 3. Alecem hunc fluvium credo Ciceronem ad Trebatium, HALETVM nuncupare. Et fortasse eundem Theocritus ALLENTVM, ἄλλεντα, vocat.

ALEXANDRI, quæ & ARACIA, insula Persidi adiacens Ptolemao, ἀλεξάνδρῃς, καὶ ἀρακία.

ALEXANDRIA, ἀλεξάνδρεια, Syria Carve opidum, ad Iſicum sinum. Hoc nostra tempestate Alexandreta vocari, scribit Marius Niger.

ALEXANDRIA, ἀλεξάνδρεια, Aegypti ce-

lebre ab omni aro emporium. Hac antea RACASTA, ρακάστῃ, dicta fuit, Cedrena teste. Plinio auctore lib. 5. cap. 10. olim RACOTIS appellata fuit. Idem Stephanustradit. Idem innuit Pausanias in Eliacis. Straboni certè lib. 17. ρακῶτις, RACOTIS, pars Alexandriae est, qui olim vicus. Hanc Alexandriam LEONTOPOLIM, λεοντόπολιν, quoque vocatam scribit Eustathius, & Stephanus; qui eam etiam POLIM, per excellentiam dictam ait. Etiam PHAROS, & in rebus Romanis SEBASTE, σεβάστῃ, id est AVGVSTA, item IVLIA, ἱουλία, CLAVDIA, κλαυδία, DOMITIANA, δομιτιανή, & ALEXYNTERIA, ἀλεξυνηρία, eodem teste. NOO Hebrais nominatur, ut docet D. Hieronymus. Scandera hodie dici asserit Buonacciolus, in suo Strabone, quem ex Græco Italicum fecit. Vide ANTIOCHIA, BVCEPHALA, CHARAX, EXOPOLIS, & TROIA.

ALEXANDROPOLIS, vide MEGARA.

ALEXIA, Casari Mandubiorum in Celtis opidum. ALESIA Paterculo scribitur, & Diodoro, item Polyeno, lib. 8. Stratagematum, ἀλισία, Rob. Cænalis dicit Lauvois vocari: Gab. Simeonius Lussoia, fortasse Italica lingua. Paradinus verò dicit eius hodie nihil exstare, præter nominis umbram, Alize. cui subscribit Vigenerus.

ALEXYNTERIA, vide ALEXANDRIA.

ALFATERNI, vide NVCERIA.

ALGARIXA, vide HIEROSOLYMA.

ALGIDVM, Straboni & Stephano, ἄλιγιδον, mediterraneum Latij opidum. Leander, & alij, hodie Roccha del Papa vocant.

ALGIDVM NEMVS, in Latio: Selua del Aglio nunc. Marius Niger, & Leander.

ALIA, vide ALLIA.

ALIACMON, ἀλιάκμων, Macedonia fluvius Ptolemao. Pelecas Sophiano est: at Mercatori Platamona.

ALIARTVS, ἀλιάρτῃς Ptolemao Messenia civitas: Niocastro, Nigro; Archadie, Theveto.

ALICARNA, vide CHALCIS.

ALIFA, vide ALLIPHA.

ALINZA,

A L.

- ALINZA**, vide **OROSA**.
ALISÆI, vide **ÆOLIS**.
ALISCA, Pannonia urbs Antonino. **ALESCA** lib. Notitiarum, in Valeria provincia opidum. Simlerus Anyauara vocat.
ALISONTIA Antonini, fluvius est in Messellam erumpens. Alf à Scaligero interpretatur.
ALISTA, ἀλιστα Ptolemæo Corsica insula opidum: Ista, Pineto.
ALISVM, ἀλεισων, Germania urbs Ptolemæo. Harustein Villanovano, in suo Ptolemæo.
ALISVS, ἀλεισός Ptolemæo Germania urbs, in partibus Septentrionalibus. Parthen Villanovano.
ALLECTVM, Scotia urbs, quæ postea Deidonum appellatum est; ut testis est Polydorus, & ante eum Boëthius. Unde vernaculè dicitur apud eundem.
ALLENS, vide **ALIX**.
ALLIA, Umbria fluvius in Sabinis, apud Livium. Caminate Leander vocat. Blondus scribit nonnullus Curtesio videri. Iunius dicit Rio de Mosso appellari quoque: Hoc nomen unica L. scribendum docet Aldus in sua Orthographia.
ALLIPHA, ἀλλίφα, Samnitum civitas Ptolemæo. Alphi, Mario Nigro. Singulari L. & per F. scribitur apud Sil. Italicum lib. 12.
ALLOBRYGES, ἀλλόβρυγες Ptolemæo, Narbonensis Gallia populi. Sauoit Schudo, Daulphinois Marliano, Poldo, & Rhennano auctoribus. Stephanus etiam Allobri- ges per I. scribit, ex Polybio. **ALLOBROGES** per omicron in penultima Latinis, ut Casari, Plinio, & cæteris.
ALLOERA, vide **ATTALIA**.
ALLOPHYLI, vide **PHILISTHÆI**.
ALMA, Etruria fluvius, Antonino. qui Leandro Arbia est. Vide **ALMVS**.
AEMEDESSVS, vide **HALMYDISSVS**.
ALMON, ἄλμων, civitas Bæotia: quæ ab Hellanico malè **SALMON** etiam dicitur, ut Stephanus habet.
ALMONIA, vide **MINYA**.
ALMVS, Hungaria mons, quem Probus Imp. vitibus electissimis ex Italia allatis (ut tradit in eius vita Aurel. Victor) conferit. Arpatarro & Tarczal incolis vocatur, ut testa-

A L.

- tur Lazius. Vopiscus **ALMA** habet.
ALONE Pomponio, **ALONÆ**, ἀλώνει Ptolemæo. Regni Valentia in Hispania opidum, Alicante, Clusio. Vide **PROCONNESVS**.
ALONESVS, vide **HALONESVS**.
ALONTIVM, vide **ALVNTIVM**.
ALOPECE, ut Plinius, & **ALOPECIA**, ἀλωπεκία, ut Ptolemæus, qui eam **TANAIS**, ταναίς, quoque appellari ait. Meotidis paludis insula. Ille des Renards vocat eam Pinetus, idque ne magis significativè, quàm propriè, subdubito. **CALARVS**, κάλαρ &, etiam vocari, ex Stephano videtur. Vide **TAVRICA CHERSONESVS**.
ALOPECOS, vide **ORCHALIS**.
ALOPES, vide **EPHESVS**.
ALOR, vide **CALOR**.
ALPES, mōtes longissimi tractus, qui Italiam à Germania & Gallia tamquam muro nativo separāt. **ALBIA** & **ALPIONIA** olim dictos fuisse, scribit Strabo. Stephano etiam ἀλπεια, & ἀλπειοι, dicuntur. Hodie multis locis, in Germania, adhuc **Alben** vocantur. **SALPII**, σάλπιοι, videntur à Lycophrone appellari: ut sentit eius commentator Isacius. **ALPIS**, ἄλπις, quoque singularis numeri (ut & hoc addam) usus est Lucanus, et Dionysius Alexandrinus. De Alpibus vide Alciatum, in Commentariis in libellum Taciti, de Germania: Sed in primis Iosiam Simlerum, in libello quem De Alpibus inscripsit.
ALPES IULIÆ Tacito, in Foro Iulio, regione Italia. Zelic Leandro, Julien Schudo hodie. **IULIAS ALPES** à Mela **TAVRVM** appellari putat Gand. Merula. Eas quoque **CARNICAS**, & **NORICAS** nominari scribit Simlerus: sed lege ipsius de Alpibus commentarium. Am. Marcellinus tradit Iulias Alpes antiquitatem **VENETAS** nominasse. Vide **ARDIVS**.
ALPES SVMMÆ, Casari, & Antonino: S. Gotardo, vel S. Gotthardsberg Leandro, & Schudo.
ALPES VENETÆ, vide **ALPES IULIÆ**.
ALPHATEMIA, & **ALPHATERNÀ**, vide **NVCERIA**.
C **ALPHEVS**,

ALPHEVS, ἀλφειὸς, Peloponnesi fluvius, Ptolemaeo & aliis. Rophea Sophiano est, Alabo Alph. Adriano. Marius Niger scribit ab accolis Orphea, à nautis verò Italis Carbō vocari. Video à Gemisto ROPHEAS, ῥοφεὰς, appellari. Hic fluvius, (si veteribus in eo fides adhibenda fuerit,) in Arcadia regione, prope Elidem civitatem oritur, et subter mare Adriaticum defluens, in fontem Arethuse, in Sicilia erumpit. Hunc auctor de fluminib. scribit antea STYMPHELV M, στυμφελῶ, & NYCTIMVM, νύκτιμον, vocatum. De hoc fluvio Alpheo vide Corographiam Siciliae Claudij Aretij, qui scribit hunc non in fontem Arethuse, sed è mari ante huius os erumpi vocariq; vulgo Oculum Zilice. De eo vide etiam Fazellum, lib. 4. Decadis 1.

ALPHIVS, vide MYENV S.

ALPIS, vide ALPES, & CARPIS.

ALSA, Plinio Fori Iulij fluvius. Ansa Leandro, Aufa Nigro. in alterutro fortè error typographicus est. Limino Blondus eum vocat, & Lizonzio Lazius. ALSVANVS ego eum apud Cassiodorum dici suspicor. ALSAM fluvium non longè esse ab Aquileia, scribit in vita Constantis Imp. Aurel. Victor.

ALSADAMVS, vide SIREON.

ALSIETINA AQUA, qua eadem vocatur AVGVSTA; Frontinus. Aqueductus in Urbis Romæ est.

ALSIVM, ἄλσιον, maritimum Tusciae opidum est Ptolemaeo. Cere, Leandro; S. Seuera, Nigro est.

ALSVANVS, vide ALSA.

ALTANVM, Calabriae opidum Antonino. Hodie Soreto dici, scribit Gab. Barrius.

ALTHÆA, vide OLCADÉS.

ALTHEPIA, vide ORÆA.

ALVINVM, ἄλπινον, Ptolemaeo est Venetiae mediterranea urbs, quam Villanovanus Torcello dici ait.

ALVINVM Antonino, Pannoniae Inferioris urbs, quam Bosock Simlero dici video.

ALTIS, vide IOVIS LVCVS.

ALTISSIODORVM, vide VELLAVNODVNVM.

ALVION, vide ALBION.

ALVNS, ἄλνς, Arcadiae vicus, quem Æs-

CVLAPII FANVM quoque vocant. auctor Pausanias. Idem videtur eundè quoque ORYGEM, ὄρυξ, appellare.

ALVNTIVM, Plinio ALONTIVM, ἄλντιον Ptolemaeo, HALVNTIVM Ciceroni, Siciliae opidum: S. Angelo nunc dici, Aretius testis est. Castello da Brolo nominat Leander: An hoc SOLVSABRE ANTONINI sit, videat Simlerus. ego SOLVNTIVM potius eius putarim.

ALVONA, vide ALBONENSES.

ALVTA, ἄλτα Ptolemaeo Daciae fluvius: Alvata Mercatori. Lazius & Sambucus scribunt. Ut Hungaris, & Alth Germanis dici. Peucerus putat ARARVM, ἀραρός, Herodoto esse.

ALVIRÆNSES, Alpini populi, apud Plinium. Lodro opidum putat Simlerus, à quo Lodronij comites.

ALVVM, ἄλβον Ptolemaeo Histriae opidum mediterraneum. Leander scribit Algonia vocari.

ALYBAS, vide METAPONTVM.

ALYBE COLUMNA Graecis, ἄλβη, quae ABYLA Latinis: In Africa est, ad Fretum Gaditanum: Ceuta Castaldo, Sierra dalmatza Petro Olivario, Almiña Carolo Clusio hodie dici videtur. Ego Scheminczel-berg, à similitudine ibi degentium, à nautis nostratibus dici puto. Pet. de Medina eum Sierra Ximiera vocat; quod idem significat. Hanc ALYBA Graecis & CALPE Barbaris vocari; altera verò, quae è regione est, in Libya, à Graecis CYNGETICA, κυνηγητική, & à Barbaris ABENNA, ἄβεννα, nuncupari scribit Eustathius. Idem inquit eas SATVRNI, deinde BRIAREI, postea MERCVLIS dictas. A Pindaro PORTAS GADIRIDAS, πύλαι γαδαιέειδαι, quoq; appellatas, tradit Strabo. Errat Eustathius in eo, quod ex Calpe & Alybe synonyma facit; cum ab omnibus Geographis Calpen in Europam, Abylam autem in Africam statui, in confesso sit. ABYBE, ἄβύβη, & ABINA, ἄβίνα, etiam malè vocat eas Tzetzæ. Sic quoq; ABILYX Suidas. Neq; sine reprehensionis nota Abylon hodie Alcudia vocari, scribit Ruscellus, in suo Illustrium Symbolorum libro Italico. Vide CALPE.

ALYBES, vide CHALYBES.

ALYS, vide HALYS.

AMADOCOS, ἀμαδοκοί, populos, & montes, habet Ptolemaus, in Sarmatia Europæa.

Item AMADOCAM urbem, & AMADOCAMPaludem, quam Peucerus ab Herodoto MATREM HYPANIS vocari scribit.

AMAGETROBIA, vide MAGETROBIA.

AMALCHIVM, vide BALTICVM.

AMALÆCHITIS, vide IDVMÆA, & AVTÆI.

AMAMASSVS, vide TAMASSVS.

AMANICÆ, ἀμανικαί, Pyla, vel Porta Ptolemaeo; quæ Curtio, & Straboni, AMANIDES, ἀμανίδες: Polybio MANIDÆ sunt, sine A: Plinius AMANI Montis, appellat. sunt montis Amani angustia vel fauces. Scanderona vocatur ab Abylfedea, ut existimat Bapt. Ramusius. Portella nominatur à Mario Nigro. SYRIÆ Porta sunt eadem Ptolemaeo; aut non longè hinc distantes. CILICIAS portas Plinius hoc tractu quoque describit.

AMANTENI, Ptolemaeo, ἀμαρτενοί, Pannonia Inferioris populi: Plinio AMANTES sunt. Eisdem videtur Stephanus ABANTES, ἀβαντες, vocare, & regionem AMANTIAM, ἀμαντία. AMATINI Caesaris, alij sunt.

AMANTIA, vide NAPITIA.

AMANVM PORTVS, vide FLAVIOBRIGA.

AMANVS, ἀμανός, mons Ptolemaeo in Cilicia est. MELANTIVM, μελάντιον, prius vocatū scribit Isacius Tzetzæ. Monte Negro Bellonius vocat: Thevetus Arcuna. vide TAVRVS.

AMARANTIVS, vide PHASIS.

AMARDVS, vide MARDVS.

AMARYLLIS, vide ROMA.

AMASIA, ἀμάσια, Ptolemaeo Germania urbs: Martpurg Cattorum in Hassia academiam interpretatur Appianus.

AMASENVS Virgilio, Volscorum fluvius: Abbatia, Georg. Fabricio.

AMASTRIS, ἀμασεις Ptolemaeo, aliis etiam AMASTRVM, Asia Minoris in Bithynia opidum ad Pontum Euxinū; quod olim SESSAMVM vocatum fuit, auctore Plinio: CROMNA quoque Stephano. Tzetzæ scribit sic ab Homero vocari: sed Strabo lib. 12. tradit illud ex quatuor pagis constructum, SE-

SAMO nempe, CYTORO, κύτωρ, CROMNA, κρομνα, & TEIO, τήιον, Ptolemaeus Tion, πόν, habet. Sed hæc tria ultima sunt illi diversa, vicina tamen Amastri urbi. Samastro hodie dicitur, teste Nigro.

AMASVS, ἀμασός Ptolemaeo, AMASIA, ἀμασία, Straboni, AMISIA Tacito, AMISIVS Plinio, & Pomponio: Germania fluvius, in eius oceanū erumpēs. Eems, hodie.

AMATHE, vide EPIPHANIA.

AMATHVS, ἀμαθός Ptolemaeo, Cypri insule opidum: Limisso, Mercatori. Vide PAMISSVS.

AMATHVS, Ptolemaeo Palaestina urbs, quæ Græcè THERMÆ dicitur, Hegesippo teste: eo quod fontem calidum habeat: Syro enim sermone, ἀμαθός, aquarum vapor appellari fertur. Hegesip. lib. 4. cap. 16.

AMATHVSA, vide CYPRVS.

AMATINI, vide AMANTENI.

AMAXAMPEVS, ἀμαξάμπεος, dicitur incolarum lingua, Scythia fons, qui Hypanum fluvium amaritudine inficit: Græci eum vocant SACRÆ VIÆ, ἱεγὶ ὁδοί, Ex Herodoto lib. 4.

AMAXOBII, ἀμαξόβιοι, Sarmatia Europæe populi Ptolemaeo: HAMAXOBITÆ vocantur Pomponio. Vide SCYTHÆ.

AMAZONES, ἀμάζονες, muliebris gēs, veteribus decantatissima, iuxta Thermodōtem fluvium. Vocatur quoque SAVROMATIDES, σαυροματίδες, & SAVROPATIDES, σαυροπατίδες, Eustathio, & Stephano. MELANES eas nominat Iornandes, nisi corruptus sit locus. Fuere etiam in Libya, Diodoro teste, & ad Hyrcanum mare, in Caucasi partibus, ut refert in vita Pompeij, Plutarchus. Hodie adhuc tale genus apud Americanos, ad flumen quod Hispani ab illis Rio de las Amazonas vocant, degere scribunt qui regiones illas nuper inventas perlustrarūt. Fides sit apud illos. Legimus autē apud Diod. lib. 3. Amazonas habitasse insulam quādam Atlantici maris maximam.

AMAZONICVS, vide PHASIS, & TAVRVS.

AMAZONIVS, vide CVME, & TANAIIS.

AMBARRI, populi apud Cesarem: Charolois hodie, Vigenero. vide BITVRIGES.

A M B I A N I, Gallorum populi, apud Casarem, Amiens, Marliano censore. Sigebertus scribit **A M B I A N V M** primum **S O M M O N O B R I A M** dictam. Sed Sommonobriam, pro Samarobrina eum dixisse puto: neque eum scivisse Samarobrinam & Ambianum duas esse urbes apud Casarem in Commentariis. bonos enim auctores, eius seculi scriptoribus non admodum familiares fuisse, ex eo liquet, quod hanc Sommonobriam ab Antonino Pio conditam addat: cuius tamen memoria apud Iulium Casarem habetur.

A M B I B A R I I, apud Casarem populi Celtarum; inter Armoricos. Ambie eo in loco ponitur à Vigenereo; prope Montem S. Michaëlis.

A M B I L I A T E S, Gallia populi apud Casarem: Durances Marliano, Auranches Orontio, Lambalois Cœnali sunt.

A M B I S O N T I I, vide **A B I S O N T E S**.

A M B I V A R I T I, Casari Gallia Belgica populi: Antwerpen; Petro Dineo: Ioannes Becanus verò eos **D'landt van Sijen** interpretatur, voce non admodum dissona; dicitque ea Brabantia opidula comprehendit, quæ in Berg terminantur: quæ sunt **Bergen op Doorn / Steenberg / Debergen / & Geertruydenberge**, inter Mosam & Scaldim sita. Vide **ANTVERPIA**.

A M B R A, Antonino Vindelicia urbs: Simlora Brug est, ad Ambrum fluvium.

A M B R A C I A, Straboni & Plinio; **A M P R A C I A** per P. ἀμπρακία Ptolemæo & Herodoto: Gracie urbs in Epiro est, quodam **E P V I A**, ἐπειά, & **P A R A L I A**, παραλία, dicta, Stephano teste. **P E R R A N T H E M** incolæ vocat, inquit Livius lib. 38. sed montem illi vicinum, sic dictum vult. Ambrachia adhuc hodie vocari auctor est Sophianus. Larta, Nigro dicitur.

A M B R A C I V S S I N V S, Epiri, ad mare Ionium: Golfo del Arta, Sophiano.

A M B R O N Æ, vide **L I G V R I A**.

A M B R O S I I M o n s, in Anglia, Britannorum Heroum clade nobilitatus: hodie **Stoncheg** nominatur ubi immensa magnitudinis saxa conspiciuntur, modo tam incredibili cōstructa, ut omnes in admirationem tanta stru-

ctura converterent. Alex. Neryllius, in suo libello, Noricus, inscripto.

A M B V A R E T I; Gallia populi apud Casarem, lib. De bello Gallico 7. Ambrun interpretatur à Blasio Vigenereo. **A M B R V A R E T I** quidam legunt.

A M E N A N N V S, ἀμένανθ, Straboni; **A M E N E S**, ἀμένα, Gracè legitur, Pindaro: synonyma esse cuiusdam Siciliae fluminis, qui hodie Iudicello dicitur, scribit Fazellus.

A M E R I A, ἀμερία, Umbria opidum Ptolemæo: Amelia Leandro.

A M E S T R A T I N I, vide **M V S I S T R A T V M**.

A M I D A, hanc urbem Am. Marcellinus Mesopotamia regioni adscribit, eamq; à Constantino Imp. ampliatã, & **C O N S T A N T I A M** appellatam tradit. Sabellico auctore Caramida hodie dicitur. Caramit vulgari lingua, opinor.

A M I N E A, vide **F A L E R N V S**.

A M I N S V S, vide **A M I S V S**.

A M I S V S, ἀμισός Ptolemæo, **A M I N S V S**, ἀμινσός, Straboni, Galatia opidum. **H E N E T A** à Poëta dictum, scribit Zenodotus, apud Strabonem. Idem Strabo tradit illud ab Atheniensibus frequentatum, & **P I R Æ V M** dictum. Plinius auctor est, Mithridate victo, **P O M P E I O P O L I M** vocatum. Niger putat hodie Simiso dici.

A M I T R O C H I T O N E S, vide **H E R A C L E A**.

A M M Æ A, ἀμμαία, Mesopotamia urbs Ptolemæo: Amit Nigro.

A M M Æ D A R A, ἀμμαίδαρα, Africæ Proprie urbs, Ptolemæo. **M E T R I D E R A** apud Orosium, **M E R C I D E S** apud Freculphum nominatur, **M E D E R A** in libello de Limitibus, **A D M E D E R A** apud Antoninum. An hæc synonyma, an corruptas lectiones vocitem, nescio.

A M M A N A, vide **P H I L A D E L P H I A**.

A M M O C H O S T V S, vide **P E D A L I V M**.

A M M O D I S, vide **A R E N O S V M**.

A M M O N I A, vide **L I B Y A**, & **P A R Æ T O N I V M**.

A M M O N I A C A M, regionem Aegypti vocat Ptolemæus. Item Stephanus, ἀμμώνια. Hodie Cançaron de Mahoma dicitur, scribit Villa-

bit Villanovanus in suo Ptolemaeo.

AMNIAS, vide ZALISCVS.

AMNISVS, ἀμισός, Straboni Creta insula navale: Picorna Nigro.

AMORDI, vide SCYTHÆ.

AMORGVS, ἀμοργός, Straboni, AMVRGVS, ἀμυργός Ptolemaeo: una ex Cycladibus insulis est, in Mari Aegæo. Hæc quondam HYPERE PATAGE, (vel, ut alij, PLATAGE) Plinio dicitur. Stephanus scribit eã quoque PANCALÈ, παγκάλη, PSYCHIA, ψυχία, & CARCESIA, καρκήσια, appellari. Hermolaus addit ab eodem MORGE nuncupari. Amurgo adhuc nomen retinere, dicit Sophianus.

AMOROIS, vide MARISVS.

AMPELOS, vide CERCETIVS, & ISMARVS.

AMPELVSIA, vide COTES.

AMPHE, vide CASOS.

AMPHIARAI fons, vide ALCYONIVM stagnum.

AMPHICLEA, vide OPHITEA.

AMPHIMALES Sinus, ἀμφιμαλῆς, ad Cretam insulam Ptolemaeo: Golfo de la Suda, indigitatur à Sophiano.

AMPHIMETRIVM, vide CERNE.

AMPHIPAGVS, vide CORCYROPOLIS.

AMPHIPOLIS, ἀμφίπολις, Macedonia urbs, Ptolemaeo. Hæc prius ACRA, EION, εἶονα, MYRICA, μυρίκη, CRADEMNA, κράδεμνα, ANADRÆMVS, ἀνάδραμ; item VRBS MARTIS, & NOVEM VIÆ, ἐννέα ὁδοί, appellata fuit, Suida auctore. at hic eam in Thracia ponit, ut etiam ab Herodoto, in Polymnia, ni fallor: ubi eam NOVEM VIAS HEDONORVM, ἐννέα ὁδοῦς, vocat. Item Thucydides lib. 1. ubi tamē interpretis malè Decem via habet. Sed regionum confinia ab auctoribus interdum confundi, non est infrequēs. Hodie Chrisopoli est, ut Nardus in suo Livio perhibet. Vide THAPSACVM, & MYRCINVS: eandem enim esse dubito.

AMPHIPOLIS, Syrie urbs, ad Euphratem, quam Syri quoque TYRMEIDA, τέρμεδα, vocant. Ex Stephano.

AMPHISSIA, ἀμφισσι, Λοκροῦν, in Achaia

urbs, secundum Ptolemaum: Nigro, Lambino dicitur.

AMPHISSIA, Ovidio lib. 15. Metamorphoseon nota, eo versu, Lenibusq; Amphissia remis, Saxa fugit. Hodie Arocella nuncupatur, auctore Barrio.

AMPHITHEATRVM urbis Roma, ἀμφιδέατρον, Italis Coliseo, Belgis Germanica lingua utentibus, Het huys van wonderen, id est, domus admirabilis, vocatur.

AMPRACTIA, vide AMBRACIA.

AMPSAGA, ἀμψάγα Ptolemaeo Mauritania Casariensis fluvius: Marius Niger Collo appellat.

AMVRGVS, vide AMORGVS.

AMYCLÆ, ἀμύκλαι, Laconia urbs Straboni: olim appellata LIMNÆ, λίμναι. In hoc loco nunc Vordonia est, ut tradit Mar. Niger.

AMYCLEVS, vide TAYGETVS.

AMYCLI PORTVS Plinio, DAPHNE vel LAVRVS INSANA, δάφνη μαινομένη, Arriano; Bospori Thracij, ad litus Asiaticum. Hodie Lamia & Scala marmorea dici, scribit Pet. Gyllius, in suo Bosporo. Ego AMYCI, non Amycli, apud Plinium lego. Vide DAPHNE.

AMYMNÆI, vide THESPROTIS.

AMYMONIVS, vide LERNÆVS.

ANABÆNVS, vide MÆANDER.

ANACTORIA, vide MILETVS.

ANACTORIVM, ἀνακτόριον, Epiri opidum, ad sinum Ambracium, Straboni: Vonizza, Sophiano dicitur.

ANADRÆMVS, vide AMPHIPOLIS.

ANAGNIA, Straboni & Ptolemaeo, item Ciceroni, ἀναγνία, Latinorum urbs illustris: Leandro Anagna est.

ANAMASCIA, Pannonie Inferioris urbs, Antonino: Almaz Simlero: qui addit pro eo in libro Notitiarum malè ADNAMANTIA legi: sed ANAMATIA habet Lazijs, in sua Vienna. Vide TEVTOBVRGIVM.

ANAMATIA, vide ANAMASCIA.

ANAPAVOMENVS, vide IOVIS FONS.

ANAPHE, maris Cretici insula, apud Plinium. hanc Stephanus tradit MEMBLIARVS,

- RVS, $\mu\alpha\upsilon\kappa\lambda\alpha\pi$, à Cadmi comite Europæ quærentis, appellatam. Scribitur & BLIARVS, per aphæresin. Namphio hodie dici, scribit Sophianus, qui eam quoq; HIPPV-
RIM, $\iota\pi\pi\alpha\epsilon\iota\varsigma$, vocat. Vide DELOS.
- ANAPVS, $\acute{\alpha}\nu\alpha\pi$, Thucydidi, Theocrito, & Ovidio, qui eum ANAPIN vocat. Sicilia fluvius est, hodie Alpheo dictus, Aretio. Sed Anapus alius est fluvius Thucydidi, in Chaonia, 80. stadiis à Strato urbe distans.
- ANAREI, vide SCYTHÆ.
- ANARTES, Casari sunt populi Dacis vicini. VValachi, Seruij, & Bulgari sunt Blasio Vigenereo.
- ANAS, $\acute{\alpha}\nu\alpha\varsigma$, Hispania fluvius Straboni, ANA, $\acute{\alpha}\nu\alpha$ Ptolemæo: Rio Guadiana dicitur Hispanis, ab Arabibus recepto vocabulo, quibus Guad fluvium designat: quasi dicerēt, fluvium Ana. Est etiā fluvius Sicilia, apud Livium lib. 24. quem Anatum vocat.
- ANASIS, vide OASIS.
- ANASSVS Plinio, Carnorum fluvius, Venetæ ditionis: Piane interpretatur à Leandro, Brenta à Castaldo. Marius Niger dicit eum hodie Lugnano, & à quibusdā Stella vocari. Piane à Fortunato PLAVIS appellatur.
- ANASTASIA, vide DARIA.
- ANATHA, $\acute{\alpha}\nu\alpha\theta\alpha$, appellat Arrianus TYRVM, inquit Stephanus. vide PHATVSÆ.
- ANATILORVM regio, $\acute{\alpha}\nu\alpha\pi\lambda\omega\upsilon$, est in Gallia Narbonensi, Ptolemæo: Prouence Poldo est.
- ANATOLE, $\acute{\alpha}\nu\alpha\pi\lambda\eta$, id est ORIENS, dictus est mons circa Gangem fluvium: qui postea CORYPHE, $\kappa\omicron\rho\rho\phi\eta$, id est VERTEX nominatus fuit: ex eo quod Sol Anaxibiam nympham in eo compresserit: ut scribit Plutarchus de Montibus.
- ANAZARBUS, que nunc CÆSARAVCVSTA, inquit Plinius, Cilicia urbs est, ad Pyramum fluvium, Dioscoridis patria. ANAZARBA, $\acute{\alpha}\nu\alpha\zeta\alpha\rho\beta\alpha$, legit Stephanus. Suidas scribit eam olim CYINDA, $\kappa\upsilon\iota\nu\delta\alpha$, postea DIOCÆSAREA vocatā. Huius $\delta\iota\omicron\kappa\alpha\iota\sigma\alpha\rho\beta\iota\alpha$ meminit hoc tractu Ptolemæus. Axar hodie nominatur, si Moletio credendum sit.
- ANCÆ, vide ANXA.
- ANCALITES, Britannia insula populi,

- apud Casarem. Ankenlut Glareano.
- ANCHIALA, $\acute{\alpha}\gamma\chi\iota\acute{\alpha}\lambda\eta$, Cilicia civitas, que & PARTHENIA, $\pi\alpha\rho\theta\eta\nu\iota\alpha$, & tandem etiam TARSVS dicta fuit. auctor Stephanus. Sed idem subiungit aliquibus diuersas esse urbes, Anchialen & Tarsum. Vide TARSVS.
- ANCHIALVS, $\acute{\alpha}\gamma\chi\iota\acute{\alpha}\lambda$ Ptolemæo Thracia urbs, ad Pontū Euxinum. MESSA olim hoc loco erat: ut Plinius tradit. Anchialo hodie, Sophiano teste. Kenkis Mercatori, in sua Europæ tabula recognita.
- ANCONA, urbs Piceni: prius PICENA dicta. Cato in Originibus. ANCON, $\acute{\alpha}\nu\kappa\omega\nu$ Ptolemæo est. Nomen retinet, ANCONA. Vide CONOPON.
- ANCORE, vide NICÆA.
- ANCYRA, $\acute{\alpha}\gamma\kappa\upsilon\rho\varsigma$, Galatia in Tectosagibus urbs, Ptolemæo, & Plinio. Angouri hodie dicitur, Bellonio & Nigro.
- ANCYRANI, vide GALATIA.
- ANCYREVUM, Asia Minoris promontorium: ubi Pontus finitur, incipit q; Bosporus. Hodie Psomion. Ex Petri Gyllij Bosporo.
- ANDANIA, $\acute{\alpha}\nu\delta\alpha\nu\iota\alpha$, Arcadia urbs, quam malè Scepsius OECHALIAM, $\omicron\iota\chi\alpha\lambda\iota\alpha$, putavit, ut scribit Strabo lib. 10.
- ANDARISTVS, $\acute{\alpha}\nu\delta\acute{\alpha}\epsilon\iota\sigma\omicron\varsigma$, Pelagonum in Macedonia urbs, apud Ptolemæū. Vostance apud Thevetum nomen habet.
- ANDECAVI, vide ONDICÆOVÆ.
- ANDECRIVM, $\acute{\alpha}\nu\delta\acute{\epsilon}\kappa\epsilon\iota\omicron\nu$ Ptolemæi, & ANDRETRIVM, $\acute{\alpha}\nu\delta\rho\eta\tau\epsilon\iota\omicron\nu$, Strabonis, easdem esse scribit Villanovanus: Dalmaticæ mediterraneæ civitas.
- ANDEGAVENSES, vide ONDICÆOVÆ.
- ANDES Sillio, Virgilij Maronis patria, Lombardie Cispadane vicus, Mantuani territorij. Petula Leandro, & ante eum Bocatius. Vide ONDICÆOVÆ.
- ANDETHANNALIS, vicus in Gallia Belgica, Antonino: Echternach Simlero.
- ANDIANTES, $\acute{\alpha}\nu\delta\iota\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\varsigma$ Ptolemæo Pannonie Inferioris populi; quos Strabo ANDIZETIOS, $\acute{\alpha}\nu\delta\iota\zeta\eta\tau\iota\omicron\iota$, vocat.
- ANDOMATVNVM, $\acute{\alpha}\nu\delta\omicron\mu\acute{\alpha}\tau\upsilon\nu\omicron\nu$, Longonum urbs, Ptolemæo, in Gallia Belgica: Langrès, Villanovano est.
- ANDRAPA, vide NECCLAVDIOPOLIS.

ANDREIS, ἀνδρῆς, Pausania, Græcia regio: qua postea **PHLEGYANTIS**, φλεγυάντης, dicta fuit. Vide **GYRTONE**.

ANDRETRIVM, vide **ANDECRIVM**.

ANDRIACA, ἀνδριάν, Thracia urbs est, apud Strabonem: qua Gatopoli Nigro nominatur.

ANDROLITIA, vide **MAGNESIA**.

ANDROS, ἀνδρῶς, maris Aegæi insula, prima inter Cyclides. Hanc ex Myrsilo scribit Plinius primo **CAVRON**, deinde **ANTANDRON** cognominatam. Callimachus eam **LASIAM**, **NONAGRIAM**, **HYDRVSSAM**, & **EPAGRIN** dictam reliquit. Sophiano teste, Andro, nomen retinet. Andros hæc habet portum Gaureteos nomine, apud Livium. Vide **HEDRVS**.

ANECVS, Siciliae fluvius, qui per duo millia passuum sub terra mergens, Syracusis miscetur mari, appellaturque **ANO**, post **ANOPOSCÆNOS**, superior **ANOTISPHOROS**. Vib. Sequester.

ANEIANVM Antonino, hodie Monte Agnano, Simlero, urbs Italia, inter Patavium & Mutinam.

ANEMO, Plinio & Antonino, Flaminia fluvius, prope Ravennam. Leander Lamone indigitat. Hier. Rubens in sua Ravennatum historia, scribit eum quoque Rafanario, Fantino, & Santerno hodie appellari.

ANEMOLIA, ἀνεμόλιαι, qua & **ANEMORIA**, per R. postea **HYAMPOLIS** nominata est auctore Strabone lib. 9. Bœotie civitas est apud Ptolemeum, ὑάμπολις, **HYANTVM** in principio dictam, scribit Gerbelius. Hyampolim primum **HYANTONPOLIN** vocatam, tradit Cameraarius, in Commentariis suis Homericis.

ANEMVRIVM, Ciliciae civitas, Plinio: qua Stalemura Nigra.

ANGITVLA, Antonino Italiae flumen, in Calabria regione. Est ibidem teste Barrio in huius regionis descriptione, Angitula urbs, quam **CRISSA**, κρίσσα, à Lycophrone dictam putat.

ANGLIA, pars Albionis insula, Meridionalior. Nomen habet ab Anglis Saxonie populis, quorum Tacitus meminit; qui hæc regionem occuparunt. Vnde hodie etiam nomen **En-**

gelandt (primo mutato tantum elemento) vocatur. **TRANSMARINAM SAXONIAM** nominat eam **VVunefridus**: ut annotavit Rhenanus, lib. 1. rerum Germanicarum. **ANGOLVS**, ἀγολός, Italiae opidum, in Vestinis ponitur à Ptolemeo. **ANGOLANI** à Plinio vocantur. Circa S. Angelo hodie, **Blondo**.

ANGRIVARII, ἀγριβαριοί, Ptolemeo & Tacito: Germania populi, quos Albiatensis Engern putat. potens Saxonum dynastia. Hoc opidum Engers Cunene engers vocatum fuit à Cuno archiepiscopo Trevirensi eius conditore: ut refert Trithemius in chronico Hirsugiensi. Ex Angrivariis Peucerus **Engermund** facit.

ANGRVS, ἀγρὸς, planitiem Tribalicam interfluens, Brongum intrat, Brongus Istrum. Sic Herodotus lib. 4. De quo sic Peucerus: **SAVVM** eum intelligere arbitror, cui Dryna miscetur, priusquam Istro miscetur.

ANIANÆ THERMÆ, Cumanorum in Campania Felici opidum. Bagni del lago. Leander Albertus.

ANICIVM, vocant Gaguinus & Ioannes Poldo, eam Gallie urbem, quam **PODIVM**, aut, ut vulgò dicunt, **Puys** appellant.

ANIENS, vide **ANIO**.

ANIGRVS, ἀνιγρὸς, fluvius Peloponnesi, olim **MINIVS**, & **MINTERIVS** vocatus: Straboni & Pausania. Vide **ORCHOMENS**.

ANIO, Latij fluvius, Plinio. Teuerone **Blōdo**, & aliis. **ANIENS** etiam legitur apud Statium: ut annotavit Elias Vinetus, in **Eutropium**.

ANISVS, Austria fluvius. cuius mentio fit, (ut Rhenanus restatur) in perveteri Calendario, **Ens** hodie vocatur.

ANITORGIS, vide **ATHANAGIA**, & **LOBETVM**.

ANIVS, Locus Puteolis vicinus est, qui hodie Lago sudatorio dicitur: ut tradit Erythraeus in suo Indice Virgiliano, & ante eum **Bocatus**.

ANNIBALIS, vide **CASTRA**, **POR-**
TVS, & **SCALE**.

ANO, **ANOPOSCÆNOS**, & **ANOTIS-**
PHORVS, vide **ANECVS**.

ANOPOLIS, ἀνώπολις, quod superiore loco sita sit,

A N.

- fit a sit, vocata fuit ARADEN, ἀράδην, Creta urbs. Stephanus.
- ANTANDROS, ἀντανδρος Ptolemaeo, Asiae Minoris opidū, in Mysia regione, ad mare Aegaeum. quod, ut apud Plinium est, EDONIS prius vocatum, deinde CIMMERIS, & ASSOS. idem APOLLONIA, ἠδώνης, & κίμμερος, etiam Stephano teste. Hodie S. Dimitri, Sophiano scriptore.
- ANTARADVS, ἀντάραδος Ptolemaeo Syriae urbs. quae Volaterrano nunc Tortosa.
- ANTARIANI, vide SCYTHÆ.
- ANTENNACVM Anniano. ANTONACVM habet lib. Notitiarum. ANTVRNACVM legunt Antonini exemplaria. Germania opidū ad Rhenum, Andernach vulgò. ANTONACENSE Castellum nominat Fortunatus lib. 10. in poemate de Navigio suo.
- ANTHANIS, vide TROEZEN.
- ANTHEA, vide THVRIVM, TRALLIS, & TROEZEN.
- ANTHEADÆ, vide HALICARNASSVS.
- ANTHEDON, Syriae urbs, Plinio. Postea dicta AGRIPPIAS, Iosepho auctore. Geth Volaterranus vocat. Larissa Niger idem a libi dicit presidium nunc esse, quod Daron appellant.
- ANTHEDON, ἀνθηδών, Bœotia urbs, Ptolemaeo. Talandi, forte hodie.
- ANTHEDON PORTVS Pelopōnesi est, inter Spircum prom. & Bucephalum portum. Plinius lib. 4. cap. 5. ATHENIENSIVM PORTVS apud Ptolemaeum, videtur.
- ANTHEDONIA, vide CALAVRIA.
- ANTHEMIS, vide SAMOS.
- ANTHEMOESSA, vide SIRENVSÆ.
- ANTHEMVSIA, ἀνθημοσία, Asia tractus, in Mesopotamia, Ptolemaeo. Aliduli Castello.
- ANTHINÆ, vide PISISTRATI.
- ANTHIVM, vide APOLLONIA.
- ANTHUSA, vide CONSTANTINOPOLIS, & ROMA.
- ANTIANSÆ, Antonino in Pannonia Inferiore. Baranuter Simlero.
- ANTICEITAS, ἀντικείτης, Sarmatia A-

A N.

- siatica fluvius, Straboni. qui eū ab aliquibus HYPANIS, ὑπανίς, appellari ait, quemadmodum is qui ad Borysthenem fluit. ATTICITVS, ἀττικίττος, Ptolemæi est, si Villanovano creditur. qui eum Latini hodie vocari ait.
- ANTICYRÆ Phocidis priscum nomen putat fuisse Pausanias CYPARISSVM.
- ANTICYRRHA, ἀντικύρρα, habet Ptolemaeus. Hodie Suola est, si Pineto creditur.
- ANTICYTHVRIA, vide ÆGIALIA.
- ANTIGONIA, Plinio Macedoniae opidum est. quod nostro tempore Coiogna dicitur; nisi Pinetus fallat, in suo Plinio Gallico.
- ANTIGONIA, ἀντιγόνη Ptolemaeo Epiri civitas. Croia dicitur, ut Lazius & Sophianus perhibent. Croia Epiroticum nomen esse, & idem significare quod Latine fons, scribit Mar. Barletius; nam in ea sunt fontes, inquit, iuges & perennes. Sed Marius Niger tradit hanc Antigoniam hodie Argirocastro appellari.
- ANTIGONIA, insula Bospori Thracici; quae Graecis hodie Insula principis, à frequenti filiarum Principum habitatione, virginitatem solitariam profitentium. Ex Pet. Gillij Bosporo. Vide MANTINEA, NICEA, & TROIA.
- ANTILIA, apud Suetonium locus, ex quo Volaterranus Liguria urbem facit, quam Alteiola vocat. Sed exemplarium admodum dubiam fidem hoc loco deploro. cum alij ANTLIA, alij LATOMIA, alij aliter legunt.
- ANTILIBANVS, mons Sacris litteris celebratiss. Abelinus hodie vulgo dici, perhibet Postellus.
- ANTINOE, ἀντινόη Ptolemaeo Aegypti urbs, ad Nilum fluvium. Anthios hodie dicitur, ex Ioannis Leonis Africa descriptione deprehenditur. ANTINOIA, ἀντινόη, etiam & ADRIANV POLIS, ἀδριανέπολις, appellatur. Stephano teste.
- ANTIOCHIA, ἀντιόχεια Ptolemaeo Syriae metropolis, super Oronte fluvio. EPIDAPHNE à Plinio cognominatur. REBLATHA, vel REBLA Hebraeis, ut habet D. Hieronymus in Ezechielem. Iustiniani Imp. tempore THEOPOLIS ab eodem dicta fuit. ut scri-

ut scribunt Procopius, Eustathius, & Nicephorus Calistus. Niger dicit etiamnum Antiochia vocari. Villanovanus et alij, eam Aleppo nominant. Vide EMATH.

ANTIOCHIA ad Cragum cognomento, in Cilicia urbs, Ptolemaeo auctore. Antiochetta Nigro, & alius.

ANTIOCHIA, Pisidia regionis urbs, Ptolemaeo. Hanc Plinius lib. 5. cap. 27. CAESAREAM Coloniam quoque vocat.

ANTIOCHIA Margiana, Ptolemaeo Margiana urbs. De eadē hęc Plin. lib. 6. cap. 16. Hac diruta à barbaris, Antiochus Seleuci filius eodē loco restituit SYRIANAM, interfluente Margo, qui corrivatur in Zotale. is maluerat illam ANTIOCHIAM appellari. Sed monēdus est lector, quosdam codices hoc loco pro Syriana, SELEVCIAM legere: idque fortasse sincerius. cū idem Plinius addat, hanc esse, in qua Orodes Romanos Crassiana clade captos deduxerat. Circa enim Seleuciam Crassum periisse, ex Parthicis bellis, ab Appiano descriptis, liquet.

ANTIOCHIA, Pieria regionis urbs. quæ à Syris ARADOS, ἀραδος, vocatur. Stephanus.

ANTIOCHIA, Caria urbs. quæ quoque PYTHOPOLIS, πυθόπολις, dicitur. Stephanus.

ANTIOCHIA, Mesopotamia in Arabum regione describitur à Plinio, lib. 6. cap. 26. quam ARABIM vocatam addit. Et si pro Arabim ibidem ARBELIM legendum putat Gelenius.

ANTIOCHIA Mygdonia, Asia opidum in Mesopotamia. NISIBIS, νισβίς, incolis, Plutarcho & Plinio auctoribus. NISIBIVM appellat Marcellinus Comes. Stephanus dicit MYGDONIAM, μυγδοσία, & ab incolis ASIBEN, ἀσίβην, vocari. Sibirin barbaris hodie dici, vult Marius Niger. ACHAB Hebrais appellari docet D. Hieronymus. & addit à Lucullo Romanorum consule olim captam, & ante paucos annos à Ioviano Imp. Persis traditam. Vide CHARAX, EDESSA, IONE, NISIBIS, TARSVS, & TRALLIS.

ANTIPATRIS, ἀντίπατρις Ptolemaeo,

vel ANTIPATRIDA, Palestina urbs. Arsur, vel Assur hodie, Nigro & Postello teste. CAPHARSAMALAH in Machabeorum libris vocari, refert Zieglerus.

ANTIPHELLVS, ἀντίφελος, quondam HABESSVS Plinio. Licia opidum maritimum. Nomen retinere Antiphello, Sophianus auctor est.

ANTIPHILI Portus, ἀντιφίλις, Maris Rubri à latere Africano, apud Strabonem est lib. 16. Vella hodie dici putat Stuckius.

ANTIPOLIS, quod nūc IANICVLVM in parte Romæ. Plinius lib. 3. cap. 6. Vide ÆNEIA.

ANTIPOLIS, ἀντίπολις, Daciatorum urbs, in Gallia Narbonensi. auctore Ptolemaeo. Antibe, Pineto. Sed Ragni, Poldo.

ANTIPYRGVS, ἀντίπυργος Ptolemaeo; Marmarica portus, in Africa. Castaldus putat LUCO dici. Straboni TETRAPHYRGIA est.

ANTIRRHIVM, vide RHIVM.

ANTISARA, ἀντίσαρα, quæ & TISARA, πτάρη, Stephano Datimorum urbs, & portus.

ANTISSIODORVM, vide VELLAVNODVNVM.

ANTITAVRVVS, Asia Minoris mons; Thevetus scribit à Persis Rouhan Thoura vocari. vide TAVRVVS.

ANTIVESTÆVM, ἀντιβέσκιον, Ptolemaeo Albionis insula promontorium. Peurhynguaed dicitur Lhuydo. Idem Ptolemaeus BOLERIVM, βολέριον, vocat. BELERIVM per E. in prima, legit Diodorus.

ANTIVM, ἀντιον, Latinorum portus, in Italia. Ptolemaeo teste. Cabo d'Antio, Leandro Alberto est. Antij hodie nihil prater ruinas extare, sed in eius vestigiis nūc Neptunium edificatam, volunt Volaterranus, & Blondus.

ANTONA, Tacito Britannia insula fluvius, in Sabrinam fluens. Hodie Veium vocari, auctor est Polydorus.

ANTONACVM, vide ANTENNACVM.

ANTONIA, vide BARIS, CONSTANTINOPOLIS, VOLATERRÆ, & VTRICESIVM.

D ANTHRO-

A N.

- ANTHROPOPHAGORVM** insula, Vide SINDÆ.
- ANTRVM HECATÆ**, vide ZERINTHVS.
- ANTRVM SIBYLÆ**, vide CIMMERII.
- ANTVATES**, Gallie populi; apud Cæsarem. Pais de Vault, Scudo. Pais de Ælen, Vigenereo. Vide ENANTVATES.
- ANTVERPIA**, & **HANDOVERPIA**, vocant Latini eam Brabantie urbem, quam incolæ Antwerpen, Angli Antwerp, Galli Anuers, Hispani Enveres, Itali Anuerfa vocant; Germani superiores Antorff; qui inde interdum quoque vocem ANTORPIAM faciunt. Lamb. Schafnaburgensis ANTVVERPHAM, Sigebertus ANDOVERPVM scribit. Ante annos mille & centum Andoverpos populos sive Andoverpam gentem, Francorum chronographis cognitam fuisse, Petrus Divæus docet. Hic eos AMBIVARITOS Cæsaris, ob loci convenientiam, & nominis sonum non aded dissimile, putat. Ioannes Becanus in suis de huius urbis Originibus, Cæsaris ADVATICOS esse ostendit. & urbem ATVATICVM antiquus dictum constanter affirmat, ἀττακῆτον, Ptolemæus habet. Emporium est, non solum totius Europæ celeberrimum; sed potius, ut eam Christophorus Stella Hispanus vocat, uniuersæ terrarum Orbis Forum nundinarium: tanta enim omnium gētium confluentia, mercūmque omnigenum hic est negotiatio, ut orbem quis in urbe contemplari videatur.
- ANTVRNACVM**, vide ANTENNACVM.
- ANVATH**, vide BORCEOS.
- ANXA** Plinio, & **GALLIPOLIS** Mela, Magnæ Græciæ urbs: quæ Callipoli nunc, Leandro teste. **ANCÆ** Livio.
- ANXANVM**, ἀνξανον Ptolemæo Ferentanorum in Italia opidū. Lanzano est Mario Nigro. Incolæ Plinio ANXANI dicuntur, & cognominantur FRENTANI.
- ANXVR** lingua Volscorum, quæ Latinis **TARRACINA**, ταρρακίον, ut Plinius tradit: Latij opidum. Hoc prius **TRACHINA**, τραχίον, dictum fuit, ut scribit Strabo.

A O.

- ANXVR** sine N. in numismate Vibij Pansa lego. Terracina etiamnum nominari, tradunt Leander, & ceteri.
- ANONIA**, ἀνωία, pars Bœotie montosa. Inde pro tota BOEOTIA capitur. auctores Stephanus, Eustathius, & Gellius.
- AORATIA**, vide COLOE.
- AORNVS**, vide AVERNVS.
- AORSI**, vide SCYTHÆ.
- AORVS**, per ω mega, ἀωρϞ, civitas Cresæ insule: etiam **ELEVTHERA**, ἐλευθηρα, dicitur, Stephano teste.
- AOVS**, vide LOVS.
- APÆSANTVS**, vide APESANTVS.
- APÆSVS**, vide PÆSVS.
- APAUTÆ**, ἀπαύται, Asia Minoris populi, supra Trapezuntium. Hi quondam CERCI-TÆ, κερκίϞ, vocati suere. Per E. in secunda scribit Plinius, et alij Latini: CERCE-TICOS habet Mela. Strabo. Vide ZYDRITÆ.
- APAMIA**, ἀπάμεια, Ptolemæo Bithyniæ urbs, ad Propontidem. Sic hodie etiamnum vocari scribit Sophianus. Hanc MYRLEAM, μύρλεια, appellatam scribunt Suidas et Stephanus. Myrleam Colophoniorum habet Plinius.
- APAMIA**, Magnæ Phrygiæ urbs, proxima post Ephesum dignitate. Ad Marsiæ fluminis (qui cum Meandro coit) ostia sita est, & CIBOTVS cognominata: auctores Strabo, Ptolemæus & Plinius: qui eam CELÆNAS, κελαινῶν, & initio DAMEAM dictam tradit. cui suffragatur Livius, lib. 38.
- APAMIA**, Mediæ opidum, RAPHANE cognominatum. Plinius.
- APAMIA**, Phœnicia urbs est, Eustathio, ad Orontem fluvium sita: hanc PHARNASCA, φαρνάσκην, & PELLA, πέλλα, idem dictam fuisse, ait. Puto eandem ab Ammiano lib. 23. MESENE cognominari. Stephanus eam quoque CHERRONESVM vocari ait. Hamous hodie dicit, Bellonius tradit.
- APARNIS**, vide LAMPSACVS.
- APATE**, vide SIBY.
- APELLÆI**, vide SCYTHÆ.
- APENESTE**, ἀπενέσαι Ptolemæo, Apuliæ Daunia opidum. Bestie, Nigro. Manfredonia, L'garis.
- APENNINA**, vide ITALIA.
- APEN-

APENNINVS, ἀπέννιννα Ptolemaeo et aliis, montes sunt qui Italiam secundum eius longitudinē dividūt. **APENNION**, ἀπέννιον, Stephanus vocat. In Saxonum chronicis (ut Reinechius tradit, in suo de Familiis syntagmate.) Das Parther gebirge appellatur. Latine sonat Parthorum montes. unde autem huius denominationis originem ducat, se nescire addit. neq; ego facile dixerim. Apud Ottonem Frisingensem lib. 2. De gestis Frederici I. vocatur etiam **BARDONIS mons**. Item **PARDONIS** per P. apud Conradum à Lichtenau. Italivaria illi attribuūt pro locorum varietate nomina. Mōte Fiffello vocant eius iugum, unde Nar fluvius emanat.

APERREÆ, ἀπέρραι, Licia urbs, apud Ptolemaum. Phinica Sophiano est.

APESANTVS, Plinio Argie, Peloponnesiaca regionis mons. **APESAS**, ἀπεσας, Stephano dictus. Item **SELENE**, σεληνη, .i. **LVNARIS**, Plutarchus in libello de fluminibus & montibus, eum per diphthongum scribit in secunda **APÆSANTVS**, ἀπαισαντς, & addit eundem aliquando **ARGIVM**, ἄργιον, **MICÆNAM**, μικαϊναν, **SELENTIVM**, σεληναϊον, & **OPHELTIVM**, ὀφέλιπον, appellatum.

APESAS, vide **APESANTVS**.

APHAS, Molossorum fluvius. ut Plinius docet. Hunc Inachos Pinetus vocat.

APHETERION, ἀφετήριον, India intra Gangem locus. unde solvunt qui in Chrysam navigant. Zeython Nigro dicitur.

APHLE, Plinio, ad Chaldaicum lacum vicus. Alarch, Pineto, in suo Plinio.

APHNETIS, vide **BISTONIS**.

APHNETIS, ἀφνιτις, Stephano lacus prope Cyzicum, qui prius **ARTYNIA**, ἀρτυνία, vocabatur. Eundem Strabo **DASCYLITIDEM**, δασκυλιτις, appellat. Vide **ARTYNIA**.

APHRICA, vide **AFRICA**.

APHRODISIAS, vide **GÁDES**, **NINOE**, **POLITICEORGAS**, **TROEZEN**, & **THVRIVM**.

APHRODISIVM, ἀφροδίσιον, duorum opidorum in Africa Propria nomen est, apud Ptolemaum. quorum alterū **COLONIAM**,

alterum **FANVM** cognominat. Hoc Castaldus Mahometta interpretatur. Mercator verò Africa. Sic etiam Calvetus Stella, qui eius expugnationem à Carolo V. Imp. factam, descripsit. illudque à Mauris Mahadian appellari ait. Idem ex Fazello didici. qui Mahdiam habet; Thevetus Elmahdua.

APHRODISIVM, Ptolemaeo promontorium Hispanie est, ad mare mediterraneum, ad radices montis Pyrenæi. **PYRENÆA VENVS**, Plinio dicitur. **VENERIS FANVM** Latinis. Cabo de Cruz, Cognato et Moletio. Vide **IOVIS INDIGETIS LVCVS**.

APHRODITES, vide **LÆA**.

APIA, vide **ARGOS**, & **PELOPONNESVS**.

APIDANEI, vide **ARCADIA**.

APILAS, vide **ASOPVS**.

APOCOPI, ἀπόκοπα, montes India intra Gangem. qui **POENÆ DEORVM**, ποιναϊ θεῶν, appellantur. Ptolemaeus.

APOLLONIA, ἀπολλωνία, Cyrenaicorum Navale, in Pentapoli regione. Ptolemaeo auctore. Eadem fortè cum Libyca Stephani. quam **CYRENEM** quoque vocant. Ptolemaeus tamen duas ex his facit. Hanc Apolloniam Castaldus Bonandrea dici hodie scribit.

APOLLONIA, Phrygia urbs. quam **MARGION**, μάργιον, quoque vocat Stephanus.

APOLLONIA MYGDONIA, Ptolemaeo, Mygdonia, in Macedonia urbs. Hodie Ceres; Nigro teste.

APOLLONIA, Taulantiorum in Macedonia opidum, Ptolemaeo. Ad Ionicum mare situm est. Sislopoli Pineto appellatur. Niger dicit hoc loco castellum esse Piergo dictum. Sophianus ait antiquum nomen retinere. Arbitrij ius sit apud lectorem. Hanc Apolloniam vocat Plinius Corinthiorum Coloniam. ex quo eandem esse suspicor cum ea quam Stephanus **GYLAX**, γύλαξ, & **GYLACIA**, γυλακία, dictam scribit (etsi eam in Illyrico ponat) nam & coloniam Corinthiacam esse ait, non longè ab Epidimno sitam, quod in Macedonia consinibus est: ubi eadē à Ptolemaeo et Plinio descri-

describitur. Finēs namque regionum ab au-
ctoribus confundi, non semel experimur.

A POLLONIA, Creta insula urbs antea **E-
LEVThERA**, ἐλλεθέρα, appellata. Ste-
phanus.

A POLLONIA, Athi montis opidū est Pli-
nio cuius incolas **MACROBIOS** cogno-
minat. Sed hoc epitheton videtur Poinpo-
nius urbi **ACROATHON**, in montis hu-
ius vertice sita, tribuere, cum inquit, huius
incolas dimidio longiorem vitam, quam in
aliis terris esse. Vide suprā, suo loco.

A POLLONIA, Asiae opidum maritimum.
ASOS dictum in Actis Apostolorum, D.
Hieronymus, in locis Hebraicis.

A POLLONIA, Straboni urbs est in ora
Ponti, Milesiorum Colonia: maiori sua par-
te condita in parva quadam insula. Hanc
Plinius **A POLLONIATARVM IN-
SVLAM** vocat. forte idem cum Thynias
Apolloniarum; quam vide suo loco.

A POLLONIA, Thraciae urbs, Plinio **AN-
THIVM** olim vocata. Mela Magnan
cognominat. Hæc Sissopoli à Nigro dici-
tur. Pineto vetus nomen manet. Vide **AN-
TANDROS**, **CÆSAREA**, **CYPA-
RISSVS**, **CYDONIA**, **MOR-
DIÆVM**, **THYNNIAS**, & **TROE-
ZEN**.

A POLLONIATIS, vide **SITTACENE**.

A POLLINIS Promontorium, Ptolemæo
in Africa Propria est. Rasamuzat Ger.
Mercatori est.

A POLLINIS Fanum, Ptolemæo in Africa
Propria situm. Tamaclati hodie, si Castal-
do fides habeatur.

A POLLINIS CIVITAS MAGNA,
in Aegypto est, Ptolemæo. Munfia nunc di-
ci, ex Ioanne Leone, collegit Zieglerus.

A POLLINIS Templum, **ZERINTHIVM**
vocant incolæ, Livio teste lib. 38. qui hoc in
Thracia describit, in Aeniorum sinibus.

A POLOGVS, vide **TEREDON**.

A PONIANA, vide **PACONIA**.

A PONVS, Titi Livij patria, in Venetorum
ditione. Abano, Leandro. Vide **FONTES**.
A PONI.

A POSPHENDONETI, vide **METHONE**.

APPIA VIA, quæ ab urbis Romæ porta

Capena Capuam, aut, ut alij prodidere,
Brundisium usq; lapidibus strata erat, lon-
gitudine CCCXXX.M. passuum, quibus non-
nulli XX. adiciunt propter ambages: etiam
LATIA siue **LATINA**, **AVSONIA**,
CLAVDIA, & **TRAIANA** dice-
batur ut annotavit Goltzius in sua Magna
Græcia, capite de Tiano. Appiam & Lati-
nam diuersas esse, dicit Procopius.

APRI COLONIA, ἀπροι, Thraciæ opi-
dum est, Plinio & Iustino. Hoc **THEODO-
SIOPOLIS**, θεοδοσιόπολις, dictum scribit
Cedrenas. Apri tamen hodie, Sophiano.

APRILIS, vide **PRILLE**.

APROSITAS, vide **OMBRIO**.

APRUSA, Plinio Flaminiae fluvius. Plusa
L. Alberto.

APRUSTANI, Brutiorum mediterranei
populi: Gabriel Barrius ex iis Castrovilla-
no urbem Calabriae facit. Alio in loco dicit
forte Vernicarium opidum in eo loco esse.

APSARVS, vide **ABSORVS**.

APSORVS, ἀψορῶν, Ponti Cappadoci-
ci urbs, ad mare Euxinum Ptolemæo: **AP-
SARVS**, ἀψαρῶν, habet Arrianus & di-
cit eam quoque **APSYRTVM**, ἀψυρτων,
appellatam quod Medea ibi Apstyrum occi-
derit. Strabo et Plinius hoc in mari Hadria-
tico in eiusdem nominis insula factum scri-
bunt. Tanta est inter veteres rerum gesta-
rum inconstantia. Hunc fluvium antea **Æ-
GIALIVM** appellatum, scribit Stukius
& num idem **NAXIVS** dicatur ab Aelia-
no, subdubitat. Vide **ABSORVS**.

APSVS, ἀψυς, Macedoniae fluvius, Ptole-
mæo. Spirnasse, Theveto; Vreo, Nigro: qui
dicit eum à quibusdam **THAPSV** voca-
ri. Mihi hoc nondum constat.

APSYLÆ, vide **SCYTHÆ**.

APSYNTHVS, vide **ÆNVM**.

APSYRTIDES, vide **ABSORVS**.

APTERIA, ἀπτερία, Creta insula opidum,
Ptolemæo **APTERON** forte Plinij. Ma-
rius Niger Paleocastro nominat.

APVA, opidum est ad fontes Macri fluminis
Catoni. Castello di ponte tremulo,
Leandro.

APVLÆ, vide **VERETVM**.

APVLIA DAVNIA, Ptolemæo, ἀπελων
δαυνια

A Q.

δακνῶν, Italia regio, qua nunc Puglia plana est, Leandro teste.

APVLI A PEVCETIA, ἀπυλῶν πευκετίων, Italia regio, Ptolemao. Terra di Barri, Leandro. Apulia quoque appellata fuit MESSAPIA, Festo auctore. Vide IAPYGI A.

APYRÆ, Lycia urbs, Plinio. Finica nunc ibi castellum. Nigro teste.

APYRI, quos TAPYROS vocat Geographus ut Eustathius tradit, in Dionysij periegesi. Populi sunt Hyrcanis vicini.

AQVÆ, vide NVAGERRA.

AQVÆ AVGVSTÆ, ὕδατα ἀυγέσα, Ptolemao. opidum Tarbellorum, ad Pyreneos montes. Baiona, Calio Augustino. Est qui GENNVS, nescio quo auctore, dictum scribit.

AQVÆ BIGERRONVM, vide AQVENSIVM.

AQVÆ BILBITANORVM Antonino, quod in Bilbilis Tarraconensis urbis agro sita sint, fortè sic dicta. In Arragonia regno sunt, & Los Baños de Alhama vocantur, Varrerio teste. Cui sunt etiam hodie alia sic dicta, in Batica. quo verò nomine ea antiquis cognita fuere, studiosis indagandum relinquo.

AQVÆ CAIÆ. Horum meminit Strabo, lib. 5. ut refert Ann. Viterbiensis. Item Tibullus, in eo carmine, Nunc autem sacris Caiarum maxima lymphis. etsi Baiarum in exemplaribus impressis legatur, ut idem Annius dicit, sed rectè nec ne, alij videant. Bagni de Bollicano, Leander vocat. easq; prope Viterbum describit.

AQVÆ CALIDÆ, ὕδατα θερμα, Ptolemao. Cilinorum, in Hispania Tarraconensi opidum. Orense, Beuterus vertit.

AQVÆ FLAVIÆ, Portugallia opidum. quod hodie Chiaues nominatur. Hoc mihi Clusius communicavit. Vetus inscriptionis, quã Aldus in sua Orthographia edidit, meminit huius nominis.

AQVA MARCIA, Urbis Romæ; quondam AVFEIA dicebatur. & fons eius PICONIA. Plinius lib. 31. cap. 3.

AQVÆ QVINTIÆ, sive QVINTIANÆ, ὕδατα κβίντινα, Seurorum, in Hispania

A Q.

nia Tarraconensi opidum. Aquecaldes, Moletio dicitur.

AQVÆ SEXTIÆ, ὕδατα σέξπα κολωνία Ptolemao Gallia Narbonensis opidum. Aix, Ioanni Poldo. SEXTILIA habet Plutarchus in Vita C. Marij. COLONIA IVLIA AQVÆ, vocatur in antiqua inscriptione. ut patet in Thesuro Goltzj. COLONIA IVLIA AVGVSTA AQVÆ SEXTIÆ, etiam in vetusta Inscriptione, quã habet Scaliger, in suo Ausonio.

AQVÆ SOLIS Antonino opidum, THERMÆ, vel AQVÆ CALIDÆ, ὕδατα θερμα Ptolemao. Beda & Gylde BADONIVS, vel BADONICVS MONS est. ut Lelandus docet. qui hoc Britannicè Cairbadon appellat. Opidum est Belgarum, Albionis insule. Lhuydus scribit Anglicè Bath vocari.

AQVÆ STATELLORVM, ἀκιδισατέλλα, Straboni, STATYELLORVM Plinio; STATELLATES vocat Livius. STATIELLENSES sunt lib. II. Epist. Ciceronis. Lombardia Cispadana opidum est, quod Acqui hodie dicitur. ut Leander vult. Hermolaus autè putat Alexandriam, que, Della paglia cognominatur, esse hoc loco. cum inquit, Hinc se noster Merula Statyelsenem nominat. ibi natus, ubi nunc Alexandria Palearum cognomine est sita, Rob. Cœnalis in sua Gallia, scribit hanc Alexandriam olim vicum fuisse, Roboreto nomine, & ab Aenobarbo Imp. in urbem extructam, atq; ab eo Casarea appellatam: postea verò ab Alexandro Pontifice, Alexandria nuncupatam.

AQVÆ TARBELLÆ, vide TARBELLA.

AQVÆ VOCONIS, Antonino Hispania Tarraconensis opidum. Balneole Episcopo Gerundenfi.

AQVARIVS VICVS, vide VISONTIVM.

AQVENSES, Italia populi, cognomine TAVRINI, Plinius lib. 3. cap. 5.

AQVENSIVM CIVITAS, in Novempopulania est, teste Libello Prouinciæ. Huius incolas VICANI AQVENSES dici, docet Scaliger, ex lapide antiquo, ibidem extante. Idem Scaliger eandem AQVAS BIGERRONVM dicit vocari.

- AQVILA**, vide **ISTER**, & **NILVS**.
AQVILEIA, ἀκλιώλια, κολώνια, Fori Iulij
 urbs primaria; Ptolemaeo, Straboni, Plinio,
 & aliis. Incolis nomen retinet. Germanus
 Algar vocari puto. **AQVILIAM** quoque
 vocatam, testatur Eustathius.
AQVILEIVS SINVS, vide **TERGE-**
STINVS.
AQVILONIA, ἀκλιώνια, Livio & Ptole-
 meo Hirpinorum civitas, in Italia. Agnone
 Castellum, Leandro. Anglona, Nigro.
AQVINCVM, ἀκίνκον, Pannonia Inferioris
 urbs, Ptolemaeo. Volunt Budam (quae Offen-
 dicitur) esse, dicit Simlerus. **ACINCVM**
 hoc etiam nominari apud Antoninum, &
 lib. Notitiarum, idem tradit.
AQVINVM, ἀκείνον, Latinorum, in Italia
 opidum. Aquino, Leandro.
AQVIS, ex Tacio, & veteri inscriptione,
 colligit Scudus eam esse Helvetiae urbem quam
 Obernbadem appellant. Ibidem enim ve-
 tus inscriptio **AQVIS** meminit.
AQVITANIA, ἀκκίτάνια, pars Galliae
 Ptolemaeo, & aliis. Haec aliquando **ARE-**
MORICA dicta fuit, teste Plinio. Hodie
 Guienne vocatur, Marliano. Stephanus
 per Y. scribit in secunda. Vide **AREMO-**
RICA.
AQVILA, ἀκκλα Tusciae mediterranea urbs,
 apud Ptolemaeum. Leander Aqua pēdente
 vocat. **AQVENSES** forte Plinij, quos
TAVRINOS cognominat.
AQVINATES, vide **GALLIANI**
SALTVS.
AQVISGRANVM, vide **NVAGERRA**.
ARABES SCENITÆ, à Diodoro **ABA-**
TI vocantur. Vide **SARACENI**.
ARABIA, ἀραβία, Gentium nulli postferen-
 da, amplitudine longissima; à monte Amano
 è regione Cilicia, Comagenésque, descendit
 ad mare nostrum, littusq; Aegyptiacum, in-
 quit Plinius, lib. 6. cap. 28. Idem Arabes ad
 Nilum fluvium pertingere à Syene ad Me-
 roën, ex Iuba auctore scribit; & ultra Ti-
 grim ad Characem usq; versus Ortum ex-
 tendit. Hi eorum populi ab eo quoq; enume-
 rantur: **AROEI**, **ASCITÆ**, **AVTEI**,
AZAREI, **CATABANI**, **ELDA-**
MARII, **ESBONITÆ**, **GNEBA-**

- DEI**, **MARDANI**, **MASEI**, **OREI**,
RHETAVI, & **SCENITÆ**. Strabo
 hos addit. **CHAVLOTÆOS**, χαυλο-
 τῆοι, **AGRÆOS**, ἀγραῖοι, & **CHA-**
TRAMOTITAS, χατσαμωτεῖται.
ARABIA, Ptolemaeo & Arriano, Arabia
 Felicis opidum, ad Sinum Arabicum. Hodie
 Aden Pet. Appiano est. sed haec **OCELIS**
 Iovio videtur.
ARABIA DESERTA, ἔρημος, Hebraeis
CEDAR. Beriaza Villanovano hodie.
ARABIA FELIX, ἡ δαίμων, Graecis. So-
 lino ex Plinio **BEATA** dicitur. **PANCHA-**
IAM vocat Virgilius, ut Servius annotat.
 Plinius scribit eius incolae **SABÆOS** olim
 nuncupatos. Aiman hodie dici, in tabulis
 recentioribus. Mamottam à Saracenis vo-
 cari, tradit Pinetus.
ARABIA PETRÆA, πετραία Ptole-
 meo, quae Straboni & Plinio **NABATÆA**.
 In Sacris literis eam incolunt **AMALE-**
CHITÆ. Asia regio est, Palaestina conter-
 mina. **TERTIA PALÆSTINA** vo-
 catur Procopio & Stephano. Barraab Zie-
 glero, Bengaucal Castaldo dicitur. Ra-
 thal-alhaga apud Thevetum est. Arias
 Montanus scribit in suo Apparatu Biblico
 Hebraeis **THROSIM** appellari.
ARABICVS SINVS, mare Rubrum
 Europaeis, Mar di Mecha ab accolis voca-
 tur. Barrius scribit Bohar corfun, (i ma-
 re clausum) appellari. Nisi Thevetus ludit,
 Arabibus Zocoroph, vel Boharzoco-
 roph, & aliis Zahara nuncupatur. **BRA-**
CHIA, βράχια, etiam dici, Stephanus au-
 ctor est. Hebraei **MARE SVPH** nominant.
ARABIS, vide **ANTIOCHIA**.
ARABIVS, vide **ARBIS**.
ARABRIGA, ἀραβριγα Ptolemaeo Lusita-
 niae urbs mediterranea. Rabida nunc, Aria
 Montano.
ARABYSA, ἀράβυσα, Cauconidis urbs quae
 & **PESINES** vocatur, πεσινῆς, auctor
 Stephanus.
ARACH, vide **CYRRHISTICA**.
ARACHNÆVS, vide **SAPYSELA-**
TVM.
ARACHOSIA, ἀραχωσία, Asia regio, Pto-
 lemaeo. **ARACHOTIS** etiam dicitur.
 Cahul

Cahul Castaldo, Poholich Theveto, Chefimur Mercatori nuncupatur. Vide DRANGIANA, & IARAH.

ARACHOTVS, ἀραχωτός, Arachosia lacus est, apud Ptolemeum. Marcellinus ARACHOTOSCRENE nominat. Item urbis eiusdem regionis nomen est apud Ptolemeum: Plinius ARACHOSIORVM opidum vocat, & quibusdam COPHEN dictam subiungit. Hæc urbs ARACHOSIA à Stephano dicitur additque eam à Semiramide conditam, & nominari κώμην.

ARACHTVS, ἄραχτος Ptolemaeo, Aetolia in Achaia urbs. N. Gerbelius scribit eam ab aliis ARACYNTHVS appellari. Scio hoc loco à Strabone & Plinio Aracintum montem poni.

ARACHTVS, Epiri fluvius Plinio. Gerbelius putat eundem esse cum ARETHONE Livij. Arachtum tamen Livius quoque hoc tractu habet. Spagmagmurisi hodie dici, Niger mihi auctor est.

ARACIA, vide ALEXANDRIA.

ARADecii, vide DECIIARA.

ARADEN, vide ANOPOLIS.

ARADOS, vide ANTIOCHIA, & PARIA.

ARADUCA, Calliicorum opidum Ptolemaeo in Hispania Tarraconensi. Arzua, Moletio sed Guimaraez, Floriano dicitur. In Latinis Ptolemaei codicibus hoc nomen habetur; in Græcis verò non item.

ARÆ, vide ÆGATHES.

ARÆFLAVIÆ, vide ALÆFLAVIÆ.

ARALAPIDEA olim, inquit Lazius, Pannonie urbs, quæ hodie Dechlarn, in Austria dicitur. Retinet adhuc nomē fluvius præterfluens Erlaph. ARLAPA habet lib. Notitiarum. Vide ARLAPE.

ARÆPHILÆNORVM, vide PHILÆNIVICVS.

ARÆSESTIÆ, vide ARÆSOLIS.

ARÆSEXTIANÆ Plinio, TURRIS AVGVSTI Pomponio, LVCVS AVGVSTI, λυκος αὐγύστη Ptolemaeo; sunt synonyma eius urbis in Hispania, (ut Villanovanus & Tarapha volunt) quæ hodie Lugo dicitur.

ARÆSOLIS, ut in exemplaribus Latinis legitur. ARÆSESTII est in Græcis Ptolemaei codicibus, ὄνσις ἑσσηί, Promontorium est Hispanie Tarraconensis, post Nerium promontorium. Moletius Cabo de Mongia vertit. Has ARAS SEXTIANAS tres scribit Plinius Augusto dicatas.

ARATVILA, τριτάτα ἑσσηί, opidum Corsicæ insula. Calonica dicit Pinetus vulgo dici.

ARACYNTHVS, vide ARACHTVS.

ARADVCTA, ἀραδύκτα, Lusitanorum urbs Ptolemaeo. Lamarante, Moletio.

ARÆNILITVS, ἀραίνε ἀκτὴ, Thracia, antea DRACONTIS, δρακοντίς, dictum fuit. Plutarchus in Quaestionibus Græcis.

ARÆTHYREA, vide PHLIVS.

ARAGVS, ἀράγος, Iberia fluvius Straboni, qui eum confluere cum Cyro amne tradit. Ptolemaeus hunc eundem sub nomine FLVMINIS, ΠΟΤΑΜΟΥ, describit.

ARAGVS, fluvius à diuo Eulogio citatur. hodie Argavocatur; ut Ambrosius Moralis addit. qui dicit eum non longè à Baiona urbe oriri, & in Egam flumen intrare. quod idem Eulogius CANTABRVM vocat.

ARAM, vide ARMENIA MAIOR, & SYRIA.

ARAMÆI, & ARAMI, vide SCYTHÆ, & SYRIA.

ARANDIS, ἀρανδύς, Lusitania urbs, Ptolemaeo Torre Vedra, Moletio dicitur.

ARANISCI, vide OSI.

ARANTIA, vide PHLIVS.

ARAPOTES Plinio, MARIA & MARRÆOTIS, μαρία, ἢ μαραιώτις, Straboni. Stephanus μαρεία, & μαρεώτις, habet. Lacus Aegypti est, qui Alexandria incumbit, à plaga Meridiana. Buheira Zieglero dicitur. Lago de Antacon ab opido eius nominis ei adiacente, videtur appellari, in quadam aegyptiaca topographia tabula manuscripta, quæ apud me est. Ego ex eadem tabula suspicor hoc opidum Antacon, Strabonis SCHEDIA, χεδία, esse. Pro Arapotes, RHACOTES legendum. & non lacum, sed locum, suadet Pintianus, in suis Castigationibus Plinianis, lib. 5. cap. 10. Vide ALEXANDRIA.

ARAR, *ἄραρ* Ptolemæo Gallia Narbonensis fluvius. Plinio ARARIS est. Ab Am. Marcellino SANGONA appellari, scribit Paradinus. SAVCONNA ego apud Marcellinum lego. Idem Paradinus dicit, in sua Lugdunensi historia SCORAS à Polybio appellari, *σκόρας*. Hodie Saone vocatur. Auctor de Fluminibus tradit antea BRIGVLM, *Ἐπιγυλῶ*, nuncupatum. Fides sit apud auctorem.

ARARAT, vide ARMENIA, & TAURVS.

ARARVS, vide ALVTA.

ARAVRA, vide CESSERO.

ARAVRARIS, & **ARAVRIVS**, vide RHAVRARIS.

ARAVSIO, *ἀραυσίω* Ptolemæo. Plinius SECVNDANORVM cognominat. Gallia Narbonensis urbs, quæ hodie Orange dicitur. Poldo, & alius, teste.

ARAVZONA, Illyrici opidum, Ptolemæo, *ἀραυζώνια*. Ostroviza Nigro, Suonigra Simlero cui etiã ARAVSA Antonini est.

ARAXATES, vide IAXARTES.

ARAKES, *ἀράξης*, Armenia fluvius apud Ptolemaum, & Strabonem. qui eum quoq; PENEIVM, *πηνειῶ*, dicit. Auctor Plutarchus, de fluminibus, tradit eũ prius BACTRVM, *βάκτρον*, & HALMVM, *ἄλμων*, dictum. DORINX alio nomine vocari scribit Erythraeus, in suo Indice Virgiliano. Videtur nunc Arais dici. Thevetus scribit incolis Colachz vocari. Vide BACTRVM, THERMODON, & PENEVS.

ARAXVS, *ἀράξω*, Peloponnesi est promontorium, apud Ptolemaum. Bordonius Chiarenza, Niger Tornefe indigitat.

ARBAXANI, vel **ARBAZANI**, vide IPSICVRI.

ARBEA, vide HEBRON.

ARBELITIS, vide SITTACENE.

ARBIS, *ἄρβις*, Straboni & Plinio; **ARTABIVM** Marcellino, & **ARABIVS**, *ἀράβις* Ptolemæo. Gedrosia in Asia fluvius. Indorum ab Occidente (ut Plinius, & Nearchus apud Arrianum perhibent) terminus. Berbero hodie vocatur, Nigro.

ARBOCALA, vide ALBOCELLA.

ARBONÆ, vide ABNOBI.

ARBOREAM, scribit Leander Alb. olim vocatam Sardinia urbem, quam hodie Oristagni vocant.

ARBOR FELIX, Antonino Helvetia opidum, ad Brigantium lacum situm. Arbon, Rhenano teste.

ARBORICHÆ, Gallia Belgica insula, Procopio. Iacobus Meierus eas accipit pro iis quas Mosæ Scaldisque ostia faciunt. vulgòque hodie Zeelandt vocamus. Becanus lib. 3. Francicorum docet Brabantos precipuos Arborichorum esse, quibus adiungit Eburones. Sed ABRODITI hoc loco apud Procopium legendum contendit Pet. Diveus. quorum mentio est apud Annonium, Egimarthum, & eius seculi scriptores. Sigebertus etiam hos à Carolo Magno perdomitos scribit.

ARBOROSA, Ammianus lib. 16. Vrbs Gallie. Arbois est, in Comitatu Burgundie. Hoc me docuit Vict. Gifelinus.

ARBUCALA, vide ALBOCELLA.

ARBYTI Montes, *ἄρβυτα*, Gedrosia, Ptolemæi; à Marcellino BARBITANI vocantur.

ARCADIA, *ἀρκάδία*, quam DRIMODIS primò vocatam, mox PELASGIS, tradit Plinius. Eustathio & Stephano auctoribus, quoque AZENIS, AZANIA, GIGANTIS, LYCAONIA, PELASGIA, & PARRHASIA, *πελασγία*, *ἀζανία*, *γύγαντις*, *παρρήσια*. Item PANNIA, *πανία*, Regio Peloponnesi est. Nomen Arcadiæ nondum amisisse puto. Incolas AZANES, & BALANIPHAGOS dictos, ex Herodoto monuit Camerarius, in suis Homericis Commentariis. Stephanus Arcades PROSELENOS, *προσελένης*, appellat. Dionysius APIDANEOS, *ἀπιδανῆς*, & in tres dividit. in PARRHASIOS, AZANAS, & TRAPEZVNTIOS, *τραπεζυντίες*. Stephano quoq; **ARCADIA** Aegypti urbs est. Plinio quoq; in Creta insula. sed hoc parergon.

ARCADIACVS, vide FAMISSVS.

ARCADICVS, vide PVLVS.

ARCADIOPOLIS, vide BERGVLA.

ARCADIS, vide ARCHABIS.

ARCANYM, Ciceronis villa, Blondo cui opidum

A R.

- opidum Casinati propinquum, quod Arce nunc dicitur. Cicero eius meminit in Epistolis ad Atticum.
- ARCATI, ἀρκάτις Καπίλειον, India intra Gangem regia, Ptolemaeo. Bisnagar, Castaldo.
- ARCE, vide ACTIPVS.
- ARCENNVM, Tuscia urbs est, M. Catoni. Ann. Viterbiensis dicit quoque BARCHENNVM, & BRYGIANVM vocatum. Hodie, cum Leandro, ait Bracciano nominari.
- ARCESI CERATA, vide EPIPHANIA.
- ARCHABIS, ἀρχαβίς, fluvius in Euxinum erumpens, describitur ab Arriano:
- ARCADIS, ἀρκάδης, Ptolemai videtur, Cappadocia.
- ARCHADIA, vide AEGYPTVS.
- ARCHADIVS, vide ACHERON.
- ARCHE MORVS, fluvius, qui antea LANGIA dicebatur; Statio auctore. LARGIA habet Vibius, male. Vide NEMEA.
- ARCHIBIVM, vide EVBOEA.
- ARCHIM, vide PETRA.
- ARCHIOS, locus iuxta Byzantium; qui Agios Phocas nunc. Pet. Gyllius.
- ARCHONIDIA, vide ALESA.
- ARCI, opidum Hispania Tarraconensis, quod hodie Harifa dicitur. Ex antiqua inscriptione eiusdem loci, hoc me docuit Clusius.
- ARCILACIS, ἀρκιλάκεις, nomen duorum in Hispania epulorum, Ptolemaeo. alterum in Batica, quod Moletius Alcala horra vocat. alterum Bastetanorum, in Tarraconensi regione. Archifana idem appellat.
- ARCOBRIGIA, ἀρκόβρυγα Ptolemaeo sunt duae huius nominis urbes. primam in Lusitania statuit. hanc Alcafor nominat Moletius. alteram in Tarraconensi, Celtiberorum regione. hac Varrerio, & Clusio Arcoz est.
- ARCONNESVS, ARCTON, & ARCTONNESVS, vide CYZICVS.
- ARCTVRVS, vide PHASIS.
- ARDALIO, vide RVBRICATVS.
- ARDESCVS, vide ORDESVS.
- ARDIÆI, vide VARALII.
- ARDIVS, ut Xilander legit apud Strabonem. Græca ἀρδιον, habent. mons est qui

A R.

- Dalmatiam mediam secatur. Hic, ut Beat. Rhenanus (in Pacati Panegyrico Theodosio Aug. dicto) scribit, IVLIARVM Alpium nomine à Sex. Rufo describitur.
- ARDONEÆ, vide ERDONIA.
- ARDOTIVM, ἀρδοτιον, Illyrici opidum, Ptolemaeo. Magonicha, Mario Nigro vocatur.
- ARDVENNA Casari, maximus Gallie saltus. nomen à circum habitantibus retinere observavi. Ardene enim hactenus vocant, qui Gallica lingua utuntur. Beat. Rhenanus appellat Lutlicher Waldt; quasi dicat Leodiensium nemus. à vicinia nempe. Achterwaldt à Franc. Irenico nominatur. Strabo ἀρδέννα, habet.
- AREBRIGIVM, Antonino opidum supra Augustam Salassorum. quidam ERIBVRICVM vocant. & Veteri Celtica lingua, Cerenburg dictum putant. Hodie fortè Tuile. Simlerus in Alpium Commentariis.
- ARECOMICI Plinio, ARICOMII, ἀρικομοιοί Ptolemaeo, ARICOMISII, ἀρικομισιοιοί, Straboni. hic eos eosdem esse cum VOLCIS scribit. Gallie Narbonensis populi sunt. Nismes hodie, aut Nemausensium territorium potius, ut Ioannes Poldus tradit. Ipsa urbs NEMAUSVS, νέμαυς Ptolemaeo dicitur.
- ARECOS, vide INARIACVM.
- AREDATE, ἀρεδάτι Ptolemaeo est, Austria opidum ad Danubium, quod nunc Tintz vocant teste Pyramio, in sua Germania tabula. Lazius Ardacher putat, monasterium. quod idē ARAM LAPIDEAM appellat. Sed vide ARA LAPIDEA.
- AREESA, vide ARSYSSA.
- ARELATVM Colonia, ἀρελάτων Ptolemaeo, ARELATE Sextanorum Plinio. Gallie Narbonensis nobilis urbs. Multorum civitatum decus, vocat Marcellinus. Hodie Arles, Ioanni Poldo. GALLVLAM ROMAM nominat Ausonius. CONSTANTINAM appellari, sanxit Fl. Cōstantinus Imp. ut docet in Ausonium suum, Scaliger qui antiquam inscriptionem etiam profert, in qua ARELATE MAMILIARIA vocatur. Antiqua inscriptio est in Goltzj.

- Thefauro, qua habet COL. IULIA PIA ARELATE. ARAM LATAM olim dictam, à duabus columnis, quibus ara imposita erat, scribit ex Gervasio Guaguinus: sed magis ridiculè, quàm verè, ut ego autumo.
- AREMICI, (nonnulli ARTOMICI legunt) Gallie populi ad fines Volgarum sunt Casari: Armaignac Marliano est.
- AREMORICA, A QVITANICAM Galliam sic olim vocatam scribit Plinius. Inde fortasse hodie etiamnum quidam tractus in ea Armi, nac dicitur ut colligit Robert. Constantinus.
- ARENACVM, Tacito Germania urbs, eaque in Geldria ducatu hodie Arnhem dicta: ut Divus, & Rhenanus tradunt.
- ARENE, ἀρήνη, Straboni Messeniorum opidum, in Peloponneso prope Minyium fluvium. Meminit eius Plinius, & Pausanias: qui addit hoc OEBALIAM nuncupatam postea. Scholiastes Apollonij Rhodij dicit ex Pisandro, HIERÆNAM quoque dictam; testis est Valentinus Rotmarus. SAMICVM, σαμικόν, heroum temperibus, aut aliquanto ante, Arenen vocatam fuisse, Pausania persuasum est. Est hoc tractu etiam ERENA, ἔρηνα, urbs Straboni, quam falso quidam etiam ARENAM appellavere.
- ARENOSVM LITTVS, ἀμμῶδες Ptolemaeo Corsica insula urbs maritima. Laie-re, interpretatus est Pinetus.
- AREOPOLIS, ἀρεόπολις, Palestina urbs est D. Hieronymo: quam Hebraeis MOAB vocari dicit. RHABATHMOMA, ῥαβὰθμωα, etiā vocari scribit Stephanus: sed hic eam in Arabia ponit. RHABMATHMOMA, ῥαβμαθμῶα, habet Ptolemaeus, in Arabia Petraea.
- AREOS NESOS, vide ARIA.
- ARETA, Calabria fluvius est, ut ex Etymologico scribit Gab. Barrius in sua Calabria; qui eum novo nomine Lipuda vocat.
- ARETHON, vide ARACHTVS.
- ARETHVSA, ἀρέθουσα, Amphaxitidis regionis, in Macedonia, opidum ad Sinum Strymonicum. Tadino hodie, nisi fallat Pinetus.
- ARETHVSA, Ithaca insulae fons est, qui et-

- iam CYPARA, κύπαρος, dicitur; Stephano.
- ARETHVSA, Virgilio, & aliis, iuxta Syracusas fons. ALABVM, ἀλάβη, Ptolemaei esse, vult Erythraeus. VAGEDRVSA, malè legitur pro Arethusa apud Silium, omnibus quot haectenus vidi excusis codicibus. Versus est lib. 14. qui sic sonat: Qui fontes Vagedrusa tuos, & pauperis alvei, Hypaten & c. quo deceptus Volaterranus lib. Geographia 6. Vagedrusam inter Siciliae fluvios enumerat. Vide ARSENA.
- ARETHVSII, vide CHALCIS.
- ARETHYREA, vide ASOPHIS.
- ARETIAS, vide ARIA.
- ARETINI, Italiae populi Plinio: qui ter eos eodem capite nominat; cognominaq; addit VETERES, FIDENTES, & IVLIENSES. Ptolem. ARRHETIVM, ἀρρήτιον, est. Tusciae populi, & opidum, quod hodie Arezzo vocant, teste Leon. Aretino.
- ARETIAS, vide ARIA.
- AREVA, fluvius Hispaniae, de quo hac Plinius lib. 3. cap. 3. Areuacis nomen dedit fluvius Areva. Eresma nunc appellari credit Navagierus, in suo Itinerario Italica lingua scripto.
- AREVACÆ, ἀρεβάκαι Ptolemaeo Hispania Tarraconensis populi sunt. Strabo & Plinius AREVACI legunt. Per duplex CC. habet App. Alexandrinus, ἀρεβάκκοι. Hoc tempore, eorum urbem Marquesia dici, ex eius antiquis ruinis colligit Car. Clusius. Est tamen in hoc tractu pagus qui antiquum nomen retinere videtur, Aravacca enim vulgo etiamnum vocatur. 3000. passuum à Madrito distat Septentrionem versus. Navagierus Arevalo urbem habet, quam credit antiquum nomen retinere.
- ARGÆVS, Cappadociae mons altissimus, Straboni. Sine diphthongo scribit Ptolemaeus, ἀργεον. Vocatus eum ARTAGVM vocat. quo, nescio, teste. Vide LIBYSSVS.
- ARGANTONI CAMPI, vide TARTESSIDEM.
- ARGARICVS Sinus, ἀργαρικὸν κόλπον Ptolemaeo. In India intra Gangem. Mercatori Golfo di Bengala est.
- ARGELIA, ἀργέλια, Germania urbs Ptolemaeo. Torgaw Saxonia, Petro Appiano.

ARGENNVM, ἀργεννον, promontorium Aeolidis, Ptolemao in Asia Minori. Cabo Stellato Sophianus. Cabo Bianco Niger, & Bordonius indignant.

ARGENNVM, Lesbos insulae promontorium Ptolemao. Hoc Niger scribit SIGRIVM à Strabone appellari.

ARGENNVM, Ptolemao Siciliae promontorium est, ad Fretum Mamertinum. Leander Lingua del Faro interpretatur. Fazellus Cabo de S. Alessio vocat. Idem scribit Lingua del Faro quoque Brachium S. Reineri appellari. at quo nomine antiquitus vocatum hoc fuerit, ipse non addit. Vide HERA.

ARGENOMESCVM, ἀργενομέσκον, Hispania Tarraconensis opidum, Ptolemao. Arnano Moletio, in suo Ptolemao, vocatur.

ARGENTANVM, opidum Brutiorum est apud Livium. Marco hodie, teste Barrio.

ARGENTARIVS Mons, sive promontorium Tusciae, cuius meminit Rutilius, in suo Itinerario. Monte Argentaro vernaculo dicitur. Videtur à Plinio & Ptolemao sub nomine TELAMON, τελαμών, describi.

ARGENTEOLA, ἀργεντέολα, Asturiae urbs in Hispania, Ptolemao. Medules, Moletius vocat.

ARGENTEVS Amnis, vocatur à Plinio, & Cicerone lib. 10. Epistolarum. Galliae Narbonensis fluvius. quem Pinetus Argentine interpretatur. Villanovanus habet Argenton. ἀργεντιον, habet Ptolemaeus, per 1. in penultima.

ARGENTEVS Mons, in Hispania, non procul à Castaone, & vnde Batis effluit, ut tradit Strabo, ἀργυρῆς. Sierra Segura incolae appellant, ut Florianus testatur. Sierra d'Alcara est Clusio. TVGIENSIS Salsus erit Plinij, ex eo enim ipse Batim oriri scribit.

ARGENTIA, vide SARGETIA.

ARGENTORATVM, ἀργεντοράτων Ptolemao, Marcellino, & Sex. Aurelio; **ARGENTINA** aliis. Germania urbs est, per se satis nota. Hodie Strasbourg. **STRASBURGV** etiam nominat Regino, qui ante annos quingentos, & amplius scripsit. Exteri omnes etiamnum Argentina vocant.

Rob. Constantinus hanc eandem esse putat cum ea quam Aurel. Victor, & Diaconus ex Marcellino, **ARGENTARIAM** appellant, trigintaq; Alemānorum millia à Gratiano Imp. ibidem caesa tradit. Sed Rhennus legit cum Ptolemao **ARGENTVARI**, de qua vide suo loco.

ARGENTVARIA, ἀργενταρία, Galliae Belgicae urbs est Ptolemao. Hodie vicus est Ello flumini imminens, Hozburg nomine, ut Rhennano placet. Irenicus putat Colmar civitatem esse.

ARGESSA, vide ITALIA.

ARGIA, ἀργεία, Peloponnesi regio, Ptolemao. Saccania Castaldo. Ego puto Romania hodie dici.

ARGILLÆ, vide CIMMERII.

ARGIPPÆI, Herodoto. Scythiae populi, quos Zenobius ORGEMPEOS appellat. ut scribit Pintianus, in Melam.

ARGIRI, ἀργίρη, India intra Gangem urbs, Ptolemao. qua Orisa, Nigro.

ARGIRVNTVM, vide ARGYRVIVM.

ARGISSA, vide ARGVRA, & LARRISSA.

ARGIVI, vide GRÆCIA.

ARGIVS, vide APESANTVS.

ARGIVVS, vide INACHVS.

ARGOLICVS Sinus, Ptolemao ad Peloponnesum. Sophiano Golfo de Napoli est.

ARGONAVTÆ dicuntur quoq; MINYÆ, Festo. DIOSCVRI, διόσκυροι, & TYNDARIDÆ, τυνδάριδαί, Diod. Siculo.

ARGOS, ἀργον, Peloponnesi opidum, in Argia regione, Ptolemao. Duo sunt Plinio hoc tractu huius nominis opida: alterum HIPPIVM, alterum DIPSIVM cognominat. POLYDIPSIVM ab Homero dicitur, Strabone teste, πολυδίψιον, PHORONICVM, φορώνικον, videtur primo appellatū, ex Pausania, et Stephano, apud quē etiam ιάσον & δίπσιον, dicitur. Eustathius quoq; tradit à Sophocle DORICVM, δωρινόν, HIPPOBOTVM, ἵπποβοτον, & IASVM cognominari. Item ÆGIALIAM, αἰγιάλεια, & APIAM, ἀπία, vocatam. Sophianus auctor est, hodie adhuc Argo nominari. Vide quoque ARPI, COR-

CYRA, LARISSA, & PELOPONNESVS.

ARGOS PELASGICVM, vide ÆMONIA, & THESSALIA.

ARGOS, ἀργός, Aethalia insula portus, Straboni sic dictus ab Argonautis, hic appellentibus. Porto Ferrarò putat Iovius, in Ilva insula.

ARGYRA, ἀργύρα, quae olim ARGISSA, ἀργισσα, inquit Strabo & Stephanus. cuius incolae quoque LEONTINOS, λεοντινοί, vocat. Thessaliae urbs est.

ARGYRIPA, vide ARPI.

ARGYRVS, vide LYNÆ MONTES.

ARGYRVTVM, ἀργυρῆτον, Illyrici urbs, Ptolemaeo. Nunc Scrisia pagus, ut Niger perhibet. Plinius ARGIRVNTVM habet per I. & N. in penultima.

ARIA, ἀρία, Asiae regio, Ptolemaeo & aliis. Sernere Mercatori, Turquestan Pineto, Hetia Girava, Corasan Castaldo. Corafones eius incolae vocari, tradit etiam Garzias ab Horto.

ARIA, Ptolemaeo, Ariae regionis fluvius. Pulimalon fortè hodie.

ARIA, Ponti Euxini insula; alio nomine CHALCERITIS, Plinio teste. Farnasia interpretatur à Pineto. AREOS NESOS, ἀρεως νῆσος, id est Martis insula, eam appellat Stephanus. ARETIAS, ἀρητίας, Apollonio est, secundo Argonauticorum: & ARRHENTIAS, ἀρρηντίας, Arriano in suo Peripto.

ARIA, Ariae regionis lacus, apud Ptolemaeum. qui mihi, ex Asiae Abylfedae tabulis, Burgian vocari videtur. ARIA huius regionis etiam fluvius est, qui ARIVS, ἀρηίς, Arriano in vita Alexandri est. Vide IARACH, MEDIA, NOVARIA, THRACIA, & TAVRVS.

ARIACAE, ἀριακαί, Ptolemaeo Scythiae populi, iuxta Iaxartem fluvium. Decan Iacobo Castaldo. Vide SCYTHAE.

ARIALBINNVN, apud Antoninum est. Quidam existimant opidum Sequanorum Mulnhausen, inquit Simlerus, qui etiam ARTALBINNVN legit.

ARIAMAZI, vide OXIPETRA.

ARIANTHEN, ἀριάνθην, habet Stephanus

Oenotriae urbem; Folono fortè hodie, ut scribit Barrius.

ARICIA, ἀρική, Latij urbs Ptolemaeo et Cicero; quae Rizza Leand. Alberto.

ARICINVS Lacus, vide TRIVIÆ.

ARICOMII, & ARICOMISCII, vide ARECOMICI.

ARIETIS FRONS, κειῶ μέτωπον, Taurica Chersonesi promontorium, apud Ptolemaum. ACROMA est apud Paul. Diaconum. vide BRIXABA. Famar Niger nominat.

ARIMANIA, vide COLCHIS.

ARIMASPI, ἀριμασπῶν, Scytharum gens, maximè Septentrionalis. quae antea CACIDIRI, Plinio. Hos Stephanus quoque EVERGETAS, Ἐγγύετω, vocat. Hos olim AGRIASPAS, ἀγριασπῶν, nuncupatos tradit Arrianus. Eosdem putat Villanovanus à Ptolemaeo BARTIETAS, βαρτιῆται, dici.

ARIME, vide INARIME.

ARIMI, vide SYRIA, & TYPHONIS scopuli.

ARIMINVM, Via Aemiliae fluvius, apud Plinium. Marida, Blondo; Marechia, Leandro dicitur.

ARIMINVM, Plinio Flaminia, siue Romadiola opidum. Rimine incolae hodie, ut Leander & alij scribunt. Rumelen Germanis, ut Simlerus tradit. Vide GALLIA CISALPINA.

ARINIANNVM Coloniam, ad ripam Arni fluminis, condidisse Ianum, scribit Cato. Leand. Albertus putat nostra aetate esse Arignano.

ARISABIVM, ἀρισάβιον Ptolemaeo. Indiae extra Gangem urbs. Aua, Iac. Castaldo.

ARITIVM, vide TRITIVM TVBORICVM.

ARIVS, vide ARIA.

ARLAPE, legitur apud Antoninum. ex quo Simlerus facit Erta, apud Bachlarn. In Noricis. Vide ARA LAPIDEA.

ARMACALA, vide EUPHRATES.

ARMACTICA, vide HARMASTIS.

ARMALCHAR, vide EUPHRATES.

ARMAMENTARIVM Romanorum olim fuit apud Batavos, in ostio Rheni, hodie obstrueto, ad Castorum vicum, pagum sic hodie dictum.

dictum. Huius Armamentarij vestigia & ruinae quae extant, accolae Thups te Bretten vulgo vocant. Antiqua inscriptio ibidem invēta, quae huius loci meminit, quia eam ab aliquibus vulgatam admodum mendose videam, eam hic ascribere, in gratiam antiquariorum operapretij duxi. IMP. CÆS. L. SEPTIMIUS SEVERUS AVG. ET M. AVRELIUS ANTONINUS CÆS. COH. XV. VOL. ARMAMENTARIUM VETUSTATE CONLABSUM RESTITVERUNT, SVB VAL. PVDENTE LEG. AVG. PR. PR. CVRANTE CÆCILIO BATONE PRE.

ARMENIA MAIOR, ἀρμενία Ptolemao & ceteris, Strabo cum aspiratione ἀρμενία, Asia regio. Posterioribus seculis SECVNDA cognominata fuit. uti liquet ex libro Notitiarum. ARAM Hebraeus dicit, Arias in suo App. Biblico testis est. Turcomania dicitur Mercatori, & Girava. Thevetus scribit à Mesopotamiis & Persis Thoura Aremnoë, id est montes Armeniae; & à Nestorianis Zelbicdibes, id est montes à lupis habitati nominari. Antiquum nomen obtinere Christianis inhabitantibus crediderim.

ARMENIA MINOR, in lib. Notitiarum PRIMA cognominatur. LEUCOSYRIA, λευκοσύρια, etiam dicitur Procopio, lib. I. De bello Persico. In Sacris ARARAT dicitur. Item Vs, Aria Montano teste. Hodie, si verum dicit Girava, Anadvole vocatur; Si Castaldo creditur, Pegian. Armeniam à Iustiniano rege in quatuor partes divisam, scribit Eustathius. Primam HEPTAPOLIM, ἑπτάπολις, dictam secundam PENTAPOLIM, πεντάπολις, tertiam HEXAPOLIM, ἑξάπολις, quartam TZOPHAREM, τζοφαρή, & BALBITENAM, βαλβιτηνή, vocatam.

ARMENIAE PYLÆ, vide TAVRVS. ARMENIVS Mons, apud Dionysium, ex quo Phasim fluvium dicit habere originem. Fortè MOSCHICVS mōs Ptolemai est. Vide PHASIS, & TAVRVS.

ARMONIVS, vide SCORDISCVS. ARMORICÆ Civitates, citantur à Casare, in eo tractu, qui BRITANNIAM Mi-

nor Sigeberto vocatur. Hermionia etiam, & vulgo Bretagne, Rob. Cœnali auctore. Antiqua Britannica lingua adhuc hodie Lhydavv appellatur ut scribit Humfredus in suo Britannicae descriptionis fragmento. Ioannes Lelandus Armoria idem significare dicit, quod supra mare, in ipsa Britannica lingua.

ARMOZICA, vide OSICA.

ARMOZVM, ἄρμωζον Ptolemao: PADI-CHORA, vel BADEICHORA, βαδειχώρα, Arriano; HARMOZONTA Marcellino. Carmania promontorium est, ad Fretum Sinus Persici, è regione Arabiae Felicis. Cabo Isquette mihi hodie videtur.

ARMVA, vide RVBRICATVS.

ARMVZIA Plinio, ARMVZA, ἄρμύζια, Ptolemao, HARMOZIA, ἄρμώστια, Arriano. Videtur hodie occupare Ormus regnum, & in eo eiusdem nominis celeberrimum emporium, ad Fretum Sinus Persici. Marius Niger putat VOROCHTA, ὠροχτα Ptolemai, esse insulam hodie Ormus dictam. Ormus insula ab incolis alio nomine Gerum vocari, scribit Varrerius. In Itinerario Beniamini describitur sub nomine Nekrokin, ut ego auguror. Ormus insulam dicit Thevetus ab Armeniis, Tartaris et Cassiis Zambri vocari, et Rohoboth à Chaldeis. Ormus autem Lusitanis tātum, ob auri abundantiam vocari asserit. hoc mihi non constare fateor. sed quod addit olim Ogyrim dictam, in eo eum hallucinare credo.

ARNA, ἄρνα, Vilumbrorum, Ptolemao, in Italia urbs. Plinio ARNATES sunt. Vide XANTHVS.

ARNE, ἄρνη, Thessalia urbs; Bœotiorum Colonia. quae quoque CIERIVM, κίρειον, dicitur Stephano auctore.

ARNE, Bœotia urbs, quae postea CHÆRONEA, χαιρώνεια, dicta fuit. ut apud Pausaniam legitur. Prius SINOVSA, σινόβουσα, vocata fuit. Item COS, κῶς, Isacio teste in suis Lycophronicis Cōmentariis. Vide BOEOTIA, & CHÆRONEA.

ARNON, in sacris litteris, fons aut flumen est, inter Amorrhæos & Moabitas distinguens. Adramelech hoc dicitur, si quae fides sit. Theveto.

A. R.

- AROANIUS, vide OLBIUS.
 AROCELVN, vocat Varrerius Hispania
 Tarraconensis urbem. quam vulgo Noda-
 les appellant. AROCELITANI Plinio
 sunt.
 AROE, vide PATRÆ.
 AROEI, vide ARABIA.
 AROLA, Helvetia fluvius. Die Arr Scudo.
 Regino Prumiensis eius meminit.
 AROMATA, ἀρώματα, Africa promonto-
 rium, & emporium Aethiopia, ad Sinum
 Barbaricum; Ptolemaeo auctore. Cabo de
 Guardafu, Gerardo Mercatori; Guarda-
 funi Barroso. ἀρώματα, habet Stephanus Ae-
 thiopia urbem.
 AROSIS, vide EYLÆVS.
 AROTRES, vide SCYTHÆ.
 AROTREBRÆ, vide ARTABRVN.
 AROTRIA, vide MELANEIS.
 ARPHASSAD, vide SVSIANA.
 ARPHAXADÆI, vide CHALDÆA.
 ARPI, ἄρπιοι, Ptolemaeo, Straboni & Plinio;
 qui addunt aliquando ARGOS HIP-
 PIVN, ἄργος ἱππιον, & ARGYRIPPA,
 vel per syncopen ARGYRIPA simplici P.
 ἀργύριππα, dictum. LAMPE, λάμπη, an-
 tea quoque vocatum, Stephanus auctor est.
 In Apulia est, vel, ut ipse dicit, in Daunia.
 Sarpi, dicitur Nigro. Sed Monte S. An-
 gelo, Erythraeo.
 ARPINA, vide OLYMPIA.
 ARPINVM Livio, ARPINATES Pli-
 nio, Ciceronis patria. Hirpinorum urbs, in
 Samnitibus est. Arpino nomen habet, apud
 Leandrum.
 ARPONIVM, ἀρτώνιον; Italiae opidum, in
 Magna Graecia, à Brutis direptum in bello
 servili: Diodor. lib. 16. Gabr. Barrius pro
 Quarquario habet, Calabriae urbe.
 ARRABO, qui & NARRABO, Panno-
 nia, vel (ut hodie) Hungaria fluvius. Sic La-
 zius, & Vernherus qui eum Rab vocant.
 NARABO, νάραβος, apud Ptolemaum le-
 go. ARRABONESCIO quis hoc loco aucto-
 rum meminerit. ARRABONA est apud
 Antoninum.
 ARRHATA, vide COLOE.
 ARRHENTIAS, vide ARIA.
 ARRHETIVM, vide ARETINI.

A. R.

- ARRIACA, vide CARACCA.
 ARRIBANTIVM, ἀρριβάντιον, Darda-
 nia urbs, in Mysia Superiori; Ptolemaus. A
 Lazio, in sua Graecia tabula VVuziterno
 vocatur.
 ARSA, ἄρσα Ptolemaeo Hispania Baetica opi-
 dum est. ARCOZ Iosepho Moletio interpre-
 tatur.
 ARSACIA, vide RAGEIA.
 ARSENA, ἀρσενή, quae & THOETIS,
 θωνίτις, ut Strabo habet; Ex eodem tamen
 THONITIS legit Eustathius, quemad-
 modum etiam Dionysius habet, θωνίτις. Pa-
 lus est Armenia Maioris, nitrosa & vnius
 generis pisces habens, per quam Tigris fluit.
 Videtur à Plinio ARETHVSA vocari.
 huic enim omnia, quae Strabo sua Arsene
 tradit, ascribit. Possit THOSPITIS,
 θωσπίτις Ptolemaei videri, nisi Plinius ex A-
 rethusa, & Thospite duas faceret. SCSIN-
 GITES Ammiano est.
 ARSENARIA Colonia, ἀρσενάριον. Mau-
 ritania Caesariensis urbs, Ptolemaeo. Arze-
 rum Castaldo. at Gerardo Mercatori (cui
 ego ubique magnam in rebus geographicis
 fidem tribuo) Arzen vocat.
 ARSIA, Plinio Histria fluvius, & ab ea par-
 te Italiae terminus. Arsa, Leand. Alberto.
 ARSIA Silva, est Livio lib. 2. in agro Ro-
 mano. A Plutarcho VRSION, ἔρσον, dici,
 annotavit Sigonius.
 ARSICVA, ἀρσικία, Germania urbs est
 Ptolemaeo. Brijn, Silesiae est Villanovano.
 ARSINARIVM, Promontorium, ἀρσινά-
 ριον Ptolemaeo Libya Interioris. Cabo Ver-
 de Ioanni Barrio dicitur. Hoc promōtorium
 Capitis Viridis scribit Thevetus Macādan,
 & Besenege vocari, & ab Arabibus Hac-
 dar.
 ARSINOE, ἀρσινών Ptolemaeo; quod &
 TEVCHEIRA, τεύχηρα, Marcellino.
 Pentapoleos in Africa opidum. TAVCHEI-
 RA per A. in prima, legitur apud Step-
 hanum qui alio in loco illud TAGEIRA, τά-
 γηρα, appellat. Toacara Mercatori, Tro-
 chara Oliverio.
 ARSINOE, Aegypti civitas ad Nilum est;
 quae olim quoque CROCODILORVM
 civitas dicebatur Strabone teste.

ARSI-

ARSINOË, Ptolemæo est Aegypti urbs, ad sinum Arabicum. Hanc scribit Becanus à Moysè BAGVLSTEPHON vocari; licet alij BEELSEPHON perperam efferrant. Pro Sues hodie haberi, scribit Stukius, & à Saracenis Barraaru dici.

ARSINOË, urbs Trogloditica. prius **OLBIA** dicta. Stephanus.

ARSINOË, apud Strabonem Aetoliae opidum est, antea **CONORA**, κονωρα, dictum. Vide **EPHESVS**, **MARIVM**, & **PATARA**.

ARSINVS, vide **ERASINVS**.

ARSYSSA, Ptolemæo, in Latinis codicibus, sed melius **AREESA**, ἀρέσσα, ut Græcè scriptum habet. Armenia palus. Giocho ex recentiorum tabulis hodie videtur.

ARTABIVM, vide **ARBIS**.

ARTABRVM promontorium, alij **MAGNVM**, nonnulli **OLYSIPPONENSE** vocant; Plinio auctore. **CELTICVM** idem quoque appellat. **NERIVM**, νέριον, est apud Ptolemæum, & **IERNE** apud Strabonem pro quo Xilander, & ante eum Pintianus Nerium restituit. Hispania promontorium, (sive frons, ut cū Plinio loquar) est, qua se ex Septentrione versus Occidentem vergit. Hodie Cabo de finis terre nautarum vulgus appellat. Pet. de Medina autem dicit Cabo de Mõgia vocari. Strabo tradit **ARTABRIS**, ἀρταβροι, suo tempore **AROTREBARVM**, ἀροτρεβραι, nomen tribui.

ARTÆI, vide **PERSIA**.

ARTATVS, Illyriae amnis Livio lib. 44. Fiume della Istria hodie, teste Nardo. Vide **DRINIVS**.

ARTAVNVNVM, ἀρταυνον, Germania urbs, apud Ptolemæum. quam Petr. Appianus **Wirtzburg** interpretatur. Hanc urbem **Virtzburgensem** **MARCOPOLIM**, & **PEAPOLIM** antiquitus dictam, scribunt Irenicus, & Alchameras, ex Abb. Spanhemense. Aventino olim **POEONIA** vocata fuit. Vulgus Latinorum eam **HERBIPOLIM** nuncupat. vocabulo Latino Græco **Wirtburgi** appellationem interpretantes.

ARTAXATA, ἀρτάξατα Ptolemæo Arme-

nia Maioris urbs, iuxta Euphratē. Choin, Iovio. Hanc Strabo etiam **ARTAXIASATA**, ἀρταξιάσατα, & Stephanus **ARTAXIASOTA**, ἀρταξιάσωτα, appellat. Idem etiam **ARTAXIA**, ἀρτάξια, habet. Xiphilinus scribit eam **NERONIAM** nuncupatam.

ARTEMIA, & **ARTEMISIA**, vide **DIANIVM**, & **ARTEMITA**.

ARTEMISIVM, ἀρτεμισιον, Oenotriae opidum, Stephano. quod illi & **ARTEMITIVM** per T. scribitur. Barrius hoc putat hodie Agatha appellari. Vide **DIANIVM**.

ARTEMITA, ἀρτέμιτα, Stephano insula est, contra Acheloi fluminis ostium. **ARTEMIA**, ἀρτεμία, Straboni dicitur. fortè **ARTEMISIA** Plinij est.

ARTEMITES, vide **RHENA**.

ARTEMITIVM, vide **ARTEMISIVM**.

ARTIGIS, ἀρτιγίς Ptolemæo, **ARTIGI** Plinio, quod **IULIENSES** vocant. Turdelorum, in Hispania opidum. Hodie, ut Tarapha scribit, **Alhama**.

ARTOBRIGA, ἀρτόβρυγα, Vindelicia urbs, in Germania, Ptolemæo. **Veltēburg** à Pircheimero vocatur. Aventinus Artobrigam Maiorem & Minorem facit. dicitque Minorem, **CENVM** quoque, & Maiorem **VALENTIAM** vocari. duobusque passuum millibus ab invicem distare. nomēque in Principum Pontificumque instrumentis retinere; Vulgòque **Artzburg** dici. Villanovanus **Gegenspurg** ex ea facit. Ego malim cum Plinio credere, quemque eos situs diligentissimè dicere, in quibus ipse prodebat.

ARTYMNESOS, vide **PINARA**.

ARTYNIA, ἀρτύνια, stagnum Plinio est, ex quo Rhyndacus fluvius oritur. Strabo **AZANITIDEM**, ἀζανίτις, vocat. Aut duo sunt lici Artynia nominis hoc tractu: aut à Stephano & Strabone confunduntur. Vide **APHNITIS**.

ARVCI, ἀρύντι, Ptolemæo Hispanie Beticæ urbs. Inscriptiones antiquæ huius loci **ARVCCI** legunt, uti à Clusio habeo, qui dicit hodie **Moron** vocari.

ARV CIA, ἀρύντια, Illyrici opidum, Ptolemæo; in Libarnia. Bregna dicitur à Nigro.

ARVERN I, ἀρβερνοι, Casari & Ptolemæo sunt

- sum Gallie populi. Hodie Auvergne nominatur eorum regio.
- ARVANDA, ἀρῆνδα, Hispania Batica urbs Ptolemaeo. Ronda hodie vocari, ex Carolo Clusio habeo. is tamen dicit huius loci Inscriptiones antiquas habere MVNDA. Cl. Aretius scribit MVNDA Caesaris & Plinij, nunc Mundecaran nuncupari. Sed hanc MVNDAM Clusius etiamnum Monda nominari ait.
- ARVPENVM, ἀρῆπεινον, Straboni, Iapidum urbs. Lazius Nursperg in Carnis putat. ARVPIVM Antonini est Simlero.
- ARYMAGDVVS, ἀρυμάγδος, Ciliciae fluvius Ptolemaeo. Sequino, Nigro.
- ARZVGES, vide TRIPOLITANA.
- ARZVS, ἀρζ, Thraciae fluvius, Ptolemaeo. Chiaurlic, Bellonio.
- ASÆI, vide SCYTHÆ.
- ASABO, vide MELANI.
- ASABORVM, ἀσάβων, Arabiae Felicis promontorium, apud Ptolemaum. Mochandani Ioannes Barrius vocat.
- ASAMA, ἀσάμα Ptolemaeo Mauritaniae Tingitanae fluvius. Omirabi, Castaldo.
- ASANCA, ἀσάνκα, Germaniae urbs, apud Ptolemaum. ex qua Villanovanus Cleppern facit; Poloniae civitatem.
- ASCALINGIVM, ἀσκαλίγγιον, Germaniae urbs Ptolemaeo. quam Irenicus ait Hildesheim appellari.
- ASCALON, ἀσκάλων, Palaestinae urbs, Ptolemaeo. Initio BENIBERA appellata fuit. ut Benjamin tradit. Etiam PALÆSTIN, si Honorio creditur.
- ASCANIMIA, vide TAVRVS.
- ASCANIA, ἀσκανία, Ptolemaeo Bithyniae lacus. Is Castaldo Isnich, Nigro Londar vocatur. At Petrus Gyllius eum Lago de Nicea appellat; is oculatus testis est. dicitque eum fertilem esse piscium, quos Graeci Lilingia vocant; & quos crudos, sole exsiccatos, edere solent Constantinopolitani. SVNONENSIS Lacus, videtur ab Am. Marcelino nominari, lib. 26.
- ASCANIVS, ἀσκανί, fluvius in Bithynia, secundum Ptolemaum. qui hodie forte Ascu, ex Tabulis, dicitur.
- ASCATANCÆ, vide SCYTHÆ.

- ASCAVLIS, ἀσκαυλῖς, Germania urbs, Ptolemaeo, in tractu Septentrionali. Villanovanus Duetz vocat.
- ASCERRIS, vide SECERRÆ.
- ASCHALITÆ, vide ASCITÆ.
- ASCHANAXI, ἀσχανάξιοι, populi qui nunc RHEGINI, ῥηγῖνες, à Grecis nominantur. Iosephus Antiquitatum lib. 1. cap. 7. Gothicae gentes sub Eusebio. Germani Postello. Vide REGIVM Iulium.
- ASCIBVRGIVM, ἀσκιβέργιον, Germania urbs, Ptolemaeo. Asburg, Thomæ Leodio, Vicus infra Coloniae, ad Rhenum; ubi multa vetustatis monumenta ex terra eruuntur. Rhenanus opinatur Dupsborg esse civitatem trans Rhenum, Montensis comitatus. Emmerich urbem vult Althamerus. Asciburgium ab Ulyssæ ACRINIPRION vocatum, scribit Tacitus. Dupsborg, ab Adone DYSPORVUM; & à Gregorio Turonensi DISPARGVM nominatur.
- ASCITÆ, ἀσκίται, populi circa Indum fluvium, Stephano. Eisdem ASCHALITAS, ἀσχαλίται, vocari scribit.
- ASCONIS FOSSA, vide PADVSA.
- ASCRVIVM, ἀσκρέιον, Ptolemaeo Illyrici urbs. Catharo, Mario Nigro, qui scribit DEVRTVM à Plinio vocari. Hoc nescio. ASCRVIVM apud eum hoc loco quoque invenio.
- ASCVLVM, ἀσκαλον, Ptolemaeo Picenorum in Italia mediterraneum opidum. Alcalo Leandro. ἀσκαλ, Stephano est.
- ASCVRIS, vide LYCHNIDVS.
- ASDOD, vide AZOTVS.
- ASEA, ἀσέα, Arcadiae vicus qui ASEATES ἀσεάτες, etiam dicitur. Ex eo Alpheus fluvius profluit. Stephanus.
- ASERVVS, ἀσερπος, Siciliae urbs, Ptolemaeo. Monreal, Nigro. Fortè ASSORVM, ἀσσωρον, & ASSORIVM, ἀσσώριον, Stephani.
- ASIA, ἀσία, tertia Orbis pars; & maxima à veteribus censetur. SEMIA Sacris scriptoribus est. Vno vocabulo hodie minimè vulgo exprimi scio. Partem eius citeriorem video ferè Leuante vocari idque, ni fallor, e a ratione, qua Turca Constantinopolitani ASIAM MINOREM Natolia nuncupant: utrumque enim vocabulum idem significat,

gnificat, quod Plaga Orientalior. Asia univ-
ersam Strabo in quinque portiones divisit:
Ioannes Barrius nostro tempore eam in no-
uem distinxit: Nos eam in nostra Asia tabula
in tot, quot Strabo, partes discriminauimus,
sed non iisdem cum Strabone limitibus: idq;
crassiore, ut dicitur, Minerva.

ASIAM MINOREM, observavi subinde
à nostra etatis scriptoribus etiam Turciam
Maiorem appellari. Huius Septentriona-
lem partem, quae Bithyniam, Galatiam, &
Cappadociam comprehendit, Turciam No-
vam à nostris, à Barbaris verò Rom, dici,
scribit Niger. Australem autem, in qua Ly-
cia, Cilicia & Pamphilia sunt, Cottoma-
nidia aliquando dictam. Strabo tradit hanc
Minorem Asiam, ASIAM INTRA
TAVRVM dici, & ab Herodoto TER-
RAM INTRA HALYN. Plinius au-
ctor est eam olim CRONIAM, dein THES-
SALIM, postea MALIANDE, & STRY-
MONIN vocatam. Vide ERIONIA.

ASIBES, vide ANTIOCHIA.

ASINÆVS, vide MESSENIACVS.

ASINDVM, ἀσινδον, Hispania in Turdetani-
nis urbs, Ptolemao Medina Sidonia Clu-
sio. Sed hac Sidonia est ASYLA, ἀσυλα,
Ptolemaei si Moletio creditur.

ASINE, ἀσιν, Messeniae opidum, Ptolemao,
in Peloponneso. Anchora, Nigro dicitur
sed Phaneromini, Fauolio & Sophiano.
Hi Asinei, Parnassi olim accola, DRYOPES,
δρυοπες, appellabantur quod nomen, in Pe-
loponnesum reversi, diu retinere ut Pau-
sanias scribit. Pro Asine, legit Plethon hoc
loco (nam is quoque in describenda Pelo-
ponneso Ptolemaeum sequitur) MISYNE
μεισύν, legit.

ASINE, Straboni Argiae vicus, propinquus
Naupliae. Marius Niger Vulcanos appel-
lat. MESINE, μεσιν, legit Plethon.

ASINES, vide ACESINE.

ASINI MAXILLA, vide MALEA.

ASIONGABER, vide BÆTOGABRA.

ASISIA, ἀσισία Ptolemao; ASSESIA-
TES vocat Plinius. Illyridis urbs. Hanc
scribit Niger nunc solo equatam esse, ibi-
demque multa antiquitatis monumenta
extare & locum Beribir dici, addit. Nisi

tabula fallant, videtur mihi etiam Berga-
ne vocari.

ASIVS, ἀσις, Ptolemao Senonum in Ita-
lia fluvius. Chiazzo, Leandro dicitur. Vide
ÆSIS.

ASMIRA, vide TAVRVS.

ASMVRA, ἀσμυρα, Ptolemao Hyrcania
urbs est; quam Marcellinus AZMOR-
NAM vocat.

ASOPHIS, Achaiae regiuncula, quae prius
ab Homero ARETHYREA dicta fuit
ut auctor est Plinius.

ASOPIS, vide EVBOEA.

ASOPVS, ἀσωπός Ptolemao Laconiae opi-
dum. Rampano, à Nigro interpretatur.

ASOPVS, Livio Macedoniae fluvius, Hera-
cleam alluens. Sunt qui eundem esse putant
cum APILAS Plinij. Quatuor fluvios
huius nominis Asopi, in Graecia numerat
Strabo, lib. 8.

ASOPVS, Ptolemao Corinthiaca regionis
fluvius quem Thevetus Arbon vocat.

ASOS, vide APOLLONIA.

ASPAVIA, Hispaniae opidum Caesari, ad
Salsum fluvium, prope Cordubam. Fortè
Apea, iuxta Castro el Rio. Nonnullis, ipsum
Castrum el Rio: ut mihi Clusius auctor est.

ASPELIA, vide CYRVS.

ASPERVM MARE, τραχηία θάλασσα,
qui & SINVS BARBARICVS,
Ptolemao. TROGLODYTICVS SI-
NVS Plinio est. Eum maris tractum obti-
net, qui hodie Golfo de Melinde dicitur.

ASPHALTES, sive, ut Ptolemaeus, AS-
PHALTITES, ἀσφαλτίτες, lacus Iudaeae,
qui Hebraeis, ut Goropius annotavit in suis
Hispanicis, MARE PALÆSTINORVM,
ORIENTALE, SOLITVDINIS,
& SALIS dicitur: Item MARE MOR-
TVVM, (quo nomine eum Pausanias, &
Iustinus historicus quoq; describit.) SODO-
MÆVS apud Galenum dicitur. Hodie ab
omnibus Europaeis Mare Mortuum, variis
vernaculis vocabulis, hoc idem signifi-
cantibus, nuncupatur. Strabo aliàs diligentissimus
Geographus, hoc Mare, cū Sirbonide palude
confundit: quod ante nos Zieglerus monuit.

ASPIDVS, vide MVSIO.

ASPIS, ἀπιδίς, Africa mons, Straboni prope
F Taphitum

Taphitum promontorium. Meis dici putat Augustinus Curio. Vide CLYPEA.
 ASPISSII, vide SCYTHÆ.
 ASPITHRA, ἀσπίθρα, Synarum urbs, apud Ptolemeum: Aspida, Gerardo Mercatori.
 ASPLEDON, ἀσπληδών, Achaia urbs: quæ à nonnullis SPLEDON dicta fuit; deinde etiam EVDIELVS, ἐυδιελός: quo nomine etiam eius ager nominatus fuit. Strabo. Vide HYETTOS.
 ASSARA, ἀσάρα, Ptolemeo Mauritania Casariensis fluvius. Sesis Castaldo.
 ASSEDONES, vide ESSEDONES.
 ASSERIATES, Plinio Alpini populi. Val de Serra, fortè, inquit Simlerus.
 ASSESIATES, vide ASISIA.
 ASSIDONA, sic olim suspicatur Clusius vocatam fuisse eam Hispania urbem, in Tarraconensi regione, quam hodie Xeres de la Frontera vocant.
 ASSINARVS, ἀσινάρας, Thucydidi, Sicilia fluvius. Falconara, Leandro, Aretio, & Fazello sed hic addit eum intus etiam Noti vocari. Leander scribit hunc Assinarum eundem esse cum Orino Ptolemei, & Elovo Plinij. iudicent studiosi.
 ASSO, ἄσσω, Bastetanorum opidum, Ptolemeo in Hispania Tarraconensi. Ossa, Moletio, in sua Geographia Ptolemei.
 ASSORVS, vide TRIOPALA.
 ASSOS, vide ANTANDROS.
 ASSVM, ἄσσω, Troadis promontorium, Ptolemeo. Santi quaranti, Sophiano.
 ASSYRIA, ἀσσυρία, Asia regio: quæ postea ADIABENE dicta fuit. Plinio teste. Barbari commutata s. in T. ATTYRIA eam vocant, Dione auctore. Niger scribit eam ab indigenis Adrinza appellari. A Girava Azimia. à Pineto Mosul; à Castaldo Arzerum; à Mercatore Sarch dicitur. Davus hic sum, non Oedipus. Vide MESOPOTAMIA.
 ASSYRIVM STAGNV M, vide TIBERIADIS.
 ASTA, ἄστα Ptolemeo Turdetanorum in Hispania urbs. REGIA cognominatur à Plinio. Xerea, Moletio dicitur. Xeres de la Frontera Navigero.

ASTA Colonia, ἄστα Ptolemeo Liguria urbs, in Italia. Asti, Leandro.
 ASTABARRI, vide SABATHENI.
 ASTABENI, ἀσταβῆνοι, Hyrcania populi Ptolemeo. Astriadi, Nigro.
 ASTABORAS, ἀσταβόρας, Aethiopia fluvius, Meroën insulam alluens, et Nilo se iungens. Strabo, & Ptolemeus. Tacui à Nigro, Taccasij à Mercatore ex Barrio appellatur. ESTABARAS est apud Aelianum, ut vertit Gyllius.
 ASTACAPRA, ἀσάκαπρα, India intra Gangem urbs, Ptolemeo. Campanir Castaldo.
 ASTACENV M ÆSTVARIV M, ἡ ἄστανειχουσις Ptolemeo: in Hispania Batica, Baja de Caliz hodie vocatur.
 ASTACENV S Sinus, ἀσάκωνος κόλπος, Propontidis pars, Straboni. In eo Nicomedia sita est. Golfo de Nicomedie, Bellonio & Gyllio.
 ASTACVS, vide NICOMEDIA, & STRATVS.
 ASTAPA, Livio Hispania urbs; quam Navigerius putat hodie Steppa dici. Vide ISAPONE.
 ASTAPVS, ἀσάππος, fluvius, Meroën insulam Aethiopia alluens. Niger scribit eum accolis Abauï dici: Abanhi Barrius. Vide NILVS.
 ASTARTA, vide PHILADELPHIA.
 ASTEIXIS, vide ATLAS.
 ASTELEPHVS, vide ATELPOS.
 ASTERIA, ἀστερία, sive ASTERIS, ἀστέρις, Straboni, & Ansonio in Perioche 4. Odyssæ. Insula prope Cephalemiam. Didascalio Sophiano. Vide DELOS, & LADE.
 ASTERION, vide PIRESIA.
 ASTERIVS, vide CITHÆRON, & ISMENV S.
 ASTIÆ, promontorium Europæum, ad Bosphorum Thracium: Cecrium vulgo. Pet. Gyllius.
 ASTIGI, vide ASTYGI.
 ASTRABE, vide CASOS.
 ASTRÆVS, vide CAICVS.
 ASTRAS, vide PHOLOE.
 ASTRATA, ἀσπάτη, Arabici sinus insula apud Ptolemeum. Caiassa ex Tabulis apparet.
 ASTRI-

ASTRIXIS, vide **ATLAS**.

ASTROMELA, Gallie Narbonensis civitas Plinio. Martegues, Pineto interpretatur. **MASTRAMELLA**, μαστραμέλλη, Stephano esse, non dubito. nam sic is vocat stagnum & opidum in Celtis. Huius Astromela meminit Plinius lib. 3. cap. his verbis: Ultra fossa ex Rhodano C. Marij opere & nomine, insigne stagnum; Astromela opidū, maritima Avaticorum. Ego sic malim legere, ut primam periodum finire post dictionem, nomine aliam post Astromela. tum maritima, maiuscula notare, scriberemq; hoc modo: nomine. Insigne stagnum Mastromella. Opidum Maritima Avaticorum. Maritima enim hoc loco non esse appellativum, sed urbis proprium, ex Ptolemai Geographiae lib. 2. liquido apparet. Postquam nos hac ita castigassemus, incidimus in Pinitiani Observationes; ubi deprehēdimus eum hunc locum ante nos sic quoq; emendasse.

ASTVRA, qui & **STVRA**, Latij fluvius. de quo Festus inquit: Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam **ASTVRAM** vocant. Stora hodie dici, scribit Leander. qui subiungit eum à Plinio **NYMPHÆVS** appellari. sed pace Leandri dixerim Stura et Nymphæus duo diversaque esse flumina apud Plinium. **STORAS**, σόρας, Straboni nuncupatur. Astura etiam Asturum flumen est, Orofio lib. 6. cap. 21.

ASTVRES, Hispania populi. quorum regionem Ptolemæus **ASTVRIA**, ἀστύρια, vocat. Asturias hodie appellant.

ASTVRICA AVGVSTA, ἀστύρικη, ἀουγύστα, Ptolemæo Asturum, in Hispania urbs. Astorga, Clusio, Taraphæ, & Moletio.

ASTVRVM LVCVS, λῆκον ἀστύρων, Hispanie Tarraconensis urbs. Ptolemæo. Oviedo, Moletio.

ASTY, & **ASTICI**, vide **ATHENÆ**.

ASTYGIS, ἀστύγης, Turdetanorum, in Hispania Batica urbs, Ptolemæo. Eceja vocat Navagierus, P. de Medina, & Clusius: qui idem annotavit **ASTIGI** per I. legi in antiquis ibidem inscriptionibus.

ASTYPALÆA, ἀστύπαια, insula Maris Aegæi, apud Strabonem. Stephano item **PYKRHÆA**, πύκρη, **PYLÆA**, πύλαια,

& **THEON TRAPEZA**, θεῶν τραπέζα, id est Deorum mensa dicitur. Sophianus eam Stampaliam vocat.

ASTYRON, ἀστύρον, vrbs in recessu Illyrici maris, ab Argonautis condita, & à Colchis **POLAS** dicta. Strabo, ex Callimacho.

ASYLA, vide **ASINDVM**.

ATABYRIA, vide **RHODVS**.

ATABYRIVM, vide **THABOR**.

ATAD, qui & **PLANCTVS ÆGYPTI**, item **BETHAGLA**; Locus iuxta Iordanem, tertio ab Iericho lapide. Hieronymus de locis Hebraicis.

ATAGIS, vide **ATHESIS**.

ATALANTA, exigua insulula, prope Eubœam insulam, è regione Opuntiorum, Plinio. Talandi à Sophiano dicitur. **ATALANTE NESIVM**, ἀταλάντης νησίον Ptolemæo, est Eubœæ insula opidum, è regione Atalanta. hoc Marius Niger Talandi vocat & ipsam Atalantem, dicit Caloiero appellari.

ATARNES, ἀτάρνης, Herodoto Scythiæ fluvius est. Morauam nunc appellari, putat Peucerus. Sed vide **CIABRVS**.

ATAX, ἀταξ, Straboni Gallie Narbonensis fluvius: qui Aude, Clusio. **NARBO** vocatur hic fluvius à Polybio, lib. 3. quem nō longè scribit à Massilia & Rhodani ostiis distare. Et non infrequens est urbem, & præterfluentem amnem cognominem audire.

ATEGVA, Casari Hispania Baticæ civitas. hodie eius vestigia tantum extare scribit Navagierus, fontemq; tamē ibidem nomen quodammodo servare; vocant enim Fuente de Teivela.

ATEL, vide **RHA**.

ATELLA, ἀτέλλα, Campanorum in Italia opidum. Auerfa, Fabricio & Leandro.

ATELPOS, Plinio Colchidis amnis est, quem Stukius **ASTELEPHVM**, ἀσέλεφον, Arriani putat.

ATERNVS, Plinio Pelignorum fluvius in Italia. Pescara dicitur Leandro, & Blondo: qui scribit ad eius ostium eiusdem recentis & antiqui nominis opidum.

ATESINVS, vide **ATHESIS**, & **OENVS**.

ATESTÈ, ἀτέση Ptolemæo est Venetæ ditio-

nis opidum. Leandro est Este, castellum.
A THAMAS, vide **TEOS**.
A THANÆVM, vide **ÆTINIVM**.
A THANAGIA, Livio Citerioris Hispania, in Ilergetibus urbs. Pāpelona est Episcopo Gerundensi: Manresa Floriano. Quibusdam Tarrega est, aliis Sanahuja, ut Beuterus tradit, in suo Hispania Chronico. Idem alio in eiusdem chronici loco, quasi sui oblitus, hæc omnia nomina recentia **ANITORG** tribuit. Huius Anitorgi quoque Livius mentionem facit, lib. 25.
A THANATIS, vide **THANATOS**.
A THARRABIS, ἀθάραβις, Stephano opidum est Aegypti quod ab Hecatao **A THARRAMBE**, ἀθάραμβη, dicitur.
A THENÆ, ἀθῆναι, Græcia nobilissima urbs, & omnis eruditionis fons. nunc tantum casule supersunt quedam. locus Satine hodie dicitur, Sophiano et Favolio testibus. **ASTY**, ἄστυ, per excellentiam, & eius incolæ **ASTI**, ἄσται, & **ASTICI**, ἀστικοί, dicti fuere. ut Stephanus tradit. Vocati sunt etiam (ut Eustathius testatur) **PELASGI**, πελασγοί, **CRANAI**, κράναιοι, **CECROPIDÆ**, κροπιδαι, **IONES**, ἰωνες, & tandem **ATHENIENSES**. Idem scribit Herodotus lib. 8. Athenarum partem **HADRIANOPOPOLIM** nominatam ab Imp. Hadriano scribit Spartianus. **QVADRVRBEM** ab Attio appellatam litterarum monumentis reliquit Festus quod scilicet ex quatuor urbibus **BRAVRONE**, **ELEVSINE**, **PYRÆO** & **SVNIO** constabat. Vide **OLYMPIEIVM**.
A THENÆ, opidum Eubœæ insula, apud Strabonem, ab Atheniensibus conditum. & **DIADES**, διαδες, dictum. Sunt alio locorum (ut hoc præter institutum addam) plures Athenæ: ut in Felici Arabia, Plinio. In Cappadocia, Arriano. In insula Ionij maris prope Epidamnum, Aeliano, lib. 14. Animalium. Sunt præterea alia, Stephano.
A THENÆVM Promontorium Magnæ Græciæ, Dion. Halicarnassico: hoc hodie in Calabria Rossia dicitur, teste Gab. Barrio.
A THENÆVM, ἀθῆναιων, sive **MINERVÆ** Promontorium, in Campania: quod alij **PRENVSSAM**, πρηνεσσα, vocant,

inquit Strabo. Idem Plinius **SIRENVVM** Promontorium appellat. Campanellam Iovius indigitat.
A THENÆVS, vide **CERAVSIVS**.
A THENIENSIVM Portus, vide **ANTHEDON**.
A THENOPOLIS, Gallia Narbonensis urbs in ora Massiliensium. Plinio. Yres, Pinetus vertit. Vide **MASSILIA**.
A THESIS, Plinio Rhatia fluvius est. Niger vult Strabonis **ATAGIN**, ἄταγης, esse. Is tamen **ATESINI**, ἀτισινός, Fluminis nomen etiam habet; quem in Istrum exire scribit. Atagin verò in Mare Adriaticum effluere dicit. Videant studiosi, quibus otium est, an hæc synonyma sint nec ne. Athesim Germani hodie **Ettsch** vocant, teste Fabricio. Itali Ladice, ut scribit Leander. Accolas **ATHESINOS** appellat Fabricius vulgo **Ettschlender**.
A THLIBIS, vide **ATHRIBIS**.
A THLVLA, ἀθλίλα, quæ Dioni Casto Arabia urbs est, à Xiphilino **EPHVLIA**, ἐπιελλαι, vocatur.
A THOS, ἄθος, Macedonia mons, Ptolemao & aliis. Livio lib. 45. **ÆNEÆ** dicitur. Monte santo, sive incolarum vernacula lingua Agion oros hodie dicitur. ut tradit Ioannes Tzetzæ & Bellonius, qui eum admodum accuratè describit, in suis Observationibus.
A THRES, ἄθρη, Scythia fluvius, Herodoto quem Peucerus hodie Labus vocari dicit.
A THRIBIS, ἀθριβις, Ptolemao Aegypti metropolis. **A THLIBIS**, ἀθλιβις, Stephano scribitur.
A THYMBRA, ἀθύμβρα, postea **NYSSA**, νύσσα, dicta. Caria urbs, Stephano, iuxta Maandrum fluvium.
A THYRAS, ἀθύρας, Thracie fluvius Ptolemao. Apud Plinium & Melam sine aspiratione scribitur. Suspicoeum à tornande **IATRVS** nominari. **PYDARAS** etiam apud Plinium vocatur. Hodie Acqua dolce appellari, asseruit mihi clarissimus Carolus Rinnius, Maximiliani Imp. apud Turcarum regem legatus.
ATINA, vide **VTINVM**.
ATISO, ἀτισόν, Insubrum fluvius, Verbanum lacus

lacum influens. Tosa hodie vocari, Leander & Castilioneus asserunt. Huius Plutarchus meminit, in vita C. Marij. Xilader & Crusarius pro eo Athesim interpretantur, quàm bene, ipsi viderint. ATISIS habet Liviana epitome. Florus etiam ATHESIM legit. Sed ipsius Castilionei, (ex quo Leandrum suam de hoc flumine sententiam transtulisse suspicor) sententiam, hic in gratiam studioforum, quibus fortasse eius libellus, quem de Insubrum antiquis sedibus edidit, copia non erit, libenter hic adiiciam. Is enim ubi de hoc flumine Tosa vocato, loquitur, hæc inquit: Amnis hic haud dubiè olim Atiso dictus est, cuius ripas Catulum C. Marij collegam valle & fossa munivisse legimus: ut Cimbro & Teutonas à transitu Alpium prohiberet, quos ab earum saltu arcere non poterat. Recentiores malè Græcum Plutarchi codicem sunt interpretati, dum pro ἀτισσὸν, Athesim fluvium qui Veronam præterfluit, posuere: Titi Livij errores secuti: qui celebritatem Gallicam pertaxus, & Venetæ gloriæ studiosissimus, Athesim, pro Atisone scripsit, quòd illud Veronensis, hoc Novariensis flumen esset agri. Constat siquidem inter auctores omnes (illum vnum semper excipio) flumen illud, apud quem superatis Alpibus, Cimbro confedere, duorum tantum dierum itinere ab eo loco in quo superati sunt Cimbro, à Vercellis distare. C. enim Marius castrametatus fuerat citra Sesitem, non procul à Vercellarum urbe; in agro tamen Novariensi: quem locum accolæ Camarianum vocant, peritiores Castra Mariana. Porro Caudius ager, nunc Caudia dicitur: Lacmellini tractus opidum, non longè à Pado. Huius nostræ opinioni calculum adiicit Eusebius chronographus diligentissimus, qui Cimbro attestatur à Romanis profligatos, non procul ab urbe Vercellarum, & Pado. Verùm cum Castra Mariana licet agri sint Novariensis, proxime tamen sunt Vercellas, quàm Novariam. Idcirco falso hæc in Vercellensi agro gesta produntur ab auctoribus, qui hæc interstitiis prorsus ignorabant. huiusmodiq; victoriæ nomina semper sumunt à locis proximioribus. Porro Athesim sex dierum spatio, cuiuscumq; etiam exercitui expeditissim-

mo, distare ab illis Alpibus per quas Cimbro transivere, nemo est qui ambigat. Hæc de hoc fluvio Bonaventura Castilioneus. Huic quoque suffragatur Gaudentius Merula, in sua Gallia Cisalpina.

ATLANTES, Plinio sunt populi Aethiopiæ inter quos nullam nominum appellationem esse, scribit. Hi fortè hodie regnum Borno dictum, habitant, quorum incolas nullum proprium nomen habere, tradit Ioannes Leo, omnesq; à quodam accidente appellari: ut quem procera statura conspiciunt, procerum; quem pinguedine onustum, pinguem; sic cæcum, calvum, surdum, &c. nominant. Vide NASAMONES.

ATLANTIS INSULA, cuius Plato meminit; Mercator, & alij nonnulli volunt hodie Americam esse. Hæc quarta pars Orbis numeratur, & Hispani Indiam vocant, sed falso & improprie, cum vera India, quæ Asia regio est, ab insigniore fluvio Indo nominatur. Si verò hanc partem ab eius flumine primario nomen indere libuisset, Amazoniam, vel Orelianam potius, quàm Indiam indigitassent. Ne hanc tamè cum vera India confunderent, eam Occidentalem, aut Hispanicam cognominarunt, cum altera & vera, Orientalis aut Lusitanica vulgo vocatur: ab Orbis plagis, & regionibus, nempe, quibus subsunt, a scitis nomenclaturis. ATLANTICAS Insulas duas, angusto admodum freto disiunctas, quas & FORTVNATAS sive BEATAS vocat, describit Plutarchus, in vita Sertorij: decem millibus stadiorum ab Africa remotas. Has Plinius HESPERIDES vocare videtur, nam & duas etiam numerat in Mari Atlantico, easq; ex Satij Sebofi scriptis, ultra Gorgonas, præternavigatione Atlantis dierum quadraginta distare a. t. Erunt fortasse Spagnola, & Cuba.

ATLAS, ἄτλας, Africa mons notissimus. Incolæ eum ADIRIM vocant, auctor Marcianus Capella. DVRRIN habet Solinus, ex Plinio. COLUMNAM CÆLI ab indigenis dici, scribit Herodotus. Atlas mons, aut saltem eius pars, circa Mauritaniam Cæsariensem, ab Aethico ASTRIXIS vocatur; ab Orofio fortè ASTEIXIS. A Diosco-

vide **T M O L V S**; ubi dicit Euphorbium provenire in Maurusiorum Tmolo monte. Plinius idem in Atlante nasci ait.

ATLAS MAIOR, Africa mons Ptolemaeo. Montes claros, vocatur ab Olivario. Idavacal, à Pineto. Hanchisa, ab Augustino Curione.

ATLANTIS MAIORIS Promontorium, quod Ptolemaeus ad Oceanum Atlanticum, in Africa ponit. Cabo d'Alguer à Mercatore interpretatur.

ATLANTICVS, vide **OCEANVS**.

ATMONI, vide **BASTARNÆ**.

ATRACES, Aetolia populi, Plinio. Voidonatus, Pinetus vertit.

ATRAMYTTE NVS Sinus, vide **IDÆVS**.

ATRAMYTIVM, vide **ADRAMYTTEOS**.

ATREBATES, Gallia Belgica populi, Caesari. Artops/ eorum regionem hodie vocat.

ATREBATIO, ἀτρεβάτιοι, eos Ptolemaeus appellat. Sunt autē huic multo Meridionaliores quàm hodie Artesia (vulgo Artois) regio sit.

ATREBATIO, ἀτρεβάτιοι, Ptolemaeo sunt Albionis insulae populi. qui Barcockfire menne, sunt Lelando. Birckfire menne, Lhuydo.

ATRIANORVM Paludes, quae **SEPTEM MARIA** appellantur. Plinius lib. 3. cap. 16. Locus est circa Padi ostia.

ATREBATIO, vide **ATREBATES**.

ATROPATIA, vide **MEDIA**.

ATTACORI, vide **OTTOROCORRA**.

ATTACOTTI, Marcellino. **SCOTORVM Populi**, Humf. Lhuydo.

ATTACVM, ἀττακον, Celtiberorum, in Hispania urbs, Ptolemaeo. Alegon, Moletio sed Ateca, Clusio.

ATTALIA, ἀτάλια, Ptolemaeo Pamphilia urbs. Hodie Satalia, Nigro & Sophiano. Attaliam Lydia urbem facit Stephanus quam

ALLOERAM, ἀλλοείρα, & **AGROERAM**, ἀγροείρα, etiam dictam ait.

ATTHIDA, vide **SALAMIS**.

ATTHIS, vide **ATTICA**.

ATTICA, ἀττική, quae & **ATTHIS**, ἀτθίς, regio, ut Eustathius ait. Idem hanc olim

ACTE, ἀκτὴ, **ACTICA**, ἀκτική, **POSI-**

DONIA, ποσειδώνια, **ATHENÆ**, ἀθῆναι, **IONIA**, ἰωνία, & **MOPSOPIA**, μωψοπία, dicta scribit. **HELLAS** quoque, Solino. & **CECROPIA**, κερκοπία, Apollodoro. Gracia notissima regio in qua Athenae, omni aeo celebres. unde adhuc Ducatus Atheniensium vulgò dicitur, si verum scribit Pinetus.

ATTICIVS, vide **ANTICEITAS**.

ATTVBI, quae **CLARITAS IVLIA**; Hispaniae urbs. Plinio lib. 3. cap. 1.

ATTYRIA, vide **ASSYRIA**.

ATVACVTVM, vide **ANTVERPIA**, & **VATVCA**.

ATVÆ, & **ATVATICI**, vide **ADVATICI**.

ATVRENSIVM civitatis meminit Libellus Provinciarum, in Nouempopolonia, Gallie regione. Nomen retinere, scribit Scaliger. sed depravatione Vasconica Airensum civitatem dici. Vulgò incolarum Aire, ni fallor.

ATVRRVS Ausonio, **ATVRIVS**, ἀτρεῖς & Ptolemaeo, **ATYR** Vib. Sequest. Tarbellorum in Gallia Aquitana fluvius, in Oceanum erumpens. Dour fort è hodie ut conijcit Vict. Giselinus. Ador, vel l'Ador, vocat Iosephus Scaliger. Landu interpretatur Navagierus. Heroldus **ATVRNVS** legit, & non paruo errore scribit Gallia Belgica fluvium esse, in regione Eysatia, & vulgò Geln dici.

ATYRAS, vide **ATHYRAS**.

ATYS, Plinio Sicilia fluvius. Carabi, Fazello.

AVALONIA, urbs Albionis insula. Inis Aualon, Britannis dicitur. & **Tris Writin** Saxonice. Ioannes Zelandus, in suo Arturio.

AVARES, vide **VNNI**.

AVARIA, vide **AVSTRIA**.

AVARICVM, Casari opidum in finibus Biturigum. Viarons, Marliano est. Sed Bourges vocant Ioannes Calamaeus, & Theobertus Fagotius, Bituriges.

AVARIS, ἀβαις, Israëltarum in Aegypto civitas, apud Manethonem. (ut Iosephus auctor est.) VVissenburgius dubitat num eadem sit, quae in sacris Bibliis **RAMESSES**, vel, ut alij, litterarum metathesi,

RAEM-

A V.

- RAEMSES** dicitur. quæ quoque **GOSEN** vocatur. Vide **BVBASTIS**.
- AVARVM**, ἀναργον, Hispania Tarracoen-sis promotorium, Ptolemæo. Cabo de Viana, Moletio dicitur.
- AVASIS**, vide **OASIS**.
- AVCA**, vide **BRAVVM**.
- AVDANII**, vide **PEVCETII**.
- AVELLINATES**, vide **ABELLINATES**.
- AVELLONII**, vide **ALES**.
- AVENDONIS**, Antonino Liburnia urbs. aliàs **VENDVM** dicitur. Simlerus.
- AVENIO**, ἀνεών, Cavarum, Ptolemæo qui eam Coloniam vocat. Gallie Narbonensis urbs. Auignon hodie. Hanc urbem Petrarcha, & post eum Bocatius, sub nomine **BABYLONIS** describit.
- AVENTICVM**, Helvetiorum opidum, apud Casarem, & Tacitum. **Wiefelsburg** Germanicè, Rhenano. Auenche Gallicè, Marliano. Marcellinus scribit suis temporibus desertam fuisse civitatem.
- AVENTINVS**, Urbis Romæ collis. etiam **RVMVRIVS** dictus fuit. ut ait Fab. Pictor. Aventinum vocat Vib. Sequester montem, qui Prænesti incumbit.
- AVERNVS**, Lacus Cæpania, Plinio. **Gracis AORNOS**, ἀρνός, dicitur. ut Strabo attestatur. Lago di Tripergola vocatur ab Erythrao & Georgio Fabricio. **STYCA** quondam appellatum ex hoc loco Silij apparet lib. 12. Ille olim populis dictum Styga, nomine verso, Stagna inter celebrem nunc mita monstrat Avernum.
- AVESICA**, Antonino Dalmatie urbs. Scenafechie dicitur quibusdam. Simlero auctore.
- AVFEIA**, vide **AQVA MARCIA**.
- AVFIDVS**, Italia fluvius, in Apulia. Plinio teste. Lofanto, Leandro vocatur. **CANNA** in carmine satidico vocatur, apud Livium lib. 25. Hic fluvius solus, ut refert Polybius lib. 3. Apenninum dividit.
- AVGE**, vide **TEREDON**.
- AVGÆAS**, vide **ÆGIÆ**.
- AVGI**, vide **MASSAGETÆ**.
- AVGINVS**, mons Liguria, apud Livium, lib. 39. qui an is sit qui hodie Augonius

A V.

- dicitur, discere mallet, quàm affirmare Bernardinus Saccus.
- AVGVRINA**, vide **SEGEDA**.
- AVGVRIVM**, vide **AGVRIVM**.
- AVGVSTA**, vide **ALEXANDRIA**, **ASTVRICA**, **BILBILIS**, **DIOSPOLIS**, **LONDINVM**, & **PAPHOS**.
- AVGVSTAM AQVAM**, vocavit Agrippa **VIRGINALEM** Urbis Romæ auctore Dione.
- AVGVSTA ACILIA**, (auctorem huius nescio) Aventino Germania urbs est, ad Danubium, hodie Straubingen dicta. Idem alibi ait extra Straubingam sitam, & **Azalburg** vocari.
- AVGVSTA Ausciorum**, Ptolemæo Gallia Aquitana urbs. Auchy, Villanovano est.
- AVGVSTA Bracarum** Plinio, **BRACAR AVGVSTA**, ἑράρα Ptolemæo. Citerioris Hispania urbs. quæ hodie Braga, nisi Tarapha fallat. Pro Bracar apud Ptolemæum **BRÆCAR** scribendum suspicor, cū Bracariorum gentis (ut vocat ipse, cum Strabone, Ptolemæus) caput sit.
- AVGVSTA EMERITA**, ἠμέρτα Ptolemæo. Lusitania urbs, quæ Medina de rio Secco, Tarapha. sed Merida Varrerio, & Villanovano.
- AVGVSTA FIRMA**, vide **ASTIGI**.
- AVGVSTA GEMELLA**, vide **TVCCI**.
- AVGVSTA NOVA**, Arevacorum in Hispania opidum Plinio. Tarapha scribit **FOR-TA AVGVSTA** à Ptolemæo appellari. & hodie Torre quemada.
- AVGVSTA PRÆTORIA**, ἀργεῖα πρετορία Ptolemæo. Salastiorum Colonia. In Lombardia Transpadana est. Germani Augst, Itali Osta vocant. In aditu vallis, quæ ab eo nomen accepit, situm est opidulum. Hic arcum triumphalem antiquum, sed imaginibus et inscriptione orbatum conspeximus.
- AVGVSTA Rauricorum**, ῥαυεμαόν, Ptolemæo Gallie Belgica urbs. Pagus hodie tantum, prope Basileam. vulgò Augst dictum, B. Rhenano. Basilea tamen sæpius à scriptoribus recentioribus interpretatur. Hanc Basileam Marcellinus teste Petro Ramo

- BASILIAM** nominat.
- AVGVSTA Romandiorum**, Ptolemaeo, Gallia Belgica urbs. Pet. Appianus vocat Autzelburg. Volaterranus Constance, urbem Normannie designare scribit. & ipsos Romandios, Normannos esse. sed situs non congruit. ut observavit Villanovanus.
- AVGVSTA Taurinorum**, Ptolemaeo Italia urbs, in Salassis. Turino hodie, in regione Pedemontana. **TAVRASIA**, ταυρασια, vocatur hoc opidum ab Appiano, in Annibalicis.
- AVGVSTA TIBERII**, quis huius ex veteribus meminerit, me ignorare profiteor. Onuphrius scribit eius memoria in antiquo lapide extare. Regensburg hodie, ut Aventinus scribit, dicitur, ad Danubium fluvium, in Germania sita civitas. Hanc Regensburgum putat Simlerus. **REGIVM Antonini** esse. & in lib. Notitiarum **CASTRAS REGINA** dici. Alia multa, sed à barbaris indita nomina sunt apud Althamerū. ut Reginoburgum, Rhatobona, Rhatopolis, Hyaspolis, Imbripolis, Regnipolis, Tetrapolis, Quadrata, & Germanisheim. Vulgus Latinorum **RATISBONAM** vocat.
- AVGVSTA Tricastinorum**, Plinio. Gallia Narbonensis urbs. Aymargues, Ioanni Poldo. aut Trois châteaux, ut idem alibi dicit. Simlerus Tricacies vocari hodie, scribit. **NEOMAGVS** fortè Ptolemai est. eam enim in Tricastinis ponit.
- AVGVSTA Vagiennorum**, Liguria opidum, Plinio. Merula eam hodie Bassignana appellari tradit.
- AVGVSTA VALERIA**. Sic habet Tarapha: qui eam Xatiua indigitat, qua est civitas Regni Valentiae, in Hispania. eandem idem **SETABIM** vocat, Ptolemaeus **VALERIAM**, βαλερία, habet, & Plinius **VALERIENSES** hoc tractu. quos an Augustanos cognominet, nescio. consulatur cap. 3. lib. 4. Plinij. Vide **SÆTABIS**.
- AVGVSTA Veromanduorum**, (Rhoman-
dum habet Ptolemaeus; Veromandui Plinio & Casari sunt.) Gallia Belgica urbs est. S. Quintin, Marchantio. Sed Rob. Cœnalis scribit hanc Augustam omnino dirutam, atque eius nihil hodie extare, præter cœnobium.

- Idq; etiamnum nomine Vermad Abbaye superesse, in tabula Veromanduorum, (quam Surhonijs descripsit) videtur. Sub Medardo eius loci pontifice eius sedem Noviodunum translata, scribit Bovillus.
- AVGVSTA Vessonum**, ἑσωνων, in Gallia Belgica opidum est, teste Ptolemaeo: Soisson Villanovanus nominat.
- AVGVSTA Vindelcorum**, ἑινδελικων, Germania urbs est Ptolemaeo. Pro Aufburg ab omnibus habetur. Ioannes Aventinus verò dicit hodie non extare. fuisse autem proximè Wolfartzhäusen vicum & arcem; ad pontem, Schafstlaren dictum. idem Althamerus qui Augustam hanc à Tacito **RHÆTIÆ PROVINCIÆ COLONIAM** appellari, ex censura B. Rhenani scribit. Colonia Augusta Rhatorum meminisse lapis antiquus; ut dicit Onuphrius. Fabulosum puto, quod Lichtenavius de ea scribit; eam nempe tria nomina habuisse, Zizerim, Crieses Averon, & Habinolerg, & cetera quæ de hac urbe ibidem addit.
- AVGVSTAMNICA**, & **AVGVSTANICA**, vide **ÆGYPTVS**.
- AVGVSTANI**, vide **CERRETANI**, & **SÆTABIS**.
- AVGVSTOBRIGA**, ἀυγυσούβρυγα, Vettonum, in Hispania Lusitana urbs, Ptolemaeo. Medina celi, Moletio. Burgos, Floriano. Villar de Pedroso, Clusio.
- AVGVSTODVNVM**, Aeduorum caput, Tacito. Meminit eius etiā Ammianus. Burgundia opidum, hodie Antun dictum, ut Ioannes Rhellicanus tradit. **FLAVIA ÆDVORVM** aliquando dictum, scribit Paradinus, ex Panegyrico fortè Constantino dicto, ubi legitur Civitatem Aeduorum Flaviam dictam.
- AVGVSTONEMETVM**, ἀυγυσονέμετον, Ptolemaeo. Arvernorum in Gallia urbs. Nevers Villanovano est. **NEMOSSVS** apud Strabonem dici puto.
- AVGVSTOPHRATENSIS**, vide **COMAGENA**.
- AVGVSTORITVM**, ἀυγυσούριτον, Pictonium in Gallia urbs, Ptolemaeo. Poictiers, Appiano.
- AVGVSTVS**, vide **COELIVS**.

AVIA, Ptolemaeo, Vacceorum urbs, in Hispania Tarraconensi. Villalon Meletio. Is addit hoc loco in Græco codice LIVIA legi. Ego LOVIA, λβία, habeo, non AVIA.

AVIA, Ptolemaeo αβία, aut FVRCONIVM, ut placet Volaterrano, ex antiqua inscriptione. nunc Aquila. Vestinorum, in Italia urbs.

AVIONES, vide REV DIGNI.

AVLERCI, Gallia Lugdunensis populi; qui EBVROVICES cognominantur. Plinius lib. 4. cap. 18. AVLIRCII EBVRICI, αβλῆρκοι ἐβερβίκοι, habet Ptolemaeus.

Orleans vocatur Villanovano. AVRELIANENSIS VRBS legitur apud Sidonium, lib. 8. Epistolarum, ad Prosperum papam. Quos Plinius Eburonices, Caesar EBVRONICES vocat: sed idem quoque AVLERCOS habet, ab Eburonicibus diversos. EBVRONICI Caesaris, sunt Orontio qui Sureux inhabitant, urbem Normandia: Eureux habet Vigenereus. AVLERCOS Caesaris interpretatur Vigenereus Rouen; sed ex aliorum magis sententia quam sua: Idem enim putat Aulerci pranomen tantum populorum aliquot esse. itaque citra distinctionem suadet legendum apud Casarem, Aulerci Eburonices, Aulerci Brannonices, Aulerci Cœnomanni, & Aulerci Diablintres.

AVLOLI, vide GAVLALES.

AVLON Plinio, AVLORVM NAVALE, αβλῶν πῶλον ἐπὶ νεύριον Ptolemaeo. Macedoniae urbs, ad Mare Adriaticum. Velona Sophiano qui eam quoque (nescio an rectè) CAVLONIAM vocat.

AVLONIA, vide CAVLONIA.

AVO, vide AVVS.

AVRASIVS, Mons in Mauritania, teste Procopio, decem dierum iter à Carthagine distat, Tamugam civitatem habet ad latus Orientale, in iugo montis saxum abruptum est, Petra Geminiam ab accolis vocata. Zebes regio illi vicina est, & Abigas amnis ex eo defluens, campum pro habitatorum arbitrio irrigat. Hunc Aurasium Montem suspicor à Ioanne Leone Auraz vocari; & ZEBEN regionem, Zeb.

AVREA CHERSONESVS, χρυσῆς

χρυσῆς Ⓞ Ptolemaeo est India peninsula. Malaca, Iacobo Castaldo, & Ioanni Barrie dicitur. Iapan insula, Gerardo Mercatori. Vide MUSICANA TERRA.

AVREA Insula; vide CHRYSÆ.

AVREATVM, Germaniæ opidum est, Nischstadt nomine auctore Gasp. Bruschio. Novum puto vocabulum.

AVRELIA, cognomine CARISIA, Plinio Hispaniæ urbs, in Batica. Carozza Tarapha, Cazorla Meletio est.

AVRELIA Porta, Urbis Romæ; à Procopio PANCRATIANA vocatur, ut tradit Marlianus cui tamen non videtur verisimile. Aureliam Portam nunc S. Petri vocari, lego apud Procopium.

AVRELIANENSIS Urbis, vide AVLERCI.

AVRELIANVM, Austriæ opidum Lazio hodie Lintz dictum ad Danubium situm est.

AVRELI VICVS, vide BIRACELLVM.

AVREOLVS PONS, apud quem, ut Trebellius scribit, Aureolus tyrannus à Claudio Imp. interfectus fuit. Bapt. Egnatius ait eum in agro Mediolanensi extare. vulgoque Pontirolo vocari.

AVREVS MONS, χρυσῆν ὄρε Ⓞ, Ptolemaeo, Corsica insula. Monte Gradachio Leandro dicitur.

AVREVS MONS, Hungariae qui Machecgk Hungaricè dicitur. Lazio auctore. Huius Aurei montis meminit Lib. Notitiarum, in Mœsia Prima. Item Aurel. Victor scribit in vita Probi Imp. Aureum montem Mœsia Superioris à Probo Imp. vineis constitum.

AVREVS SINVS, vide MALEA.

AVRIA, Carolo Clusio Orense est. Callaicorum, in Hispania opidum est, ad Minium fluvium.

AVRIGIA, uti legitur in eiusdem loci antiquis inscriptionibus, qui nunc Ariona appellatur, Baticæ Hispaniæ opidum est. AVRINGE est apud Livium.

AVRININI, vide SATVRNINI.

AVRINX, Hispaniæ urbs, Livio lib. 24. MORON, in Anduluzia. Beutero auctore.

AVRVNCA, vide SVESSA.

AVRVNCI, vide **AVSONIA**.
AVRVPIVM, vide **ARVPENVM**.
AVSA, $\alpha\upsilon\sigma\alpha$ Ptolemaeo Hispania Tarraco-
 nensis urbs, Authetanorum. Hinc Plinio
AVSETANI. Vich hodie, C. Clusio. qui
 hoc ex eius loci vetustis Inscriptionib. habet.
AVSCII, $\alpha\upsilon\sigma\kappa\iota\omicron\iota$, Gallie populi, in Aquita-
 niis; Ptolemaeo. Auchx, Orontio Fineo. Vide
AVGVSTA Auscorum.
AVSERIS Plinij, **ÆSARVS**, $\alpha\iota\sigma\upsilon\rho\theta$,
 Straboni, **BOACTVS**, $\beta\omicron\alpha\acute{\alpha}\tau\theta$ Ptole-
 mai, Liguria fluvius est is qui hodie Setchio
 dicitur. Leandro teste. Blondus addit hunc
 Aesarum eundem esse cum eo qui à Livio
MELA dicitur sed male legit. nam **MA-**
CRA hoc loco apud Livium in castiga. &
 exemplarib. legitur; est q₃ is alius ab Auseri.
AVSETANI, vide **AVSA**, & **AVTHE-**
TANI.
AVSONIA, ut scribit Isacius in Lycoplre-
 nem, propriè **AVRVNCORVM** Terra,
 $\alpha\upsilon\rho\acute{\alpha}\nu\gamma\kappa\omicron\iota$, sola dicitur inter Campanos &
 Volscos, iuxta mare sita. Idem Ioānes Tzet-
 za. Horum Auruncorum etiam meminit
 lib. 7. Aeneid. Virgilius & Halicarnassens,
 lib. 6. Vide **ITALIA**, & **APPIA** Via.
AVSONIVM Mare, tempore Strabonis
SICVLVM vocabatur. ut scribit lib. 2.
 Vide **HADRIATICVM**.
AVSTRA Plinio, **CLOSTRA**, $\kappa\lambda\omicron\sigma\tau\rho\alpha$
 Ptolemaeo, Latij marimum opidum, Astu-
 ra hodie; Leander. **Austra** apud Plinium non
 nosco. sed idem habet **CLOSTRA** **RO-**
MANA in Latio. & ibidem **Astura** fluvium.
AVSTRASIA, regio. Germaniæ est. aucto-
 ribus qui Caroli Magni res gestas scripsere,
 cognita. Comprehendit eum tractum qui
 est inter Mosam, Mosellam & Illum fluvios,
 Rheno adiacet. **Qesterich** his quoq₃ dicitur.
 & inde quoque **AVSTRIAM** Latinè fe-
 cere. Vide **Austriam** Lazij, lib. 1.
AVSTRAVIA, vide **GLESSARIA**.
AVSTRIA, Germaniæ regio ad Danubium;
 quam vulgo **Qesterich** vocant. **AVARIAM**
 quoque in Annalibus vocatam, ab Avaribus
 eam occupantibus, scribit Lazius. Vide **AV-**
STRASIA.
AVSTROGOTHI, vide **SCYTHÆ**.
AVTEI, sunt in Sacris **AMALECHITÆ**;

ut scribit Zieglerus. vide **ARABIA**.
AVTHETANI, $\alpha\upsilon\theta\eta\tau\acute{\alpha}\nu\omicron\iota$, Hispania Tar-
 raconensis populi sunt Ptolemaeo. Hos Livius
 & Plinius **AVSETANOS** vocant.
AVTOCRATORIDA, vide **SEPPHO-**
RIS.
AVTOLALA, vide **HERAS**.
AVTOMALA, $\alpha\upsilon\tau\omicron\mu\alpha\lambda\alpha$, Straboni opidum
 Africa, apud Philenorum aras. Ptolemaeo
AVTOMALAX, & Stephano **AVTO-**
MALACA legūt. Hodie Zanagra à Ma-
 rio Nigro interpretatur.
AVTOMATE, insula inter Therā & The-
 rasiā recenter enatam, & **HIERA** quoq₃
 vocari, scribit Plinius.
AVTONOMI, vide **THRACIA**.
AVTOSIDORVM, vide **VELLAVNO-**
DVNVM.
AVTRICVM, $\alpha\upsilon\tau\upsilon\tau\iota\kappa\omicron\nu$ Ptolemaeo in Gallia
 Lugdunensi urbs. Chartres putat Villano-
 vanus. Vide **VELLAVNODVNVM**.
AVTRIGONES, $\alpha\upsilon\tau\upsilon\tau\iota\gamma\omicron\nu\epsilon\varsigma$, Hispania Tar-
 raconensis populi sunt, Ptolemaeo & Plinio.
 Navarre regnum est Pineto.
AVVS, $\alpha\upsilon\upsilon\theta$, Ptolemaeo Hispania Tarraco-
 nensis fluvius. **AVIA** dicitur Clusio. Hermo-
 laus putat **AVONEM** Pomponij esse.
AVXVME, $\alpha\upsilon\chi\acute{\alpha}\mu\eta$, Regia civitas Aethio-
 pie, Ptolemaeo. **AXOMITE**, $\alpha\chi\omicron\mu\iota\tau\eta$,
 vocatur ab Arriano in suo Periplo Maris
 Rubr. $\alpha\chi\omicron\mu\iota\tau\eta\varsigma$ habet Stephanus. **Chaxu-**
mo, fortasse hodie nomen habet.
AVXVMVM, $\alpha\upsilon\chi\acute{\alpha}\mu\omicron\nu$, Straboni, **OXI-**
MVM Livio, Picenorum urbs in Italia est.
 Procopius scribit Romanis **METROPO-**
LIS dici. Hodie **Osimo** vocari Leander au-
 ctor est.
AVZACIA, $\alpha\upsilon\zeta\alpha\kappa\iota\alpha$ Ptolemaeo Scythia ex-
 tra Imium montem urbs est. **Saccio** incolis
 dici, scribit Marius Niger.
AVZOMITÆ, vide **HOMERITÆ**.
AXALITA, Batica opidum, quod **Lora** ho-
 die. **Clusius**, ex eius loci. Inscriptionibus an-
 tiquis.
AXIACE, Mercatori Europa opidum, ad
 Pontum Euxinum. quod nunc **Oczakou**
 dici autumat. Nescio quis huius nominis an-
 tiqui auctor est.
AXIACES, $\alpha\chi\iota\acute{\alpha}\kappa\eta\varsigma$, Sarmatia Europæ.
 annis,

annis, Ptolemaeo Solina Bordonio vocatur.

AXIMA, vide BERINSONA.

AXIOPOLIS, ἄξιόπολις, Mysia Inferioris urbs, Ptolemaeo: cui Danubius ab hac ad Pontum usque Ister nominatur. Hanc urbem hodie Colonamich dici scribit Olivarius in Melam: etsi malè Aria, pro Axiopoli legat, deceptus tabulis Ptolemaicis minus castigatis.

AXOMITE, vide AVXVME.

AXIOTHEATON, vide PONTVS EVXINVS.

AXIVS, ἄξιός, Ptolemaeo Macedoniae fluvius, in Sinum Thermaicum erumpēs. Ioannes Tzetza Bardre, Sophianus Vardari, vocat. Bardarium quoque appellari scribunt Zonaras & Curopalates.

AXONA, Casari fluvius est Galliae Belgicae, in Rhemorum finibus qui Dilne Cœnali, Aysne Marliano et Vigenereo interpretatur.

AXVENA, vide VELLAVNODVNUM.

AXVR, vide ANXVR.

AXYLIS, ἄξυλις, Marmarica villa, Ptolemaeo, in Africa. Ger. Mercator Forfeli vocat.

AZA, vide GAZA.

AZAMA, vide ZAMA.

AZANES, vide ARCADIA.

AZANI, vide SCYTHÆ.

AZANIA, ἄζαρία, Aethiopiae regio Ptolemaeo, & Arriano. Xoa fortè hodie. Vide ARCADIA.

AZANITIS, vide ARTYNIA.

AZANIYM, ἄζανιον, Phrygiae urbs; ab Hermogene initio vocatam HEXAGZANON; ex Stephano scribit Hermolaus quo loco ἑξαγζανόν, ego apud Stephanum reperio. Vide HIPPADIS.

AZAREI, vide ARABIA.

AZARITIA, ἄζαριτία, Straboni fons est Bithyniae, qui crocodilos parvos alit. Hunc Stephanus ZARETAM, ζάρητα, vocat ut Hermolaus tradit.

AZENIS, vide ARCADIA.

AZIRIS, ἄζιρίς, Armeniae Minoris opidum, Ptolemaeo. Artzicham Nigro.

AZMORNA, vide ASMURA.

AZORVM, vide DOLICHE.

AZOTVS, ἄζωτῶ, Achaiae urbs, Stephano

no quam PELORIAM, πελορία, quoque appellatam scribit.

AZOTVS, Ptolemaeo Palaestinae urbs. ASDOD Hebraicè dici, D. Hieronymus in locis Hebraicis tradit. Iuniores Beroaldum vocant, Nigro auctore. Beniamino Palmis appellatur. Alzette habet Thevetus.

AZYLIA, ἀσυλία Ptolemaeo Epiri opidum. HALYSEA est apud Plinium. Sophiano Natalico dicitur.

B.

BAALA, quae est KIRIATH-IARIM, Iosue cap. 15. Urbs Palaestinae, in tribu Beniamin.

BAARSARES, Βααρσάρης Ptolemaeo Babyloniae regionis fluvius. hic videtur mihi idem cum eo qui ab Arriano lib. 7. viæ Alexandri, sub nomine PALLACOPA, παλλακόπη, describitur. PALLACOTTA, παλλακόττα, habet Appianus 2. Civilium.

BABÆ, & BABBA, vide IVLIA CAMPESTRIS.

BABEL, vide BABYLON.

BABIA, vide BALBIA.

BABYCE, βαβύκη, & CNACIO, κνακίων, locus in Laconica. Spartanorum imperij videtur, ex Plut. archi Lycurgo. In huius enim medio Spartani publicas conciones habebant. Hunc Babycam & Cnacionem scribit Plutarchus suo tempore OENUNTEM appellatum. Aristoteles Babycam pontis nomen, & Cnacionem fluvij esse tradit. OENUNNS fluvius apud Livium est, opidulum autem Stephano. GNACIO per G. legit Crusenius.

BABYLON, βαβυλών, Aegypti vetustissima & maxima urbs. Vocatur Arabicè Mazar aut Mizir, Armenicè Massar, Chaldaicè Alchabyr, Hebraicè MESRAIM. sic in libello anonymo, sed Postelli, ni fallor. Ab omnibus Europæis hodie Cairo, & Alcairo appellatur. Misraim eam quoque Benjamin nominat. Iosephus lib. Antiquitatum 2. cap. 13. scribit hanc Babylonem antea LITHVS dictam.

BABYLON, Ptolemaeo & aliis Assyriae sive Babyloniae primaria urbs. Hac in Sacris

litteris, omnibusq; historicis nota & celebris. Theveto Boughedor, Iacobo Castaldo Baldach, Barrio Bagadad. Pogdatim, & alio loco Pagdaciā appellat Chalcondilas. & Bagda Curopalates. Pro vario gentium idiomate, sic variè scribi & pronunciarunt. Sicut utumo. Sunt qui S V S A M veterum sic nominari hodie volunt, ut Sabellicus, & in suo Compendio historico Ioannes Bodinus. sed magno errore; cum Susa Susiana metropolis sit, ad Euleum fluvium sita, & Babyton omnium auctorum testimonio, in Assyria ad Euphratem ponatur. ubi hæc Baldach quoque hodie videtur. Otto Frisingensis lib. 7. scribit partem antiquæ Babylonie, quæ adhuc habitatur, Baldach dici, se ex populis transmarinis intellexisse. Sed si nobis quoque in re longinqua & obscura diuinare liceat, ausim huic Babytoni accidisse, quod Augusta Rauracorum, & alis evenit, affirmare. Ut, quemadmodum pro hac Augusta (quæ in ignobile hodie pagum, vulgo Augst, evanuerit) locum celebrem, illiq; propinquum Basileam accipimus. sic pro illa Babytone (quæ penitus interisse constat) Baldach illi proximam, & Calyphæ Babylonie sede nobilem, nobis obtrudi sinimus. Hanc nostram coniecturam ex Tabulis Asiæ, quas Iacobus Castaldus Venetiis edidit; sed quæ (quod aliàs in maiori nostra Asiæ tabula monuimus) veræ Abylfedæ Ismaëlis sunt, sumpsimus. In his namq; tabulis iuxta Baldach opidum, videntur quedam antiquæ urbis fragmenta, quibus ascriptum est, BABYLONIA. Inspice in Theatro nostro Tabulam regni Persici. Benjamin certè in suo Itinerario diversas vrbes facit ex Babytone, & Bagdad. hanc enim ille ad Tigrim, illam verò funditus destructam perhibet. Hanc Babylonem Ann. Viterbiensis Tetrapolim facit; ex Geneleos cap. 10. dicitq; eam constare ex BABEL, ERECH, ACAD & KALNE. de quo alij iudicent.

BIABYLONIA, βαβυλωνία Ptolemeo, & alius, Asiæ regio. Videtur SINEAR à Moyse vocari. Gen. cap. 10.

BIABYTACE, βαβυτάκην, opidum in Septentrionali Tigris alveo, Plinio & Stephano. Pinetus Bayburt appellat. Babytaca sic

meminit Capella; Susæ, iuxta CARBILE, sive BABYTACE. quasi Carbile cum eo Synonymon esset.

BACARE, vide SOSIPPVS.

BACCÆI, βακκαῖοι, Hispania gens Stephano. VACCÆI dicuntur & Plinio. & ακκαῖοι Ptolemeo.

BACCHI, vide SABI.

BACCIA, vide VACCA.

BACENIS, Germania silva Casari, quam Althamerus putat Turingerwaldt Vbi forte SEMANA Ptolemæi. Vide HERCYNIA, & MARTIANA silva.

BACTRIANA, βακτριανή, Asia regio. Carrasan à Castaldo dicitur: sed Batter à Ramusio. BACTRIANAM, cum MARGIANA, SOGDIANA, & SACARVM regionem, hodie Tartariam Zagatheam appellari; scribit Mar. Niger.

BACTRVM, vide ZARIASPE.

BACTRVS, Plinio est Bactriana regionis fluvius. Bochara nunc nominari; Mar. Niger. asserit. Vide ARAXES.

BACVNTIVS, Hungaria fluvius, in Saum effluens. Plinius huius meminit. Βοζωθα vocatur Lazio.

BACVRII, βακκῆοι, qui & BARYCIANI, βαρυκίανοι, populi sunt Parthis & Medis vicini. Stephanus.

BADACVM, vide BIDAIVM, & IVAVIA.

BADEICHORA, vide ARMOZVM.

BADONICVS Mons, vide AQVÆ SOLIS.

BADVHENNÆ Lucus, in Frisiis, Tacito ubi nongentos Romanorum confectos scribit. Deuen Wolden sorte, id est septem silva.

BÆBRO, urbs Hispania est Plinio. lib. 3. cap. 1. Amb. Moralis autem hoc loco ÆGABRO legit: antiquis adiuvantibus exemplaribus additq; eam hodie Cabra dici. & à Corduba miliaribus sex & triginta distare.

BÆLO, vide BELO.

BÆMI, vide BOIEMVM.

BÆNACVS, vide BÈNACVS.

BÆNIS, vide MINIVS.

BÆTICA, βαιτικὴ, Hispania regio Ptolemeo quæ Plinius HISPANIAM VLTERRIO-

TERIOREM vocat. & Strabo TURDETANIAM, τῆρδεταλία. Sic enim lib. 3. Regionem à flumine Baticam, ab incolis Turdetaniam nominat. Andaluza, hodie, Floriano.

BÆTICI CELTICI, vide CVNEI.

BÆTIRÆ, vide BLITERÆ.

BÆTIS, βῆτις, Hispania fluvius Ptolemao, qui & TARTESSVS, ταρτησός, Straboni vocatur. Livius tradit CIRCEN ab incolis appellari. Stephanus verò PERCEN, πέρκην. Guadalquivir ab Hispanis nuncupatur. Marius Niger scribit Afrorum lingua Circin vocari quod miror tamen cum Guadalquivir Africanum sive Arabicum sit. & idem significare, quod fluvium magnū, docet Vaseus.

BÆTIVS, βῆτιος, fluvius Arabia Felicis, Ptolemao: Eda hodie, ut Tabula ostendunt.

BÆTOGABRA, βαιτογάβρα, Ptolemao Iudæe mediterranea urbs est: Becanus dicit eandem esse cum CASTRA CHABRIÆ, χῆβρις χῆραξ, Strabonis: quam tamen hic ad Mare Mediterraneum ferè describit. In eodem loco ASION vel HESION GABER (cuius in Bibliis frequens mentio fit) esse contendit; sed male à neotericis ad Sinum Arabicum, sive Mare Rubrum collocari. Idem Iosephum reprehendit, quod hæc postea BERENICEN appellatam scribit. De his diffusè satis in suis Hispanicis, quas legant & iudicent eruditi. Mihi hæc indicasse sufficit.

BÆTVLO, vide BETVLO.

BÆTVRIA, tractus Hispania, qui incolis Estrema duradicitur. Varrerius. BETHVRIA lego apud A. Hirtium. & BETVRIA apud Livium, sine diphthōgo apud utrumq;.

BAGA, βαια, Africa Propria urbs, quam Iustinianus Imp. restauravit. & incole eam THEODORIADEM appellarunt: ut scribit Procopius lib. 6. de Aedificiis Iustinianni. Videtur BAGASIS apud eundem, lib. 4. Belli Vandalici: ut monuit Swaltembergus.

BAGADANIA, βαιαδανία, Cappadocia pars, apud Strabonem. qui eam versus Meridiem describit. Videtur à Suida BAGDALONIA, βαιδαλονία, vocari.

BAGANVM, βάγανον Ptolemao, sive, ut Antoninus habet, BAGACVM. Gallie Belgicae opidum. quod Diuæus Bauay indigitat. Hannonie dittonis opidulum magna vetustatis. Sunt qui BAIACVM apud Antoninum legunt. Vide TORNACVM.

BAGASIS, vide BAGA.

BAGRADA, βαιράδα, Carmaniae desertæ fluvius, Ptolemao. Hodie Bintmir N. Nicolao, sive, ut alij, Budmir. Niger dicit incolis Biserti vocari. Biquelmic Arabicè vocari addit Thevetus.

BAGRADAS, βαιράδας, Africa fluvius, apud Ptolemaum. Megrada Castaldo Magiordeh Iovio. BAGRADA apud Livium vocatur, ubi Romanorum legatos à Carthaginiensibus præter foederis pactum invasos scribit. Idem à Polybio lib. 1. MACROS, μακρός, aut MACRIS dicitur. & etiam MACRA apud eundem, lib. 15.

BAGVLSTEPHON, vide ARSINOE.

BAIACVM, vide BAGANVM.

BAIÆ, βαιαι, Cumanorum opidum, Straboni. Baia Leandro Alberto.

BAIANVS Sinus, Maris Inferi, prope Neapolim. CRATER, κρατήρ, dicitur à Strabone. eumq; inter Athenæum & Misenum promontoria describit. Idem dicit eundem ab Eratosthene CVMANVS dici. Golfo di Napoli hodie vocari credo.

BAIOCASSES, vide VELOCASSES.

BALA, nomen urbis Sodomorum, quæ sola precibus Loti servata scribitur. Hæc eadem SEGOR dicitur lib. Geneleos. Item SALLISSA, D. Hieronymo. qui eam suo tempore ZOARA nuncupatam addit.

BALANÆÆ, βαιανῆαι, Syria Cara opidum. Stephano Phœnicia, cui & LEVCAS vocatur. Bagnias Postellus, Valania Niger appellat.

BALANIPHAGI, vide ARCADIA.

BALANTIPYRGON, βαιαντίπυργον, Ptolemao India intra Gangem urbs. Capilamba Mercatori vocatur.

BALANTIUM, vide PALATIUM.

BALARI, populi Sardinia insula, apud Plinium. Baromela, Pineto.

BALBIA, Ausonia urbs; ut habet Gabriel Barrius ex cap. 6. lib. 14. Plinij: et si nonnulli

BABIA legunt; (ut Hermolaus.) Hodie Altimonte dici, scribit idem Barrius.
 BALBITENA, vide ARMENIA.
 BALEARES Melæ, BALLIARIDES, βαλλιαρίδες, Ptolemæo, Καλλείδες, habet Strabo. Καλιάριδες, Stephanus. GYMNESIAS, γυμνασία, à Græcis appellatas scribit Plinius. BALEARIS in singulari usus est Suetonius. CHOERADES, χοιράδες, ab Apollonio vocari annotavit Gerbelius. & idem tradit ex Timeo Isacius Tzetza. Maris Mediterranei insulae sunt, iuxta Hispaniam. Hodie Mallorca & Menorca Hispanis indignantur quasi Latine diceres MAIOR & MINOR, uti eas Pomponius & Procopius quoque nominant. Sic eas distinguit etiam Antoninus qui Maiorem COLVMBAM, & Minorem NVRAM vocat.
 BALERIDES, & BALIARIDES, vide BALEARES.
 BALESIUM, vide ALETIVM.
 BALINIENSES, vide MVTVSCÆ.
 BALION, vide LIMÆA.
 BALISTA, Mons Liguria, apud Livium. Valestra Leandro. Balista monti huic idem Livius alterum non semel adiungit, quem SVIMONTIVM vocat. itidem LETVM.
 BALLATHA, βάλλαθα, Ptolemæo Mesopotamiae urbs. BATHNÆ Antonini videtur quibusdam, inquit Simlerus.
 BALLONOTOS populos, à Valerio Flacco nominatos, Nebrissensis putat BVRGVNDIONES, HESSOS, BASTERNASQUE esse.
 BALSÀ, βάλα, Ptolemæo & Pomponio, Lusitania urbs. Bufera dicitur Nigro.
 BALTIA, vide BASILIA.
 BALTICVM Mare Xenophonti, MORIMARVSA Philemoni, & AMALCHIVM Hecateo, apud Plinium dicitur. Gerardo Mercatori est Sinus Maris Germanici, quem hodie Germani Ostsee, Ruteni Warezzkovie morie vocant. SVEVICVM Mare (ab accolis fortasse Suevis) & PIGRVM à Tacito videtur nominari ab effectu, nisi fallor quod non ut cetera maria moveatur. nam ætus eius, ut ex iis non semel intellexi qui illud sæpius navigaverint,

vis deprehenditur. CODANVS Sinus Melæ est. Sigismundus Herbersteinus scribit idem Mare ab Auctoribus VENEDICVM, & BALTÆVM appellari: ad quod alludentes Germani accola, illud Belts indignant. Ego tamen video ex Tabula Daniae quam Cornelius Antonides edidit, totum hoc Mare nomine Belts non comprehendit sed eius Sinus tantum, ubi Cimbricam Chersonesum attingit, prope insulam Langlant appellatam. Ex quo verisimile est eundem à Plinio lib. 4. cap. 13. LAGNVS Sinus dici quem conterminum Cimbris tradit.
 BAMBÛCA, βαμβύκη, quæ & EDESSA, ἔδεσσα, & HIERAPOLIS, ἱεράπολις, vocatur Straboni, Aeliano & Plinio; qui addit eam à Syris MAGOG appellari in qua Atergatus Dea, quam Græci Derceto vocant, colebatur. Trans Euphratem quatuor schœnorum spatium, eam collocat Strabo. In Cœlesyria ponit Plinius. Edessa etiam Ptolemæo est. Hanc Hebræis RAGES vocatam, & nunc Rase dici, scribit Brochardus. Idem ait alio in loco, à nonnullis Orpha vuncupari.
 BANASSA, βάνασσα Ptolemæo, Plinius simplici s. scribit. Mauritania Tingitanae urbs. Plinius VALENTIAM cognominatam prodit. A Molerio Fanfara vocari video sed fortasse non recte.
 BANCONA, Georgio Fabricio Germaniæ opidum est, quod Oppenheim vocari vulgo dicit: In suis Itinerariis.
 BANDO BENA, βανδοβηνή, Strabonis, & BARBORANA, βαρβοράνα Ptolemæi, easdem esse urbes, in India intra Gangem, scribit Villanovanus, in suo Ptolemæo.
 BANISÆ, qui melius BASANISÆ, βασιανισαί, Thraciæ populi. Stephanus.
 BANNOMANNA, vide BASILIA.
 BAPHYRA, & BAPHYRVS, vide HELICON.
 BARACE, βαράκη, India intra Gangem insula, in Sinu Canthicolpo. Hodie Diu, si Alph. Adriano creditur. Bazaim Ger. Mercatori est. Vide CANTI.
 BARACVRA, βαράκρες, India extra Gangem emporium, Ptolemæo. Bangela Appiano, Bacala Castaldo dicitur.
 BARAM,

BARAM, insulam non longè à Brundisio esse, scribit Festus. Fortè hodie S. Andrea nisi tabula fallant.

BARATHIA, βαγαθία, Africa Propria urbs est Ptolemæo quam Castaldus Brata, Mercator Blata nominat.

BARATHRVM, βαγαθρον, locus cavus est, qui **ORYGMA**, ὄρυγμα, quoque vocatur, inquit Stephanus. Sed, dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo. Vide **SIRBONIS**.

BARBARI, βαρβαρι, Asiae urbs, circa Indi fluminis ostia: Ptolemæo. Bermet, Castaldo; sed Meti, Resendio; qui eam insulam, non urbem appellat. cum Ptolemæo urbs sit, in insula sita.

BARBARIA, βαρβαρία Ptolemæo & Stephano, Aethiopia regio, ad Sinum Barbaricum: **TROGLODYTICA ARABIA** haec est Dioscoridis, & **BARBARIA** Galeni, unde aterq; Gingiber ad nos deuehi scribit. Hic hodie Quiloa regnum invenitur. Meminit etiã **BARBARIAE** regionis Lampridius, in vita Severi, eius fortè quæ hodie quoq; Barbaria vocatur, ad Mare Mediterraneum: uti ego ex contextu conicio.

BARBARICVS SINVS, vide **ASPERVM MARE**.

BARBARIVM PROM. βαρβαριον ἄκρα, Ptolemæo, in Lusitania. Cabo de Spichel hodie, Clusio & Tarassa.

BARBESOLA, βαρβησολα, Bastulorum in Hispania, Ptolemæo, urbs. hanc Florianus Marbella appellat. **BARBESVL** Melæ est.

BARBITANI, vide **ARBYTI**.

BARBORANA, vide **BANDOBENA**.

BARBYSES, alius **BARBYSSVS**, fluuiolus, circa Byzantium; à Byzantinis Chartaricon; à rusticis qui accolunt eius fontes, Pectinacorion, à vico, illius vicino, appellatus. Pet. Gyllius, in suo Bosphoro. **BARBYSSVS** lego apud Suidam.

BARCÆI, & **BARCITÆ**, vide **MARMARICA**.

BARCHE, βαρχη Ptolemæo & Plinio, Marmarica in Pentapoli regione, promotorium quod eodem auctore **SURRENTIVM** appellatur. Vide **PTOLEMAIS**.

BARCENNVM, vide **ARCENNVM**.

BARCINO, βαρκινον Ptolemæo Hispania Tarraconensis urbs, in Laetanis. Plinio auctore, aliquando **FAVENTIA** dicta fuit. Ad Mare Mediterraneum portu nobilis. Hodie Barzelona vocatur. **BARCILONAM** etiam appellat Iornandes.

BARDI, βαρδοι, Strabonis, **SARONIDÆ** Diodori, **SEMNOTHEI** Laërtij, **EV-BAGES** Ammiani, synonyma Gallorum vatum ut censet P. Pithoëus. Vide **THRACIA**.

BARDININ, vide **CHRYSORRHŌAS**.

BARDONIS MŌNS, vide **APENNINVS**.

BARDVLI, hi **TVRDVLI**, & **TAPORI** quoque dicuntur, Plinio. Hispaniae populi sunt qui nunc Castiliam veterem inhabitant: ut Clusius vult. Aliis est Guipuscoa.

BARDVM, Lintprando Ticinensi vicus est, in Alpibus, inter Eporediam & Augustam Salassiorum. Im Bart hodie vocari, scribit Simlerus.

BARDYETÆ, βαρδυίται, Hispania populi, ad flumen Iberum quos Strabo suo tempore **BARDYALOS**, βαρδυάλαι, dictos, tradit.

BARENTINVS, vide **CASVENTVM**.

BARETIVM, βαρητιον, locus iuxta Adriam, Stephano. Gaud. Merula scribit se facile posse adduci, ut putet illud opidum esse quod in Gallia Cisalpina ad radices collium situm est; quæ ad Verbanum Lucanumq; & Larium lacum iter est. & quod Latini **VALLISIVM**, item **VASISIVM** nominant. Varescio vulgò dicitur, ut prodit L. Albertus.

BARGVS, βαργυς, quem alij **MARTVM**, μαρτϑ, vocant, ut ait Strabo. Fluuius Illyrici. Mar. Niger putat **DRINVM** Ptolemæi esse. ego potius **DRAVVM** putarim: cum tamen ipsum Dravum idem Strabo quoque meminerit. **BARGVS** Plinio fluuius est, in Hebrum cadens. Vide **DRINVS**.

BARGVSII, vide **BERGVSA**.

BARIS, βαρις, Castellum templo Hierosolymitano adiacens. quod postea **ANTONIA**, ἀντωνία, cognominatum est. Iosephus de Bello Iudaico lib. I. Vide **GORDIÆVS**, & **VERETVM**.

BARIS

BARITOS, vide **VERETVM**.

BARIVM, βαριον Ptolemæo Apulia Peuce-
ria urbs maritima. Plinio **IAPYX** quoque
dicitur. Leandro, Barri vocatur. Hic reges
Neapolitani coronari solebāt. Historici tra-
dunt à Guilielmo I. Sicilia rege funditus de-
letam. ex quo eandem esse æstimo, quā Ben-
iamin Miquoles deuat appellat. eā enim
in Apulia describit. additq; à Guilelmo di-
rutam fuisse, & suo adhuc tempore incolis
vacuam.

BARNICIVS, vide **ENIPEVS**.

BARPONA, vide **CARBANIA**.

BARRA, Orobiolorum in Italia urbs, Plinio
quam interisse scribit. Leandro Barian ca-
stellum vocat. in Lombardia Transpadana.

BARSITA, vide **BORSIPPA**.

BARTIETÆ, vide **ARIMASPI**.

BARVSSÆ, βάρυσσαι, quinque Insulae in
Indico pelago; Ptolemæus. Mercatori sunt
Mindanao, Cailon, & Subut, cum reli-
quis duabus Circium versus.

BARYBYSSVS, vide **BARBYSES**.

BARYCIANI, vide **BACVRII**.

BARYGASA, βαρυγασα Ptolemæo & Ar-
riano, Indiae intra Gangem urbs. Bacam,
Castaldus nominat; Ramusius Goa vel Ca-
licut ex ea mallet facere.

BASAN, vide **SCYTHOPOLIS**.

BASANISÆ, vide **BANISÆ**.

BASENTIVS, vide **CASVENTVM**.

BASILIA, βασίλεια, Diodoro, & Pythia a-
pud Plinium. **BALTIA** Timæo, apud eun-
dem Plinium. Eandem Plinius alio in loco,
ex eodē auctore, **BANNOMANNA** vo-
cat. **SCANDIA** & **SCANDINA-
VIA** Plinio etiam & Solino dicitur. Hanc
pro insula Germanie maxima describunt
dicti auctores: dicuntq; eam versus Septen-
trionem sitam, & incomperæ magnitudinis
esse. Hanc à Procopio sub nomine **THVLE**,
non sine errore descriptā legimus. Pro Scan-
dinavia malè legunt **GANGAVIA** apud
Solinum, Nebrissenfis, in suo Dictionario;
& Lilius in suo Orbis Breuiario. Iernandes
SCANZIAM etiam perperam vocat. Hu-
ius incolæ, **SVIONES** apud Tacitum vi-
dentur. Sed nō esse insulam, at peninsulam,
nostra ætas cognouit. & eam esse putamus

qua hodie tria amplissima regna, nempe
Noruegiam, Suediam & Gothiam, a-
liasq; regiones comprehendit. Ex Scandia,
vel Scandinavia, Sconen, qua huius est
pars, facit Zieglerus. Idem pro Bannoman-
na, **PANNONIA** apud Plinium legere
mavult; & Finlandiam, huius peninsule
partem, pro ea accipit. Suiones Taciti, **Wil-
lichius** Sweden interpretatur. Hæc penin-
sulam Basiliam, Marius Niger **VERGIOM**
appellatam scribit. Vide **AVGVSTA**
Rauracorum.

BASILICA, vide **SICYON**, &
THERMA.

BASILII, vide **IAZYGES**.

BASILISENE, βασίλισση Armenia Ma-
ioris regiuncula, Ptolemæo. quam Castaldus
Turcomaniam vocat.

BASILIVM, vocat Strabo fluvium inter
Euphratem, & Tigrim. qui mihi videtur
SAOCORAS, σαοκόρας, Ptolemæi. **FLV-
MEN REGIVM** appellatur ab Ammia-
no, lib. 23. Saocoras hodie Set vocari, ex
quodam anonymi mercatoris in Persiam
peregrinatione edita, obseruo. Vide **EV-
PHRATES**.

BASTARNÆ, βασάρναι, quorum alij no-
minantur **ATMONI**, ἀτμονοί, alij **PEV-
CINI**, πευκίνοι, **SIDONES**, σιδόνες, &
ROXOLANI, ut vertit Xilander. in Gra-
eco tamen est, ῥοξάνοι, **ROXANI**. Strabo
lib. 7. Peucini, quos quidam Bastarnos vo-
cant inquit Tacitus, in sua Germania.

BASTITANI, βασίταινοι Ptolemæo sunt
Hispanie Tarraconensis populi. **BASTI-
TANIAM** regionem nominat Plinius.
VASTETANOS per V. habet Livius
lib. 37. Beuterus in suo Chronico Hispanie
adducit duos lapides antiquos, in quibus
BATESTANII legitur. dicitq; hodie
eos esse qui Baça incolunt.

BASTVLI, βασύλοι, qui & **POENI**, ποῖνοι,
cognominantur, inquit Ptolemæus. Populi
sunt Hispanie Beticæ, ad Fretum Gadita-
num, in eo tractu quem hæc ætas Andalu-
zia vocat. Pœni ergo ab utraque Freti par-
te habitaverunt. ad quod Horatius mihi al-
luisse videtur, cum inquit, uterq; Pœnus.
sed quia carmen elegans est, hic integrum
adducere

adiicere lubet. Sic enim ille:
 Latius regnes avidum domando
 Spiritum, quam si Libyam remotis
 Gadibus iungas, & vterq; Pænus
 Serviat uni.

Non me latet à Turnebo hoc aliter interpretari
 sed suū cuiq; pulcrum. Vide MENTESANI.

BATANA, vide BATHEA.

BATANCÆSARA, Βατανκασάρα, India
 intra Gangem urbs, Ptolemæo. Baicadul
 Castaldo est.

BATANIA, vide ECBATANA.

BATAVIA, Βατρία, Germania Inferioris
 regio est, ad ostia Rheni posita, quam Hol-
 landt vocant sed improprie. Ea enim Hol-
 landia pars olim Batavia dicta fuit, que
 hodie inter veterem Rhenum & Vahalim
 fluvios, à Lobico ad Oceanum usque, quasi
 duobus brachiis constringitur. Atq; hic tra-
 ctus etiamnum veteris nomenclatura vesti-
 gia retinet. nam Betuwe ab incolis voca-
 tur. Hæc fere Lamb. Hortensius, in libel-
 lo Ultraiectionum secessionum. Betuwe,
 BADVA à Reginone nuncupatur. Vide
 NOVIOMAGVM.

BATAVODVRVM, Tacito, Batavia hodie
 opidum, quod Rhenanus Wijck te Duer-
 steden appellat. Duersteden Divæus. Viro-
 que modo vulgò vocatur.

BATESTANII, vide BASTITANI.

BATHÆ, vide BITHIAS.

BATHEA Ponti, vocat Plinius, Ponti Eu-
 ximi locum immense altitudinis. BATA-
 NA videtur eum quoque appellare Aelia-
 nus, lib. 3. cap. 13. de animalibus ut vertit
 Gyllius. pro quo in Græco codice apud Ges-
 neros excuso, ἐκ Βάτανα, legitur, urbem Per-
 sia, Βάδεϑ, profundus, si Lexicis creden-
 dum sit, significat, ut testatur H. Step-
 hanus, in Apollonium.

BATHEVS, Βαδέϑ, Sicilia fluvius, apud
 Ptolemæum. Iati, Th. Fazello est. Sed BA-
 THIS habet, malè. Vide ACIS.

BATHNÆ, vide BALLATHA.

BATHYCOLPVS, fluvius Europæus est
 ad Thracium Bosporum; à Turcis Biutere,
 quod magnum nemus; & Biudere, quod
 magnum fluvium significat, nominatur.
 Pet. Gyllio teste.

BATHRACVS, Βαθρακος Ptolemæo Mar-
 marica, in Africa portus. Trabuco Germ.
 Mercatori dicitur. MENELAVS Stra-
 boni appellatur, coniectatore Villanovano:
 Ptolemæo tamen hæc diuersa in eadem re-
 gione.

BATHYNIAS, Thracia fluvius, Plinio.

BATHYNIVS, Βαθύνιος, Ptolemæo.

BITHYAS, Βίθυας, est apud Appianum,
 in Mithridaticis.

BATICA, vide BOÆ.

BATIEIA, Βατιεία, Stephano locus Troadis.
 In Iliacum campum eum describit Strabo.
 additq; MYRINÆ TVMVLVM à
 Diis immortalibus vocari.

BAVTÆ, Antonino urbs, inter Augustam
 Prætoriam, & Vesontionem. Vivis, est
 Simlero.

BAVTES, vide BAVTISVS.

BAVTISVS Ptolemæo Serica regionis, in
 Asia fluvius. Quam eum interpretatur
 Mercator. At Græci codices BAVTES ha-
 bent, Βαύτης.

BAZACATA, Βαζακάτα, Indici Maris In-
 sula, Ptolemæo. Basse, Castaldo.

BAZACITIS, vide BYZACIVM.

BAZANIS, Βαζανίς, Armenia urbs, que
 prius LEONTOPOLIS dicta fuit. ut
 Eustathius ait. hanc postea IUSTINIA-
 NOPOLIM à Iustiniano Imp. dictam,
 annotavit Guilielmus Stuckius.

BEATA, vide MACAREÆ.

BEBRIACVM, vicus est inter Cremonam
 Veronamq; , inquit Tacitus. Huius etiam
 meminit Suetonius. Hic Virellius Othonem
 superavit. Leander scribit à nonnullis pro
 Labinia haberi. BEDRIACVM per D.
 legit Lipsius, ex Vaticano exemplari. In
 quibusdam manuscriptis quoque BETRIA-
 CVM per T. legi, monuit illum Pulmannus.

BEBRYCES, vide NARBONENSIS
 GALLIA.

BEBRYCIA, vide BITHYNIA.

BEBRYCIVM Mare, vide PROPON-
 TIS.

BE CARE, vide SOSIPPVS.

BECHIR, vide SCYTHÆ.

BECHIS, vide METELIS.

BECHVNI, vide FOCVNATES.

- BEDERINA**, vide **TAVRESIVM**.
BEDESIS, fluvius prope Ravennam, Plinio. Montone, H. Rubeus vocat.
BEDIRVM, βέδιρον Ptolemæo Libya Interioris urbs. **DEBRIS** Plinij est. ut scribit Hermolaus.
BEDRIACVM, vide **BEBRIACVM**.
BEELSEPHON, vide **ARSINOE**.
BEGIALIS, βεγιαλῖς Ptolemæo Myrtoi pelagi insula est. Pintiano videtur eadem esse **ÆGILIA** Plinij. At deceptus est hic Pintianus Myrtoi maris vocabulo. aliud enim Myrtoum pelagus Ptolemæo, aliud Plinio ceterisque est: Ptolemæus namque id circa Cariam Asia Minoris regionem describit. Plinius verò suum inter Peloponnesum & Atticam. ubi etiam Strabonis, Pausania & Mele Myrtoum pelagus reperitur.
BEGORRITES, vide **LYCHNIDVS**.
BELBINA, βέλβινα, Straboni insula est in Argolico sinu, è regione Athenis. Blenda Sophiano vocatur.
BELBINA, βέλβινα, Laconica opidum, in Peloponneso. ut testatur Plutarchus in Parallelis. Hoc, ut auctor est Xilander, in eius Annotationibus, apud Pausaniam **BELEMINA**, βελεμῖνα, apud Ptolemæum **BLEMINA**, βλέμῖνα, & apud Suidam **BELYBINA** vocatur. Ego tamen apud eundem Suidam **BEMBINA**, βεμβῖνα, lego. Sic quoque apud Stephanum. Blemmina Ptolemæi, **BLEMENA**, βλέμῖνα, à Plethone nominatur.
BELEA, vide **VELIA**.
BELERIVM, vide **ANTIVESTÆVM**.
BELGICA, locus apud Antoninum, inter Agrippinam & Treviros. Bullingen, Simlero nuncupatur.
BELGIVM, in quo scribit Caesar se tres legiones collocasse, Marlianus & Glareanus pro urbe, non pro regione accipiunt: in quorum sententiam succedit Blasius Vigenereus in suis Annotationibus Gallica lingua scriptis in Caesaris Commentaria; eamque Bavay Hannonicæ urbem interpretatur.
BELGRADV M, vide **TAVRV NV M**.
BELIA, vide **VELIA**.
BELION, vide **MILÆA**.

- BELITANI**, vide **LVSITANIA**.
BELITRA, vide **VELITRÆ**.
BELO, βελών, Straboni urbs & fluvius Hispania Batica. Ptolemæus cum diphthongo **BÆLO**, βάλων, **BELLO** duplici **LL**. habet Mela, in vetusto exemplari. Episcopus Gerundensis urbem vocat Tariffa, Clusius Brabate. Iunius dicit fluvium Trafalgar, & Rio Vernator appellari.
BELLOCASSES, vide **VELOCASSES**.
BELLOVACI, Gallia populi, in Rhemensis provincia, apud Casarem. Hodie Beauvoisin, Marliano.
BELSINV M, βέλσινον, Celtiberorum urbs, Ptolemæo: in Hispania Tarraconensi. Villanovanus appellat Borgia.
BELVNVM, βελώνιον Ptolemæo, & Plinio, Venetorum in Italia urbs. Belluno, Leandro & Nigro. **VIA BELOIO**, Antonino, ut putat Simlerus.
BELVS, Phœnicia fluvius, quem & **PAGIDAM** vocari, scribit Plinius. E palude Cendevia profluit, & vitri fertiles arenas producit. Meminit huius fluminis etiam Tacitus.
BELYBINA, vide **BELBINA**.
BEMBINADIA, Arcadia regio; qua & **NEMEA** etiam vocatur. ut prodit Plinius lib. 4. cap. 6.
BENACVS Plinio, **BENACVS**, βενάκιον & Ptolemæo, Italia lacus, in Lombardia Transpadana. Lago di Garda Italicè, Gardsee Germanicè hodie nominatur. ut referunt Leander & Scudus. Leander quoque **BENACVM** urbem (unde lacui nomen) hoc tractu olim fuisse refert. cuius hodie vestigia cernuntur in pago Tusculano vulgo dicto. **BENACENSIV M** meminit quaedam antiqua inscriptio, in Orthographia Aldi.
BENEHARNVM, Antonino opidum Gallie Aquitanica. Hodie Hortensis dicit, scribit Scaliger.
BENEVENTVM, quod olim **MALVENTVM**, inquit Plinius. βενεβέντον, & βενεβέντον & Ptolemæo. **BENEBENTOS**, & **MALOENTOS**, βενεβέντος & μαλοέντος, Stephano. Pelignorum, in Samniti-

- Samnicibus opidum quod Leander Bene-
venu appellat.*
- BENIBERA**, vide **ASCALON**.
- BENLAVNI**, Βενλαῦνοι, Vindelicie populi
sunt Ptolemaeo. Hodie in hoc tractu est
Wailheim, opidum. Vide **LEVNI**.
- BENNAVENTA**, Britannica insule urbs
est Antonino quam Lelādus aestimat Nor-
theavondune vocari.
- BEPYRVVS** urbs, ponitur à Gerardo Mercat-
ore ad Orientalem fluminis Gangis partē.
hodieq; Bonpruo dici addit. Ego hoc voca-
bulum pro urbis nomine, apud Ptolemaum
non invenio.
- BEPYRRVS**, vide **TAVRVVS**.
- BERATHSATIA**, vide **CELA**.
- BERCORCATES** Gallie Aquitanica po-
puli, apud Plinium. ubi hodie viculus Beau-
licu dictus; ut quidam autumat qui scri-
bit vitam Radulphi Ardētis, impressam cum
eius operibus.
- BERENICÆ**, Βερενικα, habet Stephanus
opidū circa Syriam, quod **PELLA** vocatur.
- BERENICÆ**, Stephano, prius **CHIOS**,
Χῖος, dictum. At quibus in terris, nobis di-
vinandum reliquit.
- BERENICE**, Βερενικη, Africa urbs in Pen-
tapolit regione, quam alio nomine **HESPE-
RIDES**, ἠσπεριδες, vocat Ptolemaeus. Ste-
phanus **BERONICE** per **O**. in secunda, &
HESPERIS in singulari appellat. Be-
nich, hodie est, si Castaldo creditur.
- BERENICE**, Aegypti ad Sinum Arabicum
urbs, Ptolemaeo. **BERNICE** trisyllabicos
apud Arrianum legitur, in periplo Maris
Rubri. Chofair Zieglerus vocat. Alcha-
ser Niger. idem est; Al, enim, quod Niger
addit, articulus Arabicus est. Sic quoq; Cai-
ro & Alcairo hodie vulgo dicitur. Plinius in
hoc tractu præter hanc duo alia huius nomi-
nis opida ponit quorum unum **PANCHRY-
SOS**, alterum **EPIDIRES** cognomina-
tum. Hallucinatam Iosephum vult Becanus
ubi scribit Berenicen hanc olim **Asin-Gaber**
vocatam.
- BERETHRA**, Βερεθηρα, Græci vocant: **ZE-
RETHRA**, Ζερεθηρα, Arcades, inquit
Strabo. Voragines quaedam sunt in Arcadia.
- BERETRA**, Βερετρα Ptolemaeo; Pragutio-
- rum in Italia urbs: Celino Niger appellat.
- BERGENTIO**, vide **BREGETIVM**.
- BERGINTRVM**, Antonino. Hodie est cœ-
nobium D. Bernardo sacrum idque in sum-
mo vertice Graiarum Alpium ut prodit Sim-
lerus.
- BERGOMVM**, Βεργουμου Ptolemaeo Ceno-
manorum in Italia urbs; hodie Venetorum
ditionis est, & Bergamo dicitur. teste
Leandro & aliis.
- BERGVLA**, Βεργυλα, Thracia urbs Ptole-
maeo. Βεργυλιον, Cedreno qui illud quoque
ARCADIOPOLIS nominatum tradit.
Bergas hodie, Mercatori.
- BERGVSIA**, Βεργυσια, Illyrietum urbs
Ptolemaeo, in Tarraconensi Hispania. In Py-
renais est, & Pertus hodie dicitur auctorib.
Varrerio, & Beuthero. **BARGVSIOS**,
Βαργυσιοι, populos habent Livius & Ste-
phanus.
- BERINSONA**, vel **BELINCIONIS**
castrum, ut Leader ex Diacono scribit. Bo-
naventura Castilioneus **BILLINZONA**,
& **BILINTIONIS** castrum vocat. opi-
dulum Lombardia Transpadana, quod ho-
die Belinzona appellant. Niger putat **A-
XIMA**, ἄξιμα Ptolemai in Cætronibus esse.
- BERNENSES**, vide **VERONA**.
- BERNIA**, vide **HIBERNIA**.
- BERNICE**, vide **BERENICE**.
- BERONES**, Βερονες, Hispanie Tarraconen-
sis sunt populi, apud Ptolemaum, & Strabo-
nem quos hic antea **CELTIBEROS** vo-
catos scribit.
- BERRHOEA**, Βερροια, Macedonia urbs,
Ptolemaeo. Vetia Sophiano. Ab Imperatrice
Irene resectam, & **IRENOPOLIM** dictam,
scribit Georgius Cedrenus, & Diaconus.
- BERRHOEA**, Syria urbs, Ptolemaeo. A-
leppo Pet. Gyllio est. Nicetas Cheniates
quoque Chalepūm vocat. additque totius
Turcica ditionis emporium esse.
- BERSABE** Moysi, quæ **BERSANA** Ptole-
maeo; Palaestina urbs. Hodie Gibelin dici-
tur. Ex Brocharo & Volaterrano. Postel-
lus scribit apud Ptolemaū **BERSAMNE**
vocatam. sortè ex Latinis exemplaribus.
Neutrum in Græco est. sed hoc loco **ME-
ZARMÆ** μεζάρμαι, legitur.

- BERSABORA**, urbs populosa, ampla, munitissimaque est, Zosimo: PYRISABORAM vocat eam Ammianus. circa Naarmalcham amnem sita est.
- BERVNIVM**, vide VIRVNVM.
- BERYOS**, Βερύσιος, Phoenicia urbs, Ptolemaeo, & aliis. Βαρυτι, Olivario nomen habet. Berytus Colonia, quae FELIX IVLIA appellatur, inquit Plin. lib. 5. cap. 20.
- BERYOS**, Arabiae urbs Stephano. quae prius DIOSPOLIS vocabatur.
- BESADÆ**, Βησαδάς, Ptolemaeo sunt Indiae extra Gangem populi. qui apud eundem PLADÆ, Πλάδα, dicuntur. Sunt enim breves, inquit, crassi, lati, atque pressa facie, colore candido.
- BESBICVS**, Βεσβίον, Stephano & Plinio, Propontidis insula. Belonius & Mercator Calomio appellant. Thevetus dicit Zoëgua Arabibus dici; & statim alio in loco addit Βυρσε vocari.
- BESBIVS**, vide VESEVVS aut VESVIVS.
- BESCIA**, Βεσκία, Stephano Ausoniorum urbs est. Ambrosius Leo putat eam in Samnio fuisse. sed ea deleta, civium reliquias transmigraisse in locum propinquum, & opidum condidisse, quod hodie Vesciano vocatur. Est autem hoc opidum in confinibus Hirpinorum & Campanorum, prope Nolam. Vide BESIDIA.
- BESIDIA**, Brutiorum opidum, Livio lib. 30. Barrius putat eandem à Stephano BESCIA, Βεσκία, dici: & hodie Besidiano.
- BESIPPO**, vide MNESTHEVS.
- BESSI**, Βεσσι, Thraciae populi, apud Strabonem, ad Aemum montem eos habitare, scribit. & à predationibus PRAEDONES appellari. Hi vocantur etiam TETRACHORITÆ, & TETRACOMI, Stephano teste.
- BETARMONES**, vide CVRETÆ.
- BETASII**, Tacito & Plinio, Galliae Belgicae populi. Beato Rhenano videntur Brabantiae populi. vulgo *Deelanderz* dicti. De Betasios haec dicit Pet. Divius: Vicus est haulprocul Halis Brabantiae opido, Βετς nomine qui an Betasiorum nomen referat, ut asseverare

- nolim; ita indubitarum habeo, Betasios illic habitasse.
- BETH-HAGIA**, vide ATAD.
- BETH-HARA**, Galilaeae opidum, non longè à Mari Tiberiadis. IVLIAS postea ab Herode nominatum scribit D. Hieronymus. iexias Ptolemaeo est.
- BETHEL**, nomen urbis in Tribu Benjamin, quae quoque LVZA dicebatur. testis liber Genesios cap. 28. & 35. Benjamin eam Sargoreg vocat. Vide HIEROSOLYMA.
- BETHSAN**, & BETHAMES, vide SCYTHOPOLIS.
- BETHSEMES**, vide HELIOPOLIS.
- BETHVRIA**, vide BÆTVRIA.
- BETHLEHEM**, in Tribu Iuda, urbs; quae quoque EPHRATA dicta fuit. testis Eusebius, in Praep. Evangelica. Stephanus Βηθλεμα, scribit.
- BETVULO Mele**, BÆTVLO, Βαυτελων, Ptolemaeo, & Plinio. Hispania Tarraconensis opidum. quod Florianus Badelona vocat. Est apud eundem etiam BETVULO fluvius, in eodem tractu, ad Iovis montem. quem fluvium hodie Beson, ut Tarapha; aut Beses, ut Florianus; vel Besons, ut Varrerius tradit, appellant.
- BETVRIA**, vide BÆTVRIA.
- BEZABDE**, urbs Assyriae; quam veteres quoque PHOENICHAM appellavere, inquit Ammianus.
- BIADYNA**, vide BIANINA.
- BIANINA**, Βιάδινα, Laconiae opidum, Ptolemaeo Prignico Mar. Nigro. B I A D Y N A, Βιάδινα, sine N. legit Plethon.
- BIANNA**, vide VIENNA.
- BIANORA**, vide GALLIA CISPADANA.
- BIATIA**, vide LAPIDES ATROS.
- BIBACVM**, Βίβακον Ptolemaeo, Germaniae urbs. Bibrach est, nisi fallit Villanovanus.
- BIBASIS**, Βίβασις, Indiae fluvius est Ptolemaeo, in Indum se exonerans. HYPANIS, Ὑπανίς, Straboni est. & HYPASIS Plinio quod ante me dixit Villanovanus, in sua Geog. Ptolemaei.
- BIBENSES**, vide BIBONVM.
- BIBISCVM**, Antonino, Vivis Simlero opidum est inter Augustam Pratoriam, & Aug. Rauracorum.

- BIBIVM**, Antonino Liburnia urbs: qua hodie Billigracz, Simlero.
- BIBLIA**, Βιβλία, Thracia regio; qua postea **OESYMA**, οἰσύμα, dicta fuit. Athenaeus. Inde idem vitem Bibliam vocat, quam quoque βιβλόν, nominat.
- BIBONVM** civitas, Tacito lib. 13. Romanis socii. Ad Nierum fluvium est, versus Decimios agros, ab eodem commemoratos. **Bebelingen** & **Bebenhusen** non multum abluere videntur. **BIBENSES** in antiqua inscriptione vocantur. Hac **Rhenanus**. Sed vide **FEBIANA**, & **IVHONVM**.
- BIBRACTE**, Aeduorum longè maximum & copiosissimum opidum; **Casari**. **Beaulne Orontio**, in sua Gallia tabula; item **Vigenero**: **Martialianus** scribit nomen retinere. **Bibracte** aliquando **IULIA** dicta fuit, nisi corruptus sit locus **Panegyrici Constantino** dictus, ubi haec in calce leguntur: *Bibracte quidem hucusque dicta est Iulia.*
- BIBRAX**, **Casari** Remorum, in Gallia opidum. **Braine**, **H. Leodio**: **Bray** in comitatu **Rhetensi**, **H. Stephano** in **Dictionario** suo. **Bresne** est **Vigenero**.
- BIBROCI**, pro quibus nonnulli **BIBROCASSI** legunt, sunt **Britanniae** insulae populi apud **Casarem**. **Glareanus** eos nominat **Bibrogger**.
- BICVRGIVM**, Βικύργιον, **Germaniae** urbs **Ptolemaeo**. **Pyramio** in sua **Germaniae** tabula **Erffurdt** est: qua hodie maxima totius **Germaniae** urbs censetur.
- BIDAVM**, Antonino **Austriae** opidum est **Dietmainung** hodie dictum, ut scribit **Lazius**. Nonnulli **Wirkhausen** volunt, ut **Simlerus** scribit: qui illud **BADACVM** **Ptolemaei** putat.
- BIDASPI**, Βιδάσπις **Ptolemaeo** amnis, in **Indum** fluvium se exonerans. **HYDASPES** **Straboni**, & aliis est.
- BIDENI**, **Siciliae** populi **Plinio**. quorum opidum **BIDIS** est apud **Ciceronem** lib. 2. in **Verrem** ubi scribit tenue esse opidum, non longè à **Syraculis**: eius populos autem **Bidenses**, & **Bidinos** vocat. Fortè ubi hodie **Bigenis** ager visitur: aut ubi **D. Ioannis** **Abidini** ades sacrae sunt, ut **Aretius** & **Fazellus** praestant.

- BIDENS**, vide **VITIS**.
- BIENNVS**, vide **VIENNA**.
- BIGERRA**, Βιγέρρα, **Basitanorum** urbs, in **Hispania** **Tarraconensi**, **Ptolemaeo** & **Livio**; **Bejar**, **Beutero** & **Vaseo** videtur. **Florialis** se nescire fatetur, quod nomen hodie habeat **Bigerra**. **Clusius** verò **Villena** docet esse ex eius loci vetustis **Inscriptionibus** que **Bigerram** legant. In regno **Valentiae** haec est.
- BIGERRIONES**, **Casari** **Galliae** **Aquitanicae** populi. **Bigorre** **Orontio** **Fineo**.
- BILANA**, vide **CARRHÆ**.
- BILÆVS**, **BILIS**, & **BILLÆVS**, vide **ZALISCVS**.
- BILBILIS**, Βιλβίλις, est **Straboni** **Hispaniae** **Tarraconensis** opidum, in **Celtiberis**; **Martialis** poetae patria. Hac **BILBIS**, Βιλβίς **Ptolemaeo** videtur. Vulgò **Calataud** dicitur, ut putant **Villanovanus**, & alij. **AVGVSTA** **BILBILIS** est in aere **Tiberij** Imp. numo. Sed hanc **Bilbilim** non esse **Calataud**, docet **Gaspar Varrerius** in suo **Itinerario** **Lusitanica** lingua excuso; scribit enim **Calataud** in campestri loco situm: **Bilbihi** verò in monte, ut multis versibus apud **Martialem** & alios, clarum est. Sed montem quendam **Baubala** dictum, abesse medio **militari** **Hispanico** à **Calataud**, in orbem ferre cinctum, à **Salo** flumine in quo monte etiamnum hodie multa antiquitatum ruina, multa aq; numismata, omnis generis metalli quotidie reperiuntur. Atque haec **Bilbilis** vestigia esse, ex nominis allusione, & ipsa **Martialis** descriptione liquet. Sic enim ille, *Municipes augusta mihi, quos Bilbilis acri Monte creat, rapidis quos Salo tingit aquis.*
- Sic legit **Varrerius**, **Acri**, pro agro.
- BILBIS**, vide **BILBILIS**.
- BILBITANI**, vide **AQVÆ** **BILBIT**.
- BILIS**, vide **ZALISCVS**.
- BILITIO**, vide **BERINSONA**.
- BILLÆVS**, vide **ZALISCVS**.
- BILTERA**, vide **BLITERÆ**.
- BIMONIVM**, sic nominat **Humf. Lhuydus** ex **Ptolemaeo** **Angliae** urbem, quam vulgò **Bincestre** appellant. **VINNOVIVM**, Βιννοβίον, legitur apud **Ptolemaeum**, **Brigantum** urbs.

- BINGIVM**, Germania opidum ad Rhenum. Hodie Wing dicitur. Memoratur à Tacito, & Marcellino.
- BION**, Βίον, vel **BOEO**, Βοιω, Doridis urbs, Ptolemæo. Stephanus, Βοίων, habet, & ab Homero **BOEBIN**, Βοίβιν, dici tradit.
- BIRACELVM**, Βιρακελον, Tuscia opidum, Ptolemæo. Vicarello, est Leandro. **AVRELI VICVM** vocat Volaterranus recenti, ut ego opinor, vocabulo.
- BIRGINIVM**, nominatur ab Episcopo Gerundensi, Hispania Tarraconensis urbs, qua vulgo Berga dicitur.
- BIRTONA**, vide **HORTANVM**.
- BIRZIMINIVM**, vide **RHIZINIVM**.
- BISANTHES**, Βισάνθη, Thracie opidum, Ptolemæo. quod idem quoque **RÆDESTVM** ῥαίδεσον, vocat: Plinius etiã **MACROTI-CHVM** appellat. Hodie adhuc Rhodosto dici, intelligo. Doroston apud Benjamin est, nisi me coniectura fallat.
- BISETIA**, & **BITETIA**, vide **VICENTA**.
- BISONII**, vide **VESONTIO**.
- BISSONIS TURRIS**, vide **LIBY-SONIS TURRIS**.
- BISTONIS**, Βίστων, Lacus, Thracie regionis, apud Ptolemæum. hodie Poru, ut Sophianus; vel Borun, ut Bellonius tradit. **APHNETIN**, ἀφνῆτις, suo tempore appellatum scribit Strabo.
- BISTRITIA**, Latinis dicitur Hungarie urbs; qua Germanis **Boelst** / Hungaris **Westercze** nominatur. Auctor Sambucus.
- BISVRGIS**, vide **VISVRIGIS**.
- BITETIA**, vide **VICENTA**.
- BITHALBES**, vide **DREPANVM**, & **HELLENOPOLIS**.
- BITHIAS**, Βιθιάς Ptolemæo Mesopotamie urbs est. Bir incolis, & nonnullis Perazuch nominatur. Mario Nigro teste. **BATHÆ** Antonini videtur Simlero. Vide **BATHYNIAS**.
- BITHRA**, opidum est Zosimo. quod Marcellinus **MAIOZAMALCHA** appellat. Bithra, Βιθρα Ptolemæi eadem videtur iuxta Euphratem, in Arabia deserta.
- BITHYNIA**, Βιθυνία, Asia Minoris regio. Hæc olim quoq; **MYGDONIA**, μυγδο-

- via, & **BEBRYCIA**, Βεβρυκία, dicta fuit, Marciano Capella. Eius incolæ **HALYZONAS**, ἁλαζόνες est in Græco, vocat Suidas & Herodotus. & idem dicit eos primum **STRYMONIOS**, στρυμόνιοι, dictos. **THYNOS**, priusquam ex Europa in Asiam transmigrassent, dictos ex Plinij lib. 5. cap. 31. docetur. Bithynie ea pars qua spectat ad Pontum Euxinum, à Bosphori initio, ad Heracleam urbem usque **ASIATICA THRACIA**, teste Xenophonte, nuncupatur. Eadem **THRACESIVM**, ut Eustathius ait. **METAPONTVS** videtur à Iustino lib. 16. nominari: ubi scribit Heracleam à Phocensibus in Metaponto conditam. **BITHYNIA** simul cum **PONTO**, hodie Bursa, ut Girava refert; & Beclangial, ut Castaldus tradit, vocatur.
- BITHYNIA**, Mysia urbs est; apud Suidam. hanc olim **ADRIANI** vocatam addit. Eadem fortè est cum **CLAVDIOPOLI**. de quo suo loco.
- BITHYNIUM**, vide **CLAVDIOPOLIS**.
- BITVRGIA**, Βιτυργία, Tuscia mediterranea urbs est, Ptolemæo. Aliquibus hodie Borgo S. Sepulchro dicitur, ut tradit Leander.
- BITVRIGES VIBISCI**, Βιτυρίγες ἑπισκοί, sic dicti sunt Ptolemæo, populi Aquitania, in Gallia; circa Burdigalam. Bordeaux fortè nunc.
- BITVRIGES**, Cæsari Gallie populi, qui Ligeri fluvio ab Aeduis dividuntur. Hos Plinius, cum Strabone & Ptolemæo, **CVBOS**, κῦβοι, vocatos scribit. Pais de Berri hodie est. Ioanne Calamæo docente, in Libro Gallico, quem de Biturigibus inscripsit. Hos **AMBARROS** esse, dicit Villanovanus ex Paulo Aemilio. Horum meminere Cæsar & Livius.
- BITYLA**, Βίτυλα, Ptolemæo; Laconica mediterranea urbs. Brodegni, Moletio; Vitilo, Sophiano; qui eam quoque **OITYLVN**, οἰτύλον, vocat. in schedula sua Græcia. Erit ergo eadem cum **TYLO** Strabonis.
- BLANDA**, Βλάνδα Ptolemæo, & Pomponio. Hispania Tarraconensis urbs. qua Blanes Floriano,

Floriano, & Navagiero.

BLANDA, agri Brutij urbs, Plinio & Pomponio testibus: Blanda pluraliter legit Livius. Belvedere, Barrio auctore. qui eam à Livio Blandas plurali numero vocari subdit.

BLANDONA, vide FLAVONA.

BLASCON, Βλασκων, insula in Sinu Gallico, ad Ostia Rhodani Ptolemaeo & Plinio. Languillade, fortasse hodie. Martianus eandem quoque METINAM vocat. eum inquit, Metina, quæ Blasconum vocatur. Plinius tamen videtur duas facere. Is enim sic. Metina mox quæ Blascon vocatur.

BLEMENA, & BLEMMINA, vide BELBINA.

BLERA, Βλερα, Ptolemaeo Tuscorum mediterranea urbs. Bieda Leandro Alberto.

BLETISA, nuncupatur à Vaseo Hispania urbs, in territorio Salmanticensi quæ vernaculo vocabulo Ledesina dicitur. Ego apud nullum veterem auctorem illud vocabulum reperi. extat eius memoria autem in lapide antiquo eius loci.

BLIARIDES, vide BALEARES.

BLIARVS, vide ANAPHE.

BLITERÆ, Septimanorum urbs, Plinio, in Gallia Narbonensi. BÆTIRÆ, Carthagi Ptolemaeo est. BILTERA, Βιλτέρα, Straboni. Hodie Beliers, testibus Cognato & Poldo.

BLOETINI, & ISANGRINI, vocantur à quodam poeta qui res gestas Philippi Aug. regis Francorum descripsit, quidam Flandriae populi, Furnensium, Bergensiumque clientes. Hoc annotavit Iacobus Meyerus.

BOACTVS, vide AVSERIS.

BOÆ, Coai, Laconicae opidum, Ptolemaeo. BOAS, Coas, Gemisto: cui quoque Batia est; & Vatica Nigro.

BOAGRIVS, Coαγριος, qui & MANES, μάνης, Strabone auctore. Locridis fluvius est. Thronium praterfluens.

BOARIVM Forum, Urbis Roma, CACCVM vocari, ait sua auctoritate Aethicus.

BOAS, vide BOÆ, & PHASIS.

BOATIVM, vide BOIATVM.

BOCALIAS, vide SALAMIS.

BOCANVMHEMERVM, Βοκανὸν ἡμερον, Mauritania Tingitana urbs, Ptolemaeo. Marocco, sive, ut Hispani pronunciant, Marveccos, opinione Olivarij, & Augustini Curionis; item Nigri. Hæc hodie totius Africae urbs amplissima indicatur.

BOCARVS, vide SALAMIS.

BOCCORI, vide CONCORDIENSES.

BOCHERNVS, vide ERIDANVS.

BOCHI, & BOGYDIAN, vide MAVRITANIA.

BODENI, Βοδνοι, Sarmatia Europæe populi, Ptolemaeo. Podolia, regis Poloniae dux; Vvilichio.

BODERIA, vide BODOTRIA.

BODINCOMAGVM, quod & INDVSTRIA vocabatur suo tempore, inquit Plinius. Opidum ad Padum fluvium: ubi præcipua eius altitudo incipit. Blondus scribit hodie Bondeno vocari. hoc negat Marius Niger. Odolengo Leandro est. qui hoc ex vetusta inscriptione hic inventa, colligit.

BODINCVS, vide ERIDANVS.

BODIONTI, sunt Plinio populi, ad Lacum Lemantum. Val Fontenay Gallicè, Fuisse-neix Germanicè hodie dicitur. ut Scudus asserit. EBRODVNTII verò legitur in castigationibus exemplaribus. Vide Hermolaum. Vide EBRODVNTII.

BODOBRIGA, Germania opidum ad Rhenum. Huius meminit liber Notitiarum, Bopartten est, ut Pircheimerus censet. Apud Antoninum BODOBRICA legitur.

BODOTRIA Taciti, BODERIA, Godepia, fortè Ptolemaei est. Scotia, Albionis insule partis, fluvius; Forthea dictus, Lhuydo. Levinum vocat H. Boethius.

BOEBE, vide BOION.

BOEBEIS, Βοβηίς, Straboni Macedoniae palus. Stephano XYNIA, Ζουλια, dicitur. Esero hodie, ut Sophianus scribit.

BOEO, vide BION.

BOEODVRVM, vide BOIODVRVM.

BOEON, Βοειὸν, opidum mediterraneum Tauricae Chersonesi; apud Ptolemaeum, Czurgai, Nigro.

BOEO-

BOEONOA, vide OENOE.

BOEOTIA, Βοιωτία, Græcia regio antiqua olim AONIA, ἄωνία, OGYGIA, ὄγγυια, MESSAPIA, μεσαπία, & CADMEIA, καδμυία, vocata fuit ut prodit Stephanus, ex Thucydide. HYANTIS, ὑάντις, Strabone; & ARNE, ἄρνη, Diodoro; auctoribus, quoque dicta fuit. Incolæ LELEGES apud Solinum appellantur & TEMMICI, τέμμιχοι, apud Lycophronem. ut Isacius eius commentator scriptum reliquit.

BOEOTIVM, vide ORCHOMENVS.

BOGADIVM, Βογάδιον, Germaniæ urbs, Ptolemæo. Forstleis; Villanovano.

BOGDOMANTIS, Βογδομάντις, Asia Minoris regio, apud Ptolemæum. Chiutaie, Castaldo dicitur.

BOGVDIANA, vide MAVRITANIA.

BOI, Gallie populi apud Casarem: hodie Bourbonnois eorum regio dici creditur. Habet & idem Casar BOIA.

BOIATVM, vel BOATIVM, Nouempulania civitas. ut habet Libellus Provinciarum. Scaliger pro Baiona intelligit.

BOIBIS, vide BION.

BOIEMVM Tacito, BOIOHEMVM Paterculo; qui id regionis nomen esse dicit, quam incolebat Maroboduus. BÆMI, Βαίμιοι, vocantur à Ptolemæo. COLDVLOS, κολδύλλοι, eos appellat Strabo, lib. 7. ubi dicit
 » In Germania Hercynia silva est, quædam in
 » ipsa silva habitant, ut Colduli in quibus est
 » Boviasnum, Marobodui regia. Hodie hæc regio Bohemia dicitur. Incolæ seipsos Czechos nuncupant.

BOIODVRVM, Βοιόδουρον Ptolemæo, Vindeliciæ urbs, ad Danubium. BOLODVRYM (nisi mendosa sit lectio) Antoninus habet. Aveninus, Pyramius & Lazius Passaw interpretantur. Gasp. Bruschius putat Instatt, ad ostium Oeni fluminis. Meminit Boioduri etiam lib. Notitiarum, in Pannonia prima, vel Norico Ripensi. Eadē est urbs.

BOION, vide BION.

BOIORVM DESERTA, Plinio & Straboni memorata. Wienerwaldt hodie, auctore Lazio. Plinius dicit hæc Noricis iungi. Strabo à Vindelicis ad Pannonios ait ea pertinere.

BOLENTIVM, Βολέντιον, Pannonia Superioris urbs, Ptolemæo. Bachelspurg Villanovano.

BOLERIVM, vide ANTIVESTÆVM.

BOLGI, & BOLPI, vide TROGLODITÆ.

BOLOGESIA, & BOLOGESIPHORA, vide VOLGESIA.

BOMI FLAVII, vide ARÆ FLAVIÆ.

BONÆ FORTVNÆ, ἀγαθῆ δαίμων &, Maris Eoi insula, apud Ptolemæum. Burneo, Mercatori.

BONNA Tacito, & Antonino; Item Ptolemæo Βόννα. Germaniæ urbs ad Rhenum est, quæ etiamnum Bon vulgo dicitur. VERONAM aliquando dictam, & VOCONIAM scribit Georg. Bruno, in suo Civitatum volumine. Ibidem ex Virunio, eam quoque BRIENNONAM vocat.

BONITIVM, vocat Latini Tuscia opidum, quod vulgo Poggibondi dicitur. ut tradit Leander.

BONONIA, Pannoniæ urbs, Antonino quam Simlerus putat hodie Bonmonster vocari, ad Danubium fluvium. Vide BOVIANVM, & GESSORIANVM.

BONTAS & TABAS, Dacia duos accessus tantum habet Iornandes, aliàs montium iugis circumcirca cingitur. Gottenthurn et Bross forte hodie: his enim solum duobus angustiis Transsylvaniam adiri posse, recentiores tradunt.

BOOSCOETE, vide GERMANICOPOLIS.

BORBETOMAGVS, Βορβητόμαχος & Ptolemæo. Germaniæ urbs, in Vangionibus. Ogerstheim Heroldo est.

BORCEOS, Βορκέως, vicus qui etiam ANVATH, ἀνωάθ, appellatus, in confinibus Samariae regionis. Iudæa limes à Septentrione. Iosephus, Belli Iud. lib. 1.

BOREÆ THORVS, vide CAUCASVS.

BOREVM, Βόρειον, Hiberniæ insulae promontorium, Ptolemæo. Tellinghead hodie, ut ego suspicor.

BORGYS, Βόργυς, Arriano in suo Periplo fluvius est Asiae Minoris, in Pontum Euxinum se exonerans: quem Stuckius putat

BURCAM, Βέρρα, Ptolemai esse.
BORSIPPA, Βόρσιππα, Strabonis, &
BARSITA, Βάρσιπτα Ptolemai, eadem
 est, ut Villanovanus scribit. Babylonia
 urbs est.
BORVS, vide SPERCHIVS.
BORYSTHENES, Βορυσθένης, Sarmatia
 Europae fluvius, Ptolemao. Nieper, Mer-
 catori; Brisna, LeWenclai; Beresina, Peu-
 cero; Nester & Dnester Cromero dicitur
 hic addit eum à Iornande DANASTER,
 & ab aliis TYRCIS vocari. HELLES-
 PONTIVM etiam à Gracis appellari
 scribit Stephanus. Iornandem errare non
 dubito, ubi dicit Borysthenem ab accolis Da-
 nubii vocari. DIABORISTHENEM
 nominat Aristoteles Borysthenē minorem,
 ut Mathias Michoviensis tradit hunc Mer-
 cator Pripetum appellat. Nieper fluvius
 vocatur ab accolis Danambre, & Italis
 Leresse, auctore Ambrosio Contarino, nisi
 depravatus sit codex. Vide OLBIA, & A-
 CHILLEA.
BORYSTHENITÆ, Βορυσθενίται, populi
 sic dicti à Gracis; se ipsos OLBIOPOLI-
 TAS, Ὀλβιοπολίται, appellant. Herodotus in
 Melpomene.
BOS, vide CHRYSOPOLIS.
BOSA, Βῶσα, Sardinia insula opidum Ptole-
 maio. Buosa hodie appellari credo. BOSEN-
 SES habet Plinius.
BOSPORVM, vide PANTICAPÆA.
BOSPORVS THRACIVS Ptolemai,
 vocatur Italis Stretto di Constantino-
 poli quasi dicas fretum Constantinopolita-
 num. A Gracis autem hodie Laimon, & à
 Turcis Bagazin, eodem sensu, appellari ut
 tradit Petrus Gyllius in suo Bosporo. ubi eum
 accuratissime & doctissime describit. Hunc
 Bosporum Strabo OS BYZANTIACVM,
 Arrianus FRETVM MYSIVM, He-
 rodotus BOSPORVM CHALCEDO-
 NIÆ, nominat. OSTIVM PONTI-
 EVXINI à Pindaro, PORVS, (id est
 traiectus) THRACIVS ab Apollodoro
 indigitatur. Sunt & alia eius nomina apud
 auctores, quorum quedam Gyllius in suo
 Bosporo enumerat; sed quia mihi potius epi-
 theta quàm synonyma videbantur, consulto

omisi. Stephanus auctor est eum BYZAN-
 TII PORTVM dici. Itē PHOSPHO-
 RIVM, φωσφορέων, Tzetzā habet προσ-
 φορέων. Idem eum BOSPORVM HEL-
 LESPONTIVM nominat, Chiliade pri-
 ma, numero trigesimo primo. Idem Tzetzā,
 & Eustathius dicunt eum DAMALIS,
 δάμαλις, vel DAMALITES. Vide HEL-
 LESPONTVS.
BOSPORVS CIMMERIVS Plutar-
 cho, qui MÆOTICVS Eustathio; &
 PATARES ANGVSTIÆ Marcelli-
 no. Itali vocant Bocca S. Ioanni. Castal-
 dus tradit Stretto di Caffa nominari.
 Georgius Interianus dicit à Tartaris Vos-
 pero dici. Vospico malè habet Pinetus.
BOSTITZA, vide ÆGIRA.
BOTRVS, Βότρος, Syria urbs Ptolemao. A
 Volaterrano Boterō dicitur. Postellus scri-
 bit Botrun (quod idem est) à Christianis,
 & Elpatron à Syriis appellari. Si El, arti-
 culus Arabicus ab hac voce desit, eiusdem e-
 rit cum superioribus soni.
BOVIANVM, Βοιανόν Ptolemao est Samni-
 tum in Italia urbs: Pentrorum caput vocat
 Livius. BONONIAM ab Antonino ap-
 pellari vult Simlerus. Boiano Leander vo-
 cat. Plinius hoc tractu duo opida Bovianum
 dicta habet. quorum vnum VETVS, alte-
 rum VNDECVMANORVM cognominat.
BOVIASMVM, vide BVBIEMVM.
BOVILLÆ, Plinio Italia urbs, in Campa-
 nia. Babuca Leandro.
BRACAR, vide AVGVSTA BRA-
 CARVM.
BRACCATA, vide NARBONENSIS.
BRACHIA, vide ARABICVS Sinus.
BRACHMANES, Βραχμανές, Straboni a-
 liisq; India philosophi. Stephanus eos etiam
BRACHMAS, Βραχμας, vocari scribit.
 Videntur Bramini hodie, de quibus multa
 passim apud recentiores scriptores, qui eas
 partes perlustrarunt.
BRACI, vide BRITANNICÆ.
BRÆCARI, vide LVSITANIA, &
 AVGVSTA Bracarum.
BRAGODVRVM, Βραγόδουρον, Rhetia o-
 pidum, in Germania Ptolemao auctore.
 Gockenburg Rhenano.

- BRAMAGVM**, apud Antoninum est *Maxima Sequanorum* opidum, quod *Simlerus* *Bragans* nominat in itinere *Aug. Pratoria*, *Rauracum*. Idem alibi *Romont* vocat.
- BRAMENIVM**, vide **BREMENIVM**.
- BRAMMA**, *Ἐπάμεια*, *Sinarum* regionis urbs, *Ptolemao*. *Brema* vocat *Mercator*, in sua *tabula universalis*.
- BRANCHIDÆ**, vide **FRANCI**.
- BRANCHIDARVM** *Otaculum*, nunc *Didymæi* *Apollinis* locus *Cariæ*, apud *Plinium*. *Ἐραχίδαι*, *Straboni*. *Niger* scribit *Petrum* vocari.
- BRANGONIA**, quæ & **VIGORNIA**, *Angliæ* opidum. *V. Vercestre* *Anglus*; *Caer- vrangon* *Britannus*. *H. Lhuydus*.
- BRANNOVICES**, *Cæsari* *Galliæ* populi sunt; inter *Aeduarum* *clientes* numerati. *Moriane*, *Marliano*. *Isdem* cum **BRANNOVIIS** sorte, ut putat *Marlianus*, apud eundem *Cæsarem* sunt: sed hos putat *Vigenerus* hodie *Briançon* occupare.
- BRASIAE**, *Ἐρασιὰ*, olim **OREATÆ**, *ἄπειρά*, *Laconica* opidum est *Pausania*. **PRASIA**, *πρασία* *Ptolemao* est. *Ciparissi*, *Zardo*; *Tiros*, *Nigro*. *Plethon* duplici *s. πρασία*, habet.
- BRATTIA**, vide **BRETTANIS**.
- BRATVSPANTIVM** *Cæsari*, inter *Bellovacos* & *Ambianos*. sorte pagus hodie *Granviller*, vel *Grattepance* dictus. ut *Car. Bovillus* aestimat. Sunt quibus videtur *Clermont en Beauuoisis*, alij malunt *Beaumont sur Oyse*, ut *Vigenerus* predit, in suis *Cæsaris* *Commentariis*.
- BRAVRON**, vide **ATHENÆ**.
- BRAVVM**, *Ἐραῶν* *Ptolemao* *Murbogorum*, in *Hispania Tarraconēsi* urbs. *Burgos Tarapha* teste. *Villanovanus* in suo *Ptolemao* addit *Bravum* olim **MASBURGI**, & **AVCA** dictam. auctores eius vellem protulisset.
- BREGÆTIVM**, *Ἐρεγαιῶν*, *Pannoniæ Superioris* urbs, *Ptolemao*. *Bregnitz* dicitur *Pirheimero*. Puto hoc *Bregatium* *Ptolemæi* ab *Amnino* **BREGETIO**, & ab *Aurelio Victore* **BERGENTIO** dici: sic enim hi nominant urbem, in qua *Valentianus Imp.* *Quadorum* *legationi* respondens, obierit.

- Paulus Diaconus* **BRIGIO** appellat.
- BREGES**, vide **PHRYGIA**.
- BREMENIVM**, *Ἐρεμῆριον*, *Vrbs* in finibus *Scotiæ* & *Angliæ*: *Ptolemao*. Hodie *Barwick*, *Villanovano* censore. *Wemborow* mallet ex ea facere *Talbolus*, non tamen affirmare audet. *Antoninus* **BRAMENIVM** legit.
- BRENCI**, vide **BREUNI**.
- BRENDA**, & **BRENDESIVM**. Vide **BRVNDISIVM**.
- BRENNI**, vide **BREUNI**.
- BRENTESIA**, vide **MEDOACVS**.
- BRENTORVM** *Regis*, *Sinduali*, meminit *Diaconus*. quos *Blondus* scribit antea **HERVLOS** nominatos. atque in eo angulo *Alpium* & *Apennini* eos statuit, ubi *Tanarus* *fluvius* *triginta* *torrentibus* auctus, *regionem* irrigat.
- BRETINA**, vide **SABONA**.
- BRETTANIS**, *Ἐρεττανίαι*, *insula* in *Mari Hadriatico* est *Stephano*. quam quoque **BRETTOTIAM**, *Ἐρεττοτία*, vocat. & à *Græcis* **ELAPHVSSAM** appellari scribit. Hac est quæ (ut *Hermolaus* censet) **BRATTIA** à *Plinio* & *Antonino* dicitur contra *Surium* sita, *bubus* & *capris* laudata. *Brattia* quoque hodie vocari idem *Hermolaus* ait.
- BRETTIA**, vide **ITALIA**.
- BRETTII**, vide **BRVTII**.
- BRETTIVM**, vide **SCYLLÆVM**.
- BREUCI**, vide **BREUNI**.
- BREUCOMAGVS**, vide **BROCOMAGVS**.
- BREUNI**, *Ἐρεῦνοι* *Ptolemao* *Vindeliciæ* populi. *Werlacher* hodie, *Aventino*. qui eosdem dicit ab *Horatio* & *Floro* **BRENNOS** vocari. *Strabo* eos **BRENCOS**, *Ἐρεῦνοι* & ego lego, appellat, ut *Simlerus* producit qui eos *Wunauwer* interpretatur, qui sunt ad *Aenum* *fluvium*. Idem subdit *Bruneck*, in *Alpibus* opidum, huius nominis vestigia servare.
- BREUNI**, *Plinio* in *Lepontiis*. *Valentserthal* & *Vallis Breunia*, *Aeg. Scudo*.
- BRIANTICA**, *Ἐρεαντιὰ*, *Thraciæ* regio, quæ olim **GALAICA**, *γαλαίαν*, *Herodotus* in *Polymnia*.

- BRIARÆI** COLUMNÆ, vide **ALYBE**.
BRIDOBORVM, Lugdunēsis Gallie urbs;
 Antonino. Briare Simlero videtur.
BRIGÆCIVM, Βρυγαίων Ptolemao His-
 pania Tarraconensis urbs. Briuielca, Mole-
 tio; Ouedo, Tarapha.
BRIENNONA, vide **BONNA**.
BRIGANTES, Βρυγαντες, Albionis insulae
 populi, Ptolemao. Hi sunt Eboracēses Le-
 lando sed Galwei, Hect. Boethio. Vide
PHRYGIA.
BRIGANTIA, vide **FLAVIVM**.
BRIGANTINVM, Rhetia lacum habet
 Plinius lib. 9. cap. 17. de eo sic Erythraeus in
 suo Indice Virgiliano: Brigantinus Rhetia, in
 Alpibus abstrusus, qui hodie Hydrius, in Tri-
 dentinorum sinibus: unde Clusius annis e-
 mittitur. Lago de Idro vulgo est. Quod
 Erythraeo hic minus assentiar, Ammianus
 facit lib. 15. diligens admodum in locis de-
 scribendis auctor: Is enim Rhenum fluvium
 per quadraginta & sexaginta stadia per
 Brigantiam lacum diffusum ait. ex qua de-
 scriptione eundem esse cum Acronio, nemo
 non videt. Vide **ACRONIVS**.
BRIGANTIVM, Βρυγαντιον Ptolemao in
 Rhetia, Straboni in Vindelicis opidum circa
 Lacum Acronium; Antoninus eius etiā me-
 minit. Bregent est Scudo item Simlero.
BRIGANTIVM, Segustianorum est urbs,
 Straboni, Ptolemao, & Antonino: Hanc
 Ammianus **VIRGANTIAM** nominat,
 ut scribit Varrerius cui hodie urbs est in
 Delphinatu, Brianon nomine.
BRIGES, vide **PHRYGIA**.
BRIGI, vide **THRACIA**.
BRIGIANI, Alpini populi, Plinio. Hi forte
 sunt, Simlero auctore, qui Brigantione su-
 pra Caturiges habitauerunt, in Alpibus Cottis.
BRIGIO, vide **BREGÆTIVM**.
BRIGVLVS, vide **ARAR**.
BRINTA, vide **MEDOACVS**.
BRISACVS MONS, inter Argentoratum
 & Basileam urbes, Antonino. Brisach in
 Rheni ripa, Beato Rhenano.
BRISOANA, vide **BRIZANA**.
BRITANNIA MINOR, vide **ARMO-
 RICÆ**.
BRITANNICÆ, Insulae vocantur apud

auctores, ea quae hodie Anglicum & Scoti-
 cum regnum continet; cum Hibernia, & in-
 sululis circumiacētibus. **BRETANIDES**,
 Βρετανίδες, eas appellat Dionysius Alexan-
 drinus. Ea verò quam diximus Anglicum &
 Scoticum regnum complecti, **ALBION**,
 Ἀλβίων, à Ptolemao dicitur; & ab aliis etiam
BRITANNIA, per excellentiam quasi
 inter Britānicas primaria. Stephano **PRE-
 TANICA**, πρετανικὴ, per P. scribitur. Hanc
 insulam Romani postquam eam eorum im-
 perio totam subiugassent; in provincias &
 nomina distinxere. Xiphilinus ex Dione eam
 dividit in **SUPERIOREM** & **INFE-
 RIOREM**. Apud Sex. Rufum qui sub Va-
 lentimiano Imp. floruit, sunt **BRITAN-
 NIA PRIMA**, **BRITANNIA SE-
 CVNDA**, **FLAVIA**, & **MAXIMA
 CÆSARIENSIS**. Liber Notitiarum
 addit **VALENTIAM**; cuius quoque Mar-
 cellinus meminit. Has provincias sic inter-
 pretatur Humf. Lhuydus. Britanniam pri-
 mam vocat, quae à Tamesi ad Vallum usque
 extenditur. Hanc ferè hodie comprehenditur
 sub Angliæ (ut Latinum vulgus vocat) no-
 mine. Secundam, quam & Minorem scribit
 vocari, quae vulgò Scotia appellatur, esse af-
 firmat. Ex Maxima Cæsariensi, Cantium
 facit cum Atrebatensi regione. Ex Flavia,
 VVestfaxonum tractum, cum Wicht in-
 sula. Valentiam, Cambriam indigitat.
 Sed neque hoc omitendum duximus, quod
 Humfredus ex Sigeberto litteris prodidit,
 hanc nempe insulam, antequam à Romanis
 aut exteris cognita esset, in tres regiones di-
 stinctam; quas indigenarum lingua (quae
 hactenus in Cambria, eius patria, in usu est)
 Lhoëgria, Cambria, & Albania vocita-
 runt. & etiamnum vocitant. de quibus vide
 suis locis. Idem ex vetustissimis eius regionis
 monumentis docet generali vocabulo hanc
 insulam **PRYDAIN** dictam. ex qua Gre-
 cos & Latinos suam Britanniam fecisse ve-
 risimile est. Britanni, **BRACIVOCANTUR**,
 in Wutichindi historia. Cambriam putat
 Ponticus Virunius à Iuvenale Satyra 7. ce-
 lebratā hoc versu; Occidit miseros Cambre
 » repetita magister. Vide **ALBION**, **AR-
 MORICA**, **SCOTIA**, & **VALENTIA**.

- BRITANNICVS** Oceanus, Ptolemao; qui inter Angliam & Galliam est, Nautis nostratibus Canale dicitur: Manche Gallis: Heise Anglis.
- BRITIVM**, vide **EBVROBRITIVM**.
- BRIVA ISARÆ**, Antonino; quæ **BRIVAS** fortè Sidonio; Pontoyse, Simlero Gallie Lugdunensis.
- BRIXABA**, $\beta\rho\rho\alpha\beta\alpha$, Mons Tanai flumini vicinus: qui postea **ARIETIS FRONS**, $\alpha\epsilon\iota\varsigma\ \mu\acute{\epsilon}\tau\omega\pi\omega\nu$, dictus fuit. auctor Plutarchus de fluminibus.
- BRIXANTÆ**, & **BRIXENTES**, vide **SVBLAVIO**.
- BRIXELLVM**, $\beta\rho\rho\epsilon\lambda\lambda\omega\nu$ Ptolemao, Plinio & Suetonio; Gallia Togata in Italia urbs. Leandro Breicello dicitur.
- BRIXIA**, $\beta\rho\rho\iota\alpha$, Plinio in Epistolis, Cenomanorum opidum, in Italia. Breiscia hodie, Leandro. Sub Venetorum dominio est, populosa & ampla civitas; & ditissimis incolis habitata. Hanc Urbis Venetæ sponsam vulgò cognominari didicimus.
- BRIZANA**, $\beta\rho\rho\iota\zeta\alpha\nu\alpha$, Arriano, **BRISOANA**, $\beta\rho\rho\iota\sigma\alpha\nu\alpha$ Ptolemao, Persidis fluvius: fortè Sirt, hodie.
- BROCOMAGVS**, ut Rhenanus ex Marcelino habet. **BROTOMAGVS** per T. meū exemplar legit. Ptolemao **BREVCOMAGVS**, $\beta\rho\rho\epsilon\upsilon\kappa\omicron\mu\alpha\gamma\omega\nu$, est. Germania vicus, duobus milliaribus infra Argentoratum situs, & Brucomat vocatus, ut Rhenanus putat.
- BRONGVS**, vide **ANGRVS**.
- BRVCCA**, putat Cl. Aretius olim dictam Siciliæ urbem; hodie Longobaldam vocatam.
- BRVCTERI**, vide **BVSACTERI**.
- BRVGES**, vide **PHRYGIA**.
- BRVNDISIVM** Plinio, **BRENDESIVM**, $\beta\rho\rho\epsilon\nu\delta\epsilon\sigma\iota\omega\nu$ Ptolemao. **BRENDESIVM** Grecis scribi, per T. ait Stephanus. Numismata habent **BRVNDISIVM**, cum Ypsilon in prima. Quidam poëta, brevitate causa, **BRENDAM** (aut, ut alii lectio est, **BRVNDAM**) dixerunt, inquit Festus. Brindisi hodie vulgò nuncupatur.
- BRVTII**, $\beta\rho\rho\upsilon\tau\iota\omega\iota$, Italiae populi, Ptolemao. Calabria Inferior vocatur, Leandro teste.

- Brutios** prius **LVCANOS** dictos, scribit Iustinus, lib. 23. **BRETTII** legunt numismata. Hanc regionem **SICILIAM** vocari à Stephano, Theocriti Scholiaste, aliisq; ex eo apparet, quòd multa flumina & opida in hoc tractu sita, Sicilia asserbant. Sed & hodie eam Siciliam cis Pharam nominant.
- BRVTIVM** Prom. vide **SCYLLÆVM**.
- BRYGIANVM**, vide **ARCENNVM**.
- BRYSTACIA**, $\beta\rho\rho\upsilon\sigma\alpha\kappa\iota\alpha$, Oenotrorū urbs, Stephano: Calabriae episcopalis sedes est apud Barrium, Briatico hodie dicta.
- BVBA**, vide **BVCA**.
- BVBACENE**, vide **POLYPERCON**.
- BVBALIA**, vide **PANNONIA**.
- BVBASTIS**, $\beta\rho\rho\upsilon\beta\alpha\sigma\iota\varsigma$, Caria urbs est, Stephano: quam etiam **MVMASTIM** appellat, $\mu\epsilon\upsilon\alpha\sigma\iota\varsigma$.
- BVBASTVS**, $\beta\rho\rho\upsilon\beta\alpha\varsigma$ & Ptolemao, Bubastus, per I, in ultima Herodoto est, ut scribit Stephanus. Aegypti urbs, in Nili ripa. Hodie Azio: h videtur, ex Ioāne Leone. **VICVS IVDÆORVM**, & **PIBESETH** Hebrais dici, scribit Zieglerus. Wiffenburgius verò dubitat an Bubastus, & Vicus Iudeorum unum sit. additq; Vicum Iudeorum à Iosepho $\iota\omega\varsigma\epsilon\phi\omega\ \iota\omega\delta\alpha\iota\omega\nu\ \varsigma\epsilon\gamma\tau\omicron\beta\eta\delta\omega\nu$, appellari. Liber Noticiarum quoque Aegypti urbem quandam **CASTRÀ IVDÆORVM** vocat. Bubastin olim **AVARIM** vocatam, adducit testem Manethonem: Becanus.
- BVBIEMVM**, sic legunt Rhenanus, Aventinus & alij, apud Strabonem, lib. 7. in Grecis tamen excusis exemplaribus **BOVIASMVM**, $\beta\omicron\upsilon\upsilon\iota\alpha\sigma\mu\omega\nu$, habetur, sed hanc lectionem Rhenanus depravatam censet. Hanc Strabo ponit in Silva Hercynia, & Maroboduiri regiam vocat. Aventinus scribit Bubiemū à Maroboduo **MAROBVDVM**, $\mu\alpha\rho\beta\omicron\upsilon\delta\omega\nu$, appellatum. & sibi constare ex diligentissima segnetorum & partium observatione, Bubiemum Strabonis, & Marobudum Ptolemai, eam esse civitatem quam hodie Praga vocamus, regni Bohemiae urbem primariam. Christophorus Pyramus tamen Pragam **CASVRCIM**, $\kappa\alpha\sigma\upsilon\rho\kappa\iota\mu$ Ptolemai vult. Et Lazius docet Marobudum Ptolemai, esse opidum in eadem Bohemia quod

- mia quod nostra state *Budweis* appellat.
BVCA, βῆκα, Straboni & Plinio Samnitum,
 in Pelignis opidum. Videtur **BVCARA**
 Pomponij. Villanovanus dicit **BVBA**, βῆ-
 κα Ptolemæi esse. Leander scribit hodie *Sec-*
ca dici.
BVCELLARIORVM regio, vide *GA-*
LATIA.
BVCEPHALA, βυκέφαλα Ptolemæo India
 intra Gangem urbs. in Pandanorum regio-
 ne. Arrianus in suo Periplo Maris Rubri, hanc
 quoque **ALEXANDRIAM** vocat. *Sel-*
feten hodie dici, prodit in sua *Vniversali ta-*
bula Mercator.
BVCEPHALOS, Mele est Peloponnesi pro-
 montorium, à parte Orientali. **BVCEPHA-**
LVM PORTVS Ptolemæo dicitur eum-
 que ad Sinum Saronicum ponit. Eodem lo-
 co à Plinio describitur, & Pausania. Bello-
 nius tradit hodie *Cavalla* nominari. Sed
 hanc suam *Cavallam* in confinibus *Thracie*
 & *Macedonie* ponit. Vnde non video quo-
 modo hæc duo nomina unius & eiusdem loci
 synonyma sint. Ego non dubito *Bellonium*
 deceptum, tum allusione vocabuli vernacu-
 li, tum incolarum fabulis: qui, ut ipse scribit,
 vetus sepulcrum marmoreum ostendit, lit-
 teris Latinis inscriptum: quod ipsi præsepe
 equi *Alexandri* (*Bucephali* intelligentes)
 vocant. Idem addit *Cavallam* opidum prius
CHALASTRA dictum. de quo ego nihil
 pronuncio. Vnum scio, *Chalastra* ad *Ther-*
mæum Sinum à *Stephano* describi. Et *Pli-*
nus lib. 4. cap. 10. hoc tractu, aut non longè
 ab eo *Chalastram* habet. Sed hanc unquam
Bucephalos nominatam, mihi non liquet.
BVCHAMBARI, vide *SVCCVBAR*.
BVCINOBANTES, Marcellino *Germa-*
nie gens est. *Weisbaden* opidum contra
Moguntiam, putat *Heroldus*.
BVDINI, βύδινοι, *Scythie Europæe* populi-
 quos *Græci*, sed non rectè, **GELONOS**
 vocant, inquit *Herodotus*.
BVDORGIS, βυδοργίς, *Germanie* urbs,
Ptolemæo. *Breslavo* est, *Silesie*, ad *Oderam*
fluvium. ut *Cureo*, & *Pyramio* placet.
VRATISLAVIA Latinis recentioribus
 nominatur.
BVDORIS, βυδορίς, *Germanie* opidum est,

- Ptolemæo*. *Durlach* potius esse credam,
 quàm *Heptenberg*, inquit *Rhenanus*: quod
 veteris nominis partem referat. & magnam
 alioqui præ se fert antiquitatem.
BVGES, vide *BYCE*.
BVGVNTOS, βέγγυτοι Ptolemæi, putat
Bon. Castalionus **BVRGVNDOS** esse.
BVIANVM, vide *BOVIANVM*.
BVLGARI, dicuntur à *Diacono* *CON-*
TRAGI, & *ONOGVNDVRI*. vide
TRIBALLI.
BVLIA, βύλια, **BVLIS**, βύλις Ptolemæo
 est. *Phocidis* urbs.
BVLINA, vide *BVTVA*.
BVLLA REGIA, *Plinio*; **BVLLARIA**,
βυλλάρια Ptolemæo est. In *Africa Propria*
 urbs.
BVLLÆVM, βύλλαιον, *Albionis* insula urbs
 est. quam *Villanovanus* *Witlam* appellat.
BVLSINVS Lacus; *Procopio* & *Agathio*;
VOLSINIENSIS *Plinio*; **VVLSI-**
NIENSIS *Columella*. Hodie *Lago di*
Bolsena vocari video.
BVLVA, vide *BVTVA*.
BVMADO, vide *CAPER*.
BVNITIVM, βυτίτιον, *Germanie* urbs, *Pto-*
lemæo in parte *Septentrionali*. *Sund*, *Vil-*
lanovano.
BVNOMEIA, vide *PELLA*.
BVOLVSCI, vide *VOLCI*.
BVRA, βύρα, *Achaie* in *Peloponneso* opidum,
Ptolemæo quod à *Gemisto* recentiori nomine
PERNITZA, περνίτζα, vocatur. *Pro-*
Bura, malè apud *Orosium* lib. 2. cap. 3.
EBORA legitur.
BVRCA, vide *BORGYS*.
BVRCHANA, vide *BYRCHANIS*.
BVRCINACIVM, *Antonino* *Clivia* urbs,
Kranenburg nomine. ut *Simlero* placet.
BVRDIGALA, βυρδιγάλα Ptolemæo *Bitu-*
rigum Vibisorum urbs: *Bordeaux* nomine,
 hodie celebre emporium est. ad *Garunnæ*
 fluminis ostium.
BVRGVNDIONES, vide *BVGVNTI*,
 & *ÆDVI*.
BVRI, vide *LVTI*.
BVRINA, vide *SALAMIS*.
BVRNVNVM, βύρνων, *Illyrici* opidum *Ptole-*
mæo. quod *Giachova* *Nigro* interpretatur.

- BURNIVM trisyllabico vocat Livius Carisq; gentibus adscribit.
- BURVESCA, vide VIROVESCA.
- BURVNGVM, Antonino; Burick opidulum ad Rhenum, Simlero.
- BVSACTERI, Βυσάκτεροι Ptolemaeo, Germania populi. Olant ouer Vsel, Christophoro Pyramio. Hos eosdem putat esse cum BRUCTERIS Taciti, Wikichius. qui eos scribit habitare Monasterium, vulgò Munster, in Westfalia. A Bructeris dictus est etiam hodie Brochersperg, sub Goslaria, ut Melā hiberni placet, & Peucero qui hunc montem veteri nomine Melibocum nominat. Hos Taciti Bructeros VLMIGEROS quoque dictos, tradit Glareanus. Vide ISTHÆVONES.
- BVSIRIS, vide THEBÆ.
- BVSVS, vide EBVSVS.
- BVTHROTORVM Sinus, Βεθρωτων κόλπος, Epiri regionis, apud Ptolemaum. Golfo de Butronto, Moletio indigitatur.
- BVTHROTVM, Βεθρωτων, Straboni urbs in Epiro. Butrinto nunc vocari, tradit N. Sophianus.
- BVTHROTVS, Locrorum in Magna Graecia amnis, apud Liuium lib. 29 Novito vocatur hodie, teste Barrio, in sua Calabria.
- BVTIS, vide PELLA.
- BVTRIVM, Βετριον, Straboni Flaminie opidum. Butrio, castellum est Leandro.
- BVTVA Plinio, & BVIVA, Βελέα Ptolemaeo; Illyrici opidum. Butua vel Budua, Hermolao & Volaterrano: Budovo, Sophiano. Idem est vocabulum, pronuntiatione tantum differens. Idem Sophianus illud quoque BYLINA, Βελίνα, vocat.
- BVVINDA, Βεβινδα, Hibernie Insulae fluvius, Ptolemaeo. Slayne vocatur Villanovano.
- BVXENTVM, Βύξεντον Ptolemaeo, & Livio; Lucanorum in Italia opidum. A Graecis PYXIS, πύξις, vocatur, Strabone auctore. Pisciotta Leander nominat.
- BYBLINI, vide LVNÆ MONS.
- BYBLIS, vide MELOS.
- BYBLOS, Βύβλος Ptolemaeo, & Pomponio Phœnicia urbs. Hieronymus in locis Hebraicis dicit GOBEL Hebrais appellari.

- Olivario vocatur hodie Saites; Brochardo Giblec; Nigro Zibelletto.
- BYCE, Βύκη, PALVS, apud Ptolemaum est pars Paludis Maotidis. BYGES dicitur Plinio. SAPRA, σάπρα, forte Strabonis est.
- BYLE, vide VELIA.
- BYRCHANIS, Βυρχανίς, Straboni, BURCHANIS, Βέρχανίς, Stephano; insula est que à Strabone in Mari Germanico (Celtico, à Stephano) describitur. quam à Druso subactam addit. BURCHANAM Plinius vocat. dicitq; à Romanis FABARIA appellari. à frugis similitudine sponte provenientis. Vide SAXONVM INSULA.
- BYSSOS, & per duplex SS. BYSSOS, item. BYTHOS, Gentis nomen Stephano. Vide EBVSVS.
- BYZACIVM, Βυζάκιον, Straboni tractus eius regionis que Africa Propria dicitur. Ptolemaeo BAZACITIS, Βαζακίτις, est. PROVINCIA VALERIA BYZACENA vocatur in quadam antiqua Inscriptio- ne, quam Goltzius habet in suo Thesaurò. Eius incolas apud Herodianum & Herodotum GYZANTAS appellari, annotavit Hermolaus. Ego tamen ZYGANTES, Ζύγαντες, apud Herodotum invenio. BYZANTES, Βυζαντες, habet Stephanus. & GYZANTES, γύζαντες, etiam malè legi apud Herodotum monet. Hos Byzantes Stephanus circa Carthaginem locat. & horum urbem quoque Byzantium vocat. Vide Plinium lib. 5. cap. 4. ubi huius regionis habitatores LIBYPHOENICES (ut & Ptolemaeus, Λιβυκοί φοινίκες) nominat. Hanc regionem Byzacium nonnulli Iuniores perperam Byzantium appellant. Regnum Tunetanum hodie fortè occupat. Stephanus quoque urbem Libya, Zygantem habet.
- BYZANTII Portus, vide BOSPORVS.
- BYZANTIVM Toparum, Arriano India intra Gangem urbs. Ptolemaeo simpliciter BYZANTEVM, Βυζαντειον, dicitur. Vide CONSTANTINOPOLIS.
- BYZERES, vide CHALYBES, & HEPTACOMETÆ.
- C.
- CABALLINVM, Καβάλλινον, Aeduarum, in Gallia Lugdunensi opidum, Ptolemaeo.

- Ptolemaeo. Casar CABILONVM vocat. Chalons ad Ararim situm interpretatur Marlianus. & cum eo Vigenercus.*
- CABALLINVS** Fons, vide **PIRENE**.
- CABASSVS**, καβασός, *Ptolemaeo Armenia Minoris urbs, Catoonia praefectura. Hodie Thebasse, si Theveto creditur.*
- CABELLIORVM** Colonia, καβελίων κολωνία *Ptolemaeo, & Stephano. CABELLIO* Plinio. *Strabo per A. in secunda legit, καβαλιών, Gallia Narbonensis, aut, ut Stephanus ait, Massaliensium opidum est. CABILLONENSIS* Portus meminit *Panegyricus Constantino dictus. Cauailon* Ioanni Poldo interpretatur.
- CABIRA**, vide **DIOSPOLIS**.
- CABIRI**, vide **CVRETÆ**.
- CABVBATHRA**, καβύβαθρα *Ptolemaeo Arabiae Felicis mons est. Ioannes Barrius Darzira vocat.*
- CACARIA**, vide **CALATVM**.
- CACCABARIA**, vide **HERACLEA**.
- CACCABE**, vide **CARTHAGO**.
- CACHASSÆ**, vide **SCYTHÆ**.
- CACHETVS**, vide **LYCVS**.
- CACIDIRI**, vide **ARIMASPI**.
- CACRA**, vide **VLYSSIS** Portus.
- CACVS**, vide **BOARIVM**.
- CACYPARIS**, κακύπαις, *Thucydidi Siciliae fluvius quem Aretius & Fazellus Cassibili vocat. Sed hic eum etiam Manghisi nomen suscipere; & Saracenicè Yhasibli dici ait.*
- CACYRON**, κάκυρον *Ptolemaeo Siciliae mediterranea urbs hodie Cassaro, ut Cl. Aretius testatur.*
- CADES**, fons *Palestinae in deserto Pharam: eundem BARNÀ, & MISPHAT cognominari, scribit Becanus in sua Hispania.*
- CADETES**, populi inter Celtas, apud *Cæsarem. Chasteaubriant Orontio; Vigenero urbs Britanniae, non longè ab Andibus.*
- CADME**, vide **PRIENE**.
- CADMEIA**, vide **BOEOTIA**, & **CARTHAGO**.
- CADMI PES**, vide **ISMENVS**.
- CADVRCI**, *Cæsari Celtarum populi eorum urbs hodie Cahors est; ut credit Oron-tius, in sua Gallia tabula.*

- CADVSII**, vide **GELÆ**.
- CÆCINOS**, vide **ALEX**.
- CÆCINVS**, καίκινον, *Pomponio & Stephano Locrorum urbs: Barrius scribit hodie Satriaro nuncupari. Vide CARCINVM.*
- CÆCLVS**, vocatur. *Lazio Den Schekel. Mons Hungaria.*
- CÆLI SEDES**, vide **OLYMPVS**, & **TRIPHYLIVS**.
- CÆLIOMONS**, *Antonino opidum Rhaeiae quod hodie Helmuntz dicitur. ut Simlerus scribit.*
- CÆLIVS**, vide **COELIVS**.
- CÆNE**, καίνη, *Laconica urbs, Ptolemaeo. Camares Mario Nigro appellatur.*
- CÆNEPOLIS**, vide **CARTHAGO**, & **TÆNARIVM**.
- CÆNIS**, *Italiae promontorium Plinio è regione Peloro, Sicilia. Hodie Coda Diucepe dicitur, ut Fazellus auctor est: Segho Leander vocat Per Y. in ultima scribit Stephanus, καίνης, & Polyb. lib. 1. SENIS, σενείς, Gab. Barrius scribit idem à Stephano.*
- CÆNYSIVM**, καίνύσιον, *dici: Ptolemaeo tamen hoc est mediterraneum opidum: cum Canis maritimum sit.*
- CÆRE VETVS**, καίρε, *Virgilio Tuscia urbs maritima. AGYLLA, ἀγύλλα, antea vocata fuit, Plinio & Halicarnasseo testibus. Hac tēpestate Cervetere dicitur. ut Leandro placet.*
- CÆRESI**, *Germaniae populi, apud Cæsarem. Nunc Ripenses appellantur, inquit Hub. Leodius ubi arx Cerey nuncupata, ad Mosam: Namur est Vigenero.*
- CÆRETANORVM** Navale, vide **TVRRES**.
- CÆRETANVS**, *Tusciae Fluvius, Plinio qui hodie Eri vocatur. ut Leander scribit.*
- CÆRPERIS**, *Angliae urbs Lhuydo hodie Portchestre vocata. Sit Cerperis antiquum, non puto tamen Latinis auctoribus notum.*
- CÆRSEVERVS**, vel **CARADOC** *antiquitus dictum Angliae opidum, quod vulgò Sarysburi vocant; scribit Humf. Lhuydus. Apud praesicos auctores Latinos hoc vocabulum non extare puto.*
- CÆRVLEVS**, vide **CLAVDIÆ AQVÆ**.
- CASA-

- CÆSÆNA**, καίσαυα, Gallie Togate opidum, Ptolemaeo & Plinio. Cesnadigo nunc vocari, scribit Georg. Fabricius. Sed Leander Cesena appellat. & addit **CVRVAM CÆSÆNAM** ab Antonino, & **FLAVIA CVRVA PAPIA** in vita S. Mauri eius episcopi, nominari. In secūda sine diphthongo debere scribi, docet in sua Orthographia Aldus.
- CASANA**, vide **CARNASA**.
- CÆSARAUGVSTA**, sic Plinius, **CÆSAREA AVGVSTA** Ptolemaeus, Colonia immunis, anne Ibero affusa. ubi opidum antea vocabatur **SALDVBA**. Regionis Sedetania, in Hispania. Plinius lib. 3. cap. 3. Carragoça hodie. Sed alia est **Salduba** in Betica provincia Plinio & Ptolemaeo. Vide **ANAZARVVS**.
- CÆSAREA**, καίσαρεία, qua & **SMYRALEA**, σμυράλεια, Bithynia urbs. Ptolemaeus.
- CÆSAREA**, Mauritania urbs, Plinio. **Cabo Figalo**, **Pineto**. Vide **ANTIOCHIA**, **MASACA**, & **TINGIS**.
- CÆSAREA**, inter **Ravennam** & **Classem** opidum, aut potius suburbium: ut apud **Iornandem** videtur. **Blondus** & **Rubeus** tradunt **Monasterium S. Mariæ** in **Portico** hodie ibi extare. Idem scribit **Leander**.
- CÆSAREA & AVGVSTA**, Cilicia urbes sunt apud Ptolemaem, καίσαρεία καὶ ζεβάζην. Apud **Paul. Venetum** sunt **Caylaria** & **Sevesta**, ut putat **Bapt. Ramusius**.
- CÆSAREA PALÆSTINÆ**, Palaestina urbs ad **Mare Mediterraneum** olim **PYRGOS** vel **TVRRIS STRATONIS** dicta: Ptolemaeo teste, **D. Hieronymus ACCARON** etiam vocat. sed falso, ut scribit **Postellus** in sua **Syria**. Plinius **APOLLONIAM**, & **COLONIAM PRIMAM FLAVIAM** appellatam scribit. **AZOR** nostra atate nominari, **Pinetus** putat. **Siseria** suo tempore, & olim **GAD PALÆSTINORVM** nominatam tradit **Beniamin**. **Balbec**, & **Belme Theveto** est. **Ptolemaeus** habet hoc tractu **Apolloniam** ab hac diversam.
- CÆSAREA PANIAS**, πανιάς Ptolemaeo **Phœnicia** urbs. Hæc & **CÆSAREA PHILIPPI**, quondam **LESER**, deinde

- DAN**, aliquando etiam **LACIS** vocata fuit. ut **Wissenburgius** docet. **NERONIAM**, νερωνίας, quoque dictam, testatur **Iosephus**. Ab Evangelistis **MAGGEDAN**, & **DALMANVTHA** nominari, scribit **Postellus**. Hodie à **Barbaris** **Belina** dici, auctores sunt **Neubrigensis**, **Volaterranus**, & **Postellus**. **Balbec** vocat **Bellonius**. Sed **Postellus** tradit **Balbec** olim **HELIOPOLIM** fuisse.
- CÆSAROMAGVS**, est **Anglia** urbs apud **Antoninum**: **Talbotus** credit in **Essexia** regione hodie **Chenford** aut **Churnford** vulgò dici.
- CÆSAROMAGVS**, καίσαρομαγ & Ptolemaeo **Belluacorum** civitas. quam **Bavais** putat **Divaus**.
- CÆSIA** **Silva**, **Tacito** **Chryfantus Bois** eam prope **Dinsflaken**, in **Ducatu Clivensi** ponit; eamq; **Hesertwaldt** nominat.
- CÆSIÆ**, vide **LITTVS**.
- CÆTOBRIX**, vide **CETOBTRICA**.
- CAICVS**, καίκυς, **Asia Propria** fluvius apud **Ptolemaem**. **Mysia** autem **Straboni** lib. 12. **Vib. Sequester** per **K.** & **Y.** scribit **KAYCVS**. Hic fluvius prius **ASTRÆVS**, ἀστραϊς, **ADV RVVS**, ἀδρυς, & **PAVRÆVS**, παυραϊς, dictus. auctore qui scripsit de fluminibus & montibus. Videtur ex tabulis **Girniasti** vocari. **Niger** eum **Castri** nominat.
- CAIETA** **Virgilio**, **CAIATTA**, καϊάττα, **Straboni**. Antea **ÆETA**, αἰήτη, dictus, teste **Diod. Siculo**. Hodie **Gaietta** nomen habet. **Campania** portus in **Italia** est.
- CAIPHA**, vide **PORPHYREVM**.
- CALABRIA**, pars **Italia**; qua olim **MESAPRIA**, **Solino** auctore. **Calabria** sive **SALTVS CARMINIANENSIS** habet lib. **Notitiarum**. Vide **DAVNIA**, & **IAPYGIA**.
- CALACTA**, καλάκτα, **Sicilia** lateris **Septentrionalis** urbs **maritima**, **Ptolemaeo**. Hæc in monte sita est, ut scribit **Cl. Aretius** qui eam **Calatigarone** vocat. Acque **dolci** **Leandro**, **Calora Nigro**, & **S. Marco Fazello** dicitur. Vide **MENÆ**.
- CALÆCIA**, vide **CALLAICI**.
- CALÆGIA**, καλαγία. **Ptolemaeo** **Germania** opidū est, quod **Pet. Appianus Wittenberg** inter-

interpretatur. In Saxonia situm est, ad Albim fluvium.

CALÆNVS, καλαυνος, Lyciae fons; qui & CALBIVS, κάλβις, dictus est. Stephano teste.

CALAGORINA, καλαγορίνα, Vasconum, in Hispania Tarraconensi urbs, Ptolemaeo.

CALAGVRIS, καλάγυρις, Straboni est.

Calahorra eam appellat Varrerius. Plinius CALAGVRITANOS, FIBVLARENSES cognominat, & NASCICOS.

CALAMATA, vide THALAME.

CALANNO, vel, ut Hebræi, CALENEH, Amos cap. 6. D. Hieronymus scribit eam suo tempore CTESIPHONTEM vocari.

CALARIS, ut Plinius & Mela; CARALLIS Hirrio; vel CARALLIS, καραλλίς, ut Ptolemaeus habet; Sardinia insula littorale opidum est. Calari vel Cagliari hodie. Florus eam Urbem urbium vocat.

CALARITANVM Promontorium insula Sardinia apud Plinium est Cabo Calari Pineto.

CALARVS, vide ALOPECE.

CALASARNA, καλατάρνα, Straboni Lucanorum urbs: Capana nunc est, in Calabria; ut ostendit Gab. Barrius.

CALATHE, καλάθη Ptolemaeo est Africi maris insula, iuxta Numidiam. GAVLOS & GALATA Plinij esse scribit Villanovanus. Duas tamen insulas Plinium his designare puto. Vide GAVLOS.

CALATHE, Stephano urbs est ad Herculis columnas: quæ & CALATHVSA, καλάθησα, dicitur.

CALATIA, Campania Felicis opidum, cuius Caesar, & Silius lib. 8. meminit. Gaiazzo à Leandro indigitatur.

CALATIS, vide CALLATIA.

CALATVM, κάλατον, Albionis insula inter Brigantes opidum, Ptolemaeo. Hodie Tadcastre dici, & aliquando Helecastre vocatū, scribit Lhuydus. Idem tradit ab Antonino

CALCARIA appellari. CACARIA habet Aldinum exemplar.

CALAVRIA, καλαύρεια, Argolici sinus insula, Plinio, Mela, & Pausania. Sophiano Sidra dicitur. Calauriam olim IRENEN, εἰρηνή, appellatam scribit Stephanus, à se-

mina Irene: postquam verò Anthes & Hyperes sedes ibi posuissent, insulā ANTHEDONIAM, ἀνθηδονία, & HYPERIAM ὑπέρεια, vocatam, tradit Plutarchus, in *Questionibus Græcis*. Sed an hæc Calauria eadem sit cum superiore, vel alia, studioso lectori disputandum relinquimus. Calauriā sinus Argolici, vocat Mercator SIPARENVM in sua *Europæ Tabula*, nescio quo auctore.

CALBIS, κάλβις, Doridis regiuncula in Asia Minori fluvius, Ptolemaeo. Hunc Marius vult à Plinio INDVS nominari. Sed Hermolaus putat hoc loco apud Plinium NINVS legi debere. Livius tamen lib. 38. hoc tractu cuiusdam Indi fluminis meminit: quod ante me annotavit Sigism. Gelenius.

CALBIVM, vide SACRVM Prom.

CALBIVS, vide CALÆNVS.

CALCHEDON, vide CHALCEDON.

CALCIACI populi, sunt Tacito, ut Iunius, & alius quidam tradit, qui Calkar Chvia urbem ex eo faciunt. Ego hos Calciacos apud Tacitum non novi. TALBIACVM in finibus Agrippinensium reperio apud eum lib. 20.

CALE, vocatur Clusio urbs Portugallia, Buerro vernaculè dicta. Vide LVSITANIA, & NINIVE.

CALEDONIA. Silva, καληδόνια δρυμὸς Ptolemaeo in Scotia, Albionis insula parte Septentrionali. Huius nostra ætate vix reliquæ supersunt. Hæc tamen nominis vestigia extant. Caldar & Calendar. Hector Boëthius, in suo Scotia chronico. Vide SCOTIA.

CALEDONII, καληδόνιοι Ptolemaeo Scotie populi. Rossia eorum tractus videtur hodie, ex tabulis, vocari.

CALEDONIVM, vide EPIDIVM.

CALEDONIVS OCEANVS, vocatur à Val. Flacco, qui hodie Scoticus dicitur.

DVECALEDONIVS, δευκαληδόνιος, à Ptolemaeo vocatur: non Deucaledonius, ut ferè semper in Latinis codicibus legitur.

CALEM, Antonino urbs inter Vlyssiponem & Bracaram. Gaia hodie nominari, scribit Varrerius.

CALEM, Antonino prope Anconam. Cagliè, Simlero est.

- CALENVM**, καλνωρ, Straboni & Plinio Campania Felicis urbs. Carinula vocat Leander, Blondus & Niger.
- CALLES**, καλλίς Ptolemaeo Campania Felicis urbs. Huius meminere etiam Livius, Paterculus & Virg. Hodie Calvi est, testibus Erythraeo, Nigro, Blondo, & Leandro. Vide **LYCVS**.
- CALETES**, Caesari sunt Galliae Belgicae populi. Strabo eos ad Sequani ostia pertingere facit. eorum regionem esse putat Divius, quae hodie Le pais de Caulx vulgo dicitur. Nortmanniae annumeratur. καλήτων, habet Ptolemaeus. Vide **ICCVS** Portus.
- CALEVA**, Albionis Insulae urbs, in Atrebatibus Ptolemaeo: ut Humfredus tradit, qui eam **Wacklinford** vocari scribit. Prisco videtur **Orenford**. Caleva in vulgatis Latinis codicibus est. in Graecis verò hoc loco **NALCVA**, ναλλοῦσα, legitur.
- CALIX**, vide **LYCVS**.
- CALICVLA**, καλίκελα Ptolemaeo, Turdulorum in Hispania. Batica opidum. Osca Mario Nigro dici videtur. Est eiusdem nominis etiam opidum in Turdetanis, apud eundem Ptolemaeum.
- CALINDA**, κάλινδα, Lyciae urbs Ptolemaeo. Apud Strabonem **CALYMNA**, κάλυμνα legitur. Plinius **CALYDNA** habet.
- CALIPODIS**, καλίποδος, fluminis meminit Ptolemaeus, in Lusitania. hunc Palma hodie vocari, scribit. Gorgopius in sua Hispania.
- CALLAICI**, καλλαικοί Ptolemaeo & Straboni: alii **CALLÆCI**, & **GALLÆCI** dicuntur, ut Xilander annotavit, Hispaniae populi sunt, qui hodie Galiciam regionem incolunt: ut Tarapha & alij tradunt. **CALÆCIA**, καλαϊκία, etiam Dio habet. Vide **LVSITANIA**.
- CALLANTIA**, vide **CALLATIA**.
- CALLATIA**, καλλατία, Ptolemaeo, **CALLATIS**, κάλατις, Straboni, Ammiano, & Plinio, qui eam quoque **ACERVETIM** antea appellatam scribit. Arrianus in Periplo Euxini **CALLANTRAM**, κάλλαντες, vocat. Mœsiae Inferioris opidum est, hodie Pandalia dictum, si non erraverit Mar. Niger.
- CALLEVICVS**, Antonino Senonum in Picenis opidum. Leander Caglio vocat.

- CALLIA**, vide **TRIPOLIS**.
- CALLICHORVS**, vel **CALLICHORVM**, ut apud Plinium legitur, Paphlagoniae fluvius; olim **OXYNVM**, ὄξυνον, vocatus fuit, ut refert Rotmarus in suo Apollonio, & Stukius in suis in Arrianum Scholiis, ex Apollonij Scholiaste. Idem ab Arriano **OXINAS**, ὄξεινας, appellatur. Vide **PANOPEVM**.
- CALLICVLA**, antiquitus dictum scribit Leander, quod hodie Caianello vocant. opidum Campaniae est, in Italia. Vide **GALLICANVS**.
- CALLIDROMOS**, vide **THERMOPYLÆ**.
- CALLIGERIS**, καλλιγεις, Ptolemaeo India intra Gangem urbs. Castaldus eam Cananor appellat.
- CALIGIVM**, vide **COLAICVM**.
- CALLIPOLIS**, καλλιπολις, Thraciae Chersonesi opidum. Gallipolis Sophianus vocat: Vide **ANXA**, **EVBOEA**, & **NAXOS**.
- CALLIRHOE**, vide **EDESSA**, & **ENNEACRVNOS**.
- CALLISTE**, vide **THERA**.
- CALLISTRATIA**, καλλιστρατία, Galatiae opidum, Ptolemaeo; quod Castellae à Theveto nominatur.
- CALON ACROTERTION**, vide **PVLCHRVM** Prom.
- CALONIS**, Antonino, Gelre Simlero, Ducatus Gelriae urbs primaria. est qui Berick ad Rhenum putat.
- CALOR**, Italiae fluvius, prope Beneventum: teste Livio & Vibio Sequestre. Hodie usque Pugna dicitur: inquit P. Diaconus. **ALOR**, ἄλωρ, lego apud Appianum in Annibalicis; item lib. 2. Civilium.
- CALPAS**, Portus, à Plinio nominatur in Bithynia. Eius etiam meminit Xenophon, **CALPEN** portum nominans: situm inter Byzantium & Heracleam, medio itinere. Ptolemaeus & Strabo hoc tractu **CALPAM**, κάλπα, fluvium habent. Portus Zagari interpretatur à Pineto, in suo Plinio Gallico: fluvius Mengreliensibus Carrathaffan vocari scribit. Vide **BITHYNIA**.
- CALPE**, κάλπη, mons Hispaniae, ad Fretum Gaditanum. Gibraltar, Clusio & Aretio. Gebel Tarif (id est mons Tarif) Arabis, ut Beuterus

Beuterus tradit. Vide ALYBE.
CALPE, Hispania opidū, ad Fretum Gadit-
 anum antiquitus HERACLEA dictum: ut
 auctor est Timosthenes apud Strabonem.
CALTIORISSA, καλπίουσα Ptolemæo
 Armenia minoris urbs. Antonini OLITTO
 EVLARISA est: ut Simlerus annotavit.
CALYCONES, καλέκωνες, Germanie po-
 puli, apud Ptolemæum. Algoem, fortasse in-
 quit Scudus. Sed ipse CVLVCONES legit.
CALYBE, vide PHILIPPOPOLIS.
CALYCADNVS, καλυκάδνος, Cilicia fluvius,
 Ptolemæo. quidā CALYDNUM vocat: ut Ste-
 phanus scribit. Mar. Niger Salefo appellat.
CALYDNA, vide CALINDA, SPORA-
 DES, & TENEDOS.
CALYDNVS, vide CALYCADNVS.
CALYDON, καλυδών, Aetolia opidum Pto-
 lemæo. Hoc MELEAGRIAM quoque à
 Meleagro vocatū, scribit Perottus: sed malè
 fortasse, ex Statij versu. de quo vide in dictio-
 ne PLEVRONE. Aiton hodie dici, tra-
 dit Kyriacus Anconitanus. Vide ACHE-
 LOVS, ÆTOLIA, & GYRVS.
CALYDONIA, καλυδωνία, Græcia regio;
 que olim ÆOLIS, αἰολίς, dicebatur teste
 Thucydide, lib. 3.
CALYMNA, vide CALINDA, & TE-
 NEDOS.
CALYPSVS, κάλυψος, insula Ionij Maris,
 ante ora Lacinij promontorij. Ab Homero
 creditur OGYGIA appellata: ut Plinius
 tradit. ÆÆE videtur mihi à Mela vocari.
CALYPSVS, καλυψών, Stephano. item
 Apollonio Argonautico.
CALYSTRII, vide CYNOCEPHALI.
CAMÆ, & CAMACÆ, vide SCYTHÆ.
CAMALA, vide GAMALA.
CAMALETVM, vocat Lelandus Albionis
 insula opidum, in Murotrigum limitibus.
 Cairmalei vocatum.
CAMAIODVNVM, vide CAMOLO-
 DVNVM.
CAMANE, καμάνη Ptolemæo Indie intra
 Gangem urbs. Cambayth, Nigro, Chaul,
 Castaldo dicta.
CAMANI, vide CHAMA VI.
CAMARA, καμάρη Ptolemæo Creta insula
 urbs. LATO, λατὼ, quoque dictam, tradit

Stephanus. Camera hodie dicitur, si quis se
 fidat Pineto.
CAMARACVM, vide SAMAROBINA.
CAMARINA, Sicilia urbs, Plinio. Cama-
 rana nunc dici, tradunt Fazellus & Are-
 tius. In huius agro erat CAMARINÆ
 Palus, quam antè HESPERTIAM dictam
 scribit Vib. Sequester.
CAMARINVM, Straboni Picenorum urbs
 est. Camerino Leandro Alb. dicitur. Huius
 populos Plinius CAMERTES appellat.
CAMARS, vide CLVSIVM.
CAMBETIS, ab Antonino post Augustam
 Rauracorum proximo loco ponitur. Germa-
 nis Caemps nominatur, B. Rhenano teste.
CARIBETE pro Cambete, etiam legit
 Simlerus, apud Antoninum.
CAMBODVNVM, καμβόδωνον, Vindelicia
 opidum, Ptolemæo. Munchen Bavaria, est
 Pet. Appiano; Wærgē Aventine; Kempten
 autem Pyramio. CAMPODVNVM per
 P. habet Strabo. Munsterus scribit hanc ur-
 bem Kempten aliquando VERMETAM,
 deinde TRETTICAM, tertio VERTI-
 CAM, ultimo CAMPIDONAM di-
 ctam. Vide CAMOLODVNVM.
CAMBOLECTI, qui ATLANTICI CO-
 gnominantur; Gallie Narbonensis, Plinio.
CAMBORICVM, Angliæ urbē habet An-
 toninus; quā Cambridg esse putat Talbotus.
CAMBRE, cuius Iuvenalis meminit, Vicum
 Campania esse, in Italia, ad montis Gauri
 radicem; eum q̄, hodie Campana vulgò di-
 ci, docet Ioannes Scoppa, in suis Collectaneis.
 Iuvenalis Sat. 7. sic, Occidit miseros Cam-
 bre repetita magistrōs; et si nonnulli crambe
 legunt hoc loco. Sed Ponticus Virunius putat
 Britannia insule regionem esse; qua vulgò
 Zambre adhuc nominatur. Vide BRI-
 TANNICÆ.
CAMBRIA, vide BRITANNIÆ, &
 VALENTIA.
CAMVNII Montes, in Macedonia sunt,
 Livio quos ab incolis VOLVSTANA ap-
 pellari scribit. Vide CANALVII.
CAMVS, fluvius, cuius Eginartus memi-
 nit; Lazio Austria fluvius est, in Danubium
 se exonerans, Camb dictus, vulgò.
CAMERINVM, vide CIVARO.

CAMERSOL, vide CLVSIVM.
 CAMESENA, vide ITALIA.
 CAMICOS, vide INYCVM.
 CAMIRINE, vide VR.
 CAMIRVS, κάμειρος, Rhodi insula opidum,
 Ptolemæo. Ferachio appellat Pinetus. Vide
 HIERAPYTA.
 CAMMANENA, vide CAPPADOCIA.
 CAMMANIA, καμμανία, pars Thesprotia,
 Græcie regionis: postea CESTRINIA,
 κεςτρινα, appellata, auctor Stephanus.
 CAMMVNI, vide CAMVNI.
 CAMOLODVNVNVM Antonino, Anglie
 urbs, eadem est cum CAMVDOLANO,
 καμυδολωνον, quam Ptolemæus in Trinoan-
 tibus ponit. Dion eam CAMVLODV-
 NVNVM, καμυλοδωνον, & Cynobellini regiam
 vocat. CAMVLODVNVNVM Colonia a-
 pud Tacitum est; sed CAMALODVNVM
 per A. in secunda legit Lipsius, fretus anti-
 qua inscriptione, in qua hæc eadem quoque
 VICTRICENSIS Colonia nominatur.
 Hæc hodie Colchestre nuncupari ex Hum-
 fredo aliisque persuadeor. CAMVLODV-
 NVNVM, καμυλοδωνον, aliud habet Ptolemæus
 apud Brigantes; hoc Plinius CAMALO-
 DVNVNVM dicit, per A. in secunda: additque
 à Mona Britannia insula abesse circiter du-
 centis millibus: hoc CAMBODVNVM
 Antonini credunt Talbotus & singularis e-
 ruditionis Guil. Camdenus, qui VVelt-
 chestre hoc appellari credunt. Camum lu-
 donum hoc loco apud Ptolemæum legi, ne-
 scio ubi hauserit Pintianus.
 CAMPANIA FELIX, Italia fertilissima
 regio. Hodie Terra di lavoro vulgò appel-
 latur.
 CAMPI LAPIDEI Plinio, vel SAXOSI,
 describuntur à Strabone inter Massiliam &
 Rhodani ostia. CAMPOS LAPIDARIOS
 habent Solinus & Marcianus, sed eos in Li-
 guria ponunt. LITTVS LAPIDEVM à
 Mela dicitur. Ligurie fines olim Massiliam
 usque extensos fuisse, ex Trogo Pompeio li-
 quet. ubi scribit Massiliam inter Ligures &
 Gallos conditam. Massilienses etiam in Li-
 guria Sempronius collocat, dicitque hos campos
 LAMONES vocatos, ab ipsius Herculis filio
 Lamone. Hoc La Crau nominari scribant

Clusius & Poldus. MELAMBORIVM
 vocari ab auctoribus hunc campum, scribit
 Marius Niger: sed ventum pro campo acce-
 pit, apud Strabonem: sic enim ille ventum
 vocat, cui hic campus expositus est: quo lapi-
 des huius interdum agitantur.
 CAMPI MACRI, Livio & Straboni lib. 5.
 ut veritè Xylander: nam νακροι κάμποι, per
 N. in Græco exemplari habetur. Lombardia
 Cispadana locus, ubi sollemnis conventus ha-
 bebatur. Valle di Montirone vocatur
 Leandro Alberto. Est & Macra campus in
 Cælesyria, eodem Strabone auctore.
 CAMPI PHLEGRÆ, vide FORVM
 VVICANI.
 CAMPODVNVNVM, vide CAMBODVNVM.
 CAMPONA, Antonino: Koppel, Simlero:
 Pannonia Inferioris urbs.
 CAMPSEONVSIS, vide SEBASTO-
 POLIS.
 CAMVDOLANVM, vide CAMOLODVNVNVM.
 CAMVNI Plinio, & Diono, καμύνιοι. CA-
 MVLCOS eos corruptè vocat Strabo, ut
 scribit Scudus. Ego tamè Camunos, καμύνος,
 etiam apud Strabonem lego. Sunt Rhetia po-
 puli quos dicitur Scudus Camunen vocat.
 CANA, Turifera regio ius portus in Arabia.
 Felice: Plinius lib. 6. cap. 23. Canacain
 nunc vocari ferè credit Ramusius.
 CANAAN, Palestina gens, quas Suidas
 CHETTÆOS vocat. Vide PALÆSTINA.
 CANABIACA, vide CANDOLLICA.
 CANÆ, vide CANNA.
 CANAGORA, καναγόρα, India intra Gan-
 gem urbs, Ptolemæo. Canaga Castaldò;
 Cangign Mercatori est.
 CANALVVII Montes, καναλίιοι in Ma-
 cedonia sunt, Ptolemæo. CAMVNII à
 Livio dicuntur: additque eosdem ab incolis
 VGLVSTANA appellari. CANDA-
 VIÆ Montes sunt apud Plinium & Stra-
 bonem. Habet & Cæsar Cādaviam regionem.
 CANDAVIA, vide CANALVVII.
 CANDEI, vide OPHIOPHAGI.
 CANDIDVM Promonterium, Plinio in Afri-
 ca Propria est. Cabo Ferrata est Mercatori.
 CANDOLLICA, sic vetus inscriptio habet:
 urbs est Germanie, in Noricis hodie S. Veit
 dicta, ut Simlerus dicit: cui eadem est cum
 CAN-

- CANDALICÆ Antonini, & CANA-
BIACA, libri Notitiarum.
- CANDYS, κάνδης, Media regionis urbs, apud
Ptolemaum. Niger eam Cremani vocat.
& dicit eam opibus & magnitudine conspi-
cuam esse.
- CANE, vide CANNA.
- CANEBIUM, κανίβιον, Caria urbs, postea
CYON, κύων, appellata auctor Stephanus.
- CANELATE, κανελάτη Corfica insula urbs,
Ptolemao. Scala di Canello eam appellat
Leander.
- CANENTELVM, κανέντελον Ptolemao est
Gallia Aquitania fluvius. CARANTO-
NVS Aufonij videtur. Fortè hodie Cha-
rente. Vide ELAVER.
- CANGANORVM Promontorium, Albio-
nis insula, versus Occidentem. Gogarth ho-
die Humf. Lhuydus. Ptolemaus GANGA-
NOS, γανγανοί, per G. legit. CANGO-
RVM meminit Tacitus. Hos idem Hum-
fredus scribit. Gannock Anglice, & Di-
gantw Britannie hodie appellari.
- CANINEFATES, Batavorum insula par-
tem habitant, auctore Tacito. CANNV-
NEFATES eos vocat Plinius. CANNA-
NEFATES dicuntur in quadam antiqua
Inscriptione. Kennemerlander, B. Rhena-
no sunt. De Veluwe, Henr. Aquilio.
- CANINI Campi, Rhetorū sunt, apud Mar-
cellinū. Graupundner Germanicè, Gri-
soni Italicè vocantur. teste Schudo. Vide
RHÆTI.
- CANNA, Aeolidis opidum Pomponio Mela.
CÆNE Promontorium, καινὴ ἀκρᾶ, vocat
Ptolemaus. CANÆ Strabo. qui hoc tractu
sic quoq; promontorium sive montem appel-
lat, qui & ÆGA, αἴγα, vocatur, à quo Mare
Aegeum nomen habet. Vide Strabonem lib.
13. ÆGATES, αἴγᾶτις, nominatur à Ste-
phano. qui addit CANÆ & CANE, κεί-
να κείνη, dici. Vide AVFIDVS.
- CANNÆ, vide CANVSIVM.
- CANNANEFATES, & CANNVNE-
FATES, vide CANINEFATES.
- CANOPVS, & CANOBVS, Aegypti urbs
Ptolemao, ad Heracleoticum Nili ostium.
κάνωπ, per P & per B legitur. Bochir,
ut Zieglerus vel Bichieri, ut & Guiland-

- nus Castaldus habet, nunc appellatur. Non
longè ab hac urbe, uti dico, Nili ostium est.
quod Mela inde CANOPICVM nomi-
nat. Idem est Ptolemao HERACLEO-
TICVM, ἡρακλεωτικόν, & Plinio fortasse
NAVCRATICVM. Hoc estium Rō-
setto nuncupari, ab opido eius nominis, illi
imposito, ait Marius Niger.
- CANOVACI, Scotia olim populi, qui hodie
Lennoxiam, Argadiam, & Lornam ha-
bitant; Humfredus Lhuydus. Vereor ne men-
dum typographicum sit, ut pro Canovaci,
CARNONACÆ, καννονάκαι, legendum sit.
horū enim Ptolemaus hoc tractu meminit.
- CANTABER, vide ARAGVS.
- CANTABRI, κάνταβροι, Hispania populi,
ad Oceanum Cātabricum: Santullana Ta-
rapha: Guipuscoa Clusio. Biscaya Aug.
Curioni. Regiones sunt conterminae, hodie sic
appellatae.
- CANTHAPIS, κανθάπις, Carmania opi-
dum, Ptolemao. Calécut Nigro.
- CANTHI Sinus, κανθί, ad ostia Indi fluminis,
apud Ptolemaū. Golfo de Cambaia And.
Resendio. BARACE, βαράκη, vocatur ab
Arriano, in suo Periplo. quo nomine insula
est in eo Sinu, apud Ptolemaum. SARO-
NITICA Syrtis vocatur sinus hic à Plu-
tarcho, in Libello de Fluminibus.
- CANTIOEBIS, καντιοίβις, Germania urbs
est Ptolemao. quam Pet. Appianus Ara-
berg vocat.
- CANTIVM, κέντιον, Britannia insula pro-
montorium Orientale, Straboni; & κέν-
τιον Ptolemao. Hodie Kent vocatur totus il-
lius promontorij tractus. ipsum autem pro-
montorium puto hodie The North For-
longe appellari. Maritima eius pars versus
Orientem LITTVS SAXONICVM
postea dicta fuit, in lib. Notitiarum.
- CANVSIVM, κανύσιον, Apulorum Daunio-
rum opidum, Ptolemao. ad Aufidū fluvium,
Plinio & Pomponio testibus. Idem esse cum
CANNARVM vico Romanorum clade
nobili, asserit Leander. Cui quod minus as-
sentiar, faciunt Livius, Strabo, Plinius, qui
uniusque meminere. Procopius item scribit
Canusium distare à Cannarum vico viginti
quinque stadiis.

CAPARRA, καπαρρα, Lusitania urbs, Ptolemaeo. Capparra dicit hodie nominari Clusius. sed is Baticam finitimam illi regionem ponit. & CAPARRA duplici RR, in antiquis inscriptionibus legi, addit.

CAPE, καπε, Ptolemaeo Africa Propria urbs, ad Syrtim minorem sita. Caps vocat Castaldus. THACAPA habent hoc loco Latina Ptolemai exemplaria.

CAPELLATIVM, vel PALAS, Alemania regionis nomen est, apud Marcellinum. Hodie Pfaltz, vel Pfaltz; graeclisch dicitur vulgo. Latinum vulgus Palatinatum vocat. ut B. Rhenanus docet. Ioannes Heroldus ex hoc Capellatio ipsam Heydelbergam, Palatinatum huius urbem primariam, facit. Munster tractus est quaeitur Francofordia Heidelbergam, Bergstras dicitur.

CAPENA Porta, Urbis Romae: S. Sebastiani, nunc vocatur. Marlianus.

CAPENATES Plinio, **CAPINA** Catoni, Tuscia urbs: **CAPINNA**, καπίνα, Stephano: Canapina, hodie, castellum ut Leander vult.

CAPER, vel **CAPRVS**, ut Ptolemaeus, κάπρος, Assyria fluvius. Hunc scribit Mar. Niger à Curtio **BVMELVM** vocari. Scio Curtium hoc tractu flumen habere, cui **BVMADO** nomen est: sed idem cum hoc esse, non assero. Quem Curtius Bumado vocat, eundem Arrianus Bumelum, Βεμυλὸν nominat lib. 6. sed idem etiam Bumado, Βεμυλὸν, hunc appellat lib. 3. Apud Gangamelam eum describunt. Est etiam Caprus Asiae Minoris fluvius, Straboni & Plinio.

CAPHARSAMALAH, vide **ANTIPATRIS**.

CAPHEREVS, καφηρεὺς Ptolemaeo Euboeica insulae promontorium. Stephano quoque **CATHEREVVS**, καθηρεὺς, dicitur. A Lycophrone **ZARAX**, ζαράξ, appellatur, Isacio sic interpretante. cui etiam **XYLCPHAGOS**, ξυλοράγος, dicitur. Sic etiam Sophiano. cui etiam Chimi hodie est. Figeira Nigro & Theveto est.

CAPHTOR, vide **PELVSIVM**.

CAPHYRIDA, vide **RHODVS**.

CAPINNA, vide **CAPENATES**.

CAPIONIS TVRRIS, καπίων & πύργος, Straboni opus mirabile, saxo impostum. Clusius subdubitatur num sit Chipiona

opidum hodie. centum stadiis à Batis ostio distans.

CAPITINA, & **CAPITONIA**, vide **CAPYTIVM**.

CAPITOLINVS Mons, Urbis Romae qui ante **TARPEIVS**, & **SATVRNIVS** dicitur fuit. Ex Ter. Varrone, & Fab. Victore. Nostri **CRONIVM**, κρόνιον, dixerunt, inquit Halicarnassens lib. 1. ταρραῖον, per PH, habet Stephanus. Herodianus καπτωλειον, sex syllabis scribit. In hoc monte **CAPITOLIVM** postea exstructum fuit, quod hodie Campidoglio vocant.

CAPNOBATÆ, vide **MYSIA**.

CAPPADOCIA, καππαδοκία, Asiae Minoris regio. Hodie Almasia est Iacobo Castaldo; Genech Theveto; Toccatu Alalulien Pineto. Straboni & Halicarnasseo haec Cappadocia quoque **LEUCOSYRIA** dicitur, λευκοσυρία, **ASSYRIA**, **SAREAM** olim dictam Stephano, scribit Henricus Stephanus in suo Dictionario. **CAPTHORIM** Hebraeus dici, docet ex Onkelo Arias. Iosephus lib. Antiquitatum 1. dicit Hebraeis **MESCHINI**, μεσχοι, nuncupatos incolas. Cappadoces à Graecis **SYROS** nominari, scribit Herodotus, lib. 1. Strabo tradit Cappadociam in duas satrapias à Persis divisam in eam quam proprie **CAPPADOCIAM**, & **CAPPADOCIAM AD TAVRVM**, item **MAGNAM** cognominarunt: & alteram quam **PONTIVM**, & **CAPPADOCIAM PONTICAM** dixerunt. Hac Pontica eodem auctore, sub Archelao rege, in quinq; praefecturas distincta fuit. in **LAVINASENAM**, λαυιναστηνὴν, nempe, **SARGVSENAM**, σαργυστηνὴν, **SARAVENA**, (hoc in Graeco non invenio,) **CAMMANENA**, χαμμαννί, & **MORIMENAM**, μωρμην. In totidem quoque, quam **Magnam** dixit, scilicet in **MELITENAM**, μελιτηνὴν, **CATAONIAM**, καταονία, **CILICIAM**, κιλικία, **TYANTIM**, τυαντίς, et **ISAVRITIM**, ισουρίτις. sed quod hic quoque addam, est, quod Ptolemaeus **SARGARAVSENA**, σαργαρευσηνὴν, & **GARSAVRIA**, γαρσαυρία, legit. Apud eundem Melitena, Cataonia, & Lavianensis, in Armenia Minore; & **ISAVRIA** in Galatia ponuntur. Cappadocia regionibus

- gionibus iungit Plinius lib. 6. cap. 3. GAZACENAM, & COLOPENAM. Liber Notitiarum habet HONORIAM Cappadocia regiunculam: huius mentio etiam fit in Novellis Iustini. Appianus de bellis Syriacis nominat quoque CAPPADOCIAM SELEUCIDEM, à Seleuco rege sic cognominatam.
- CAPRARIA, καπερία Ptolemæo insula inter Italiam & Corsicam. Hanc Græci ÆGILON vocant, Plinio auctore. Meminere huius etiam Pomponius, & Rutilius. Capraria hodie adhuc dici autumo.
- CAPRARIA, Plinio una ex Fortunatis insulis quam Niger putat CASPERIAM, καπερία Ptolemæi esse. & eandem Forteventura interpretatur. Vide PULLARIÆ.
- CAPRASÆ Antonini, Tarsia Calabriae urbs est Gab. Barrio.
- CAPRASIA, unum ex Padi ostiis, Plinio. hodie Magna vaccha, Blondo & Leandro.
- CAPRÆ, insula arce Tiberij principis nobilis, inquit Plinius. In Mari Fyrreno. CAPRIENE, καπερινόν dicitur Stephano. CAPRÆA, καπρέα, habet Ptolemæus. Nuncupatur SENARIA quoque Martiano (si locus sincerus est,) cum scribit, In octavo milliaro Capræa Senaria dicta. TELON putat à Silio vocari, Mar. Niger, & hodie adhuc à nautis Capri. Leander nunc Campanella dici, scribit. Telonus meminit Silius lib. 8.
- CAPRILIA, appellatur ager qui vulgo AD CAPRÆ PALVDES dici solet. Festo auctore. Meminit eius Livius lib. 1. iuxta Urbem erat.
- CAPTHORIM, vide CAPPADOCIA.
- CAPVA, κάπυα, Stephano, Plinio & cæteris. καπύον Ptolemæo. Nobilissima Campania urbs. Antea VULTURNVS dictam, scribit Livius. & OSCAM prius vocatam, tradit Sempronius. IVLLIA CAPVA FELIX dicitur apud Frontinū. Onuphrio teste. Que hodie Capua est, distat à veteri duob. millibus P. ut scribūt Leander & Carrasa. in veterib. autē ruinis hodie tantū extare Templum D. Mariæ Gratiarum idem narrāt.
- CAPVT PADI, κεφαλὴ τοῦ ποταμοῦ Ptolemæo; Sive ERIDANI, ut Leander illud

- vocat qui hodie Coderea dici, ait.
- CAPVA, vide CAPVA.
- CAPYTIVM, καπύτιον Ptolemæo, Sicilia urbs, que Ciceroni CAPITINA, & Antonino CAPITONIA est.
- CARABIS, vide CARAMBIS.
- CARACCA, κάρακκα, Hispania Tarracōnēsis opidum, Ptolemæo; in Carpitaniis. Rio de Henares aliquibus. Sed Caspar Varrerius Guadalajara interpretatur. & dicit Antonino ARRIACA dici.
- CARALEIS, vide CALARIS.
- CARAMBIS, κάραμβίς Ptolemæo Galatia promontorium. Sine M scribit Arrianus in suo Periplo, CARABIS. Eustathij tempore antiquum nomen adhuc retinebat. A Sophiano autem Cabo Pisello dicitur.
- CARAMBYCIS, Plinio Hyperboreorum fluvius, apud quem Hyperboreorū montium iuga desicere ait. Idem à Stephano CARAMBYCA, κάραμβυκα, vel, ut alio in loco habet, CERAMBYCA per E, vocatur. Apud hunc Carambycas populos, & ἐλιζοίαμ insulam describit.
- CARANTONVS, vide CANENTELVM.
- CARBANIA, Pomponio est insula Mediterranci Maris, Italico littori obiacens. Hæc æstimat Hermolaus BARPONA à Plinio dici, lib. 3. cap. 6. In excusis tamen codicibus, hoc loco (& parva) legitur. Vide eius Castigationes.
- CARBILE, vide BABYTACE.
- CARBONARIA, unum ex Padi ostiis, Plinio. Fornaci Leandro.
- CARBONARIVS SALTVS, huius mentio est apud Greg. Turonensem, & Sigebertum, circa annū 445. Becano Dlandt: van Auyck, id est, Leodiensis diæcesis, videtur. Vide HAGINOIA.
- CARCASSVM, Gallie Narbonensis opidum, Plinio. CARCASO, κάρασσώ, habet Ptolemæus. Carcassone vocat Ioan. Poldus.
- CARCESIA, vide AMORGVS.
- CARCHEDON, vide CARTHAGO.
- CARCINITES, Sinus, Fawoscytharū est, Pomponio; ab Carcino sic dictus. CARPINITES docet legendū esse. apud Strabonē, Hermolaus. καρπινίτις, habet Græcus Strabo. GERCINETIS, κερκινίτις, habet Arrianus.

- Arrianus, in Periplo Maris Euxini. TAMY-
RACEM appellat eum quoque Strabo lib.
7. ab eius promontorio. Golfo de Nigro-
poli video in membranis navigatoris vo-
cari. CARCINITVS, καρκινίτος, est a-
pud Ptolemæum. Apud eundem est hoc tra-
ctu eius nominis quoque fluvius; quem Villa-
novanus HYPACIRIM Pōponij esse, ait.
Sed & HYPACARIS fluvius hoc loco apud
Herodotum habetur. de quo vide suo loco.
- CARCINVM, Magna Græcia promonto-
rium, Plinio quod longissimum Italia dicit.
Sed vetus lectio COCINTHV M habe-
re, ex Polybio monuit Hermolaus. Cabo de
Stillo vocat L. Albertus. Cocinthum dicit
Hedius hodie Cabo di Spartivento dici.
- CARCINVM urbem habet etiam hoc
tractu Pomponius circa Petikiam; pro qua
substituit ex Philisto, idem Hermolaus,
CALCINVS. Carcinostamen hoc tractu
alicubi locū debere habere ex Carciniorum
numis, quos Goltzius prodit, videtur.
- CARDAMYLA, καρδαμύλη, Laconia opidum,
in Pelopōneso. Ptolemæo. Sapico Nigro est.
- CARDIA, vide LYSIMACHIA.
- CARDVCHI, vide CORDVENI.
- CARENI, καρηνί, Albionis insulae populi; a-
pud Ptolemæum. Lognhabria, in Scotia,
Humf. Lhuydo.
- CARENTANI, Germania populi sunt,
Boariis vicini; Luitprando, Sigeberto, a-
liisq; eius seculi scriptoribus. Sed CHA-
RANTANI etiam vocantur, apud eun-
dem Sigebertum.
- CAREPVLA, καρπύλα, Ptolemæo Mau-
ritania Cesariensis urbs. A nostris hodie Bat-
talia, à Pœnis verò Gira flumar dicitur,
Iovio teste. Castaldus Mustaganin vocat.
- CARETHA, Lycij maris insula: quæ post-
ea DIONYSIA dicta fuit, Plinio au-
ctore. Gironda verò hodie, si Nigro credi-
tur. Virgilio Aeneid. lib. 3. DONYSA,
Tacito lib. 4. DONVSA, quam aquæ e-
genam scribit. Stephano DONVSI A, Do-
vουσία, est.
- CARIA, καρία, Ptolemæo Asia Minoris regio.
Huius incolæ prius HOETINES, ἡοτινες,
appellatos, itē LELEGES, λέλεγες, scribit
Herodotus. Sed Hætimes vocabulum, popu-

- los significat. & qui vertit, ex appellativo
propriū ignorāter fecit. hoc annotavit H. Ste-
phanus in suo Herodoto. Hos populos MA-
SOLOS, μασωλοί, quoque nominat Ste-
phanus, à Mausolo eorum rege. Cariam et-
iam PHOENICIAM nuncupatam à Co-
rinna & Bacchylide, refert Athenæus lib. 4.
CARIAM urbem habet etiam Stephanus
in eadem regione, quam Ptolemæus in Ly-
cia describit, regione finitima) quam Pli-
nius CRIAM Fugitivorum cognominat.
Cariam etiam CHRYSAORIDAM vo-
catam, χρυσαορίδα, scribit ex Epaphrodito
Stephanus. Livius lib. 37. habet Cariam,
quæ HYDRELA appellatur. Plinius etiam
hoc tractu Hydrelitarum populorum me-
minit. Sed urbem Cariam, Ptolemæus per
ypsilon legit, κάρυα. Et Pausanias eam Ca-
ryas numero multitudinis (ut annotavit
Hermolaus) nominat. Vide COS.
- CARIARA, vide LVNA.
- CARIATHARBE, vide HEBRON.
- CARIATHSEPHER, vide DABIR.
- CARIBETE, vide CAMBETIS.
- CARIETES, Plinio sunt Hispania populi,
in Conventu Cluniensi. Ciria, Pinetus in-
terpretatus est.
- CARINÆ, locus in Vrbe Roma: qui postea
CERIONIA, dictus est. Varro.
- CARINE, καρίν, Media urbs, apud Ptole-
mæum. Cherima, dicitur Nigro.
- CARION, vide DVBRIS.
- CARIS, vide COS.
- CARISA, vide AVRELIA.
- CARISIACVM, legit Pet. Divæus in Iti-
nerario Antonini; & dicit Cressi designare
Gallie Belgica opidulum.
- CARITNI, καριτινί, Wirtenberger / Ger-
maniae populi, apud Ptolemæum. Vide CAT-
TI, & DECVMATES.
- CARLINGA, vide FRANCIA.
- CARMANIA, καρμανία, Asia regio, quam
Ptolemæus duplicem facit. quarum alteram
Desertam cognominat. Hæc Dulcinda à
Girava dicitur; Narlinga à Iovio; Cher-
man à Nigro. Illi verò Turquestan voca-
tur à Girava, & Heracaian à Ioan. Bar-
rio. RHAGMA Hebrais est. teste in suo
App. Biblico Aria.

- CARMANIVS**, vide **PANGÆVS**.
CARMANOR, vide **INACHVS**.
CARMANORIVS, vide **TMOLVS**.
CARMASIVM, vide **OECHALIA**.
CARMELVS, *Palæstina mons: nunc Carmene dicitur: Postello. Vide ECBATANA.*
CARMENTALIS Porta, *Vrbis Romæ. que SCELERATA etiam dicta fuit: Festo & Servio auctore.*
CARMON, κάρμων, *Hispaniæ Baticæ urbs est Straboni. CHARMONIA, χαρμονία apud Ptolemæum legitur. CARMO habent numismata. Carmona fortè hodie.*
CARNASA, *India intra Gangē urbs Ptolemæo. Curdem hodie, ut Gerardus Mercator ait. Sed in Græco Ptolemæo non Carnasa, sed CÆSANA, καισαρά, legitur.*
CARNASIVS Saltus, καρνάσιον ἄλσος, *Pelopōnesi vicus, in Messenia regiuncula: olim OECHALIA, διχαλία, appellatus, ut Pausanias tradit.*
CARNI, κάρνοι, *qui quondam TAVRISCI, nunc NORICI, inquit Plinius. Alpium incolæ sunt, hodie Krainer dicti. trāspōsitus litterulis R & A, ut Vadianus vult.*
CARNICÆ Alpes, vide **IULIÆ**.
CARNICVM IULIVM, ἱέλιον κάρνικον *Ptolemæo Norici opidum. hodie Villach & Villaco dictum. inter Alpes situm, in Carinthia regione. Sic interpretantur Aventinus, & Pyramius. Sed Leandro Goritia est. & Zuglio Simlero. Divinent qui loci peritiores me sunt.*
CARNOSA, vide **CORNVS**.
CARNVS, κάρνης *Ptolemæo urbs Pannoniæ Superioris est. Wolfg. Lazius destructā dicit, & in eius loco Monasteriū D. Petronelle dicatū, superesse scribit. Idem scribit quoque CARNVNTIVS dictam. CARNVNTI meminit Plinius lib. 37. cap. 3. & lib. Notitiarum, in Pannonia Prima: item Itinerarium Antonini.*
CARNVTES, *Celtarum populi, in Gallia; apud Casarem. Chartres hodie est, Orontio, in sua Gallia tabula. item Vigenereo.*
CAROTHVS *Cyrenaiæ regionis urbs, Antonino; Carcora Mercatori.*
CARPATES, καρπάτες, *Sarmatiæ Europææ mons, Ptolemæo. Pro varietate locorum & idiomatum, varia sortitur nomina. La-*

- zius in paginis excusis, quas Tabula sue Hungariæ adiecit, dicit eum Hungaricè Tartzal, & Germanicè Den Munch/Batter/Wurtzgartten/&Schneberg vocari. Apud Aventinum sunt eius nomina Chremnitz & Semnitz. Huius altissima iuga, qua Solino SARMATICI Montes dicuntur, (inquit Wernherus) quique sunt inter Moraviam & Hungariam, & Danubium attingunt. Schneberg Germanis, & Tatri Slavorum lingua hodie vocantur. In Andrea Pogradij tabula Polonia video horum montium tractum qui est inter Hungariam, Transsylvaniam & Poloniam Crapack vulgò, & Biescid à Russis dici. Carpatem montem SVEVVVM olim nuncupatum, scribit Ioachimus Cureus, & Melanchthon. sed nescio quis veterum Suevi montis meminerit. Plinius SEVO Germaniæ montem magnum habet.*
CARPATIVS, κάρπαθος, *insula Asiatica, eius maris quod ab ea nomen sortitur. Hæc Homero CRAPATHVS, κράπαθος, dicitur, ut scribit Strabo. Sophianus scribit hodie Scarpants vocari.*
CARPEIA, vide **CARPIA**.
CARPENTORACTE, *Plinio est Galliæ Narbonensis opidum, quod I. Poldus Carpentras appellat.*
CARPESII, vide **CARPITANI**.
CARPESVS, vide **CARTEIA**.
CARPIA, καρπία, & καρπεία *habet Stephanus, opidum insulare, in ostio Batis fluvij, quod Pausanias tradit antiquitus TARTESSVM vocatum fuisse. Huius meminit etiam Strabo, lib. 3.*
CARPIS, καρπίς, *Pannoniæ Inferioris urbs; Ptolemæo. Carpen Lazio est.*
CARPIS, κάρπις, *fluvius sic dictus, & alter ALPIS, ἄλπις, nominatus, ad ventum Aquilonem, in Istrum exeunt, inquit Herodotus. Vterq; ut Peucerus tradit, suum nomen retinet. Carpin, Cruppam & Crapin; Alpin Album vocant hodie.*
CARPITANI, καρπιτανοί, *Hispaniæ Tarraconensis populi, apud Ptolemæum. Hos Villanovanus Regnum Toletanum interpretatur. Carpitanos ubiq; à Polybio CARPESIOS, καρπισίος, vocari, annotavit Sigonius in Livium.*

CARREA, quæ quoq; **POTENTIA** Plinio. Tuscia urbs mediterranea est, quæ hodie Carrara dicitur Leandro.

CARRHÆ, κάρραι Mesopotamia urbs Ptolemao, & aliis ad Chaboram fluvium; Crassi nobilitata clade. Hæc nunc nominari, scribit Niger. Hanc Aethicus, & liber Notitiarum **CHARTA** vocant, ut observavit Simlerus. **CHARAN** Hebræis est Abrahami habitatio.

CARRHÆ, Arabiae urbs Plinio, ubi muros domosq; ex massu salis faciunt, aqua ferum ruminantes. Videtur mihi eadem cum Ptolemaei, quam in Mesopotamia statuit; Plinius enim hanc partem Mesopotamiae Arabiam, & Merorum regionem appellare, ex iis liquet, quod Euphratem perfracto Tauro monte, scribit Arabiam à leva habere. deinde ponit in hac Arabia Edessam & has Carras. quæ Ptolemao Mesopotamiae urbes sunt, sub Tauro monte sitæ. Unde errare constat Alexandrum Zardum, qui hanc cum Gera Ptolemaei quæ est in Arabia Felici, ad Sinum Persicum confundit. additq; hodie Berou vocari. Scio etiam Carras esse in Arabia Felici, apud Pomponium & Stephanum. sed eæ ad Sinum Arabicum sunt. Et si hoc non sit synonyma scribere, libuit tamen hic de eo studiosos admonere, ne Carrhas quæ sunt in Mesopotamia, pro Gera, quæ centum quinquaginta plus minus milliaria hinc distant, accipiant. **GERA** Ptolemaei, (quam idem Zardus ab Antisthene **GERRHA** appellari tradit) Berou hodie vocari, non infirior. et si Castaldus **BILÆNAM**, βιλαινα, quam huic proximam scit Ptolemaeus, sic nominet.

CARRODVNUM, κάρροδύνον, quatuor huius nominis oppida sunt apud Ptolemaeum. atque hæc ferè omnes in Germania. Primum in ipsa Germania ab ipso describitur. hoc Pet. Appianus **Urahow** Polonia regiam interpretatur. **GRACCOPOLIM** appellat Bonfinius. Alterum in Vindelicis ponit, hoc **Urainburg**, iuxta **Wasserburgum**, ad **Oenum** fluvium est Pirhaymero auctore. Tertium Pannoniae Superioris est. **Uharburg** fortè hodie, in Stiria nisi nominis allusio fallat. Quartum super Tyram flumen, in Sarmatia Europæa collocat; quo nomine autem

hoc nostro tempore vocetur; indigenis, quibus locorum situs cognitus est, divinandum relinquo.

CARSEOLANI, Aequiculorum populi sunt, in quarta regione Italiae. ut refert Plinius. Livius quoque eorum meminit. **CARSIOLI**, καρσιόλοι, habet Ptolemaeus. καρσέολοι, Strabo. Arceolo ponunt nunc hoc loco Blondus & Leander.

CARSVLI, κάρσαλοι, Straboni, & **CARSVLANI** Plinio. Umbriae populi in Italia sunt. Carfula Leander nominat.

CARTANA, vide **TETRAGONIS**.

CARTEIA, καρτήια, Ptolemao Hispaniae Beticæ urbs est, ad Fretum Gaditanum.

TARTESSVS, ταρτησός, Græcis appellatur, Plinio & Strabone testibus, (et si hic quoque aliam ab hac Tartessum, in ostio nempe Batis describat, cuius, ni fallor, meminit Livius lib. 42. quam ad Oceanum ponit.) **CARPESVVM**, κάρπιος, eam vocat App. Alexandrinus. Episcopus Gerundensis scribit eam quoq; **MELLARIAM** dictam. Plinio tamen Mellaria aliud est oppidum. Hæc Carteia à Clusio nominatur Cartagena; & ab Augustino Curione Tariffa, cui Becanus suffragatur.

CARTENNÆ, καρτένναι, Mauritaniae Caesariensis urbs, apud Ptolemaeum. Mazza gran vocat Castaldus. Cirçelli Ioannes E-tropius, in Diario expeditionis Tunetanae.

CARTENVVS, καρτένναι, Ptolemao Mauritaniae Caesariensis flumen. quod Castaldus Mina interpretatur.

CARTHADA, vide **CARTHAGO**.

CARTHAGO Latine, **CARCHEDON**, καρχινδών, Græcè. Africa quondam caput & Romani honoris amula. Nihil huius hodie præter ruinas extat. Hanc Stephanus scribit quoque **OENVSSAM**, οίνσσα, & **CÆNEPOLIM**, καίνιπολις, nominatam. Eustathius dicit eam **CACCABE**, κακκαβή, & **CADMEIA**, καδμεία dictam. A Suida **AFRICA**, ἀφρική, & **BYRSA** appellatur. Hadrianum Imp. eam **HADRIANOPOLIM** nominasse, Spartianus literis mādavit. Commodus Imp. **ALEXANDRIAM COMMODIANAM TOGATAM** ridiculè nomen dedisse, Lampridius auctor est. Prius **CHARTADA** vocatam

vocatam dicit Solinus; postea IVNONIAM: fortasse, quod hic illius arma, hic currus fuit; ut inquit Poeta. THARSIS in Sacris Bibliis dicitur, ex Suida, et Eustathio Hermolaus, & alij restantur. Byrsa apud Appianum & alios auctores nonnullos, non est nomē commune toti Carthagini, sed arcitatum. MEGARA, μέγαρα, etiam in ea erat locus mœnibus circumseptus; eodem Appiano auctore. Incolas huius urbis POENOS, & regionem PUNICAM vocat auctores. Hanc Tharsin Carthaginem (ut hoc parergi loco adijciam) à Didone extructam non fuisse scribit Budeus, lib. 4. de Asse. probatq; id ex Iosepho; qui tradit eam à Tyriis conditam; centum & quinquaginta annis post Salomonē. Stephanus quoque Carthaginem in Armenia habet.

CARTHAGO NOVA, in Hispania Tarracoenfi, Contestanorum maritima urbs, Ptolemæo, & aliis. Hanc auctores, ut Antoninus & Appianus SPARTARIAM, σπάρταγένην, cognominant. Idem Appianus putat prius SAGUNTVM appellatā sed postea ab Annibale excisam, & Carthaginensium coloniam factam, Carthaginem Spartagenam nuncupatam. Sed hanc Carthaginem & Saguntum duo & diversa opida esse, lippis & tonsoribus, ut dicitur, notum est. At hoc condonandum est homini Græco & peregrino, & cui Hispania minus cognita fuerit. veluti qui scribat Iberum fluvium in Septentrionalem Oceanum evolvi: cum in Mediterraneum exeat. Hanc Carthaginem quoq; CÆNOPOLIM, ut Libycam, appellari scribit Stephanus. Idem Polybius lib. 2. Hodie Cartagena nominatur.

CARTHAGO VETVS, Ptolemæo Elarcæonum urbs est, in Hispania Tarracoenfi. Villa Franca Pœnorum hodie dicitur, scribit Episcopus Gerundēsis. Cantavilla esse, scribunt Varrerius, & Beutherus.

CARTRIS, vide CIMBRICA Chersonesus.

CARVANCAS, καρβάγκας, Norici mons, apud Ptolemæum. Pyramus in sua Germania tabula Prenner interpretatur: etsi male Carvacas habet, sine N.

CARVONIS, Antonino. Græve est Simlero opidum ad Mosam, in Gelria ducatu.

CARVRA, vide ORTOSPANA.

CARYA, vide CARIA.

CARYSTVS, κάρυς, Eubæa insula opidum Ptolemæo. CHIRONIA, χιρωνία, & ÆGÆA, αἰγᾶ, apud Stephanum quoque dicitur. Sophianus auctor est hodie Caristo nominari.

CASÆ CÆSARIANÆ, vide AD FINES.

CASALVS Sinus, κασάλος, ad Corsicam insulam, Ptolemæo. Golfo di S. Florentio, Pineto: Capo di porto, Leãdro appellatur.

CASANDREA, vide CASSANDREA.

CASII, vide PELVSIVM.

CASILINVM, κασίλιον, Campanorum in Italia urbs, Ptolemæo. Castelluzzo apud Leandrum Alb. est. Vide VULTVRNVS.

CASINVM, κάσινον, Plinio & Straboni Latij opidum. Mar. Niger S. Germano vocat. Sed de eo hoc Diaconus, Castrum Casinum, quod CLARVM appellatur.

CASIOPE, ἡ κασιόπη, Ptolemæo urbs Chaoniae regionis, in Epiro. Casopo Sophianus appellat. Niger autem Santi quarata.

CASIVS, Mesopotamiae mons Ptolemæo. Sed MASIVM, μάσιον, legunt Græci codices. Lizon hodie vocatur, si quis Nigro sidem adhibeat.

CASIVS Mons Arabia, circa Pelusium Plinio: Ptolemæo CASSIVM, κάσιον, videtur. In eo Iovis Casij delubrum, & Pompeij Magni tumulus. Latisse vocatur Thevetó.

CASOS, quæ ACHNE olim; Plinio teste. Carpathij maris insula est. Casso nunc vocari, Sophianus perhibet. Idem Plinius alio in loco Sporades insulas enumerās; CASVS quæ ASTRABE, inquit an eadem sit, videant alij. Stephanus certè Casum inter Cyclades ponit eamq; AMPHE, ἄμφη, & ASTRABE, ἀστράβη, dictam addit. Vide SINOPE.

CASPAPYRVS, κασπάπυρος, Gandarorum urbs, Stephano à Scythis ACTE, ἄκτι dicta.

CASPIÆ Portæ, Plinio, vel πύλαι Ptolemæo: CASPIARVM Claustra à Tacito appellatur.

CASPII, κάσπιοι Ptolemæo Asiae populi Horum regionem Castaldus Sarama vocat.

CASPIRA, κάπειρα, India intra Gangem urbs, apud Ptolemæum. Cospetir dicitur Gerardo Mercatori.

- CASPIVM** Mare, vide **HYRCANVM**.
CASPIVS Mons, vide **CAUCASVS**,
PHASIS, & **TAVRVS**.
CASSANDREA, Plinio. Ptolemæus simplici s scribit κατάνδρεια. Vrbs maritima Macedonia est. Pausanias & Stephanus scribunt olim **POTIDÆAM**, ποτίδεια, dictam. Hodie Cassandria appellari, Sophianus testatur. Bellonius tamen in suis Observationibus eam Schriatto nominat & in libro suo de avibus Stechio habet. in alterutro typographi mendum esse vereor. **PIDNA** antiquitus dictam refert Chalcondilas. Pidna tamen aliud est opidum Ptolemæo, hoc eodem littore.
CASSI, Britannia Insula populi, apud Cæsarem: quos Glareanus Gasserer vocat.
CASSII FORVM, vide **FORVM CASSII**.
CASSILIACVM, Rhetia prima est opidum, in lib. Notitiarum. Romakessel vocat Beat. Rhenanus.
CASSIOPE, κασίοπη, Thesprotiorum in Epiro urbs, Ptolemæo. Straboni promontorium est, quod & **PHALACRVM**, φαλακρόν, vocat. ut intelligit Aquæus, in suis Commentariis Plinianis. Cogniza hodie vocari, scribit Niger.
CASSIOPE, Ptolemæo Corcyra insula urbs. S. Maria Cassopo, Moletius: Ioannina Sophianus indigitat. Vide **CORCYRA**, & **ZACYNTHOS**.
CASSIPOLIS, vide **SERREPOLIS**.
CASSITERIDES Latinis, **CATTITERIDES**, καττιτερίδες, Græcis, ut Ptolemæo & Straboni. **HESPERIDES**, ἠεπερίδες, quoque appellantur à Dionysio Alexandrino qui eas contra omnes Geographos ad Sacrum Promontorium describit. alij omnes namque & circa Nerium prom. ponunt, & stanni fertiles dicunt. Hermolaus subdubitat, num sit **MICTERIS** Plinij, quia candidum plumbum in ea provenire addit. Sed alij hoc loco apud Plinium **MICTIM** legunt. Ego illi non assentior. Plinius enim ipse Cassiteridum quoque meminit. **CASSITIRA** κασσίτης, habet Stephanus numero ab aliis differenti. quod aliquoties inter bonos contigit, etiam in aliis. Bisargo eas vocat novo vocabulo Pet.

- Olivarius, in suis Commentariis in Melam. sed nisi fuerint illa quæ hodie ab Hispanis Açores nominantur, dicam cum Herodoto, me Cassiterides non nosse.
CASSIVM, Latinis dicitur, quod vulgò Caselle vocant, ut Leander tradit. Opidulum Lombardia Cispadana.
CASSIVM, vide **CASIVS**.
CASTABALA, κασάβαλα, Cilicie urbs, Ptolemæo. **PERASIA**, περγασία, prius dicta Stephano teste. Sed is quoque Castabala in Phœnicia ponit.
CASTALON, vide **CASTVLO**.
CASTAON, κασαών, Hispania urbs Straboni non procul à fontibus Batis fluminis. Villanueva d'Alcaraz Car. Clusio.
CASTELLANI, κασελλανοί, Ptolemæo sunt Hispania Tarraconensis populi. Hi hodie Catalanes videntur Floriano. Ducatus Cardone interpretatur non solum à Villanovano, sed & à Varrerio cui non parum tribuo.
CASTELLVM, κάσελλον, Menapiorum, in Gallia Belgica, apud Ptolemæum. Kessel vocant Hub. Leodius, & Pet. Divæus, opidum est ad Mosam. ubi illud quoque Ammianus describit, lib. 17. in regione quæ vulgò Cuyck dicitur.
CASTELLVM Morinorum, ex Itinerario Antonini citat Divæus: quod Kassel, cognomine op den berch interpretatur. Opidum est in monte situm, in Flandria Occidentioris tractu.
CASTELLVM AQRARVM, vocant Rhenanus & Althamerus Baden urbem, Badensis marchionatus primariam. idque colligit ex Taciti Annalium libro 17. ubi scribit à Cæcina castellum (quod Helvetij suis militibus & stipendiis tuebantur) in modum municipij extructum esse. additq; locum esse amœnum, & salubrium aquarum frequentem.
CASTELLVM Parisiorum, vide **LEVCODECTA**.
CASTELON, ex eius loci Inscriptionibus vetustis, tradit Clusius id opidum esse Cathalonie quod hodie Castello de Ampurias vocant.
CASTHENES, vide **LEOSTHENIVM**.
CASTORVM LVCVS, ad duodecimum lapidem

lapidem à Cremona distans, ut Tacitus habet, lib. Ann. 18. CASTORIS LOCUS vocatur Orosio, lib. 6. cap. 8. Sed an hoc varia lectio, an potius synonymia tribuendum sit, affirmare non ausim.

CASTRUM ANNIBALIS, Magnæ Græciæ Portus, Plinio. Le Castelle, Leandro Alberto.

CASTRUM GECILIA, Hispaniæ urbs Plinio. Pinetus Caçeres ex ea facit. Ego eam cum Varrerio, pro S. Maria de Guadalupe habeo.

CASTRUM FLAVIANA, vide ALA FLAVIANA.

CASTRUM IVDÆORVM, vide BVBASTVS.

CASTRUM IVLIA, Plinio Hispaniæ urbs. Trugillo, Cass. Varrerio.

CASTRUM REGINA, vide AVGVSTA TIBERII.

CASTRUM VICELLIANA, sic habere antiquas Inscriptiones eius loci qui hodie Medelin vocatur, auctor mihi est Carolus Clusius. Varrerius tamen dicit Medelin antiquitus METALLINA vocatam. Hispaniæ Bæticæ urbs est. Metallina colonie meminit Plinius lib. 4. cap. 24.

CASTRUM VLPIA, Antonino urbs; quam Simlerus Clebe interpretatur. Ducatus Clivensis urbs primaria.

CASTRUM, κέσπον, Ptolemaeo Picenorum opidū. Flaviano Leandro & Blondo. Leander scribit Plinij quoque CASTRUM NOVVM esse. Idem ait Blondus, qui addit sic quoque à Plinio appellari. Vellem sese hic explicasset Blondus qui unū & idem Castrum Novum Ptolemæi, duobus longè ab invicem distantibus locis attribuit.

CASTRUM ALTVM, arx munita Hispaniæ Citerioris locus cæde magni Amilcaris insignis ut docet Livius lib. 24. sunt qui opinantur hodie Castel Seras appellari, ut Florianus del Campo refert.

CASTRUM INVI, Virgilio Tusciæ maritimum opidum est. Erythraeus vocat Cornetto, & dicit à Ptolemaeo CASTRUM NOVVM, κέσπον νέον, appellari. Idem asserit Blondus qui addit quoque sic à Plinio et Mela vocari. Sed ante omnes Servius scripsit hoc Castrum Invi, Castrum novum dici.

CASTRUM ILLIVM, vide VIRGIA.

CASTRUM NOVVM Antonini, dicit Leander etiã hodie Castel novo nominari. Tusciæ opidum mediterraneum est. Vide CASTRUM, & CASTRUM INVI.

CASTVLO, καστων, Oretanorū in Hispaniæ Tarraconensi urbs, Ptolemaeo. CASTVLO, καστων, Stephanus, & Polyb. lib. 10. vocant. Florianus dicit hodie Castonala veja appellari. CASTVLONENSES nominat Plinius, quos Casari VENALES vocari ait.

CASVARI, vide CATTVARI, & CIVARO.

CASVENTVM, Italiæ fluvius, Plinio, quem Leander Vasento dici, ait. In Calabria Superiori est. BASENTIVM vocat Diaconus. BARENTINVS amnis, apud Iordanem est. sub cuius alveo Alaricus Gothorum rex sepultus scribitur.

CASVRGBIS, vide BVBIVM.

CATABANI, & CATABANENSES, vide ARABIA, & GEBANITÆ.

CATABATHMVS Paruus, κατάβαθος, Aegypti vicus, apud Ptolemaeum. Capo de Alber à Theveto interpretatur.

CATALAVNICI, & CATALAVNII, vide CATHELVNI.

CATANA, κατάνη Ptolemaeo, Straboni & aliis, Sicilia urbs. Diod. scribit hanc ab Hierone, cum eius incolae eiecisset, ÆTNAM, αἴτην, appellatam fuisse. Hodie tamè adhuc Catania dici, tradit Fazellus.

CATANGIVS SINVS, in littore Asiatico, Bospori Thracici. Golfo Castacio nunc. Pet. Gyllius.

CATAONIA, vide CAPPADOCIA.

CATARACTONVM, opidū Angliæ Antonino. Rob. Talbotus scribit hoc loco hodie diversoria quedã esse nomine Cantaricbridge: & non longè ab eo aliud opidulum à rusticis habitatum, quod Catterick vocant: CATARRACTVS, καταρρακτῶν, Creta insule amnis, apud Ptolemaeum. Anapadore apud Nigrum.

CATATHRÆ, κατάθρα, insule duæ Maris Rubri. quæ & CHELONITIDES, χελωνίδες. Ptolemaeus.

CATENATES, vide CLAVTINATIL.

CATHEA, vide CTYLINDRINE.

CATHELVNI, Gallie populi, apud Marcellinum.

cellinum, lib. I 5. quorum urbem CATHE-
LAVNUM video à posterioris ætatis scri-
ptoribus vocari. Eadem hodie Chalons, co-
gnomine in Champagne, appellant. Et
CATHELAVNICAMPI, ubi Attila
cæsus fuit, à pluribus, uti Michaële Ritio,
Volaterrano & altis, sumuntur pro ea regio-
ne quam Gallicum vulgus Champagne
nominat. Sed video à recentioribus serè CA-
TALAVNICI scribi, & eos circa Tolo-
sam esse, nonnullos putare. Totam idq̄ ma-
ximam regionem hos campos designare, ve-
rissimile est ex Iornande: qui eos centum leu-
cas in longitudine, & septuaginta in latitu-
dine patere ait. Idem eos quoq̄ MAVRI-
CIOS (MAVRIACI habet Freculphus)
Campos nuncupat. Apud Catalaunios Te-
tricum ab Aureliano Imp. superatum tradit
Eutropius.

CATHEREVVS, vide CAPHEREVS.

CATHOE, vide MANATHAT.

CATICARDAMNA, κατικάρδαμνα, In-
dia intra Gangem urbs, apud Ptolemaum.
Chiromâdel, Pet. Appiani. Hic corpus D.
Bartholomæi requiescit: ut perhibet nonnulli.

CATINON, vide CYTINIVM.

CATIZI, vide PYGMÆI.

CATORIGES, vide CATVRIGES.

CATRIA, vide ÆTHVSA.

CATTI, Germania populi, Tacito. Hessen
sunt Georgio Fabricio: Willichio verò, sunt
qui Marchiam Badensem & loca vicina
habitant: quos & CARITNOS, καελνοί,
Ptolemæi putat. Vide SAXONES.

CATTI MELIBOCI, Germania tractus,
qui Katzenleibogen dicitur, Beato Rhe-
nано. In Hassia est. Meliboci montis memi-
nit Ptolemæus, in Germania.

CATTIGARA, κατίγαρα Ptolemæo est
Sin. rium statio. Canton lac. Castaldo
nuncupatur.

CATTITERIDES, vide CASSITE-
RIDES.

CATTVARIOS Strabonis, Plinij & Ta-
citi, eosdem esse cum CASVARIIS Ger-
mania populos, docet Cifnerus in præfatione
in Saxoniam Crantzij.

CATTVZA, vide GERANIA.

CATVACI, Gallia populi, apud Cæsarem.
Marlianus & alij putant eos esse qui Dua-

cum, Douay vulgo, habitant. urbs in confi-
nibus Flandriae, Hannonia, & Artesia, aca-
demia nuper à Philippo rege ibidem institu-
ta celebris.

CATVRIGES Plinio, & Cæsari, κατοίγες
Straboni; Alpium incolæ. Nomē vetus, aliqua
inflexione retinent, inquit Simlerus: Char-
ges enim, opidum eorum, Galli vocant, ut
docet Vigenereus. prope Embrun est.

CATVRRACTONIVM, κατῤῥακτό-
νον, Albionis insulae urbs, Ptolemæo. Caer-
lil Villanovano.

CATYEVCHLANI, κατυευχλανοί, Albi-
onis insulae populi, Ptolemæo. Hodie, ut Le-
landus & Lhuydus referunt, sunt Buchin-
gamienses & Herfordienses.

CAVÆ Pomponio, CAVARES Plinio,
CAVARI, καύαροι Ptolemæo; CVARI,
κέαροι, Straboni. Gallia Narbonensis populi
sunt.

CAVARIA, vide CIVARO.

CAVCANA Portus, καυκάνα Ptolemæo in
Sicilia est. Fazellus scribit hodie Scalam-
bri porto dici. Sed idem alio in loco tradit
eum Scaramis vocari, & superiori ætate à
Saracenis Rafacaramis appellatum.

CAVCASEVM Mare, vide PONTVS.

CAVCASIÆ Porta, vel Pyla, in cuius rupe
CVMANIA castellum est, & quæ magno
errore CASPIÆ à multis dicta fuere, ut
Plinius tradit. Nunc ibi urbs est quæ Der-
bent (quod angustias significat) vocatur ab
exteris; Amir carpi, Tenir capi, &
Thamir capi, sunt qui legunt: Mirali est
apud Haithonum, corruptè. Ferrea porta,
ab incolis appellari videtur non quòd ex fer-
ro constet, sed quòd locus adeò munitus, ut
quemvis hostilem impetum facile sustineat.
opidum enim situm est inter angustias Cas-
pij, vel, ut alij vocant, Caucasi montis, &
Hyrcani maris: ubi transitus dūtaxat patet
300. passuum. Hinc munitissima totius O-
rientis urbs censetur; ex Legatione Maria
Angiolelli, & Iosephi Barbari, Ambrosij
Contarini, & Caterini Zeni. Vide IBE-
RIA.

CAVCASVS, καύκασος, Pars Tauri mon-
tis, inter Pontum Euxinum, & Mare Cas-
pium. GRAVCASVM. i. nive candidum,
à Scythijs vocari, auctor est Plinius. CAV-
CASIÆ

CASIÆ Rupes, Ptolemæo. **CASPIVM** ab accolis dici, scribit apud Strabonem Eratosthenes. Inferiores **Caucasi** partes **COLICA**, κώλικα, & inde **COLICE** regio, & **COLI** populi dici, refert Stephanus. Ea pars **Caucasi**, qua **Pœta** **Prometheum** à **Iove** alligatum fabulantur, **STROBILVS**, σπρόβιλος, ab **Arriano**, in **Ponti Euxini** periplo, dicitur. Eadem **MARPESIA** **CAVTES** ab **Iornande** à **Marpesia** **Amazonum** regina; quam ibidem certum tēpus demoratum esse scribit. **Caucasum**, eundē esse cum **CO-RAXICO**, & **HENIOCHIS** montibus, quos **Plinius** in **Tauro** describendo nominat, ex eo videtur, quod **Cyrum** fluvium, quem **Ptolemæus** ex **Caucaso** ducit, ex **Hemochis** montibus, quos ait ab aliis vocari **Coraxicū**, manare scribit. **GARAMAS** à **Vibio** dicitur. nam **Phasim** fluvium ex eo descendere facit. Videtur **Caucasus**, ex **Haitthono**, **Coceas**, aut ex **Asia** tabulis **Cochias** recenti vocabulo nominari. **Thevetus** eum **Arad**, & **Adazar** vocat. **Niger** eum **Albsor** nomen habere ait. **Caucasum** prius **NIPHAS**, νίφας, dictum; & postea **BOREÆ THORVS**, βορέακοῖτι, tradit auctor de fluminibus: rationesq; fabulosas addit. Vide **PAROPAMISVS**, **PHASIS**, & **TAVRVS**.

CAVCASII, vide **SCYTHÆ**.

CAVCENSES, **Hispaniæ** populi, **Plinio**. **Cuença**, **Pinetus** vocat.

CAVCHI, & **CAVCI**, vide **CHAVCI**.

CAVCONIA, vide **DYME**, & **ELEA**.

CAVDINÆ FAVCES, Sic nominat **Cassilius**, lib. 8. ubi **Romani** à **Samnitibus** subiugum missi fuere. **Stretto de Arpaia** vocatur hodie & in rei gestæ memoriâ, ipsum locum etiam dici **Iugum D. Mariæ**, scribit **Leander**. **CAVDINÆ FVRCVLÆ** vocantur à **Livio**, & **Lucano**: item à **Plinio** in **Epistolis**. **Valle di Gardano** etiam nominari, idem **Leander** docet.

CAVDIVS, vide **RAVDIVS**.

CAVLONIA, κավλονία, quondam **AVLONIA**, ἀυλονία, dicta, inquit **Strabo**.

CAVLON **Plinius** vocat. **Locrorum**, in **Italia** urbs est. **Castroverto** hodie dici, scribit **Barrius**. Vide **AVLON**.

CAVNVS, **Hispaniæ** mons, in **Celiberis**.

Moncayo hodie, aliquando quoque **Cacimons** dictus, inquit **Florianus**. **Meminit** **huius Livius**, lib. 40.

CAVNVS, καῦνός, **Doridis**, **Asiæ Minoris** regionis opidum, **Ptolemæo**. **Magri** dicitur **Olivario**. **La Rosa**, **Sophiano**.

CAVRITA, **Coria C. Clusio**. **Hispaniæ** urbs, circa **Placentiam** civitatem. **Nescio** quis **Cauritæ** ex veteribus meminerit.

CAVROS, vide **ANDROS**.

CAVSENNIS, (**Gausennis** per **G.** nonnulla exemplaria legunt) urbs **Angliæ** **Antonino**, de ea sic **Talbotus**: **Citerior** pars comitatus **Lincolniensis** vocatur vulgariter **Cayseven**, in ea fortassis erat tum opidū aliquod nomine **Causenna**, aut **Castenna**, quod circumiacentibus agris & pagis nomen dedit.

CAVTI, (nescio quo auctore) vocati à **Lhuydo** ij populi in **Scotia** qui hodie **Moraviam** & **Rossiam** inhabitant.

CAVSTRVS, καῦστρος, **Asiæ Minoris** flumen, **Ptolemæo**. **Chias**, ex tabulis ego nominarem. **Castaldus** eum **Chaici** vocat.

CEA, vide **CEOS**.

CEBRENIA, vide **TROIA**.

CECIA, hodie **Zeisselmaur**, **Austriæ** urbs. **Lazio** auctore.

CECINNA, **Plinio** **Tusciæ** regionis. **Hodie** **Cecina** dici puto.

CECROPIA, vide **ATTICA**.

CECROPIDÆ, vide **ATHENÆ**.

CEDAR, vide **ARABIA**.

CEDROSIA, vide **GEDROSIA**.

CELA, κέλα, erat nomen civitatis, quæ antea **CILA**, κείλα, vocabatur. in qua repertus fuit **Abacuc**. At **BERATHSATIA**, βεραθησατία, locus est circiter decem stadiis ab ea civitate distans; in quo **Michæ** sepulcrum erat. quod monumentum **FIDELLE**, πιδόν, vocant indigenæ. & lingua patria **NEPHOAMEMANA**, νεφοάμενα. Hæc **Socrates**, in sua **Ecclesiastica** historia.

CELADVS, **Hadriatici** maris insula, apud **Pomponium**. **Lagusta** nonnullis interpretatur, inquit **Hermolaus**.

CELADVSSA, vide **RHENA**.

CELÆNÆ, vide **APAMEA**.

CELÆNVS, vide **TAVRVS**.

CELANDVS, vide **ALESTES**.

CELBES,

- CELBIS**, vide GELBIS.
- CELENDERIS**, κελενδερῖς Ptolemæo & Tacito, Cilicia opidum. CELENDERITIS eius regio appellatur, apud Plinium. Urbs vocatur novo nomine Palopoli, ut Niger perhibet. sed ut Mercatori placet, Κριονερο.
- CELETÆ**, vide COELALETÆ.
- CELEX**, vide LYCVS.
- CELEZENE**, κελεζηνή, Armeniorum regio, prope Melitenem: quæ CELEZENE, κελεζηνή, à nobis appellatur. Suidas.
- CELIA**, κέλια, Norici opidum, Ptolemæo. Cili, Villanovano. CELEIANI MUNICIPII mentio est etiam in epigrammate antiquo, eius loci.
- CELIA**, κέλια Ptolemæo Apulia Peucetia urbs: quæ Cilio Leandro Alb.
- CELIVM**, ut legit apud Antoninū Varrerius, urbs Hispaniæ: quam, aliquibus fretus coniecturis, putat Ceice esse, prope Tomar urbē.
- CELLARARSATH**, vide ISTVS.
- CELSA**, κέλσα Ptolemæo Ilergetū in Hispania urbs, ad Iberum flumen sita, ut Strabo testatur. CESENSIS habet Plinius. Numismata aliquot antiqua aenea Augusti & Tiberij Imp. in Hispaniā reperta, vidi, his notis COL. V. I. CELSA. quas sic interpretatur meus Goltzius (cui in legendis numismatibus haudfacile parem reperies).
- COLONIA VICTORIA IVLIA CELSA. Xelsa hodie dici, scribit Onuphrius.
- CELTÆ**, vide GALLOS.
- CELTIBERIA**, vide HISPANIA, & BERONES.
- CELTICA**, vide GALLIA Lugdunensis.
- CELTICI**, Hispania citerioris populi, apud Plinium quorum alteros NERIAS, alteros PRÆSAMARCOS cognominat.
- PRÆSAMARCI, vel TAMARICI, & NERII sunt Pomponio, nisi vitiosus sit codex. Hodie Alcludiam habent, ut placet Pineto. κελτικοί, sunt Ptolemæo.
- CELTICVM Prom.** Vide ARTABRVM.
- CELTOGALATIA**, vide GALLIA.
- CELYDNVS**, vide PEPYLYCHNVS.
- CEMENELEV M**, κημενέλεον, Ptolemæo, CEMELION Plinio. Vesdiantiorum, ut Ptolemæus, vel Vediantiorum, ut Plinius legit, in Liguria opidum. Hoc loco, ut scribit

- Leander, Varus fluvius originem sumit; diciturq; nunc Monte Cameliono.
- CEMMENV S**, κέμμενοι Ptolemæo & Straboni, GEBENNICI Mela, GEBENNA Plinio & Ausonio. Gallia mons est. quem Nozorenius & Villanovanus Montaignes d'Avergne vocant. Poldus Montaignes de Cevennes appellat. Horum montium partem hodie Tarara nomen habere, scribit Budeus, lib. 4. de Assè.
- CENÆVM**, κέναιον Ptolemæo Eubœa insula promōtorium: quod Niger Canaia, Sophianus autem Cabolitar indigitat.
- CENERETH**, vide TIBERIAS.
- CENIMAGNI**, Casari sunt Albionis insule populi. Glareanus eos Kunman appellat.
- CENIONIS**, κενίων &, fluvij ostia, habet Ptolemæus in latere Meridionali Albionis insula: Vale, mihi nunc videtur.
- CENISSVS**, vide CRINISVS.
- CENTOBRIKA**, Celtiberorū urbs, in Hispania. quam Valer. Max. scribit à Q. Metello obsessam. Sed CONTREBIAM eandem vocat L. Florus. Contrebia etiam Livius meminit. An CONTRIBVTA, κεντριβῆτα Ptolemæi sit, videant alij; ego nec aio, nec nego.
- CENTRONES**, Nerviorum cliētes, Casari, in Gallia Belgica. S. Trupden opidum Brabātiæ, diœcesis Leodiensis, putat H. Leodius. Becanus verò Κοττριχκ vocat Flandria opidum, ad Scaldim. CENTRONES item Casari, & Antonino, populi sunt in Graiis alpihus. Tarantaise interpretantur hi à Marliano Vigenereo & Scudo. Sed hos nonnulli CEVTRONES apud Casarem debere vocari autumant. Lectorem etiam ignorare noluerim, pro Centrones, in excusis Plinij exemplarib. legi ACITAVONES.
- CENTVM CELLÆ**, Antonino est Tuscia urbs; meminit eius quoque Plinius in Epistolis, quam Leander Forcelle nominat.
- CENTVM COLLES**, Sambuco auctore est Hungaria opidum, quod Germani Hundertbuhel vocant. (id Latine centum colles sonat.) Hungaris verò Zashalon est.
- CENTVRÆPÆ**, κεντραίπαι, Ptolemæo, aliis CENTORIPÆ, Sicilia urbs mediterranea. Centorvi hodie appellari dicit Fazellus.

- CENTVRINVM**, κεντρίων Ptolemæo est urbs, in Corsica insula qua Centuri Pineto.
- CENVM**, vide **ARTOBRIGA**.
- CEOS**, insula quam nostri quidam dixerunt **CEAM**, Græci **HIDRVSSAM**, inquit Plinius. qui eam in Mari Aegæo, inter Eubæam, (cuius aliquando pars fuit) & Bœotiam collocat. **CIA**, κία, Ptolemæo & Straboni dicitur. Zia hodie dici, inquit Niger. Sed sciendum, quod Pintianus loco Cie, legit Cios, apud Ptolemæum. Vide **COS**.
- CEPHALAS**, κεφαλας, Straboni Promontorium Africa est; altum & silvofum. ad Magnæ Syrtis initium. Hoc **TRIERYM**, τριήρων Ptolemæi esse scribit Mercator. Cabo Mesurata dicitur à Fazello.
- CEPHALENIA**, κεφαλήνια, Ionij maris insula, Ptolemæo quondam **MELÆNĀ** dicta, ut auctor est Plinius. Item **SAMOS** & **SAME**, σάμη & ἡ σάμη, Straboni. Sunt qui **TAPHOSE** eandem esse dicunt & **Taphios**, **Cephalenios**, vocant ut Strabo testatur, lib. 10. **Cephalenia** duplici **ELL**, scribit Stephanus & Manutius, in suo Orthographiæ opere. Vide **DVLICHIVM**, & **SAMOS**.
- CEPHALOEDIS**, κεφαλοειδής Ptolemæo Sicilia urbs est: Cefalu à Leandro nuncupatur.
- CEPHALON**, vide **ROMA**.
- CEPHALONNESVS**, Carcinitis Sinus insula, apud Plinium. Rubea isola interpretatur à Pineto.
- CEPHEIDÆ**, vide **ÆTHIOPIA**.
- CEPHENES**, vide **CHALDÆA**, & **PERSIA**.
- CEPHENIA**, vide **LIGYA**.
- CEPHESIDA**, lacum esse iuxta Atlanticum mare, quæ Mauri vocant **ELECTRVM**, scribit Asarubas apud Plinium, lib. 37. cap. 2.
- CEPHISSIS**, vide **COPAIS**.
- CERAMBYCAS**, vide **CARAMBYCIS**.
- CERASTIS**, vide **CYPRVS**.
- CERASVS**, κέρασος Ptolemæo Ponti Capadocici opidum est. Apud Arrianū, in Euxini periplo, **PHARNACEA**, φαρνάκεια, quoque vocatur. Sed sic Plinius regionem nominat. A Mercatore Cherasoda inter-

- pretatur. Mar. Niger dicit à Barbaris Omidie nominari.
- CERATÆ**, Straboni est urbs Italia, in Latium. quam Leander putat nunc Cereto vocari. κερεαται, est in Græco Strabone.
- CERATVS**, vide **GNOSSVS**.
- CERAVNIA**, ut Gerardus Mercator habet, Cypri insula opidum, quod hodie Cerines vocari ait. Sed Græcus Ptolemæi codex habet **CERONIA**, κερωνία. Vide **CORCYRA**.
- CERAVNII**, vide **ACROCERAVNII**, & **TAVRVVS**.
- CERAVNIVS**, vide **SIPYLVVS**, & **ATHENÆVS**.
- CERAVSIVS**, Arcadia mons apud Pausaniam. Idem fortè est qui ab auctore de fluminibus **CERAVNIVS**, κερώνιος, & **ATHENÆVS**, ἀθηναιός, appellatur. Ad Inachum fluvium describitur. Vide **LYCÆVS**.
- CERBALVS**, Plinio Apulia Daunia amnis. Cervaria Nigro.
- CERBERII**, vide **CIMBRI**.
- CERBERION**, vide **CIMMERIVM**.
- CERCENA**, κερκην, Atlantidum urbs, in Aethiopia, versus Oceanum Occidentalem: ut Diodorus lib. 3. auctor est; hanc ab Amazonibus expugnatam & everfam, at postea eius loco aliam, nomine **MYRINA**, μυρίνα, ab eorum regina sic dicta, conditā addit.
- CERCETÆ**, vide **APAITÆ**.
- CERCETIVS**, Plinio Sami Ionice insule mons, quem Hermolaus à Strabone etiam **AMPELON**, ἀμπελον, vocari ait. Videtur ex Strabone Cercetius, pars potius Ampeli. sic enim inquit in fine lib. 10. ex Xylandri interpretatione. In Samo est mons Cercetius nobilis; nobilior Ampelus, imminēs urbi Samo. & alio in loco idem. Promontorium habet Samos quod Ampelos dicitur; eodemq; nomine totus mons dicitur, qui totam insulam montosam facit. Vide ipsum Strabonem.
- CERCETIVS**, is est mons Livio, quem Xenophon in libello de Venatione **CITTVM**, κίττον, vocat. ut tradit Rem. Reinneccius. **CERCETOS** multitudinis numero describit Plinius in Thessalia.

- CERCINA**, κέρκινα Ptolemaeo Africi maris insula. Caesar & Mela duplici NN. scribunt **CERCINNA**. **CERCINETE**, κερκινητή, legit Polyb. lib. 3. Gamelara nostris dicitur, ut Niger tradit. Querquenes Mercatori, sed Charchana alius. Fazellus ait eam antiquum nomen retinere. quod hic liquet, nam paucis mutatis litteris, sonus serè idem est.
- CERCINETIS**, vide **CARCINITES**.
- CERCITÆ**, vide **APAITÆ**.
- CERCOBA**, vide **PELENE**.
- CERCVSIVM**, vide **CIRCESSVM**.
- CERCYRA**, vide **CORCYRA**.
- CEREALIS**, vide **EBORA**.
- CEREAPOLIS**, vide **TÆNARIVM**.
- CEREATÆ**, vide **CERATÆ**.
- CERIONIA**, vide **CARINÆ**.
- GERMANVS**, vide **GERMALVM**.
- CERNE** Plinio, quæ Ptolemai **MENVTHIAS**, μενέθιας est, Africa insula, quæ hodie ab Hispanis S. Laurentij dicitur. & ab incolis Madagascar. ut placet Mercatori, in sua Universalitabula: **IAMBOLI** insula videtur. quam Diod. Siculus in fine lib. 2. describit. Thevetus dicit Madagascar, Albagra vocari.
- CERNE**, κέρυν Ptolemaeo & Plinio, Atlantici maris insula, contra Atlantem montem. Porto Santo fortè hodie. In Hannonis Periplo hæc **CERNE** quoque eodem tractu describitur, in sinus cuiusdam recessu; quam Maderam hodie dici putat Gesnerus, eius interpres. sed hæc nimirum à continenti distat: possit Ptolemai Cerne esse. Quid si hæc Hannonis Cerne, Gezira Ioannis Leonis sit? ut contendit eam esse. quam nunc Argin Ramuli Lusitani vocant.
- CERNE**, Lycophroni est insula Oceani, versus Auroram. quam eius commentator Isacius Tzetza olim **AMPHIMETRIVM**, ἀμφιμετρίον, dictam subdit. Vide **HIBERNIA**.
- CERNETANI**, qui **MARIANI** cognominantur; teste Plinio; lib. 3. cap. 5. Italiae populi sunt.
- CERONIA**, vide **CERAVNIA**.
- CERRETANI**, κερρετάνοι, Vasconum Hispanica gens; auctor Strabo. Hi Plinio a Y-

- LIANI**, & **AVGVSTANI** cognominantur. Ptolemaeus κερρετάνοι, scribit. **CERRETANORVM IVGVM** vocat Clusius hoc tractu Puigcerda; Cathalonie urbem; Varrerius autem Cerveira civitatè.
- CERSVNVM**, κέρσων, Corsica insula mediterranea urbs, apud Ptolemaum. Nebbio Pinetus appellat.
- CERVARIA**, Pomponio locus est, & finis Gallie Narbonensis, versus Hispaniam. Corbiere Ioanni Poldo, in sua Nemausiensi historia.
- CERVECII**, vide **CHERVSCI**.
- CERYCTICA**, vide **CVRICTA**.
- CÆSATA**, hanc habet Antoninus in itinere, inter Emeritam & Cesar augustã. Ptolemai **CESADA**, κέσασα, est. Varrerius scribit se nulli rationibus adduci posse, quod hæc olim fuerit, ubi nunc Hita conspicitur.
- CESIÆ**, vide **LITTVS**.
- CESSERO**. Plinio, κέσσερό Ptolemaeo. **ARAVRA** dicitur etiam Antonino, ab Arauris flumine adlabente fortè. Hodie Castres, Poldo; Sed S. Hubert Varrerio.
- CESTIVS** Pons, Urbis Romæ; quam hodie S. Bartholemæo nominant. Marlianus.
- CESTRIA**, Epiri urbs, apud Plinium. Pannetus eam Sopoto vocat.
- CESTRINIA**, vide **CAMMANIA**.
- CESTRVS**, vide **OESTRVVS**.
- CETARIA**, κητάρια, Sicilia urbs, Ptolemaeo. Scupello dicitur à Thoma Fazello.
- CETII**, vide **LATIVM**.
- CETIRIZIS**, vide **TIRISTRIA**.
- CETIVM** Antonini, interpretatur Kotwig à Simlero. Norici opidum.
- CETIVS**, κητίος, In Noricis mons, Ptolemaeo teste. Wolfg. Lazius dicit eum hodie totum illum tractum comprehendere, quæ vulgo Kalenberg / Schneberg / Deubsperg / Hertberg / Hengstberg / Semering / & Plaitz vocant. Vide **COMAGENVM**.
- CETOBRIKA**, Antonino ni fallor; **CÆTOBRIX**, κητόβριξ Ptolemai est, Lusitania urbs; quam Niger Almada, Varrerius autem Setuval interpretatur.
- CEVTRONES**, vide **CENTRONES**.
- CHABERIS**, χάβρις, India intra Gangem urbs P. olemæo. Calapate Castaldo.

- CHABERVS**, χαβίρος Ptolemaeo India intra Gangem fluvius. Nunc Maber; aut Niger fallit.
- CHABORA**, vide ABORRAS.
- CHABORAS**, χαβώρας; Assyria mons est, apud Ptolemaum. qui forte hodie Capus-covocatur. Vide TAVRVS.
- CHABRIÆ Castra**, vide BÆTOGABRA.
- CHADENI**, χαδενί, apud Ptolemaum sunt Scandia insulae populi Occidentales, ubi hodie fortasse Nozwegen, vel Finmark.
- CHADISIA** Plinio, ΠΗΛΥΔΑ, φαύδα, Straboni Ponti urbs est, quae nunc Phadisa dicitur, ut Mercatori videtur.
- CHÆRONEA**, χαίρωνεια, Bœotia urbs Ptolemaeo. Fuere qui olim ARNE ab Homero appellatam dixere, inquit Pausanias & Stephanus. de quo Eustathius in Homerum disputat.
- CHÆTÆ**, χαιται, Scytharum gens, apud Ptolemaum Mar. Niger Chatainos vocat. Hos Caatianos apud Arrianum in vita Alexandri CHATÆOS, χαιταῖν, dici mihi auctor est Ioannes Dee. Vide SCYTHÆ.
- CHALAME**, civitas Persidis; quae nunc ÆTHISIPHON appellatur. Sic Dictionarij habent non adductis testibus.
- CHALASTRA**, χαλάστρα, Stephano Thraciae civitas ad Thermeum sinum; quam Leo (ut Hermolaus annotat) CHARASTIAM appellat. Vide BVCEPHALA.
- CHALCA**, vide TAZATA.
- CHALCEA**, vide CHALCIS.
- CHALCEDON**, χαλκεδών Ptolemaeo Strabo CALCHEDON, χαλκεδών, habet. Urbs Asiatica est, ad Bosphorum Thracium. Liberam urbem Plinius vocat. cui etiam antea PROCERASTIS, dein COMPVSSA, postea CÆCORVM urbs (quod locum eligere nescissent) dicta fuit. Hodie adhuc Chalcedona vocari, scribit Sophianus. Caltitium Turcis dici, mihi Carolus Rimius auctor est, qui Constantinopoli oratorem agit nomine Ferd. Romanorum Imp. Marius Niger tradit interius reedificatam, & à iunioribus Cacelina nuncupari. Scutari ex ea facit hodie Alph. Adrianus. Petrus

- Gyllius prodit hodie exiguum vicum esse, sine mœnium vestigiis. Idem addit, idq; ex Stephano, CHALCEDON fluviolum esse qui in Propontidem effluit unde urbs nomen sumpsit. eumq; hodie proprio nomine carere; adeo ut accola Potamion dumtaxat nominent. Thevetus scribit eum adhuc hodie Chalcedoni nominari. Vide CHRYSOPOPOLIS.
- CHALCERITIS**, vide ARIA.
- CHALCIDICA**, χαλκιδική, regio Macedonia, apud Ptolemaum. hanc Castaldus Iamboli vocat.
- CHALCIS**, χαλκίς, Eubœe insulae praecipua urbs, ad Euripum sita. & ab eo Ptolemaeus eam ad EURIPVM cognominat. Negroponte hodie nomen habet, teste Sophiano, qui dicit quoque (ex Stephano, ni fallor) dictam EVBOEA, εὐβοία, STYMPHELVS, στυμφηλῶν, HALICARNA, ἀλικάρνα, EVRYPVS & HYPOCHALCIS, ὑπὸ χαλκίς, Incolas quoque ARETHVSIOS dictos, ex quodam oraculo docet Eustathius.
- CHALCIS**, Ptolemaeo & Straboni Aetoliae urbs. Hanc etiam HYPOCHALCIS ab aliis appellari, idem scribit Strabo. Idem, ibidem montem esse, qui CHALCIS dicitur eundemque ab Arthemidoro CHALCEAN nuncupari tradit. Plura loca Chalcis nominata recitat Stephanus.
- CHALCITIS**, χαλκίτις Ptolemaeo Mesopotamiae regiuncula. B. Arias scribit in suo Biblico Apparatu, ex D. Hieronymo, CHALNE Hebraeis dici.
- CHALCITIS**, vide DEMONNESOS.
- CHALDÆA**, χαλδαία, Babylonia in Asia regio. Azamia hac tempestate vocari, scribit Bellonius. Stephano CHALYBDICA regio, χαλυβδική, dicitur, & eius incolae CEPHENES, κηφηνες, Iosepho teste ARPHAXADÆI, ἀρφαξαδαῖοι, antea nominati fuere. CHALDÆI sunt Straboni quoque in Asia. Minori populi, supra Trapezuntem quos antiquitus CHALYBES, & ab Homero HALIZONAS appellatos testatur.
- CHALDAICILACVS**, in quo Tigris fluvius se

- vius se fundit, (ut inquit Plinius) March. Pineto vocantur.
- CHALEOS**, χαλεός, Ptolemao Achaiae regionis urbs, ad Sinum Corinthiacū. Aspro Spiti hodie est, Sophiano.
- CHALNE**, vide **CHALCITIS**.
- CHALVSVS**, χαλῶσθ, Cimbrici Chersonesi fluvius, apud Ptolemaeum. Dravenna fluviolus est Pirchaimero & Althamero, qui apud Lubecam urbē, in Mare Balticum se exonerat. Idem Pirchaimerus alio in loco Eyder interpretatur. hic Ditmersiam ab Holsatia separat.
- CHALYBES**, χαλυβες, olim **ALYBES** dicti videtur Straboni: item **BYZERES** vocatos, Βύζηρες, ex Strabone scribit Nebrissensis. Mihi verò diversi apud Strabonem videntur. Vide **CHALDÆA**.
- CHALYBON**, χαλυβών, Syriae urbs, in Chalybonitide regione: Nunc Halap dici, scribit Postellus.
- CHAMAUI**, Tacito sunt Germania populi, quos Ptolemaeus **CAMANOS**, καμανοί, vocat: ut censet Villanovanus. Sunt qui eos Camino Pomeranio opido nomen reliquisse suspicentur, inquit Althamerus.
- CHAMBADES**, vide **TAVRVS**.
- CHANAAN**, vide **PALÆSTINA**.
- CHAONA**, vide **CHOANA**.
- CHAONIA**, χαονία, Epiri, apud Ptolemaeum regio. Cannina Castaldo. Vide **EPIRVVS**.
- CHAONIA**, Commagene urbs, in Syria, Ptolemao teste. **HANVNEA** Antonini esse, ait Simlerus: qui etiam variam eius lectionem adducit, ut **HAMINEA**, & **HANONEA**.
- CHARACMOBA**, & **CHARACOMA**, vide **MOBVCHARAX**.
- CHARAN**, vide **CARRHÆ**.
- CHARANTANI**, vide **CARENTANI**.
- CHARASTIA**, vide **CHALASTRA**.
- CHARAVNI**, vide **SCYTHÆ**.
- CHARAX PASENI**, χαεεξ πασινῶ, Sufiana opidum, Ptolemao, ad Sinum Arabicum, inter Tigrim & Euleum flumina sitū. Primum **ALEXANDRIA**, ab Alexandro eius conditore; dein **ANTIOCHIA** ab eius restauratore; & tandem **PASINES**, (S PASINE legit Pintianus, ex Stephano,

- ni fallor ille enim hoc opidum πασινῶν χαεεξ vocat) dicta fuit: auctore Plinio. **PASINE**, πασινῶ, habet hoc loco Arriani Periplus. **TOSPASINI** legitur apud Xiphilinum, fortasse malè, iuncto articulo Graeco. Carmon vocat Pinetus, in suo Plinio Gallico. Hermolaus, in suis Plinianis Castigationibus citat Indicam quandam incerti auctoris historiam, in qua legitur **DIRIDOTIM** quandoq; dictam. Sed hoc ita nō esse, ex Arriano didicimus: qui Diridotim pagum Babyloniorum ad Ostium Euphratis, fluminis describit: ubi **TEREDON** Ptolemaei est, eiusdem soni, & paucis litteris mutatis, opidum. vide **MESANÆI**.
- CHARAX**, Straboni Carthaginiensium emporium, in Africa propria sitū. **PHARAX**, φάραξ Ptolemaei est. Hodie Sibacca dici, vult Castaldo.
- CHARAX**, Taurica Chersonesi urbs, Ptolemaeo. Giracunda Nigro est. Cacagioni autem Mercatori.
- CHARAX**, Carie urbs Stephano; quam suo tempore scribit **TRALLIS**, τράλλις, vocatam. Vide **LAPATHVS**.
- CHARCHAMIS**, urbs est apud Esaiam: quam Benjamin Karkeffa appellari scribit. & ad Euphratem fluvium eam ponit.
- CHARIDEMI** Promontorium, χαειδήμει, Hispaniae est ad Mare Mediterraneum. Car. Clusius Cabo de Gates vocat. Florianus in suo Hispania chronico scribit corruptè sic vocari: cum proprium eius nomen sit Cabo de Agatas, ab achate lapide pretioso, qui in hoc promontorio effoditur. **CHARIDEME** portus quoq; huic promontorio sequitur apud Florianum. qui eum hodie Porto Carbonero appellari ait. Sed quis ex veteribus huius Portus meminerit, ego ignoro.
- CHARIEN**, & **CHARIIS**, vide **CHARISTVS**.
- CHARISSA**, vide **LARISSA**.
- CHARISTVS**, χαρίσις, Ptolemao Colchidis fluvius: qui Tamasa Nigro dicitur. **CHARVS** Straboni est, ut Xylander subdubitat. **RIOCHARVS**, ριοχάρπος, enim in Graeco codice legitur. **CHARIEN** Plinij, **CHARIIS**, χαρίσις, Arriano, in Periplo, ut Pintianus annotavit.

CHARMONIA, vide CARMON.
 CHARONEÆ SCROBES, vide SPI-
 RACVLA.
 CHARTA, vide CARRHÆ, & CHA-
 TRACHARTA.
 CHARVDES, vide HARVDES.
 CHARVS, vide CHARISTVS.
 CHARYBDIS, Vorticofum mare inter Si-
 ciliam & Italiam, in freto Mamertino au-
 ctore Plinio. SYRTIM vocat Ifacius Tzet-
 za. Garofaro appellatur hodie. Fazello &
 Aretio testibus. Vide MAMERTINVM.
 CHASLVHIM, vide SARACENI.
 CHASVARI, Germania populi, Tacito.
 Duringos æstimat Althamerus.
 CHATÆI, vide CHÆTÆ.
 CHATRACHARTA, χατσαχαρτα, Ba-
 Ætriana urbs Ptolemæo: Ammianus (nisi a-
 dulterata sit lectio) duas ex his facit; CHA-
 TRA, & CHARTE, is enim habet.
 CHATRAMOTITÆ, Arabia Felicis po-
 puli sunt Straboni, χατσαμοτιτῶν, CHA-
 TRAMOTAS, χατσαμοῦται, eos vocat
 Stephanus, ex Vranio. & regionem χατσα-
 μοτίτην. Vide ARABIA.
 CHAVCI Plinio, & Tacito, CAVCHI,
 καῦχοι Ptolemæo, CAVCI, καῦκοι, Stra-
 boni. Germania populi sunt. Hos CHAYCOS
 poëtice appellavit Claudianus, ad Stiliconē;
 eo versu, Vt iam trans fluvium non indignante
 Chayco. quod ante me annotavit Hottomā-
 nus, in sua Francogallia. Hos Ptolemæus &
 Plinius in MAIORES, & MINORES
 dividūt; Minores sunt hodie, ut Iudocus Wil-
 lichius vult, Frisij Groeningenses; Maio-
 res comprehendunt Bremēses, Lunebur-
 genses, ad Hamburgum usque.
 CHAVLOTÆI, vide ARABIA.
 CHAVNARIA EXTREMA, χαννα-
 ρία ἀκρῆ, Libya Interioris urbs, Ptolemæo.
 Cabo de non Castaldo. Promontorium
 est ad Mare Atlanticum.
 CHAVRANA, χανρανα, Scythia extra-
 Imaum urbs, apud Ptolemæum. Cardan-
 dan Mercatori est. Camul Castaldo.
 CHAZARII, vide OXIANI.
 CHELÆ, χηλαί, Arriano locus inter Apol-
 loniam insulam & Sangarium fluvium: has
 etiam describit ex Dionysij anaplo Gyllius in

suo Bosphoro: ubi docet hodie adhuc Scalas
 nominari.

CHELIDONIÆ Scopuli, χελιδνίαι, in
 Pamphilio mari sunt Ptolemæo: Isole Cor-
 rente Castaldus appellat. Caprose Pinetus
 vocat. Harum mediam, quæ & cæteris ma-
 ior est, Castello ruzo nominari, scribit Ni-
 ger. Dionysius tres esse dicit. Stephanus ex
 Favorino duas dicit esse numero. quarum
 unam CORYDELAM, κορυδέλα, alte-
 ram MELANIPEAM, μελανίπηα, ap-
 pellari tradit. Chelidonia insulas Pamphi-
 lium mare à Lycio dividere, scribit Lucia-
 nus, in Naufragio. Sed hoc parergon est.
 CHELONITES, χελονίτης, Promontorium
 Elidis, Peloponnesiæ regionis. Cabo To-
 rice vocat Thevetus, Castel Torneso,
 vernaculo vocabulo appellat Sophianus. cui
 etiam CHLVMTZI, χελμῆτζι, dici-
 tur. ILIACVS, ἰλιακός, videtur quoque à
 Plethone nominari.
 CHELONITIDES, vide CATATHRÆ.
 CHEMNIS, χεμίς, Herodoto Thebaidis
 in Aegypto urbs. Idem Diodoro, cui & PA-
 NOS VRBS, πανόπολις, dicitur.
 CEPHIS, vide COPAIS.
 CHEROLATA, vide CHERTOBA-
 LVS.
 CHERRONESVS, Libya urbs, CHER-
 RVRA dicta, χέρρα. Stephanus.
 CHERVRA, vide CHERRONESVS.
 CHERSENA, vide TAVRICA CHER-
 SONESVS.
 CHERSEVS, χερσέσ, Phœnicia fluvius
 Ptolemæo; in sacris CYSON est; Postello
 assertore. Chorseus, per o, habet Latini codi-
 ces, ut & Postellus hoc loco.
 CHERSONES, vide OXIANI.
 CHERSONESVS THRACIÆ, vide-
 tur ab Halicarnasseo, & Stephano PAL-
 LENE, παλλήνη, dici. Describit enim sub
 hoc nomine Thracia peninsulam; è regione
 Hellefpōti sitam additq; eam à Cruseis bar-
 baris habitatam.
 CHERSONESVS METHENE, μεθίνη
 χερσονήσος, Peloponnesi promontorium,
 Ptolemæo, in Argia regione: Phanar So-
 phianus appellat.
 CHERSONESVS PARVA, Aegypti
 M 3 pro-

- promontorium Ptolemaeo; ad Mare Mediterraneum: Bosire hodie videtur.
- CHERSONESVS Sicilia citatur ex quarto Interpretis Apollonij libro, à Fazello subditq³, hodie Milazzo vocari.
- CHERSONESVS, est Eubœa insula promontorium, apud Ptolemaum: Cabo d'oro habet nomen apud Mar. Nigrum.
- CHERSONESVS, Creta insula, Exortivi lateris promontorium Ptolemaeo: Punta de Setia, Pineto est. χερρόνισος, Stephano dicitur. Sed video ferè Cherronesus & Cherronesus indifferenter ab auctoribus scribi.
- CHERSONESVS, Promontorium Sicilia, Ptolemaeo. Fazellus Augustam hodie vocat.
- CHERSONESVS, Creta insula promontorium, Occidentem versu. Punta de Cortinto indigitat Pinetus. Vide APAMIA, & SINOPE.
- CHERSONESVS, Melita insula maris Africi, Ptolemaeo. Cale di S. Paulo, Quintino Heduo.
- CHERTOBALVS, χερτόβαλος, Pannonia Superioris civitas, Ptolemaeo. Charburg in Austria censetur à Lazio. additq³, eandem ante annos ducentos Chersfulenburg appellat. um. Eandem idem CHEROLATA nominat. GERVLATÆ eo tractu, Antoninus, & lib. Notitiarum meminere.
- CHERVSCI Tacito, quos Vib. Sequester CERVECIOS nūcupat. Mansfelders ego existimo. Vide Althamerum, in Tacitū.
- CHETIMA, pro ITALIA & regionibus attingentibus habetur à M. Beroaldo. vide CYPRVS.
- CHETTÆA, χητταία Ptolemaeo est Marmarica, in Africa vicus. Carto vocatur Iacobo Castaldo.
- CHETTÆI, vide CANAAN.
- CHIMO, χιμῶ Ptolemaeo vicus Aegypti est, ad Mare Mediterraneum. Cacoberio hodie vocari conicio: Thevetus tamē Turrim Arabum ex eo facit. CYNOSSEMA, ni fallor, Strabonis est.
- CHINERETH, vide TIBERIADIS Lacus.
- CHIOS, χῖος, Aegæi pelagi insula, inter Samum & Lesbum. Hac ÆTHALIA ab Ephoro, prisco nomine; & CHIA à Metro-

- doro & Cleobulo nominatur. Item MACRIS, & PITYVSA, Plinio teste. ÆTHALE, αἰθάλη, quoque apud Suidam & Stephanum. Apud Livium lib. 37. sunt Macrus, Chios, et Aethalia tres insulae diverse; hoc eodem nihilominus tractu. Hac Chios sola masticen profert. vocaturq³, vulgo hodie Scio, ut Sophianus; vel Chio, ut Bordonius refert: eadē est pronunciatio. Turca Saches appellat. Benjamin eam Hichan nominat; ut ego ex mastice historia, quam describit, mihi persuadeo. Vide BERENICE.
- CHIRONIA, vide CARYSTVS.
- CHITTIM, vide CYPRVS.
- CHLAMYDIA, vide DELOS.
- CHLIARVS, vide GANGES.
- CHLVMTZI, vide CHELONITIS.
- CHNA, vide PHOENICE.
- CHOANA, χόανα, Media civitas Ptolemaeo. CHAONA Diodoro est lib. 2. Com Becano, in sua Gallia.
- CHOATRÆ, vide SARMATIA.
- CHOATRAS, Plinio mons Asiae, Cabusco hodie, Castaldo. Vide TAVRVS.
- CHOERADES, χοιράδες, & Pharon insulas in Alexandria Aegypti appellatas sciūt omnes; scribit Hermolaus in Plinium. CHOERADES, insulae sunt Italicae, Thucydidi lib. 7. in mari Ionio, iuxta Iapygiū promontorium.
- CHOERADES, apud Hesychium, Favorinum, & cetera Lexica, sunt insulae, sive petrae Ponti Euxini, iuxta Hellespōtum: eadem cum CYANEIS, ut ego existimo.
- CHOERADES nominari ab Apollonio, BALEARES; annotavit Gerbelius. à Lycophrone sic vocari quoq³, lego. Apud Dycem Cretēsem lib. 6. sunt CHOERADES scopuli ante Eubœam insulam, iuxta Capharaum montem: apud quos Aiace, Cassandra virgine violata, naufragium fecisse, narrant fabulae. hos apud Homerum, Lycophronem, & Philostratum in Imaginibus, CYRAS Petras appellari video. CHOERADES etiā ad Herculeas columnas statuuntur à Cocciano, ut refert Lycophron. scio non longè hinc etiamnum, in Sinu nempe Gaditano, extare quosdam scopulos, qui nomen retinent. ab accolis enim Los puercos hodie nominantur. CHOERADES, Stephano Mo-

no Mosynoëcorum urbs est.

CHONIA, *χωνία*, civitas Lycophroni, CHONIS Straboni dicitur: Calabria urbem facit Barrius, quam hodie Belicastro nominant. Vide ITALIA.

CHORA, vide TRALLIS.

CHOREB, vide SINAI.

CHORIENIS Petra, India, in Paratarum regione, Arriano. Hanc Curtius DORINIM vocat ut annotavit Vulcanius.

CHOROANE, *χοροάνη*, Parthia regiuncula, Ptolemaeo. Balassan incolis nominatur, si Nigro creditur.

CHORSABIA, vide SARGASIS.

CHORSORI, vide PERSIA.

CHRISTIANI, vide EVROPÆI.

CHRONVS, *χρόνυς*, Sarmatia Europæe fluvius, Ptolemaeo. In Lithuania eū hodie ponunt Pircheimerus & Cromerus. eūque Germanis Memel, & Slavis Niemen vocari dicunt. in Sinum Venedicum effluit. Erasmo Stella verò, & Rithaymero, fluvius est Prussia, Pergel dictus in eundem Sinum se exonerans. Fidlerus (qui flumina Germania elegiaco carmine descripsit) cū Cromero sentit.

CHRVTVNGI, vide SCYTHÆ.

CHRYSÄ, vide CHYDA.

CHRYSÄORIS, vide IDRIAS.

CHRYSÄS, Siciliae amnis; qui per Asserinorum agros fluit ut scribit Cicero, lib. 4. in Verrem. Hanc Assoro hodie dici scribit Fazellus; sed Veria Leander.

CHRYSÆ Sinus, Plinio; Maris Eoi; qui Ptolemaeo MAGNVS Sinus est ut insignis, & alter (ut vere, & quod sentiam, dicam) nostri seculi Ptolemaeus, Gerardus Mercator, ostendit in sua Universalitabula: qui eundem hodie Mare Cin dici ait. Cirava Mar del Zur indignat. Idē Mercator vocat CHRYSÆ huius Sinus insulam, quam nunc Lusitani Iapan appellant. Eadem est, ni fallor, que à Paulo Veneto Zipangri, & nonnullis Ciampagu nominatur. Hæc fortè etiam Dionysij Alexandrini CHRYSÆ, id est AVREA insula, Stephanus quoque habet Oceani insulam CHRYSÆM, quam *ὠρεάνης*, nuncupat. Vide AVREA Chersonesus, COMANA, & THASYS.

CHRYSITES, Livio locus in Macedonia est, (ut Bellonius refert) qui hodie Siderocapla dicitur.

CHRYSIVS, dicitur à Sambuco Hungariae fluvius, qui incolis Kreuz, Germanis autem Kraß dicitur.

CHRYSOPOLIS, *χρυσόπολις* Ptolemaeo Xenophonti, Suida, & Stephano, BOS Polybio, DAMALIS Arriano. Promontorium est positum è regione promontoriū Byzantium continentis: ut illud (ex Georgio Cedrena) describit P. Gyllius. cui Scutari hac tempestate appellatur. Polybio tamen lib. 4. Bos & Damalis duo diversa sunt loca. Vide DRYÆNA, PARMA, & VESONTIO.

CHRYSORRHOAS, *χρυσόρροας* Ptolemaeo est Syriae fluvius, iuxta Damascum urbem fluens. Bellonius eum Adegele nuncupat. Stephanus fluvium quendam Damascum præterfluentem BARDININ, *βάρδινον*, vocat. quem D. Hieronymus FARFAR appellat. ut scribit Wolfg. Wissemburgius. Sed an hic idem sit cum Chrysochoro, an alius, alij videant: ego enim me hoc nescire fateor. Possunt enim plura flumina eandem urbem alluere, aut præterire. Pharfaris Damascum præterfluentis meminit etiam Benjamin: idem habet Amma fluvium, qui in ipsam urbem influit.

CHRYSORRHOAS, Plinio fluvius est qui in Propontidem defertur: qui & GENDOS vocatur. Vide PACTOLVS, & LYCORMAS.

CHTHONIA, vide CRETA.

CHVNI, vide VNNI.

CHVSÆ, vide PHILACÆ.

CHVSÆI, sunt Beroaldo ARABES. vide ÆTHIOPIA.

CHVSARIS, *χούσαις* Ptolemaeo Libya Interioris fluvius. COSENVN Plinij esse, scribit in suo Ptolemaeo, Villanovanus. quem Plinius tamen in Mauritania describit.

CHYDA, *χύδα* Ptolemaeo Siciliae fluvius est. quem Fazellus Rosmarini appellari dicit. Videtur CHRYSÄ, *χρύσα*, Diod. lib. 14.

CHYDA, Lycie maritimum opidum, apud Ptolemaum: ut Sophiano placet. ex Latinis fortasse mendosis exemplaribus. nam Græca

- LYDÆ, λύδαι, hoc loco habent. Giva hodie eodem Sophiano.
- CHYRETIÆ, χυρετίαι, Macedonia urbs auctore Ptolemæo. Molcoluri Sophianus appellat.
- CHYTOPHORIA, vide PARTHENIE.
- CIA, Maris Aegæi insula apud Plinium contra Matium Creta insula opidum. Zea Sophiano est. Vide CEOS.
- CIABRVS, Daciæ fluvius Ptolemæo, ut Mercator habet, qui eum Morava interpretatur, Hungariæ fluvium, Danubium influens. CIAMBRVS, κιάμβρϞ, legitur in Græcis codicibus Ptolemæi. ubi & aliquando sine R. κιάμβϞ, legit. Eundem putat Peucerus CIVS, κίϞ, ab Herodoto dici.
- CIBALIS, κίβαλις, Pannonia Inferioris, teste Ptolemæo, urbs. CIBALÆ, Ammiano & Diacono. Vide PANNONIA.
- CIBINIVM, Daciæ urbs mediterranea; qua Germanstadt vulgo dicitur.
- CIBOTVS, vide APAMEA.
- CIBROS, vide CYRRVS.
- CICERONIS Castra, Casari in Commentariis Beltſick hodie. Pagus Flandriæ, à Gandavo plus minus tribus miliaribus distans. ubi multa antiquitatis monumenta hodie eruuntur. Becano. Idem Hub. Leodio, qui tamen huius pagi nominis (ut ipse scribit) non meminit. sed cum addit miliari Germanico ab Audenardo distare, & quotidie ibi innumera Romanorum numismata Deorumq; simulacra inveniri, non alium pagum quam hunc ipsum velle designare, compertum habeo.
- CICHYRVS, κίχυρϞ, Thesprotiorum in Epiro opidū. quod olim EPHYRA, ἐφύρα, nuncupatum fuit. auctor Strabo.
- CICIMENI, vide SARMATIA.
- CICONES, vide ISMARVS.
- CICONIVM, Asiaticorum promontorium, iuxta Bosporum; Petro Gyllio qui hoc Cornio nunc appellari testatur.
- CICYNETHVS, κικύνηδος, Macedonia insula Straboni, in Sinu Pelasgico. Pontico nunc vocat eam Sophianus.
- CIDÆNIS, vide ELÆA.
- CIERIVM, vide ARNE.
- CIGVRRI, vide EGVRRI.

- CILA, vide CELA.
- CILICENÆ, Antonino Pannonia Inferioris urbs. Zepd Simlero.
- CILICIA, κιλικία, Asia minoris regio. Iosepho dicitur hactarsvs. Itē Stephano. CHALAH tamen Hebræis nominari, auctor est mihi Arias Montanus. Hodie vocatur Turcomania & Finichia, à Vico quodam magno; ut refert Marius Niger. Incolas prius ACHÆOS appellatos, scribit ex Herodoto Stephanus. ego HYPACHÆOS apud eum lego. Idem Stephanus tradit eos etiam TRACIOTAS vocari. Mare quod inter Ciliciam & Cyprum est, Ptolemæo ANGVSTIÆ CILICIÆ sunt. Oroſio CILICINVS Sinus. vide CAPPADOCIA & PAMPHILIA.
- CILICIÆ Pyla, vel porta, vide TAVRVS, & AMANICÆ.
- CILIMBESII, κιλίμβησιοι, Corsica insulae populi, Ptolemæo. Nebbientes hodie sunt Leandro.
- CILLVTA, vide PSILTVCIS.
- CIMARVS, vide CYAMON.
- CIMBRI, κίμβροι, Ptolemæo Germania populi, maximè Septentrionales. Juptlanders sunt nostra tempestate. CIMBRI & CIMMERII. iudem sunt, Becano in Chronia ipsosque etiam CERBERIOS, κερβεριοι, ab Aristophanis commentatore vocatos addit. Vide CIMMERII.
- CIMBRICA Chersonesus, Ptolemæo; CARTRIS est Plinio. Extima Germania pars, versus septentrionem. Videtur hodie comprehendere Juptlant/Holstein/& Sletwijck. In antiquis excusis Pliny exemplaribus pro Cartris HAVSTISVS legitur.
- CIMBRICVS Pagus, vide CIMMERIVM.
- CIMBRORVM Promontorium, Plinio. Scagen Mercatori.
- CIMINIVS Lacus, Italia apud Volsinios, ut Strabo scribit. Lago de Rossillon Nicolao Erythraeo. cui etiam alio in loco Lago de Vico nuncupatur. utrumq; tamen in suo Indice Virgiliano. Georgio Fabricio & Leandro, quoque Lago di Vico dici video. Idem Leander addit eum ab Antonino ELBII Lacum appellari.
- CIMINVS Mons, Virgilio, illo versu, Et Cimini

Cimini cum monte lacus. Prope Viterbum est, & Mōte Viterbo nominant. ut Leander perhibet. Nonnulli per X. scribunt, in prima syllaba.

CIMMERII, κίμμεροι, populi sempiterna caligine septi, & à solis aspectu prorsus adempti, describuntur à Veteribus historicis. Hi à Strabone ex Ephori traditione, in Cāpania, circa Baias, in subterraneis edificiis, quas ARGILLAS, ἀργίλλαι, vocant, statuuntur. Hæc esse ea loca vult Leander & Volaterranus, qua hodie Caverna della Sibylla vulgò vocantur. & à Virgilio & Procopio ANTRVM SIBYLLÆ dicitur. Sunt item CIMMERII circa Meosidem paludem & Bosporum Cimmerium, sic ab his cognominatum. Item circa Colchidem; Ptolemæo & Herodoto. Plinius quoque horum cum Georgiis meminit, iuxta Hyrcanum sive Caspium mare. Horum regionem ego ex Antonij Curchini, (vel à Curchi,) quem excusa exemplaria Haithonem vocat, descriptione, Hauessem nominari putarim. Is enim in Georgia regione tractum quendam describit, adeo tenebris densisq; caliginibus circumseptum, ut aliter alterum oculis vix conspiceret, nedum dignoscere queat. additq; hæc non ex aliorum relatu habere, at ipsismet expertum esse; ipsamque regionem lustrasse. Eamq; patere in circuitu trium dierum itinere dicit. Hi fortassis sunt, de quibus hæc Cicero, in Academicis: Cimmerij quibus aspectum Solis, sive Deus aliquis sive Natura ademit; sive eius quem incolunt, loci situs. Hic Somni domum ab Ovidio aptissimè, & peculiari statione locatum quis non videt? De harum tenebrarum origine & causa, vide apud dictum Antonium, historiam fortè nimis friuolâ & superstitiosam. Pro Hauessem, quod in manuscripto exemplari legerim, habent impressi codices Hamfen. Cimmerij etiam TRERONES, τρηρονες, nuncupantur à Strabone. Vide CIMBRI.

CIMMERIS, vide ANTANDROS.

CIMMERIVM, opidum ad Bosporū Cimmerium sive Meoticum: quod antea CERBERIVM vocatum fuisse scribit Plinius.

CIMBRICVM Pagum appellat Strabo.

CIMOLIS, κίμωλις Ptolemæo, per N. CINOLIS scribit Arrianus: Galatia opidum. quod Quinoti Mercatori est.

CIMOLIS, Cretici maris insula, apud Ptolemæum. quam Plinius CIMOLVM vocat, & ECHINVSSAM dictam innuit. Nigger tradit Polino à Nautis dici. Sicandro nominat Castaldus.

CINÆDOCOLPITARVM mons, κιναιδοκολπιτων, in Arabia Felice describitur à Ptolemæo: Videtur mihi Porta di Ferro nominari in tabulis recentioribus.

CINÆTHIVM, vide ONVGNATHOS.

CINDRA, vide GONDRAE.

CINGA, Cathalonia fluvius, in Hispania, Clusius Senga interpretatur. meminit huius Cinga Casar de Bello civili, & Lucanus lib. 4.

CINGVLVM, Picenorum opidum, Casari. Cingulo, Leandro.

CINITHII, vide NIGINTHIMI.

CINIVM, Plinio Balearium insularum opidum. Cala longa facit ex eo Pinetus.

CINOLIS, vide CIMOLIS

CINVPHVS, κινυφω Ptolemæo Africa Propria fluvius. item Straboni CYNIPS Plinij est & Mela. Sine aspiratione scribendum, suadet Pintianus.

CIRCÆVM, κίρκαιον, Promontorium Latinorum, in Italia, Ptolemæo. CIRCES DOMVM vocat Mela. Hodie Mōte Circello dici scribit Leander.

CIRCEIVM, vide CIRCESSVM.

CIRCES, vide BÆTIS.

CIRCESSVM, Eutropio est urbs imminēs Euphrati. ubi Gordiani Imp. tumulus est, ut idem addit. Idem locus CIRCEIVM à Capitolino, & CERCYSIVM ab Ammiano dicitur.

CIRCIDIVS, κίρκιδις, Corsica insula fluvius, ut tradit Ptolemæus. Pianello & Bauano appellari hodie, dicit Leander.

CIRCIYS, vide TAVRVVS.

CIRCVS Flaminij, vide FLAMINII Prata.

CIRIS, κίρις, Lycophroni Brutiorum fluvius. COIRIS, κοίρις, etiam legitur. Calabriæ fluvius est, Caldano hodie dictus, ut scribit Gab. Barrius.

CIRRA Plinio, **CYRRHA** per Y. Ptolemaeo. Phocidis urbs est Pausania; quam pri-
sco nomine **CRISSAM**, κρισα, nomina-
tam scribit. Ptolemaeus tamen duas ex iis
facit. Cirram hodie Aspropiti vocari, tra-
dit Nardus, & Zardus. Vide **PARNASSVS**.
CIRRO, vide **CYRRVS**.
CIRTA, κίρτα, Numidia urbs Straboni, &
Masinissa regia. **CIRTHA** cum aspiratio-
ne est apud Melam. qui eam suo tempore
SITTIANORVM Coloniam appellat.
Ptolemaeus **CIRTAM IULIAM**, κίρτα
ισλία, vocat. Strabo per Y. κίρτα, scribit. Ho-
die Constantina esse, volunt Iovius, & O-
livarius. Fazellus putat Alger esse, in cuius
portu Carolus V. Imp. naufragium passus
est, Anno 1537.
CISAMVS, κίσσμος, apud Ptolemaum est
Creta insula urbs, versus plagam Septen-
trionalem. Hodie Sophiano Chisamopoli
est. **EPHITISAM** quoque vocari, Dictiona-
ria perhibent: at auctorem non addunt.
CISSA, vide **STISSVM**.
CISSE, κισση, Mauritania Casariensis urbs,
Ptolemaeo. Cerceli Castaldus vocat.
CISSII, vide **S-VSA**.
CISSVS, κισσός, Lycophroni mons est Ma-
cedoniae: qui quod in eo Aeneas post destru-
ctam Troiam habitaverit, **ÆNVS**, αίνος,
dictus fuit, ut scribit Isacius Tzetza.
CITARIVS, κιτάριος, Macedonia mons
Ptolemaeo. **TITARVS** à Strabone vocari,
observavit Gerbelius. Xerolibado Sophia-
no dicitur.
CITHÆRON, κίθαρον, Achaia mons Pto-
lemaeo. Hunc antea **ASTERIVM**, ἀστέρειον
vocatam scribit Plutarchus, de montibus
auctor.
CITHARISTES, κίθαριστής, Promonto-
rium Galliae Narbonensis, Plinio. Marius
Niger scribit nautis Circelli vocari. Aliis
est Cabo de S. Sigo, Item C. Bacro.
CITHYNIS, vide **CLAUDIOPOLIS**.
CITRON, vide **PYDNA**.
CITTVS, vide **CERCETIVS**.
CITVORVM Insula, in Danubio est, au-
ctore Ptolemaeo, ut Lazio placet. qui eam
Hungaricè Ciuvau, & Germanicè Schut.
appellat.

CIVARO, in finibus Allobrogum. huius mē-
tio fit in Ciceronis Epistolis famil. Canalis
& Castilionius volunt Camberi esse, ur-
bem Sabaudia primariam. **CAVARIA**
(pro quo **CASVARIA** nonnulli legunt.)
fortè Antonini. Simlerus Solame in Fusi-
gni, interpretatur. Camberi ab antiquis
CAMERINVM vocari, scribit Paradi-
nus in sua Sabaudia. huius Antoninus quo-
que meminit.
CIVITAS NIGRA, vide **AGATHA**.
CIVS, vide **CIABRVS**, & **PRVSA**.
CLANES, κλέωνς, Straboni Vindelicorum:
fluvius, in Danubium effluens. Lazio Glan
vocatur.
CLANIS, vel **GLANIS**, ut quidam legunt
apud Plinium Etruria fluvius, qui Chiana
hodie dicitur. γλάννιον, fluvium habet Ste-
phanus apud Cumaeos, (qui sunt in Cam-
pania.) hunc quoque **GLANIVM**, γλάν-
νιον, appellat. Alium dicit apud Tiberim flu-
vium. Item tertium describit in Iberia.
CLANIVS olim, deinde **LIRIS** dictus, ut
Strabo & Plinius scribunt. In Graeco tamen
Strabone legitur κέρις, & κλαυίς. **GLA-
NIVS** etiam interdum apud Plinium va-
ria lectione habetur. Latij fluvius est, quem
Leander Garigliano nunc vocari dicit.
LINTERNVS eum suo tempore putat:
appellatum Appianus Alexandrinus.
CLANIVS Virgilij, non equus Acerris.
Campania fluvius est. Hodie Glanio, us-
que Leandro videtur.
CLARA, vide **CYLLENE**.
CLARINEA, vide **GORDVNI**.
CLARITAS IVLIA, vide **ATTVBI**.
CLAROS, Myrtoi maris insula. Calamo
Sophiano et Nigro. Huius meminit Ovidius.
CLARON insulam habet Solinus inter
Tenedum & Chium. An hac eadem sit cum
illa, subdubito.
CLASSICA Colonia, vide **FORVM**.
IVLII.
CLASSIS, opidi, meminit prope Ravēnam,
Ael. Spartianus, in Didij Iuliani vita. Hodie
eius nihil extare praeter Monasterium D. A-
pollinari dicatum, Hier. Rubens & Lean-
der auctores sunt.
CLASTIDIVM, κλασίδιον, Straboni. opi-
dum

dum Lombardia Cispadana est, quod hodie Chiestegio dici, scribit Leander.

CLATERNA, κλάτερνα Ptolemæo, Plinio & Straboni. Italiae urbs in Gallia Togata.

Quaderna nominat Leander. GLACERIMA, & GLACERINA habet hoc loco Antoninus ut placet Simlero.

CLATERNA, Pomponio opidum est in Daunis. hoc fortè CLITERNUM, κλείτερνον Ptolemæi est. Campo marino Nigro videtur.

CLAUDIA, Plinio in Noricis urbs. Hanc Lazius Clagenfurt putat. Carinthia hodie opidum. Vide CLAUDIVIVM, ALEXANDRIA, & APPIA Via.

CLAUDIÆ AQUÆ, fontes duo sunt, in Vrbe, quorum alter CÆRVLEVS, alter CVRTIVS, & ALBVDINVS dicitur. Suetonius in Claudio.

CLAVDII Forum, vide FORVM.

CLAVDIOPOLIS, κλαυδίπολις, Bithynia urbs est Ptolemæo. quam quoque BITHYNIUM, βιθύμιον, vocat; Antinoi Hadriani Imp. amasij patria. CITHYNIDEM, κίθυνιδος, quoque appellatam scribit Dion. Ego malim una tantum littera mutata, Bithynidem legere. Cithynidis enim nemo, quod sciam, meminit. Castamena hodie vocari, & olim quoque NICOMEDIAM nuncupatam, tradit Marius Niger. Vide ISAVRIA.

CLAVDIOPOLIS, Sambuco est Hungariae urbs: hodie incolis Coloswar, & Germanis Clausnburg dicta.

CLAUDIVIVM, κλαυδίστιον, Norici urbs, Ptolemæo, ad Danubium. hanc Althamerus Enss interpretatur. Klosterneuborg Villanovanus. qui putat eandem à Plinio CLAUDIA dici. Melck, eam Pyramius vocat. Melck (ut & hoc hic addam) olim Arcem ferream dictam scribit Melchior Sotterus, de bello Pannonico.

CLAVDIVS, Mons Pannoniae, Plinio. In confinibus Hungariae est, ut Lazius credit. qui dicit eius Occidua iuga à Ciliensibus Bogel/Hochitzerberg/im Zagor/& eius Orientalia ab Hungaris Motay / Monocyle / Hisdarnocz / & Werentze appellari.

CLAVDVS κλαῦδος, Ptolemæo Cretici maris insula. Gozo Ger. Mercatori est. cui etiam GAVDOS Melæ est. Hoc in tractu Plinio quoque GAVDOS insula est, cuius situs cum Ptolemæi (et si Villanovanus in suo Ptolemæo, & Q. Hedius in sua Melita eandem faciant) non nihil differre videtur. Plinius enim Gaudos contra Hierapytnam; Ptolemæus Claudam contra Criumetopon describit. ΚΑΥΔΩ etiam Suidæ insula est, vicina Crete; ubi maximè onagri nascuntur.

CLAVENA, Antonino Helvetiae opidum ad Larium lacum. Cleven incolis, Chiavenna, Italis dicitur.

CLAVTINATII, κλαυτινάτιοι, Vindelicie populi sunt apud Strabonem. eosdem esse cum CATENATIBVS Plinij, scribit Simlerus. esseq; eos qui utrimque ad Aenum habitant, supra eum locum ubi Danubium ingreditur.

CLAZOMENÆ, κλαζομεναί, Ioniae urbs, Straboni & Ptolemæo. GRYNÆ prius dicta, Stephano. Grine hodie dici, scribit Thevetus. Vide ABDEA.

CLITERNUM, vide CLATERNA.

CLEONE, κλεωναί, Argiae, in Peloponneso opidum, Ptolemæo. Sanvasili, Mar. Nigro hodie dicitur.

CLETA, κλήτη, Choniae regionis Italiae locus, à regina Cleta sic dictus: auctor Lycophron. Petramala hodie nuncupari, & castellum esse scribit Gab. Barrus.

CLIBANVS, Mons in Locris, Plinio. qui à Pineto Monte Leone interpretatus est. Barrus autem Vifardo nominat; & in Calabria ponit.

CLIDES, Plinio quatuor insulae sunt, ante Cypri promontorium, quod ex adverso Syriae est. In Ptolemæis Latinis ipsum promontorium sic dicitur, in Graecis non habetur. S. Andre vocari, scribit Thevetus.

CLIMAX, κλίμαξ, Straboni mons in Coele-syria. Passum canis appellat Mar. Niger. Vide MASICYTVS.

CLITOR, κλείτωρ Ptolemæo, κλιτορία, Stephano, Arcadiae urbs. CLITORIVM Plinio dicitur. Hinc Clitorius amnis & fons, ab Ovidio celebratus. Gardichi hodie appellari testatur Niger.

- CLITRO**, vide **HEROPOLIS**.
CLIVIA, urbs & metropolis Germaniae inferioris, eius regionis qua ab ea nomen accepit. Meminit eius Eumenius rhetor in oratione. Vulgò Cleve dicitur.
CLOCOTONITZA, vide **PANNONIA**.
CLODIA FOSSA, Plinio. Venerorum hodie ditionis opidum; in Hadriatici maris litore. Chioggia Blondo & Leandro.
CLODIANVS, κλωδιανός, Hispaniae Tarraconensis fluvius, Ptolemao & Pomponio. Flavian, Varrerio & Floriano.
CLOSTRA, vide **AVSTRA**.
CLVNIA Colonia, κλυνία Ptolemao Hispaniae Tarraconensis urbs in Arevacis. Ex Inscriptionibus vetustis colligit Carolus Clusius hodie Coruña vocari, in Gallacis opidū. Nonnullis tamen addit Cruña vel Castro esse.
CLYPEA, ut Plinius, vel **CLYPEA**, κλυπέα, quae primum **ASPI S** dicta fuit, Solino auctore. Ptolemao tamen hoc tractu duae sunt, **Aspis** & **Clypea**. Africa Propria urbs, ad Mare Mediterraneum. Ptolemai **Clypea** puto hodie **Zafaran**, & **Aspis** **Quipia** dici.
CLVSENTINVS, vide **PASSVMENA**.
CLVSINI Fontes, Horatio ad **Clusiam** urbem. Bagni de S. Cassiano sunt **Andreae Baccio**.
CLVSIVM, κλυσίον, Tusciae mediterraneum opidum Ptolemao. **Chiusi** vocatur hodie **Leandro Alberto**. In **Catanis** fragmentis quae circumferuntur, **CLVSIVM VETVS** & **CLVSIVM NOVVM** est, (uti quoque apud Plinium **CLVSINI VETRES**, & **NOVI** sunt. **Clusium** vetus dicit idem **Cato CAMERSOL** vocatum. Apud **Livium** legitur, **Clusium** quod olim **CAMARS** appellatum. **Clusium** Novum hodie corruptè **Calentino** nominari, scribit **Annius**. **CARMON** quoque olim nuncupatum, ex **Plinio** refert **Blondus**. Urbem **CLVSINI**, quae nunc **DVSIA** dicitur. sic **Orosius** lib. 2. cap. 19. sed alia lectio **TUSCIA** habet.
CLYLIPENVS Sinus, Plinio, qui **VENEDICVS** Ptolemao, Maris Germanici. quod **Germani**, Recens mare, appellat, inquit **Marius**. Hoc, Recens mare, video factum ex **Frischyaff** quod sonat, recens, sed patius

- subfrigidus portus. Italus porto fresco rectè interpretaretur. **Frischyaff** vocatur incolis Sinus quem **Vistula** fluvius efficit, & **Plinius** hic describere videtur. **Fischnaufen**, id est, piscium domicilium, vocari tradit **Marian-gelus Accursius**. Sed cōdonanda sunt huiusmodi Italis, & peregrinis; qui ipsi lingua nostra ignari, ex relatu aliorum fortasse minus intelligentium, peius transferunt.
CLYPEA, vide **CLYPEA**.
CLYSMA, κλύσμα Ptolemao praesidium in Aegypto est. quod **LISMO** Antonini est, ut indicat **Simlerus**.
CNACIO, vide **BABYCE**.
CNECEVS, κνκεῖος, **Lycophroni** **Laconica** fluvius est. quem **Isacius** eius commentator postea **SINVM**, σινός, appellatum prodit.
CNIDVS, κνιδός Ptolemao & **Straboni**. **CNIDVS** per **G.** Latini ferè scribunt. **Asia** opidum, in **Deride** regione est. Hae **Plinio** auctore primum **TRIOPIA**, dein **PEGYSSA**, & **STADIA** appellata est. Hodie à **Molctio**, **Chio**; à **Sophiano** autem, & **Nigro**, **Cabo Crio** nominatur.
CNOPVPOLIS, vide **ERYTHRÆA**, & **ISMENVVS**.
CNOSSVS, vide **GNOSSVS**.
CO, κώ, **Aegypti** urbs, apud **Ptolemaum**. quam **Simlerus** credit **TICANOVA**, aut variata lectione, **ICANOVA** apud **Antoninum** vocari. Vide **COS**.
COA, vide **COS**, & **COPHES**.
COARA, vide **OCCORA**.
COBIALVS, vide **ÆGIALVS**.
COBILVS, **Bithynia** fluvius videtur apud **Flaccum**. Hunc **Hermolaus** putat ab **Apollo** **CROBIALVS**, κροβιάλλος, appellari. An idem à **Livio** **COVLATVS** dicatur, haec est.
COVLATVS, vide **COBILVS**.
COCCORANAGARA, sic legitur in Latinis **Ptolemai** exemplaribus. urbs **Sinarum** est; quam fortè **Cianganor** putat hodie dici **Ger. Mercator**. **Graecus** **Ptolemaeus** **COCCONAGARA**, κοκκονάρα, habet. cui alia urbs cognominis est in **India** extra **Gangem**.
COCCYGIVS, κοκκύγιος, mons **Peloponnesi**, ad **Inachum** fluvium. antea **DYCEIVS**, δυκεῖος,

Dunios, dictus; auctor Plutarchus de fluminibus. Pyceius, per P. habetur in versione excusa à Natale de Comitibus. COCCYX videtur appellari à Pausania, lib. 2. qui ibidem meminit Coccygij Iovis. Hunc montem prius THORNAX vocatum, idem scribit.

COCHE, vide SELEVCIA.

COCINTHVM, vide CARCINVM.

COCTIÆ, vide COTTIÆ Alpes.

CODANONIA, insula Codani Sinus, apud Melam. Hanc Seelandt hodie vocari credo.

CODANVS Sinus, vide BALTICVM.

CODDURA, καδδ'εγ, India intra Gangem urbs, Ptolemaeo. Gandavari Castaldo.

COELA, vide EVBOICVM Mare.

COELALETÆ, Thraciæ populi sunt Tacito. Hos Plinius CELETAS, & Dio corruptè SIALETAS vocat. Sic annotavit in suo Tacito, (ne quem sua laude fraudemus) doctissimus Lipsius.

COELE, vide SYRIA.

COELASYRIA, συρία κοίλη, Asia regio Ptolemaeo & aliis. Hanc putat Postellus hodie Boca, & Bocalbalbec appellari, à Balbec urbe, quæ olim fuit Heliopolis.

COELIMONTANA Porta, Urbis Romæ. Junioribus ASINARIA vocatur. Hodie S. Ioannis nonnullis dicitur. Marlianus in sua Roma.

COELIVS Mons, vnus è septem Urbis Romæ quem Tiberius Imp. (ut scribit in eius vita Suetonius) AVGVSTVM appellare iussit. Tacitus addit eum prius QVERQVETVLANVM vocatum. Eundem TVSCVM Vicum postea dictum, ex eodem intelligit Vertranius. MASTARNA olim appellatum ex quadam vetusta Inscriptione apparet, quæ apud Aldum est, in sua Orthographia. Sed CÆLIVS per Æ, ibidem scribitur.

COENGENVM, κοινον Ptolemaeo Germania urbs, in climate Septentrionali ex qua Villanovanus Laudenbourg facit.

COGERANVS, vide SARVS.

COGEDVS, Martiali Hispania fluvius, Cōgedo, Cass. Parrerio.

COGIENSES, Plinio Carnorū populi sunt, qui hodie Conegiano Venetorum ditionis opidum inhabitant ut scribit Leander. Her-

molauus Barbarus verò docet hic legendum TOGIENSES per T. non Cogienses. Plinij locus est lib. 3. cap. 19.

COLAICVM, vel, ut dubia lectio, COLIACVM, Plinio: CALLIGICVM, καλλιχόν, & CORY, κώρυ Ptolemaeo: COLCHI, κόλχοι, Arriano: India intra Gangem promōtorium. Cabo de Colle appellat Mercator. Ioannes Barrius & Garcias ab Horto Comorin vocat. Castaldus Canamancina; cui COMARIA, κομάρα Ptolemaei, Comorin videtur. Meum iudicium non interpono, lectoribus potius liberum relinquo. Hoc tantū dicam, me libenter Gerardi Mercatoris, propter insignem eius in Geographia cognitionem, sententiis accedere: his etiam viris doctis qui ipsa loca viderunt et habitaverunt, ut Barrio & Garcia, multum tribuo.

COLANCORVM, κολένκορον, Germania urbs Ptolemaeo. Fridwaldt vocat Villanovanus.

COLAPFANI, Pannonia populi, quorum regionem irrigat Savius fluvius, ut perhibet Plinius. Hæc regionem hodie Corbavia vocari, scribit Mar. Niger.

COLAPIS fluvius, apud Segefticam, in Saviū incidit; inquit Strabo, in fine lib. 5. ut Xylander vertit. in Græco OGDOLAPIS, ογδολάπης, est. COLAPS, κόλαψ, Dionysio est. quod idem Xylander annotavit. Lazius eum Culpa vocat, Slavonia fluvium.

COLBIACVM, vide TOLBIACVM.

COLCHI, κόλχοι Ptolemaeo Careorum emporium, in India intra Gangem. Canamancina Iacobo Castaldo. Vide COLAICVM.

COLCHINIVM, vide OLGHINIVM.

COLCHIS, κόλχης, Asia regio; cuius incolas LAZOS, λάζοι, vocat Procopius, Agathias, Gregoras, Suidas & Isacius Tzetza. Colchidem LIGYSTICAM, λιγυστινὴν, appellat Lycophron. Stephanus LIBYSTINE per B. hoc loco apud Lycophronē legit. Idem Steph. LIBYSTINOS populos, Colchidi adiacentes habet. LIGYOS populos habet hoc tractu etiam Herodotus. & in eis Ligysticem urbem, Stephanus. Colchidem prius ARIMANAM dictam, scribit Niger. testemq; adducit Appianum. Idem à iunioribus in duas provincias dividi ait in Mengteliā nēpē, qua mare attingit, & Laxiam, qua in-

- qua inferius habitam. Hos puto Lazas & Manralos qui à Ptolemæo in Colchide statuuntur Molerius tradit COLCHIDEM, ALBANIAM, & IBERIAM, uno hodie nomine Comania vocari.
- COLDVLI, vide BVBIEMVM.
- COLI, COLICA, & COLICE, vide CAUCASVS.
- COLINIA, vide CYP RV S.
- COLIPPO, Lusitania opidum Plinio. Hodie non extare, sed eius ruinas S. Sebastiani vocari, à sacello proximo, non longè à Leiria; Varrerius in suo Itinerario tradit.
- COLLATINA Porta, Urbis Romæ. Hanc Procopius PINCIANAM vocat Marliano teste.
- COLLINA Porta, Urbis Romæ. Hanc Festus Pompeius scribit AGONENSEM dictam. SALARIA à Procopio nominari, ait Barth. Marlianus qui eam QVIRINALEM etiam appellatam addit.
- COLLOPS, vide CVLLV.
- COLOA, κολών Ptolemæo Aethiopiæ urbs; idem Arriano in suo Maris Erythraei periplo. Barva Ramusio.
- COLOE, κολών, Aethiopiæ palus Ptolemæo ex qua Astapus amnis redditur. Barcena, Mercatori. AORATIA, ἀορατία, fortè Aeliani est; cuius meminit Animalium lib. 17. cap. 40. ubi & ἀρρατα habetur, dubia lectione.
- COLOE, est lacus distans XL. ab urbe Sardi stadia: hic ab Homero GYGÆVS, γυγαῖος, dicitur. testis Strabo lib. 13. GYGÆVM Stagnum Plinius vocat.
- COLONE, κολώνη, scopulus Asiæ ad Bosphori Thracici litus, è regione Cyanearum, teste Apollonio Argonautico. hunc corruptè vulgò, ut tradit Gyllius, Cromnion vocant.
- COLONE, κολώνη, Messeniæ, in Peloponneso urbs, Ptolemæo. Griso, vel Grisi, Nigro, & Sophiano.
- COLONIA, sic vocatur urbs quædam Angliæ, apud Antoninum: quæ etsi ex distantia videatur esse Sudburye, nomen tamen Colneilli magis convenire scribit Talbotus.
- COLONIA AGRIPPINA, vide AGRIPPINA.
- COLONIA AVGVSTA RHÆTO-

- RVM, vide AVGVSTA VINDELICORVM.
- COLONIA CLAVDIA, vide PTOLEMAIS, & SABARIA.
- COLONIA PRIMA FLAVIA, vide CÆSAREA.
- COLONIA TRAIANA, Germaniæ ad Rhenum, urbs. cuius mētio est in carta provinciali vetusta. ut scribit Rhenanus. Hæc vulgò dicitur Kiepferswerd, teste Bilibaldo.
- COLONIÆ præterea multa fuere quas vide in dictione ACVSII, ADRVME TVM, AQVÆ SEXTIÆ, ARELATE, AVENIO, AVGVSTA Vindellicorum, CÆSAREA Palestina, CAMOLODVNV M, CELSA, CLVNIA, CONCORDIA, CORDVBA, CORINTHVS, DERTONA, DAMASCVS, FALISCI, FANVM, FORVM Iulij, HISPELLVM, NVCERIA, OVILABIS, PARMA, SALON, SVTRIVM, THÆNA, TVDER, VALENTIA, VALERIA, VERONA, ZAMA, & ZARMISOGETHVS A.
- COLOPENA, vide CAPPADOCIA.
- COLOPHON, κολοφών, Aeolidis in Asia Minori urbs, Ptolemæo. Altobosco, Alex. Zardo: Belveder, Mar. Nigro.
- COLOSSE, & COLOSSENSES, vide RHODVS.
- COLPEDI, κολπεδῖ, Thraciæ populi; qui nunc COLPIDICI, κολπίδικοι, vocantur, inquit Stephanus; & regio COLPIDICA.
- COLPITE, vide PHOENICE.
- COLVBRARIA, Plinio et Mela; OPHIVSA, ὀφισσα Ptolemæo. Balearici maris insula. Hæc Dragonera Clusio, Moncolobrer Floriano dicitur. Iovius eam Frumentera interpretatur.
- COLVMBA, vide BALEARES.
- COLVMBARIAM, vocat Witichindus Colmar Germaniæ urbem.
- COLVMELLA, vide COLVMNA REGIA.
- COLVMNA CÆLI, vide ATLAS.
- COLVMNARVM Fretum, vide FRE TVM. Herculeum.
- COLVMNA REGIA, Huius meminit Plinius, Strabo & Mela. item Antoninus, qui

qui **STYLIDA** habet. Locus est sic dictus, è regione Sicilia, ad Fretum Mamerinum, prope Regium Iulium; ubi traiectus est. De eo sic diligentissimus Hermolaus in suis doctissimis Castigationibus Plinianis: Græci eum locum Stylidam, id est, Columellam vocant; ea turricula modo erecta, ex adverso turrem in Peloro sitam, respicit hodieque à multis Stylarion appellatur. **COLV-MELLA** etiam vocatur in vetusta inscriptione, quæ Tegeani est, in Calabria. Vide **PO-SIDONIVM**.

COMACENVUS Lacus, vide **LARIVS**.

COMAGENA, Syria regio; quæ nunc **EV-PHRATENSIS**, ait Marcellinus. **EV-PHRATISIA** Procopio, & **AVGVSTOPHRATENSIS** Aurelio Victori appellatur. κομμαζηνή, duplici MM. scribunt Ptolemæus, & Strabo. Eam hodie à Barbaris Azar nominari, scribit Mar. Niger.

COMAGENVM. Huius loci meminit Antoninus, & lib. Notitiarum. Læzius dicit hodie **Holnpurg/Hymburg** vocari. Austria opidum. Sed **COMAGENVM** moniē habet etiam Læzius, in sua Austria tabula, quem sua manu in es incidit. hunc nominat vernaculè **Kraunberg**. Idem putat eundem **CETIVM** Ptolemæi esse.

COMANA, κόμανα, Armenia urbs. alio nomine **CHRYSIA**, χρυσία, dicta. Eustathius.

COMANA, Cappadocia opidum; quod nunc **MANTEIVM**, scribit Plinius. Tabachazam appellat Niger. **COMANAM PONTICAM** urbem, sic dictam habet Ptolemæus, sed in Pamphilia regione: antamen eadem sit cū hac Comana Eustathij, quam Chrysen vocat, non ausim dicere.

COMARIA, vide **COLAICVM**.

COMATA, omnis **GALLIA** vno nomine est dicta inquit Plinius. Regnum Franciæ (vulgò Roiaume de France) hodie uno quoque nomine indigitatur.

COMERA, vide **TVSCIA**.

COMMAGENA, vide **COMAGENA**.

COMPLVTVM, κόμματα Ptolemæo Carpetanorum urbs est. in Hispania Tarraconensi. Alcalá de Henares esse, ex veteris marmorum eius loci inscriptionibus, docet Carolus Clusius. Insignis hic omnium disci-

plinarum academia est.

COMPVSA, vide **CHALCEDON**.

COMVM, κομῶν Ptolemæo & aliis, Insulbrum in Italia urbs; ad Larium lacum unde is quoque Comacenus dicitur. **NOVVM COMVM** à Suetonio appellatur. Como hodie. Apud Ottonem Frising. & Comhadum Lichtenavium hoc opidum ubique male **CVMA**, & incolæ **CVMANI** appellantur.

CONARGOS, vide **THESSALIA**.

CONCORDIA Antonino, Hoherberg Simlero. Germania urbs, inter Argentoratam & Bingium.

CONCORDIA Colonia, κοινονδία Ptolemæo Fori Iulij quondam urbs hodie eius nihil extat, præter adem S. Stephani, & quæp. uicissima tuguria; Sabellico auctore.

CONCORDIENSES, qui & **BOCCORRI**, Hispaniæ populi. Plinius lib. 5. cap. 22.

CONCVBIENSES, vide **FOROIVLIENSES**.

CONDASBE, vide **MEROS**.

CONDATE, κονδατε Ptolemæo Rhedonum urbs est, in Gallia Lugdunensi. Villanovanus Rhenes interpretatur.

CONDRVSI, Germaniæ populi apud Cæsarem. Condrotz hodie. Leodiensis ditionis tractus est, in quo caput est Hoium opidū, ad Mosam. Pet. Divæus, & Hub. Leodius. Eisdem esse **CONDRVSONES** cum his existimat Blasius Vigenereus, qui apud eundem Cæsarem sunt.

CONE, vide **CONOPON**.

CONFLVENTES, Antonini, Cobolentz est hodie. quod ex Ammiani verbis quoque luce clarius est. is enim dicit locum ita appellari ubi amnis Mosella confunditur Rheno. Hic hodie Cobolentz conspicitur, Trevirensis ditionis opidum.

CONIACI, vide **MVSICANA** Terra.

CONIMBRICA, Lusitaniæ urbs, Plinio. Condexa à velha, Varrerio. & non Coimbra, ut multi putant, allusione nominis decepti. Sed **CONIMBRIGA** per G. marmoræ inscriptiones habent.

CONNA, vide **GAANA**.

CONOPA, vide **ARSINOE**.

CONOPON Diabujis, insula circa Istri sive Danubij

Danubij ostium Pseudostomum dictum; ut tradit Plinius lib. 4. cap. 12. hanc eandem vocat Lucanus CONE hoc versu, & Barbara Cone. ut annotavit Stukius, credit q̄ partem esse Peuce insula, quam Apollonius ANCONAM, ἀγκώνα, appellat.

CONOZVS, vide STRYMON.

CONRADCVZA, vide RIPA ALTA.

CONSA, vide COSSA.

CONSABVRENSES, Plinio sunt in Hispania populi, Contabora, Pineto.

CONSENTIA, κονσεντία, Ptolemæo Bru-tiorum in Italia urbs. Cosenza hodie, in Calabria, Leandro.

CONSILINVM, Plinio et Mela Locrorum urbs. Stylo hodie dici, testis est Barrius in sua Calabria.

CONSTANTIA, vide AMIDA, ARE-LATVM, GAZÆORVM Navale, SA-LAMIS, & VITODVRVM.

CONSTANTIA CASTRA, Ammiano Marcellino: Constance in Normandia est, Rob. Cœnali.

CONSTANTINA, vide NICEPHO-RIVM, & NISIBIS.

CONSTANTINOPOLIS, κονσταντινὸς πό-λις, Stephano; olim BYZANTIUM, βυζάντιον, Thracia nobilissima urbs, ad Bosporum Thracium sita. Imperij Occidentis quōdam (& etiam eum quoque, si hoc modo Turco-rum tyrannidem nominare liceat) caput.

LYGOS antea dicta, scribit Plinius. AN-TONIAM à Severo, & eius filio Antonino Imp. & ANTHVSAM, ἀνθῆσαι, à Con-stantino appellatam, tradit Eustathius. A-GIOS, & ÆTHVSA quoque aliquando nominatam, (nescio quibus auctoribus) di-cit Volaterranus; & Erythraus, in suo Indice Virgiliano. NOVA et SECUNDA RO-MA historicis etiam sepius vocatur. Græcis hodiernis Stimhoili nuncupatur. Mario Nigro Apoley. aliis, uti & Favolio in suo Hodæporico Byzantino, Stambol. Her-bersteinus perhibet à Slavis (quorum lin-gua Cōstantinopoli quoq; in usu est) Cza-rigrad, & Mathias Michoviensis Czarou-dom dici. utrumq; sedem regiam significare addunt. Europæis Romanis Constantino-poleos nomen hætenus retinetur. Hanc

urbem accuratissimè descripsit Pet. Gyllius, peculiari libello.

CONSVANETES Plinij, CONSVAN-TÆ, κοντέανται Ptolemæi, & SENONES Floro, iidem populi sunt Aventino, in Vinde-licia. Locus eorum, ut mihi videtur, inquit Schudus, est circa Lādthutt/Wasserburg/ & Passaw. Simlero videtur regio ad Isa-ram fluvium, Schwindaw Germanis dicta.

CONSVARANI, sunt Plinio Gallie Nar-bonēsis populi. quos Coscrans vocat Ioan-nes Poldus Albenas.

CONTESTANIA, Hispania Batica regio est apud Plinium. Concentayna, regni Va-lentia opidum est Clusio, sed subdubitanti.

CONTRAGI, vide BVLGARI.

CONTRIBVTA, vide CENTOBRICA.

CONTREBIA, vide CENTOBRICA.

CONVENÆ, κοννεναί, Plinio & Straboni Aquitaniae populi sunt, ad Pyrenæorum ra-dices: Cœnalis Cominges vulgo dici, ait. Xylander putat Convenas Straboni eosdem esse cum Cucuenis Ptolemæi. vide CV-QUENI.

COPAIS, κοπαίς, Bœotia lacus in Græcia, quem Pindarus CEPHISSIDEM, κη-φισίδαι, appellat. auctor Strabo qui eum antiquitus proprium nomen minimè habuis-se refert, sed à circumiacentibus locis appel-lationem habuisse. ut ab Haliarta HA-LIARTVM, ἑλιαρτός, eodem modo à reliquis nominatum. LEVCONIS, λευ-κωνίς, aliter dici scribit Stephanus. COPEAS à Nicandro nuncupari, tradit Gerbelius.

ONCHESTI Paludem ab urbe vicina vocat Aelian. in varia historia. Hodie Lago Stivo indigitatur à Castaldo.

COPHES, κόφης, Indiae fluvius est Straboni, in Indum fluvium effluens. COA, κῶα Pto-lemæi est. Vide ARACHOTVS.

COPIÆ, vide THVRIVM.

COPTOS, κοπτός Ptolemæo Aegypti civitas & metropolis. Cana sive Chana Ramusio videtur.

CORACESIVM, κορακισιον, Lycia opidū, Straboni. CORACENSIVM legit Pto-lemæus. Scandeloro Mar. Nigro est.

CORACESIVS, CORAX, & CORA-XICVS, vide TAVRVS.

CORALIVS, κοράλιος, Græciæ fluvius, in Bœotia, Alceo. Hic **CVARIVS**, κυάριος, Straboni dicitur. Vide **SANGARIVS**.

CORASIÆ, Plinio sunt Maris Aegæi insule; quæ Crullix Nigro vocantur.

CORASIBIS, vide **MEROS**.

CORASPHI, vide **SCYTHÆ**.

CORBËVNTVS, κορβέντος, Tectosagum urbs est Ptolemæo, in Galatia regione. **GORBEVS** Antonino vocatur, ut credit Simlerus.

CORCONIANVM, vide **COTYRGA**.

CORCORAS, κορκόρας, Straboni fluvius est Nauponto vicinus, & in Savum se immiscens. Surck eum Wolfg. Lazius indigitat.

CORCVRA, vide **CORCYRA MELÆNA**.

CORCVRA, κόρυρα, Maris Ionij insula, Ptolemæo. quam Homerus **SCHËRIAM**, χερία, & **PHÆACIAM**, φαίακία, vocat, ut Plinius fidem facit. **DEPRANVM** & **ARGOS** appellat. scribit Eustathius, **CERAVNIAM**, κερωνίαν, video appellari ab Apollonio, in Argonautarum lib. 4. Dionysius eam **CERCYRAM**, κέρκυρα, & Alcinoi gratū solum nominat. **MACRIN** quoque dictam, à Macride Dionysij nutrice, prodit Micyllus, in suis Annotationibus in Genealogia Deorum Bocatij. **CASSIPEN** audeat eam nominare Aethicus, à Cassiope fortè eius urbe, & promontorio. Hodie Corfu dicitur: Venetorum ditionis est.

CORCYRA MELÆNA, id est nigra, Adriatici maris insula, Plinio, & Ptolemæo, sed eam **CORCVRA**, κόρυρα, vocat. Curzoli nunc vocatur, Favolio & Sophiano testibus.

CORCYROPOLIS, Corcyre sive Schemæ insulae opidum est, ut Niger describit. ubi Ptolemæi **AMPHIPAGVS**, ἀμφίπαγος, Promontorium est. Palepoli nunc vocatur, eodè Nigro auctore. **CORCYRAM** urbem habet etiā Ptolemæus in hac insula.

CORDISTÆ, vide **SCORDISCI**.

CORDVBA, κορδύβη, Hispaniæ Beticæ opidum Ptolemæo; Senecæ oratoris & Lucani poëtae patria. Nomen hæcenus retinet. Cordova enim vulgo scribunt. Plinius tra-

dit **COLONIAMPATRICIAM** cognominatam quod etiam Amb. Moralis ex eius antiquis marmorum inscriptionibus ostendit. (is eam diligentissimè descripsit.) Sed & Augusti Imp. areum nummum vidi, cum litteris **COLONIA PATRICIA**.

CORDVENI, quondam **CARDVCHI** dicti. Gens circa Hyrcanum mare, Adiabenis connexa. Plinius auctor. Stephanus etiā καρδύχοι, habet. Et Diod. lib. 14. habet Carduchos mōtes inter Mediā & Armeniā.

CORDYBE, vide **CORDVBA**.

CORETVS, vide **CORITVS**.

CORFINIVM, κορφίνιον, Pelignerum urbs primaria; Straboni. Campi di S. Pellino, alio nomine Pentinia hodie vocari, apud Leandrū lego. Huic opido etiam **ITALICÆ** nomen inditum, tradit Strabo, lib. 5.

CORINDIVR, κορινθίον, Ptolemæo India intra Gangem urbs. Caribider est Castaldo.

CORINIVM, κορίνιον, Dobunorum urbs, Ptolemæo, in Albione insula. Caer Corij Britannicè, Cycestre Anglicè dicitur nūc, Humf. Lhuydo. Hic ingens vis numismatū, imaginibus Caesarum, signatorum reperitur.

CORINIVM, Ptolemæo & Plinio, Illyrici urbs quam Niger Gliuba appellat.

CORINTHIACVS Sinus alio nomine **CRISSÆVS**, & **ALCYONIVM** Mare dictus Straboni. Golfo de Patras, dicitur Sophiano: Ripa dostria à nautis nominari scribit Niger.

CORINTHVS, κόρινθος, Achaia urbs in medio Isthmi Peloponnesiaci historis celebris. Stephano hæc quondam nuncupata fuit **EPOPE**, ἑποπη, **PAGOS**, πάγος, **EPHYRA**, ἑφυρα, **HELIOPOLIS**, ἡλιόπολις, & **ACROCORINTHVS**, ἀκροκόρινθος. Hodie adhuc Corinthe, ut Sophianus; vel Coranto, ut Moletius tradunt, appellatur. **COLONIA IVLIA CORINTHVS**, ex numo est apud Onuphrium.

CORIOVALLVM, Antonino; est Balckenburch Simlero opidum inter Iuliacum & Traiectum inferius. Vide **NVAGERRA**.

CORITAVI, κοριταῖοι Ptolemæo sunt Albionis

- bionis insulae populi. Lhuydus hos Lincolnenses vocat. Coritani habent quadam Latina exemplaria.
- CORITVS Mons, κόρην Θ, habet Græcum exemplar: in Umbria est Dionysio Halicarnasseo. Monte corvo hodie dicitur, ut Læander testis est.
- CORNABVI, κορνάβιοι, Albionis insulae populi Ptolemæo. Humfredus credit Scotia tractum esse, qui hodie Dutherland, vel Cathenesia vocatur.
- CORNACVM, κόρνακον Ptolemæo & Antonino. Pannonia Inferioris opidum, quod Niger Batha, Simlerus Zata appellat.
- CORNAVII, κορνάβιοι, Albionis insulae populi sunt Ptolemæo. Cernuo Britannicè, Cornwal Anglicè vocari, tradit Humfr. Lhuydus.
- CORNELIA, olim sic vocatam eam Germaniæ urbem quam hodie Wimpfen vulgò appellant, scribunt Munsterus & Bruschius. Quis verò eius ex antiquis meminerit, non subiungunt neque ego hoc scire fateor.
- CORNELII Forum, vide FORVM Cornelij.
- CORNENSII, κορνήνσιοι, qui & ACHILENSII, ἀχιλίνσιοι, Sardiniae populi. Ptolemæo auctore.
- CORNVS, κόρν Θ, Sardiniae insulae, in mediterraneis urbs, Ptolemæo & Livio; quæ CARNOSA etiam apud Antoninum vocatur, ut annotat Simlerus. Galea, Pineto nomen habet. Ego puto eam Corneto hodie appellari.
- CORNV BYZANTIORVM, κόρναι τὸ βυζαντίων, Straboni opidum iuxta Byzantium. GALATA antiquis quoque dictum, tradit Sophianus. sed hoc negat Gyllius, in suo Bosporo. Sed SYCAS, σικαί, & SYCODAS appellatum ait. Sycas suo tempore IVSTINIANAS, ἰουστινιαναί, nuncupatas scribit Eustathius, & Stephanus. PHAROS aliquando nominatum ex his
 » Marcellini verbis videtur: Promontorium
 » Ceras pralucens nauibus vehens constru-
 » ctum celsius turrim; quapropter Pharos appellatur lib. 22. Pera vocari hodie, tradit Sophianus. sic etiam vocat Tzetzæ & Nicephorus: Galata à Turcis hodie nominari,

- intelligo ex iis qui has partes lustrarunt.
- CORONE, κορώνη, Messenia opidum in Peloponneso, Ptolemæo teste. Coron Sophia-no, Nisi Nigro dicitur. PEDASVM, πηδάσον, ab Homero dici putat, ut tradit Strabo. Sed ΑΡΕΑ, ἀρεα, vocatum scribit Pausanias. Idem Stephanus; sed illud in Laconica, vicina regione, ponit.
- CORONIA, vide SALAMIS.
- CORONVS, κορών Θ Ptolemæo Asiae mons. Basarafi, à Castaldo nominatur. Vide TAVRVS.
- COROPE, vide OROPVS.
- CORSICA, vide CYRNVS.
- CORSICÆ, vide THEBÆ.
- CORSINIANVM, (novum puto) Senensis ditionis opidum est, in Tuscia. Pienza hodie dicitur. ut refert Augustinus Datus, ex Pio II. pontifice.
- CORSIS, vide CYRNVS.
- CORSTOPITVM, Antonino Britannia urbs est; Corbridge est Talboto, super Tinnam fluvium.
- CORSVLA, vide CVRSVLA.
- CORSVRA, vide COSSYRA.
- CORTACHA, Indiae extra Gangem urbs, Ptolemæo: ad Sinum Magnum, ut Mercator habet. qui eam Tartaho vocat. Græcus textus legit CORGATHA, κόργαθα.
- CORTE, vel COSTE, vide DODECASCCHOENOS.
- CORTONA, & CORTONIA, vide CROTON.
- CORTYNA, vide GORTYNA.
- CORVLA, κόρβα, Indiae intra Gangem urbs, Ptolemæo. Coloran Castaldo. CVRULLA habent Latini codices.
- CORVS, vide CYRVS, & CYRRHVS.
- CORY, κόρυ Ptolemæo Maris Eoi insula, in Sinu Argario. Nicovat Mercatori dicitur. Vide COLAICVM.
- CORYBANTES, vide CVRETÆ.
- CORYCVS, κόρυκ Θ, Creta insulae promontorium, Ptolemæo. Hoc Cambrafia hodie, ut Pinetus; vel Cambrussia potius, ut Niger habet nominatur.
- CORYCVS, Ptolemæo Ciliciae opidum quod Curcu Nigro, Chura Mercatori appellatur. Churco Iosepho Barbaro: Berianis
- COR-

- CORCOS** nominat. Plinius, opidum, portum, & antrum uno nomine Corycos vocat.
- CORYCIUM**. Antrum, Straboni Ciliciae promontorium, prope Corycum urbem. **CORUCH** nomen habet, Ramusio auctore. Pausania aliud antrum est eiusdem nominis in Phocide regione, iuxta Parnasum montem.
- CORYDELA**, vide **CHELIDONIAE**.
- CORYMBIA**, vide **RHODVS**.
- CORYNE**, κορυνη Ptolemaeo, Elidis Peloponnesi regionis urbs. Niger Antilodum nominat.
- CORYPHASIVM**, κορυφασιον, Messeniae urbs maritima, apud Ptolemaum. Cabo Zunchi Nigro est.
- CORYPHASIVM**, Plinio urbs in Argia regione est quam alias **INACHIVM**, & **DIPSIVM ARGOS** appellatam ait. Consule Pintiani Castigationes in Plinium, lib. 4. cap. 5. Vide **PILVS**.
- CORYPHE**, vide **LIBYA**, & **ANATOLE**.
- CORYPHÆVS**, vide **RHOSSICVS**.
- COS**, nobilissima Maris Aegaei insula ab Halicarnasso, ut Plinius eam describit, quindecim mill. pass. distans. **CO**, κω Ptolemaeo dicitur. **COB** & **COA**, Straboni. **COOOS**, **COOS**, & **CEOS**, κωσ & κωσ, κωσ, κωσ, κωσ, κωσ, κωσ, apud Stephanum scribitur: qui quoque eandem **MEROPVM**, μεροπος, & **CARIAM**, καρία, vocatam prodit. Plinio auctore etiam **NYMPHAEA** nuncupatur. **CEORHYDRVSSA** etiam nominatam tradit Heraclides in Politis. Sed quia addit Nymphas quae eam tenebant, à Leone terrefactas, in Carystum (quae in Euboea est) traiecisse: eum de Ceo, quae huic proxima est, & non de hac Coe intelligendum esse reor. Hodie Stancou nominari, scribit Bellonius. Volaterranus tamen, Bordonius, & Sophianus eam Lango vocant. Hippocratis patria est. Celebratur hac insula à Theocrito in Thalyfia.
- COS**, urbs Coi insulae, teste Ptolemaeo. hanc Strabo prius **ASTYPALAE** nuncupatam, litterarum monumentis prodidit. Vide **CEOS**, & **ARNE**.
- COSAMBA**, κοταμβα, India intra Gangem urbs, Ptolemaeo. Satigan Castaldo.

- COSA**, & **COSAS**, vide **COSSA**.
- COSENVUM**, vide **CHVSARIS**.
- COSSA**, κωσα, urbs Tusciae, in sublimi colle, post Populoniam, describitur à Strabone, & Plinio. **COSA** apud Antoninum est. Ptolemaeus **COSSÆ**, κωσα, habet. **CONSA** etiam vocat Onuphrius, & dicit hodie Orbetello nominari. Lancedona nunc locus vocatur. urbs namq; interit, inquit Mar. Niger. apud quem hoc tractu etiam **COSSA** fluvius est, hodie Pissia dictus. **COSA** simplici s. alia est urbs, Casari: in agro Turino. geminato s. tamen à Stephano legitur. hac hodie Cosano est, Barrio teste. Calabriae regionis est. **CONSAE** Municipij meminit Cicero lib. 5. in Verrem.
- COSSINI**, vide **OSTIONES**.
- COSSYRA**, κωσσυρα Ptolemaeo una ex Pelagiis insulis, inter Africam & Siciliam sita. **COSSYRA** Mele est. **COSYRA** Plinius scribit. **COSYRA**, κωσσυρα, Strabo habet. & vacillante scriptura, interdum etiam κωσσυρα, duplici s. s. Idem etiam **CORSYRA**, κωσσυρα, per R. Gerardus Mercator, Hedus & Fazellus Pantalarea vocant; Leander Favagnana; Niger Zemolo.
- COSTOBOCCI**, vide **SARMATIA**.
- COTHORNIA**, vide **CROTON**.
- COTIÆ**, vide **COTTIÆ**.
- COTIERI**, vide **SCYTHÆ**.
- COTINUSA**, vide **GADES**.
- COTTÆ**, vide **SARMATIA**.
- COTTES**, κωττες Ptolemaeo; **AMPELV-SIA** Mele. Africae promontorium, ad Fretum Herculeum est. Cabo Spartelle Mercatori, & Castaldo.
- COTTIÆ** Alpes, quarum meminere Dion. Casius, Eutropius, Ammianus, Aurel. Victor; & Suetonius, qui eas **COCTIAS**, & Tacitus, **COCTIANAS** appellat. à Coctio earum rege. **COTTIÆ**, κωττια, sunt Ptolemaeo. Iovius & Lupanus eas Monte Genebre; Leander Mont Cenis interpretatur. In summitate harum Cottiarum ponit Ammianus duos vertices, unum cognomine **MARTIS**, alterum **MATRONÆ**; cuius vocabulum casus feminae nobilis dedit. Sunt qui has **GOTHICAS**, non sine librariorum errore, vocant; ut scribit Simlerus qui

ex hoc Coſſiano regno Pedemontium fa-
cit. Cottias Volaterranus eaſdem putat cum
POENINIS: & GRAIIS, de quibus vi-
de ſuo loco. Pro Cotiis apud Ptolemaũ non-
nulli Scutios, male legunt.

COTTIARA, κοττιάρα, India intra Gan-
gem urbs, Ptolemao. Cochim, Caſtaldo:
Calecut, nonnullis.

COTYÆVM, κοτυάειον Ptolemao Galatia,
in Aſia Minori, opidũ. Cate à Bellonio vo-
cari intelligo.

COTYLIA, vide CVTILIVS.

COTYORA, κοτυόρα, vulgo nunc CYTO-
RA, κύτορα, Urbs Græca, Sinopenſium Co-
lonia. Suidas. CYTORVM, κύτορον Pto-
lemao eſt.

COTYRGA, κότυργα Ptolemao Sicilia me-
diterranea urbs. Simlerus æſtimat eã COR-
CONIANVM ab Antonino dici.

COVNOS, vide TOLIAPIS.

CRADEMNA, vide AMPHIPOLIS.

CRAGAVSA, vide RARASSA.

CRAGVS, vide TAURVS.

CRANÆ, vide HELENA.

CRANAI, vide ATHENÆ.

CRANIA, vide THARSVS.

CRANON, κράνον, Plinio & Stephano,
Theſſalia urbs in Campis Pharfaliciſ.
EPHYRA, ἔφυρα, ab Homero dici, ſcribit
Stephanus. Eadem videtur cum GYRTO-
NE de qua vide ſuo loco. Cranon hodie Ce-
tes vocari, obſervavit Bellonius.

CRAPATHVS, vide CARPATHVS.

CRATAS, vide NEBRODES.

CRATEA, vide FLAVIOPOLIS.

CRATER, vide BAIANVS Sinus.

CRATERES, vide PALISCI.

CRATHIS, κράθις, Brutiortum in Italia
flumen, Theocrito. Grati vocatur Leandro
Alberti. CHRATHIS quoque Peloponneſi
fluvius eſt, apud Herodotum lib. 1. à quo
Italicum, nomen ſuum accepiffe addit.

CRFENNÆ, Scandia populi ſunt Iornan-
di: SCRITIFINI Procopio. Hodie
Sericfinner appellari auimo.

CREMASTE, vide LARISSA.

CREMERA, Livio Etruria fluvius, clade
Fabiorum inſignis. Volaterranus putat eam
anniculum eſſe, qui hodie vicinus Prina

Porta quinto ab Vrbe lapide viſitur. Qui-
dam exiſtimat eum eſſe qui ex lacu di Bac-
cano dicto, Oriens, in Tiberim ſe exonerat
ad pagum Valca: unde ille etiam Valca no-
men ſortitur. idem alibi dicit quoque Iſola
dici à pago illi inſidente.

CREMISSVS, vide CRINISVS.

CREMNA, vide GORTYNA.

CRENI, vide PHRYCIA.

CRENIS, vide PHILIPPOS.

CREPSA, κρέσα Ptolemao Liburnia inſu-
la. Fortè eadem cum Plinij CREXA.

CRESA, κρέσα, Doridis regionis in Aſia Mi-
nori, urbs, Ptolemao. Porto Malfetan, So-
phiano teſte.

CRESSOPOLIS, vide CRETOPOLIS.

CRESTON, κρέστον, Thracia urbs eſt Ste-
phano. Sed vide THRACIA.

CRETA, κρήτη Ptolemao Maris Mediterra-
nei inſula, Iovis incunabulu, & centum ur-
bibus quondam clara. Hodie Candia vulgò
dicitur. Hæc olim etiam ÆRIA, CVRE-
TIS, MACAROS, & MACRONE-
SOS dicta fuit, ab æeris temperie, teſte Pli-
nio, et Solino. HECATOMPOLIS quo-
que Eufthio; IDÆA & CHTHO-
NIA item Stephano.

CRETOPOLIS, κρητιῶν πόλις, Pamphylia
eſt urbs, apud Diodorum lib. 18. Cretopolis
etiam legitur apud Ptolemaum, Latine: in
Græciſ verò codicibus CRESSOPOLIS,
κρησιῶν πόλις eſt.

CREVSA, κρέυσα, Bœotia opidum Ptolemao;
Theſſienſium Navale, ut Strabo ait. Liva-
dia Nigro vocari lego.

CREXA, vide CREPSA.

CRIMESVS, & CRIMISVS, vide CRI-
NISVS.

CRIMISA, κρήμισα, Straboni Lucanorum
urbs eſt: meminit eiſ Stephanus & Lycop-
hron, apud quem duplici ſ. κρήμισα, ſcri-
bitur: In Calabria eſt, & hodie Cirò, ſive
Cirra dicitur, Gab. Barrio auctore. Hanc
eandẽ tradit ab Antonino PATERNVM
vocari. CRIMISA huius loci etiam flu-
vius dictus eſt apud Stephanum; nunc Flu-
mica, eodem Barrio teſte.

CRINISVS Virgilio, Sicilia fluvius. S. Bar-
tholemæo hodie nuncupari, auctor eſt Fa-
zelius.

- zellus. Eundem esse cum CRIMESO, κρι-
μνος, cuius Plutarchus meminit, in vita Ti-
moleontis, putat Xylander, & melius per M.
quàm per N. & per iota quàm per epsilon
scribi, dicit. CRIMISOS, κριμιοσ, per M.
& I. ubique habet Dion. Halicarnasseus,
lib. 1. Diadorus quem excudit H. Stephanus,
lib. 9. legit κριμιοσ, & in margine κριμιο-
σος. Aelianus de varia historia, κριμιοσ, &
duplici σ. habet.
- CRISSA, vide CIRCHA, & ANGI-
TVLA.
- CRISSÆVS, vide CORINTHIACVS
Sinus.
- CRIV METOPON, κριβ μετωπον, id est
Arietis frons, Creta insula promontorium,
apud Ptolemaum. Cabo Ieone, Pineto: S.
Iani, Nigro dicitur.
- CRIXIA, Antonino Italia urbs, in Liguria.
Crosera Simlero.
- CROBIALVS, vide COBILVS.
- CROCODILVS, Plinio Cilicia mons. Ni-
ger scribit promontorium esse; & hodie ab
incolis Caibo appellari. Vide ARSINOE.
- CROCVLEIVM, vide DEMOS.
- CROMMYON, κρομμυων, Cypri insula pro-
montorium, Ptolemaeo. Cornachietto vo-
cat Gerardus Mercator.
- CROMNA, vide AMASTRIS.
- CRONIA, vide ASIA Propria, & BI-
THYNIA.
- CRONIVM, κρονιον Ptolemaeo Peloponnesi
mons, quem Niger Grevenos vocat. Prius
CTVROS, κτηρ, dicebatur. quod do-
cuit Gerbelius ex Plutarcho. Gemistus eum
quoque TZACONIAS, τζακονιασ, ap-
pellat. Vide CAPITOLINVS.
- CRONIVM Mare, id est SATVRNIVM,
& MORTIVM dicitur Orpheo & Dio-
nyso Alexandrino auctoribus Oceanus Se-
ptentrionalis. SARMATICVM vocat
Ptolemaus. Diobafaf video à Castaldo, &
Porcacchio nominari. Vide HADRIA-
TICVM, & IONIVM.
- CROTON, κροτων Ptolemaeo Magna Gra-
ciae urbs, ad Sinum Tarentinum. Crotone,
adhuc hodie, Leandro teste.
- CROTON, κροτων, Umbriae urbs est, Hali-
carnasseo, lib. 1. qua postea CORTONIA

- vocata fuit, ut verit Gelenium. sed CO-
THORNIA, κοθωρνια, habet codex Gra-
cus, ab Roberto Stephano excusus. COR-
TONA est Livio.
- CRVMERVMSAVM, Pannonia In-
ferioris, Antonino. Comorn insula, ut Sim-
lerus opinatur.
- CRVNOS, vide DIONYSOPOLIS.
- CRVSTVMINVM, Plinio Flaminia in
Italia fluvius. Conca Leandro.
- CRYA, vide CARIA.
- CRYPTA NEAPOLITANA; sic eam
vocat Seneca, Epistolarum lib. 7. Epist. 55.
Eius meminit quoque Strabo lib. 5. Via ma-
nufacta est, sub monte Pausilipi, qua itur
Cuma Neapolim. Mille passus in longitudi-
nem protenditur; duodecim pedes lata, &
totidem alta est. uti eam describit Leander.
Grotta di Napoli vulgo vocant.
- CRYSTALLVS, vide THERMODON.
- CTEMENÆ, κτημέναι, Estioridis Macedonia
regionis urbs, Ptolemaeo. Grifano hodie no-
mē habet, teste Sophiano. Aliquibus ITHO-
ME, & THAMAS dicitur, ut Niger per-
hibet. Ctemenarum incolas, Homerus DO-
LOPES, δολοπες, vocat, ut refert Stephanus.
- CTENOS, κτην, Taurica Chersonesi por-
tus, Ptolemaeo; quem Marius Niger Saline:
vocari ait.
- CTESIPHON, vide CALANNO.
- CTISTÆ, vide ABII.
- CTVROS, vide CRONIVM.
- CTYLINDRINE, κτυλινδρινή, India intra
Gangem locus, Ptolemaeo. qui Nigro CA-
THEA SOPHITIS est. Huius Strabo
& Curtius meminere. Straboni κθεα σω-
πιτης, legitur. Stephanus CATHÆNA,
καθαυα, habet.
- CVARIVS, vide CORALIVS.
- CVBI, vide BITVRIGES.
- CVBVS CANOPI, locus deliciosus circa
Byzantium, in suburbanis: quo ut olim, ita
& nunc Constantinopolitani frequentes so-
cedere solēt, ut maris. & terra deliciis fruun-
tur. Agian Parasceven hodie vocant. Pet.
Gyllius, in suo Bosphoro. ubi etiam addit eum
putare tempore Iustiniani Imp. S. Lauren-
tij appellatum hunc locum fuisse.
- CVCCI, Pannonia Inferioris urbs; apud An-
toninum.

- roninum. Cerosicka, vel Curusca hodie esse, creditur Simlero.
- CVCVENI, vide CVQVENI.
- CVCVLVM, κέκλον, Straboni Marsorum, in Italia urbs. Hodie ibi Scutula Castellum ponit Leander.
- CVLICI, vide FLAMONIENSES.
- CVLIV, κέλλε, quæ Ptolemæo quoq; COLLOPS MAGNVS, κόλλοψ μέγας, dicitur. Numidia urbs. Alcol Gerardo Mercatori: Collo Nigro dicitur. Idem est, ut puto. nam Al articulum Arabicum videtur Niger omittere.
- CVLVCONES, vide CALLVCONES.
- CVMACATVM, vide METACVM.
- CVMÆVS CAMPVS, vide FORVM Vulcani, & PHLEGRÆI.
- CVMANIA, vide CAUCASIÆ Porta.
- CVMANVS Sinus, vide BAIANVS.
- CVME, sic ferè Latinis; sed CYMA Livio: ut & Ptolemæo, κύμη, Aeolidis maritima urbs est. quæ Foia nova Nigro, sed Castri Sophiano dicitur. Hæc Cume Straboni etiam LARISSA vocatur. AMAZONIVM, ἀμαζόνιον, quoq; & PHRICONITIS, φερικονίτις, Stephano teste appellatur. Eadem puto ÆGYPTIAM dici à Xenophonte.
- CVMERVM, Piceni promontorium est, Plinio. Monte d'Ancona hodie, Leandro teste. Aliquibus etiam Monte Santo dicitur, scribit Non. Marcellus, in sua Aegialogia, propter frequētes eremitarum habitationes.
- CVMILLVM, Antonino Italia urbs, inter Parmam & Dertonam. Hodie Cigomol est, iuxta Versam fluvium, Simlero.
- CVNEI, κενέοι, Hispania populi, Appiano in Ibericis; quorum amplam urbem Conistorgim vocat. Hanc eandem Strabo lib. 3. (etsi ille Cunistorgis per g. in ultima legat) in Celticis ponit. Hi Ptolemæo BÆTICI CELTICI, & Plinio MIROBRIGENSES CELTICI nominantur. Serra de S. Ioan fortè hodie.
- CVNETIO, Britannia est apud Antoninum, quæ hodie Malborow dicitur, in Anglia; Humf. Lhuydo.
- CVNEVS, sive SPHEN, σφέν, Straboni regio est. Plinius promontorium vocat, Melagræum. Locus Hispania Lusitanica est, inter

- Sacrum promontorium, & Anam fluvium. El Faro hodie dicitur, Clusio videtur. In Algarbia regno est.
- CVNI, vide TIL.
- CVNICVLARIÆ, Plinio sunt insule inter Sardiniam & Corsicam: Sanguenares vocantur Pineto.
- CVNION CHARION, κύνιον χάρειον, id est, Latus portus Sardinia insule promontorium est, Ptolemæo. Cabo Ferrato, Mario Nigro est.
- CVPRÆ, vel CYPRÆ, κέπρε, duæ sunt apud Ptolemæum; utraq; in Piceno. alteram MARITIMAM, μαετιμα, alteram MONTANAM, μοντάνα, cognominat. Maritimam putat Leander hodie occupare Gritto, castellum: Montanam verò, Templum D. Virgini dicatum, quod Coreto dicitur. Hæc fortè erit Cupræ. i. Iunonis Fanum, quod Strabo lib. 6. hoc loco describit. Pintianus ex Cupra Maritima duas facit urbes, apud Ptolemæum. Cupram nempe & Maritimam. Huius Maritima mentionem putat fieri apud Pomponium, lib. 2. ubi ceteri legunt, Senogallia maritima, &c. quo iure, iudicent alij.
- CVQVENI, εκκενοί, vel CVCVENI, Aquitania Gallia populi, Ptolemæo. Biernenses vocantur à Villanovano.
- CVRES, κύεις, Vicus Sabinorum nunc est: quondam urbs illustris, inquit Strabo. Caput gentis vocat Halicarnassæus. Plinius CVRENSES vocat. κυρίς, Stephano est. Hodie Turre dicitur, scribit Leander.
- CVRETI, & LELEGI, qui nunc LOCRI & ÆTOLI vocantur, inquit Halicarnassæus, κερήτοι, λελέγοι, λοκροί, αἰτωλοί. Vide ACARNANIA & CRETA.
- CVRETAS, κερήτες, CABIROS, κερβήροι, TELCHINAS, τελχίνες, CORYBANTES, κορύβαντες, & IDÆOS DACTYLOS, ἰδαίοι δακτύλοι, sunt qui eosdem fuisse credant, inquit Strabo, lib. 10. Idem eodem in loco tradit eorum quosdam qui trans Acheloum habitabant ACARNANAS, ἀκαρνάες, dictos fuisse. Matris Deum ministri, armati in sacrificiis saltantes. BETARMONES, βητάρμονες, id est Saltatores eos vocat Homerus, Odyss. 8. quod

quod annotavit Nebriffensis.

CVRETICA, vide **PLEVRONIA**.

CVRGIA, & **CVRIGA**, vide **VCVL-TINIACVM**.

CVRIA, Antonino locus inter Mediolanum & Comum. Chur hodie, Aeg. Schudo.

CVRIANVM, κρειανόν, Gallie Aquitanicae promontorium Ptolemæo. quod Sollac à Gerardo Mercatore appellatur. Scaliger verò, in suis Ausonianis lectionibus scribit, quod hodie vocatur Caput Boiatum, sed lingua Vasconum depravatè Cap de Butz.

CVRIOSOLITÆ, Celtarum populi, apud Casarem; Oceanum attingentes. Hos Corisopitenses esse plerisque placet, inquit Marlianus. Cornoaille vulgò, episcopalis urbs est.

CVRICTA, κρείκτα, insula Illyria obiacēs, Plinio & Ptolemæo. Vegia fortè hodie dicitur, inquit Hermolaus. **CERYCTICA**, κερυκτική, est Straboni.

CVRIVM, κρείον Ptolemæo Cypri insulae urbs. Niger scribit hodie Episcopia vocari. Plinius **CVRIAS** nominat. Ptolemæo verò & Straboni. Curias est eiusdem insulae promontorium.

CVRSVLA, κερσῦλα, cuius mentio est apud Halicarnasseum lib. I. **CARSVLA** vocat Tacitus lib. 19. Leader dicit hodie Cassia appellari. Sabinorum in Umbria opidum est.

CVRTA, κέρτα Ptolemæo Pannonia Inferioris urbs est. Apiano, Irenico, & Althamero, Ofen (quæ & Buda dicitur) est, Hungariae urbs ad Danubium.

CVRTIVS, vide **CLAVDIÆ** Aquæ.

CVRVLLA, vide **CORVLA**.

CVRVA CÆSENA, vide **CÆSENA**.

CVSA, κέσα, Mauritania Tingitanae fluvius, Ptolemæo. Omitabi, Aug. Curioni.

CVSI, Antonino Pannonia Inferioris urbs. Simlerus opinatur Cudelafs hoc loco esse.

CVSSA, vide **PHYLACÆ**.

CVSTODIÆ, vide **PHYLACÆ**.

CVSVS, fluvius cuius meminit Tacitus, lib. 2. Hunc Lazius Kheres vocat, Hungariae fluvium, aut Transylvaniae potius, ut Rhenanus scribit. qui etiam dubitat num sit melius **CRVSVS** scribendum, apud Tacitum.

CVTILIAE LACVS, Italiae umbilicus, ut tradit Plinius; in agro Reatino. Lago di Contiglione dicitur Pineto. Idem in suo Plinio Gallico, eum Lago de Pie de Luco vocat. Aquas Cutilias Dion etiam **SABINAS** appellat. Hic lacus describitur accuratè ab Halicarnasseo lib. I.

CVTILIVM, Livio lib. 26. Umbriae opidum est. Hodie Contigliano dicitur, scribit Leander sed malè (ut ferè omnia) **CLVTILIVM** habet. **CVTYLIA**, κοτυλία, Halicarnasseo est ad Cutilium lacum.

CVTYLIA, vide **CVTILIVM**.

CYAMON, κύμων, Creta insulae promontorium, Ptolemæo. Chisino, Mercatori est. sed Cabo Spada, Sophiano qui illud quoque **CIMARVM**, κίμαρ &, nominat.

CYANE, Fons agri Syracusani, Plinio. Hodie Cyrini piscina dicitur, scribit Cl. Aretius. Etiam Pismosta vocatur, ut Fazellus vult. Vide **CYDNA**.

CYANEÆ, κυάνεαι, & **SYMPLEGADES**, συμπληγάδες, Straboni; qui addit easdem ab Homero **PLANCTAS**, πλάνκτες, dicit. κυανέων νῆσοι Ptolemæi. Sunt saxa, vel insulae duae, Bosporo Thracio adiacentes.

SYNORMADES, συνορμάδες πέτραι, ab Eratosthene appellantur, ut scribit Isacius, in suo Lycophrone. **PETRAS VIVAS**, eas nominat Pindarus; dicitque eas celerius moveri solitas, quàm venti: sed Argonautarum navigatione immobiles factas. Idem aiunt Arrianus & alij. Stephanus Aqueus, in suis in Plinium Commentariis scribit eas ab Herodoto **PLANETAS**, quasi mobiles & erraticas vocari. Ego lego πλανήτας, apud Herodotum. Hodie Pavonare vulgus illas indigitat: & Thevetus addit eas Iarcazes Barbaris dicit.

CYANTES, vide **VENETI**.

CYBISTRA, κύβιστρα, Armenia Minoris urbs, Ptolemæo. Arminachia Nigro.

CYCHRIA, vide **SALAMIS**.

CYCLADES, κυκλάδες, insulae Maris Aegaei, auctoribus omnibus celebratissima. **SPORADES** has quoque vocat Suidas, sed improprie: nam Sporades aliae sunt, eiusdem maris. Has Cyclades vocat Castaldus Isole del Archipelago, (quasi diceret Maris Aegaei insulas.)

- insulas,) vocabulo nimis latè patenti; ut vereor.
- CYCLAMINVS, Sinus Asiaticus, Bosphori Thracici. Golfo de Soltania. Petrus Gyllius.
- CYCLOPES, vide GIGANTES.
- CYCLOPVM Scopuli, tres sunt prope Siciliam, auctore Plinio. Cl. Aretius & Thom. Fazellus eos Faraglioni appellant. Videtur mihi PLANCTÆ ab Apollonio dici.
- CYDARVS, fluuiolus prope Byzantium. Machleva nunc Pet. Gyllius.
- CYDNA, κύδνα, Licia opidum mediterraneum. Ptolemaeo. CYANEÀ Plinio nuncupatur; Villanovano censore. Vide PYDA.
- CYDONIA, κυδωνία, Straboni, CYDON Plinio, & CYDONIS, κυδωνείς Ptolemaeo. Creta insula urbs. Chania, ut Sophianus vel Canea, ut Bellonius habet, hodie appellatur. Stephanus prius APOLLONIAM dictam scribit.
- CYGNIA, vide TEMPE.
- CYINDA, vide ANAZARBUS.
- CYLENE, vide STYMPHALVS.
- CYLISTARNVS, κυλισάρνος, fluuius apud Lycophronem. Racanello hodie nominari, & in Cosano agro Calabriae fluere, scribit Barrius.
- CYLLENE, κυλλήνη, Elidis regionis, in Peloponneso urbs & navale, apud Ptolemaum. Antravida Nigro, Chiarenza Sophiano. Gemistus eam quoque GLARENTZAM, γλαρέντζα, & Sophianus CLARAM vocat. Simplicius scribit Gemistus Cylene.
- CYMA, vide CVME.
- CYMBÀ, vide PLAGEREVM.
- CYMINVS, vide CIMINVS.
- CYNAMOLGI, κυνόμολγοι, Aethiopiae populi, quos caninos aiunt habere vultus, ut Solinus; sive caninis capitibus, ut Plinius tradit. Ab indigenis AGRIOS, ἀγριοί, appellari, Strabo auctor est.
- CYNEGETICA, vide ALYBE.
- CYNETHVS, vide DELOS.
- CYNIPS, vide CINYPHVS.
- CYNOCEPHALI, κυνοκέφαλοι, gens in India est, caninis capitibus & latratibus, ut scribit ex Plinio Gellius. Hos ab ipsis Indis CALYSTRIOS nominari, tradit Cte-

- stias. Etsi fabulosum esse in confesso sit, praeterire tamen ob synonymia rationem, non potui.
- CYNOSSEMA, vide CHIMO, & MARONEA.
- CYNOSVRA, κυνόσβερα Ptolemaeo Achaiae promontorium est. Aliis HYSTOAS est, inquit Mar. Niger. DORISCVM Plinij, putat Villanovanus.
- CYNTHOS, vide DELOS.
- CYNVRIA, vide THYRE.
- CYON, vide CANEBIVM.
- CYPARA, vide ARETHVSA.
- CYPARISSÆA, κυπαρισσαί, Tryphiliae regionis urbs; ERANNA, ἔραννα, quoque vocata. Stephanus.
- CYPARISSI, κυπάρισσοι, Messeniae regionis maritima urbs, Ptolemaeo. κυπαρισσῆς, vocatur Stephano. Hodie Arcadia dicitur apud Sophianum.
- CYPARISSIAE, vide PLOTÆ.
- CYPARISSIVM, κυπαρισσιον Ptolemaeo est Messeniae, Peloponnesi regionis, promontorium. Cabo Conello, Sophiano & Bordonio. Philatra sive S. Elia Nigro interpretatur.
- CYPARISSVS, Stephano Parnasi opidum circa Delphos: quod prius ERANON, ἔρανον, & quibusdam APOLLONIADEM dictam ait.
- CYPHANTA, κυφάντα Ptolemaeo Laconica in Peloponneso urbs: quae Nigro Eriches est.
- CYPHANTA, Laconica regionis portus, Ptolemaeo, in Sinu Argolico. Stilo, Sophiano. Lebotte, vel Porto delle bote, Nigro vocatur. Pinetus Ciutra vocat.
- CYPHENIA, vide LIBYA.
- CYPRÀ, vide CVPRÆ.
- CYPRIVS Vicus, vide VICVS SCERERATVS.
- CYPRVS, κύπρος, Maris Mediterranei insula notissima, Veneri quondam sacra: Cypri nomen in hodiernum usque diem retinet. Olim tamen dicta fuit, ut Plinius perhibet, ACAMANTIS, ἀκαμαντίς, CERASTIS, κεραστῆς, ASPELIA, ἀμαθῆσα, MACARIA, μακαρία, & COLINIA. Item SPHE-

SPHECIA, σφίκεα, ut Eustathius docet ex Lycophrone. MEIONIS, μιονίς, quoque Stephano. Festus Pompeius scribit eam ab antiquis ÆROSAM, quod in ea plurimum aris nascatur, appellatam. Eandem CITI-EAM etiam vocatam, ex Cyrillo notavit Hermolaus. PAPHVM à civitate eiusdem nominis nuncupatam tradit Honorius. Hebrais CHITIM dici, Zieglerus scribit. CHE-TIMA est apud Iosephum lib. Antiquitatum 3. cap. 7.

CYPSELLA, κύψελλα, Thracia urbs, Ptolemaeo; CYPSELA Antonino est. Chypsalia, ut Sophianus; vel Chapfilar, ut Bellonius tradit, hodie nominatur.

CYRANIS, vide LOTOPHAGITES.

CYRBA, vide HIERAPETRA.

CYRECHATA, vide CYROPOLIS.

CYRENE, κυρήνη, Africa prouincia Ptolemaeo. quae & CYRENAICA, κυρηναϊκή, eadem PENTAPOLIS, πεντάπολις, dicta Plinio. LEBAHIM Hebrais est, teste Aria Montano, in suo Apparatu Biblico. Corene nostro tempore nomen habere, scribit Girava: & Assadib Thevetus: Sed Melrata videtur à Ioanne Leone vocari. Vide LIBYA.

CYRENE, Cyrenaica regionis urbs, Ptolemaeo: quae hodie Corena, ut Villanovanus ait. Vide AEOLONIA.

CYRES, vide CVRES.

CYRNVS, κύρνος, quae & CORSICA, Strabone teste. Hodie item Corsica dicitur. CORSIS, κορσίς, apud Stephanum legitur. THERAPNE ab Ouidio nominata, ut scribit Villanovanus. Maris Mediterranei insula est. Genuensibus hodie parens. Cyrum insulam Iapygia, versus Boream, etiam habet Stephanus. Vide CYRRHVS.

CYROPOLIS, κυροπολις, Mediae urbs, Ptolemaeo. hanc Stephanus scribit à Persis CYREXATA dici, κυρέχατα. Thevetus eam Sammachii vocat, & dicit à Persis Circombate, ab Arabibus Chyseleth, nuncupari.

CYRRHA, vide CIRRHIA.

CYRRHISTICA, κυρρηστική, Ptolemaeo Syriae Cave regiuncula. ARACH Hebrais nomen habere, ex Hieronymo scribit Arias Montanus.

CYRRHVS, Mediae fluvius Ptolemaeo, in Hyrcanum mare se exonerans: Ser vocatur Theveto.

CYRRHVS, κύρρη, Ptolemaeo est Albania, regionis Asiatica fluvius. CORVS, κόρος, olim vocabatur, Strabone teste. Cirech, Pineto est. Cori, Castaldo. Cur, Nigro. & Elcur, Ramusio. Videtur eum Math. Michoviensis Tirk appellare. Thevetus scribit eum ab incolis Ladi nominari. Plutarchus in vita Pompeij, et Dion, eum CYRNVM, κύρνος, vocant.

CYRRHVS, Cyristica regionis, in Syria urbs, apud Ptolemaum. CIRRO Antennini esse scribit Simlerus. sed ille CIBROS apud Ptolemaum legit; ex Latinis exemplaribus, male.

CYRTA, vide CIRTIA.

CYRTII, vide TVRCÆ.

CYRVS, κύρος, Persia fluvius est Straboni. qui antea, eodem teste, AGRADATVS, ἀγροδάτος, dictus est. Idem CORVS, κόρος à Dionysio Alexandrino vocari mihi persuasit. In Sinum Persicum erumpit.

CYSON, vide CHERSEVS.

CYTÆVM, κυτῆιον, Ptolemaeo est Creta insulae urbs. Hanc Iovius & Niger Candia vocat. Bellonio Cytie, & Sophiano Phrafcia est.

CYTARESIVS, vide ONOCHONVS.

CYTERIVM, κυτέριον, Oenotriae mediterraneum opidum Stephano. Hoc hodie Cyrisano dicitur Barrio.

CYTHERA, κυθήρα, Peloponnesi insula est Ptolemaeo, in Sinu Laconico. Eadem olim PORPHYRIS, ut Plinio placet, & PORPHYRVSA, πορφύρεσσα, ut Eustathius vult, dicta fuit. SCOTHERAM quoque vocatam dicit Bordonius, in suo Insulari opere: sed non addit à quo. cui Cerigo hodie nominatur. cum quo etiam adstipulantur Sophianus & Favolius.

CYTINIVM, κυτέριον, Doridis in Graecia urbs. pro qua Tzetza (ut admonuit Gerbelius) CATINON legit.

CYTHNVS, κύθνος, Ptolemaeo & Plinio, insula est iuxta Atticam, sub Eubœa. Eandem OPHIVSAM, οφίωσα, & DRYOPIN, δρυοπίς, dicit appellari, Stephanus. Sophiano

- adhuc Cythno dicitur: Nigro autē, Cauro.
 CYTIS, vide GYTHITES.
 CYTORA, vide COTYORA.
 CYTORVM, κύτωρον, urbs Paphlagoniae, ad
 Pontum Euxinum, Ptolemao. Castelle
 nunc locus vocatur, inquit Niger. Plinio mōs
 est, quem Catullus Buxiferum cognominat.
 Vide AMASTRIS.
 CYZICVS, κύζικος Ptolemao Mysia urbs,
 ad Propontidem, quam Plinius tradit olim
 ARCONESVM, DOLIONIM, &
 DINDYMIN vocatam. sed idem eam in
 insula ponit, quam Alexander continēti iun-
 xit. Pro Arconeso habet Stephanus AR-
 CTONESVS, ἀρκτόννης. Idem alio in
 loco videtur eam ARCTON simpliciter,
 & ARCTONESON, per o micron &
 simplici N. ἀρκτόννης, vocare. Chizico ap-
 pellatur Sophiano. Spiga Corrado, & Ze-
 lie Theveto.
 CZECHI, vide BOIEMVM.

D.

- D** A Æ, δάαι, Scythici populi, qui aliquā-
 do DAS Æ, δάσαι scribuntur per s.
 inquit Stephanus.
 DABAËI, vide NVB Æ, & NVMIDIA.
 DABIR, urbs in Tribu Iuda. Iosue cap. 21.
 prius CARIATHSEPHER dicta.
 DACHARENI, vide NABATH ÆA.
 DACHINABADES, δαχινάβας, India
 regio, qua post Indi fluminis ostia, maxi-
 mē in Austrum, vergit. Arriano in Periplo
 Maris rubri. Indostan hodie videtur.
 DACIA, δακία, Ptolemao Europa regio. DA-
 COS DAVOS, δαυός, antiquitus appella-
 tos, putat Strabo. Nosq; ad Danubiū, ver-
 sus eius fontes habitare scribit. Dacos quidā
 vocavere DAOS, inquit Eustathius. Quos
 Dacos Romani, Graeci GETAS appellant,
 dicit Plinius. De Dacia sic Iornandes: Hanc
 GOTHIAM, quam DACIAM appella-
 vere maiores, nūc GEPIDIA dicitur. Da-
 cos suo tēpore PATZINACOSAS nun-
 cupatos, scribit Suidas. Dacia antiquorum,
 ut docet Stephanus Broderithus, compre-
 hendit hodie Transsilvaniam, VVala-
 chiam, & Moldaviam. DACIA MEDI-

- TERRANEAE, & DACIA RIPEN-
 SIS, PANNODACIA, TRANSSIL-
 VANIA, vel VLTRASILVANIA,
 hodie Sibenburghen est Germanis; Her-
 del autem Hungaris: Lazio & Sambuco
 auctoribus. Dacia Ripēsis Mediterraneaq;
 meminere Eutropius, Aurel. Victor, Iornan-
 des; Marcellinus Comes, & liber Noti-
 tiarum. Pannodocia vocabulum frequens
 est Laonico Chalcondila: qui eam Ardeliū
 nominari tradit. Vocabulum Graecum ex
 vulgari Herdel fabricatum liquet. Vide
 GET Æ & SCYTH Æ.
 DÆDALA, vide GORY ÆA.
 DÆDALIA, δαίδαλία, Italia urbs à Dæ-
 dalo adificata. nunc IVLIA, ιέλια, dici,
 scribit Stephanus.
 DAH Æ, vide SCYTH Æ.
 DALISANDA, vide LALISANDA.
 DALMANVTHA, vide CÆSAREA
 PANIAS.
 DALMINIVM, & DALMIVM, vide
 DELMINIVM.
 DAMALIS, vide BOSPORVS & CHRYS-
 SOPOLIS.
 DAMASCENA, vide SYRIA.
 DAMASCVM, δαμασκός, Assyriae. Veram
 Iovis urbem; totiusq; Orientis oculum; vo-
 cat Iulianus, in Epistolis. Eisi sciam haec po-
 tius elogi. epithetaq; esse, quā synonyma;
 silentio tamen transilire ea nolui. COLDA-
 MAS METRO in Volusiani nummo le-
 gi, Goltzius mihi testis est.
 DAMASSVS, vide TAVRVVS.
 DAMEA, vide APAMEA.
 DAMNII, δαμνιοί, Albionis insulae populi,
 Ptolemao. Westmerlandi hodie, Humf.
 Lhuydo,
 DAMNONII, δαμνονιοί, Ptolemao sunt
 Albionis insulae populi: qui nunc Deuon-
 thymennē Anglice, & Dyfnniant
 Britannicē vocantur, Lhuydo teste. Hect.
 Boëthius autem eos Densche nominat.
 DAMNONIVM, vide OCRINVM.
 DAMPETIA, apud Livium Brutiorum est.
 Gab. Barrius arbitratur hodie Torano eo
 in loco situm.
 DAN, urbs Palaestina, quae LAIS, & LE-
 SEM quoque appellata fuit, in Bibliis. Ba-
 livus

livus eam vocat Benjamin. Vide CÆSAREANAS PANIAS.

DANAI, vide GRÆCIA.

DANDARI, vide SARMATIA.

DANI populi, sunt hodie Denemarcker. Apud vetustissimos auctores horum non est mentio. Danos, vocant Eginarthus, & eius seculi scriptores, NORTMANNOS. sed iidem etiam eos sic vocant, quos nos hodie Russen vocamus. item Sweden. DANICUM DACIS sepe numero, à iunioribus video confundi non tamē sine maximo errore.

DANICA Silva, Albionis insula nemus. Andrestwald Anglicè, Coad Andres Britannicè vulgo dici, scribit Hums. Lhuydus. Quis auctorum huius nominis meminerit, me nescire fateor.

DANTHELETICA, δανθλητικὴ, Thracia præfectura, apud Ptolemaum. Huius populos vocat Plinius DENSELATAS, ut scribit. Villanovanus. DENSELETÆ per e, in penultima habet Cicero.

DANVBIS, vide ALDVABIS & DANVBIVS.

DANVBIVS, δανύβιος, Europa maximus fluvius, Ptolemao & ceteris. ISTER, ispos, quoque vocatur, teste Plinio & Strabone. qui horum nominum terminum ponit. ad eius cataractas. à fonte enim ad has cataractas Danubium, deinde ad Pontum usque Istrum vocari dicit. Ptolemaeus nominis mutationem facit ad Axiopolim urbem. Bessorum lingua sic nominari, addit Iornandes. Stephano MATOAS, ματόας, quondam dictus fuit. Idem eum DANVBIM, δανύβιος, & DANVSIM, δανύσις, appellat. ADDVBANVS nominatur apud Festum: nisi locus depravatus sit. Antiqua numismata DANNVIVS legunt. NILVM vocat eum Pausanias, in Laconicis. si rectè eum interpretatur Amaseus (hoc addo quia Lascberus Istri ostia habet, & Græci exēplaris, ut inspicerem, mihi copia non est.) ubi scribit, in Euxino, circa ostia Nili, Leucen insulam esse, Achilli sacram. Hæc enim insula ad Danubij ostia à ceteris auctoribus collocatur. Danubij fontem accuratè describit Ioannes Pedius, in Opere de bellis Ducis Wirtēbergensis, Hul-

diricho illatis. Done & Donavv hodie appellatur. ab undarum sono vel strepitu. ut Althamerus habet. Hunc Danubium Lycophron sub nomine Celtica aqua describit.

DANVM, Anglia opidum, Antonino. Hoc sine dubio Dancaster est, inquit Talbotus.

DANVVIVS, vide DANVBIVS.

DAONA, India extra Gangem urbs, Ptolemaeo, ut Mercator habet. qui eam Done vocari ait, in sua Vniversali tabula. sed sciendum quod Græci codices hoc loco DASAANA, δάσωνα legunt.

DAPHNE, δάφνη, Antiochia Syria suburbium deliciosum, & nemus amœnitate inclitum. cum vico fontanis aquis irriguo. In medio asylum, & templum Apollinis ac Diane. octoginta stadiorum ambitu. ut Strabo illud describit. DAPHNENSIS Lucus vocatur à Sex. Ruso. SACRA TEMPE appellatur à Dionysio Alexandrino.

DAPHNVS, Portus, δάφνης λιμὴν, apud Strabonem, Aethiopiae regionis, ad Sinum Arabicum. Videtur DAPHNÆ PELVSIÆ vocari, ab Herodoto, in Euterpe. Habet Arrianus in hoc tractu DAPHNVMM MAGNUM flumen: quod & ACANNÆ appellari ait. Et ACANNÆ, ἀκάνναι, est hoc locus urbs, apud Ptolemaum. Vide HARPAVS.

DAPHNVSA, insula maris Aegæi, finitima Samo & Lesbo: qua & THALVSA vocatur. Plinius lib. 5. cap. 31. vide THYNIAS.

DARA, vide DARIA, & NVCHVL.

DARANTASIA, vide TARENTASIA.

DARAPSA, vide DREPSA.

DARAS vide DARIA.

DARATIS, δάρατις, fluminis ostia habet. Ptolemaeus in Libya Interiore. hunc Barrosus scribit hodie Canaga nominari.

DARDANIA, Orfio Europa regio: qua à Wolfg. Lazio Bossen appellatur. Illyrie pars. DARDANOS. Seruiam & Ralciam habitasse, scribit Volaterranus, σεργίαι & ρακία, habet Sophianus. DARDANI Troica gens est, & DARDANENSES Indica, inquit Stephanus. Neq; hoc est synonyma docere.

DARDANIS, vide ZEPHIRIVM.

- DARETIS**, *Δαρετις*, regio in Media est, Ptolemaeo. Adilbegian vocat Castaldus.
- DARGOMANES**, vide **DORGAMANES**.
- DARIA**, ciuitas Mesopotamiae fuit, 98. stadiis à Nisibi distans, ut scribit Procopius lib. 1. De bello Persico. qui eam tradit ab Anastasio Imp. inexpugnabilem constructam, & de suo nomine ANASTASIAM dictam. Graecum exemplar *Δωρας*, habere, dicit Adamaus Swalenbergius. *Δωρας*, tamen legendum docet. **DARÆ**, *Δαραι*, est Stephano, et fortè etiã **DARA** Iustino, lib. 41.
- DARIN**, & **DARVS**, vide **DRAVVS**.
- DARIORIGVM**, *Δαριόρων*, Ptolemaeo Venetorū, in Gallia Lugdunensi urbs. Vanes Villanovano est.
- DARVENVM**, vide **DVROVERNVM**.
- DASÆ**, vide **DAÆ**.
- DASANA**, vide **DAONA**.
- DASCYLEVM**, *Δασκύλειον*, ut Ptolemaeus et Strabo. **DASCYLOS**, ut Plinius. Ponti & Bithyniae urbs est, ad Propōtidem. Hodie Dialquillo, ut Villanovanus; sive Dialchilo, ut Niger scribit, nomen habet. Idem Ptolemaeus eodem in loco, iisdem lōgitudinis & latitudinis numeris habet **PRVSIADEM**, *Περσίας*, quoque urbem. Synonyma sunt, nisi vitiosa sit numerorum nota.
- DASCYLITICVS**, vide **APHNITIS**.
- DASSARITES** Lacus, qui **LYCHNEDVS** nominatur, inquit Niceph. Calistus. qui eum in Illyrico videtur ponere. Is dicit Drinum fluvium inde evolvi. **LIGNISTVS** Sequestro est. Et puto **LYCHNIDVM** Ptolemaei esse: eoque eum hodie quoque Lago de Lochrida dici.
- DASSARITAS**, *Δασαριται*, populos habet Stephanus in Illyrio, quos quoque **DASSARENOS**, *Δασαρενοι*, & **DASSARITIOS**, *Δασαριτιοι*, vocari ait. *Δασαριτιοι*, sunt Ptolemaeo & Livio. **DASSARETOS**, per E. appellat eos Plinius: sed in Macedonia ab eo & Ptolemaeo locantur.
- DATVS**, vide **PHILIPPOS**.
- DAVI**, vide **DACIA**.
- DAVLIS**, vide **DRIMÆA**.
- DAVNIA**, quae **CALABRIA** dicitur; inquit Isacius, in Lycophronem.

- DAVRI**, vide **RVTVLI**.
- DEBELIVM**, vide **DEVELTVS**.
- DEBIR**, vide **KIRIATH-SEPPER**.
- DEBORVS**, *Δέβορ*, Ptolemaeo Macedonia, in Paonia regione urbs. A Sophiano Dibrij indigitatur.
- DEBRIS**, vide **BEDIRVM**.
- DECASTIDIVM**, Antonino Calabriae urbs. quae hodie Anna vocatur: ut annotavit Gab. Barrius. Decastidium ipse autem legit per l. in secunda, errore typographi fortasse.
- DECEMPAGI**, Antonino Germania urbs, inter Argentoratum, & Dioudurum. Hodie vocatur **Dnoise**, in Lotharingia, inquit Simlerus.
- DECEMVIÆ**, vide **AMPHIPOLIS**.
- DECENNONII**, vide **DECIIARA**.
- DECETIA**, Gallia Lugdunensis opidum, Antonino. Decile Simlero est.
- DECIATIVM** Regio, Plinio in Gallia Narbonensi est. Comitatum de Raigni vocat Pinetus. Straboni etiã **DECEATES**, (*Δεκίτες*, in Graeco est). Ligurum gens est. quos eosdem cum Deciatibus Plinij opinor. nam Ligures eam partem antiquitus quoque tenuere. Simlerus tamen subdubit at an sint **EDENNATES** Plinij.
- DECIIARA**, appellatus est locus paludinosus, Mæsiæ, prope Abrittum urbem, ubi Decij Imp. se devoverunt, ut scribit ex Iornande Pomp. Latus, in vitis eorum. Hunc locum videtur Cassiodorus lib. 2. Variarum **DECENNONIAS** paludes & stagna vocare.
- DECVMATES** Agri, in Germania sunt Tacito; ubi hodie **VVirttembergensis Ducatus** est. Willichio censore. Idem **CARITINI** Ptolemaeo sunt, Melanchthone & Peucero iudice.
- DEDAN**, vide **PALMYRÆNA**.
- DEHEBRIS**, vide **ALBVLA**.
- DELCON**, vide **DELTA**.
- DELIOLI Horti**, sunt prope Neapolim; Pozzo Reale dicti. Fabricius in suis Itinerariis.
- DELBICCÆ**, vide **DERBICES**.
- DELLI**, vide **PALICI**.
- DELMINIVM**, *Δελμίνιον* Ptolemaeo; **DALMINIVM** per A. Straboni. Hæc quoque
- DAL-

- DALMIUM & DELMINUM** dicta fuit Eustathio auctore. Denna hodie Sophiano est. Damna Volaterrano.
- DELOS**, δῆλος, Cycladum insula, Ptolemaeo & omnibus ubi Apollinis oraculum. Scilles, hodie dicitur, Sophiano. Plinius tradit eam aliquando **ASTERIAM**, ἀστέρα, **PELASGIAM**, πελασγία, **LAGIAM**, **ORTYGIAM**, **CYNETHVM**, **CYNTHON**, κύνθη, **CHLAMYDIAM**, χλαμυδία, & **SCYTHIAM**, σκυθία, appellatam. **ANAPHEN**, ἀναφή, quondam dicta scribit Philo. **ORTYX** Antonino quoque nominatur. Urbem **ASTERIAM** postea **DELON** nominatam, tradit Apollodorus lib. I.
- DELOS MINOR**, vide **PYTEOLI**.
- DELPHI**, δελφοί, Locrorum urbs Ptolemaeo, in Achaia regione. Apollinis oraculo clara. Castrum vocat Sophianus. Salona locum hodie appellari, magnamque frumenti vim inde adhuc exportari, scribit Niger. Vide **PYTHO**.
- DELPHINI PORTVS**, Liguria, apud Plinium. Leandro Porto fino est. Nonnulli volunt eundem esse cum **ERICIS PORTV** Ptolemaei sed is in Latinis tantum codicibus invenitur.
- DELPHINIUM**, δελφίνιον, qui & **SACER PORTVS**, ἱερὸς λιμὴν. In Bœotia est, è regione Eubœa insula, Straboni.
- DELTA** Xenophonti, aliis **DELCON**, opidum est, à Byzantio distans iter pedestre unius diei. Dercon vocatur hodie. Pet. Gyllius.
- DELTA**, δέλτα, Aegypti pars inferior, inter Nili ostia comprehensa sic ab elemento Græco Δ. cuius figuram situ exprimit, ab antiquis dicta. Hæc ab Aegyptiis **PTIMYRIS**, πτιμυρίς, vocatur, Stephano teste.
- DELTA**, apud Arrianum est insula in Indi fluminis ostio ubi se Indus bifariam dividit. Hæc ab incolis **PATALA** dicitur, Ptolemaeo & Plinio testibus. Hic hodie Diu est, Lusitanorum propugnaculum. Vide **PATALA**.
- DELTA**, Ptolemaeo urbs est Delta Aegyptiacæ regionis. Fortè hodie Menui, ut ego colligo, ex tabula corographia Aegypti, ma-

- nuscripta. Alia loco huius nominis Delta sunt, ut apud Stephanum in Syria urbs. Vicus in agro Corinthiaco, apud Pausaniam. Et locus in Thracia, apud Xenophontem. Sed hoc est homonyma, non synonyma dare.
- DEMETÆ**, δημηΐ, Albionis insula populi, Ptolemaeo. **Westwales** Anglicè, **Dyfed** Britannicè vocatur eorum regio. ut scribit Lhuydus.
- DEMETRIACVS SINYS**, vide **PELASGICVS**.
- DEMETRIAS**, antea **PAGASA** vocata, Plinio auctore. Phthiotidis in Macedonia urbs. **PYRASVS** videtur quoque à Strabone appellari. Quondam **SICYON** dicta fuit auctor Gregoras. Sophianus dicit eam adhuc hodie Dimitriada nominari. **Demetrias**, δημητριάς, & **Pagasa**, πάγασα, sunt autem Ptolemaeo duo opida. Vide **PAROS**.
- DEMONESOS**, δημόνης, Stephano; Plinio insula Propontidis, contra Nicomediam. Gyllius in suo Bosphero docet eandem esse cum **CHALCITIDE**, χαλκίτις, Stephani. quæ hodie Chalcis nominatur, eodem Gyllio teste. Sed idem tradit eam non in sinu Nicomedico conspici, ut Plinius habet; ubi nulla est insula; sed contra Chalcedonem. Nescio quos sumos nobis vendit Thevetus qui ex una Demoneso, novem insulas facit: unamque harum Prole, alteram Bergo, tertiam insulam Corvi hodie vocari somniat. ad hanc ut relegetur dignus cum suis nugarum myriadibus.
- DEMOS**, δῆμος, locus in Ithaca: Stephano quem quoque **CROCYLEIVM**, κροκύλειον, vocat.
- DENSELATE**, vide **DANTHELETTICA**.
- DEORVM CVRRVS**, δειῶν ὄμμα, ἄος, sic dictus Ptolemaeo & Hanno; in Libya Interiori. Punta de Lopes Gonçales, putat fertè hodie vocari Florianus. Alius est Sierra Iona.
- DEORVM INSVLÆ**, Ptolemaeo, in Oceano Occiduo, prope Hispaniam. Videntur mihi hodie referre Illas de Bajonaticas appellat Plinius. **FORIVNATAS** dici, scribit cum Plinio, Solinus.

DEORVM MENSA, vide ASTYPALÆA.
 DEORVM PORTVS, Mauritania Tingitana, apud Ptolemæum est. PORTVS DIVINOS Antonini hoc loco inveniri, annotavit Simlerus.
 DEORVM VRBS, vide MODVRA.
 DERBICES, Pomponio sunt populi ad Fretum Cassij maris. DRIBICES Plinio sunt. Stephanus DERBICCAS, Δερίκας, DERBIOS, & TERBISSOS nominat.
 DEREMISTÆ, Liburnie populi, Plinio; qui Drivaste Hermolao.
 DERRII, vide MAZÆI.
 DERRIS, Δέρρις, Marmarica, Africa regionis promontorium; apud Ptolemæum. Derioas, G. Mercatori.
 DERTONA, Δετῶνα, Ptolemæo Taurinorum, in Italia urbs. DERTHON Δερθῶν, Stephanus habet. DERTHON, Δερθῶν, apud Strabonē legitur eamq; inter Genuam & Placentiam, medio itinere ponit. Tortona vocat Leāder. COLONIA IVLIA DERTONA, est in Goltzj Thesauro. TERTRIONENSIS Civitas inde apud Diaconum legitur.
 DERTOSSA, in Latino & Italico Strabone legitur, quo loco in Græco Δερτίσσα, et corruptius, Δέρκισσα legitur. Δέρτῶσα, simpliciter, scribit Ptolemæus. DERTVSANOS, habet Plinius. Hodie dicitur Tortona, Clusio teste. In Cathalonia est, Hispania Tarraconensis regione.
 DERVENTIO Antonini & Bede, Angliæ fluvius est, qui hodie Derwent nominatur, & Derby civitatem præterfluit: ut Talbotus credit.
 DESERTA Boiorum, vide BOIORVM.
 DEVA, Δεβα, Ptolemæo Albionis insulæ flumen est: qui Lhuydo Dyfy dicitur.
 DEVA, Antonino Albionis insulæ urbs est, quam Lhuydus vocat Britanicè Caerleon ar dourdoov; & Anglicè Cester & Legancestre.
 DEVANA, Texalorum civitas: Ptolemæo, in Albione insula. Lhuydus Cestre vocat.
 DEVCALIDONIVS, vide CALEDONIVS.

DEVELTVS, Δεβελτος, Thracia urbs, apud Ptolemæum: quam Sophianus Develto adhuc nominari scribit. Bulgari Zaguriam nuncupant, inquit Curopalates. DEBELIVM Antonini est, ut Simlerus indicat. DEVELTON, cum stagno, quod nunc DEVLTON vocatur; sic Plinius lib. 4. cap. 11. Hoc stagnū dicit Niger hodie Stagnara nominari.
 DEVNANA, Δεβανα, Albionis insulæ urbs, ut habet Ptolemæus. Vulgo Doncastre dicit scribit Villanovanus.
 DEVONA, Δεβονα Ptolemæo Germania urbs est, quæ Neumarch Pet. Appiano.
 DIA, Δία, Maris Cretici insula, Ptolemæo; & Straboni. Standia est hodie, vt placet Sophiano. Vide NAXOS.
 DIABÆ, vide ORCHOMENVS.
 DIABATE, Διαβατη Ptolemæo insula est iuxta Sardiniam. Διαβήτη, Stephanus habet. Asinaria hodie dicit Leander & Niger perhibent.
 DIABLINTRES, Casari Gallia Lugdunensis populi: quo loco Ful. Ursinius DIABLINTES in suo libro habere dicit. DIABLINDI est apud Plinium, quos eodem putat idem Ursinius. DIAVLITAS, Διαβλίτω Ptolemæi credit esse Villanovanus. Leondoul facit ex iis Marlianus, opidum è regione Britannica insulæ. Becanus verò in suis Atvaticis Linter interpretatur. Pagus est Brabantia, ad flumē Getam. Vide in suis Becceselanis, ubi hoc ex horum etymologia ingeniosè admodum, ut cætera, colligit.
 DIABORYSTHENES, vide BORYSTHENES.
 DIADES, vide ATHENÆ.
 DIAGEBRES, vide SARDINIA.
 DIAMVNA, Διαμύνα, India fluvius, in Gangem aquas suas evolvens, Ptolemæo. IOMANES à Plinio vocatur: ut dicit Hermolao, & Mercator.
 DIANÆFANVM, ἀπτεμυδες ἰσθμὸν Ptolemæo Bithynia promontorium, iuxta os Ponti Euxini. Scutari appellat Sophianus. Hoc loco apud Ptolemæum VRIDIOS. i. Iovis Vrij, debere legi, docet Pintianus, in suis Plinianis Castigationibus. Ego ex Cicerone lib. 4. in Verrem, & Artiano in suo Periplo Maris Euxini, scio in hoc Asia promontorio.

montorio, Iovis VIIj, *Διὸς τὸ ἔργον*, Fanum statui sed an ea de causa reprehendendus sit Ptolemæus, Pintianus viderit. Ego libentius dicerem utrumq; ibi fuisse. utrisque fide dignis testibus. Vide IOVIS VII Fanum.

DIANÆ FONNS, Solino in Sicilia, ad Camerinam urbem. Paradiso hodie vocari, scribit Aretius.

DIANÆ Speculum, vide TRIVIÆ.

DIANÆ TEMPLVM, est in Creta insula quod ROCCÆAS, *ῥοκκαίας*, appellatur. Aelianus lib. 12. cap. 21. De Animalib. Stephanus habet RAVCVS, *ῥαῦκος*, urbem in Creta.

DIANIVM, Hispania urbs Ciceroni, & Plinio. **ARTEMISIVM**, *ἄρτεμισιον*, quod idem sonat, Straboni. cui etiam **HEMEROSCOPIVM**, *ἡμεροσκοπεῖον*, quod diurna specula significat, dicitur. Idem esse cum FERRARIA promontorio Mele, scribit Florianus. Ad Mare Balearicum est urbs, inter Sucronem & Carthaginem. Denia hodie vocari scribit Florianus & Clusius. Beuterus addit quōdam Atalaya de Sertorio vulgò nuncupatam. Idem tradit adhuc, ab Artemisio, Atemuz vulgò nominari promontorium huius urbis, tribus leucis hinc distans.

DIANIVM, Plinio iuxta Corsicam, insulula est quam ARTEMISIAM vocant, ut ipse addit. Leander dicit hodie Monte di Christo appellari. Marius Niger Ianuti vel Gianuti vocat. & scribit Mōte di Christo OGLASAM Plinij esse. Ego Dianium hodie Ianuti, & ÆGILIVM quam Plinius eodem loco describit, Gilio nominari puto, ob soni, & situs homologiam; ambas enim contra Cosanum littus ponit.

DIAREVSA, vide PISISTRATI.

DICÆA, & **DICÆARCHIA**, vide PVTEOLI.

DICÆOPOLIS, vide EGESTA.

DICLA, vide SCYTHIA.

DICTÆVS, vide DICTE.

DICTAMNYM, *Δίκτημονον*, Creta insulae opidum, Ptolemæo. Dittana vocat Pinetus.

DICTE, *Δίκτη* Ptolemæo & Straboni, **DICTÆVS** Plinio, Creta insulae mons. Labyrintho à Sophiano nominatur. Bello-

nus cum Lathi, & Sethie vocat.

DIDATTIVM, *Διδάτιον*, Sequanorū urbs, in Belgica; Ptolemæo auctore. Hasenburg vertit Villanovanus.

DIDYMÆI Apollinis, vide BRANCHI-DARVM.

DIDYME, *Διδύμη* Ptolemæo una est ex Acolis insulis, inter Italiam & Siciliam. Saline, Fazello: Panare, Leandro. Fazellus scribit Panaria esse ICESIAM, *ἰκῆσια* Ptolemæi; quam eandē cum THERMISSA, *Θέρμισσα*, Strabonis dicit. Leander putat ICESIAM hodie Saline appellari. Hic Dauus sum, non Oedipus.

DIDYMI, mons Asiae minoris apud Ptolemæum Latinum, in Græco est *Δίδυμὰ ἀνατολικὰ*. Strabo **DINDYMVVM**, *Δίνδυμον*, vocat. Videtur à Livio ADORÆVS dicitur scribat lib. 38. Sangarium ex eo effluere. Alius est Dindymus mons apud Plinium & Apollonium, ad Propontidem nempe.

DIERNA, *Δίερα*, Daciae urbs, apud Ptolemæum. Cheio, Nigro est.

DIGENTIA, fluvius Italiae, cuius meminit Horatius, lib. 1. Epist. ad Lollium. in Sabinis est. Rivo del Sole vocant Blondus, & Leander.

DIGLATH, & **DIGLITO**, vide TIGRIS.

DILVRO, vide ILLVRO.

DIMIGVTHIA, vide DINOGETIA.

DINDYMIS, vide CYZICVM.

DINDYMVVM, vide DIDYMI.

DINIA, *Δίνια* Galliae Narbonensis urbs est, in Ebroduntis, Plinio in Sentiis, Ptolemæo. Digne vocat Poldus. Donoy Schudus; sic hic pro Ebroduntis, Bodiontios legit.

DINOGETIA, *Δινόγεται* Ptolemæo Moesia Inferioris urbs est. **DIRIGOTHIA** lib. Notitiarum habet, & **DIMIGVTHIA** Antoninus. quod annotavit Simlerus. **Dinogetia** hodie Drimago vocatur, Nigro.

DIOCÆSARIA, vide ANAZARBUS, & SEPPHORIS.

DIOCLETIANOPOLIS, *Διοκλητιανέπολις*, Procopio urbs Thessaliae fuit. Hanc quondam PALETHRE, *παλέθρη*, vocatam scribit Swallmbergus in suis in Procopium annotationibus.

- DIODORII**, *διόδωρος*, insula Aethiopia iuxta fretum Sinus Arabici, Ptolemaeo. Babelmandel, Ramusio: Primera Belloforestio.
- DIOMEDEAE**, *διωμίδεια*, Adriatici maris insula, quinque numero apud Ptolemaeum. Sed sigillatim eas non nominat. Plinius duas hic ponit, **DIOMEDEAM**, & **TEVTRIAM**. Stephanus etiam *διωμίδεια*, numero unitatis habet. Vna Diomedearum à Tacito **TRIMERVS** vocatur. *Annal. lib. 4.* S. Maria de Trimiti maxima earum hodie nominatur, Leandro teste. Altera S. Domino appellatur. Minores duae, Gattizzo & Caprara vocantur. Ego in tabula, quae harum picturam continet, quinque adhuc, si, quae scopulipotius quam insulae formam representet, annumeres, extare video. quorum maximam, & monasterio decoratam, S. Nicolai nomen refert. secunda S. Domini, tertia Caprara, quarta Credazij, quinta Vechia, id est vetula.
- DIOMEDIS**. Promontorium, vide **HYL- LIS**.
- DION**, *διόν*, Creta insulae promontorium, Ptolemaeo. Cabo de la Frasca, Pineto.
- DIONYSIAS**, vide **CARETHA**, **NAXOS**, **SACRA**, & **THYRIVM**.
- DIONYSOPOLIS**, *διονυσόπολις*, quae & **NAGARA**, *νάγαρα* Ptolemaeo; India intra Gangem urbs. Nerg dicitur Castaldo. **NYSSAM** esse, cuius Iustinus, Plinius & alij meminere, putat Glareanus.
- DIONYSOPOLIS**, Thracia urbs ad Pontum Euxinum quam **CRYNOS**, *κρύνος*, antea dictam, tradit Plinius, & Stephanus. Varna Iovius, & Chaliacra Niger vocat.
- DIOPOLIS**, *διόπολις*, Armenia urbs: à **Pōpeio** Magno sic nominata. cum prius **CABIRA**, *κάβειρα*, vocaretur. eandemq; postea **AUGVSTAM**, *σεβαστή*, appellavit. Strabo lib. 12.
- DIOSCVRI**, vide **ARGONAVTAE**.
- DIOSCVRIAS**, *διωσκυριάς*, quae & **SEBASTOPOLIS**, *σεβαστόπολις*, Ptolemaeo & Arriano. Colchidis ad Pontum urbs. quodam **AEA**, *αἶα*, dicitur, Stephano auctore. Plinio haec tamen diversa sunt. habet & Stephanus eodem tractu quoque **Acem** aliam, à

- Dioscuriade**. Dioscuriadem Castaldus hodie Sanatopoli vocat; Iosephus Barbarus Sevastopoli.
- DIOSCORIDV**, Plinio Azanij maris insula est. **DIOSCORIDIS**, *διωσκορίδης*, vocat Ptolemaeus. Curia muria Ramusio est. Zocotora Barrio; unde *aloes* laudariß. Fortè eadem est quae Orofio **PHEBOL** dicitur.
- DIOSPOLIS**, *διόσπολις*, Bithynia urbs, Ptolemaeo, ad Pontum. Chio, Nigro dicitur: Port de Hassio Theveto. Vide **BERYTOS**, **LAODICEA**, & **THEBAE**.
- DIPSIVM**, vide **ARGOS**, & **CORYPHASIVM**.
- DIRCAEA**, vide **THEBAE**.
- DIRIDOTIS**, vide **TEREDON**.
- DIRIGOTHIA**, vide **DINOGETIA**.
- DIRPHOSSVM**, *διρρῳσσόν*, Lycophronius commentator Isacius dicit mōrem Euboeae esse. & ab Euphorione **DIRPHIS**, *διρρῆς*, dicitur. *διρρῆς*, etiam Stephanus meminit, per Ypsilon, in ultima.
- DISPARGVM**, vide **ASCIBVRGIVM**.
- DIVITENSE** Munimentum, sic enim vocatur in vetusta lapidea inscriptione, ibidem inventa. ut Rhenanus docet. Est pagus ad Rhenum situs, è regione Coloniae Agrippinae, quem hodie vulgo *Deutsch* vocant. **DIVITENSIVM** meminit quoque Marcellinus, lib. 27. **TIVITIVM**, vulgari Latino dicitur, inquit Rhenanus.
- DIVLCOS**, vide **ISTHMVS**.
- DIVM**, *διών κολώνια* Ptolemaeo Pieria in Macedonia regionis maritima urbs: item Livio. Stadia nunc dicitur, apud Nardum legitur, in suo Livio Italico.
- DIVODVRVM**, *διωδύρον*, Tacito, & Ptolemaeo. Mediomatricum, in Gallia Belgica urbs. Metes hodie, Rhenano. Pirchaimerus verò Tionville putat, quam Germani *Diettenhoffen* appellant. Hanc Regionem, & eius temporis scriptores **THEODONIS VILLAM** nominant.
- DOBVNI**, *δοβνοι*, olim possidebant eam regionem, quam nunc Claudianam vocant. i. Gloucestershire, inquit Lelandus, & Nevillus. Eorum meminit Ptolemaeus.

DOCIMITE, & **DOCIMIA**, vide **S Y N N A D A**.
DOCLEA, δόκλαι Ptolemao Illyridis opidum. Medon, à Nigro: Antivari, à Villanovano dicitur.
DODANIM, vide **R H O D V S**.
DOBEACRVNOS, vide **E N N E A C R V N O S**.
DODECASCHOENOS, δωδεκάχοινος, Aegypti urbs, apud Ptolemaum. **CORTE**, aut vacillante lectione **COSTE** apud Antoninum dici, ait Simlerus.
DODONA, vide **E P I R V S**.
DODONÆI, δωδοναῖοι, Græcia populi qui & **SELLI**, σελλοὶ, & **ELLI**, ἐλλοὶ, dicuntur Stephano teste. Plinius autem lib. 4. duos ex iis facit.
DOLATES, Umbriae populi: qui **SALENTINI** cognominantur inquit Plinius.
DOLICHA, vide **D V L I C H I V M**.
DOLICHE, δολίχη Ptolemao Pelasgiotarum, in Macedonia opidum. Alchria hodie, Villanovano: sed Techala Mercatori dicitur. Hanc **DOLICHEN**, cum **PITHIO**, & **AZORO**, tria in orbem sita opida, Ptolemao Livius lib. 42. **TRIPOLIM** vocari scribit.
DOLICHE, δολίχη, vocatur apud Callimachum, (auctore Stephano,) quam Plinius & Ptolemaus **DOLICHISTEN**, δολιχίστην, vocat. Insula est contra Chimeram, Lycia regionis. Vide **I C A R I A**.
DOLIOLVM, Urbis Romæ tumulus, in regione Aventina, P. Victori Monte testaccio, Pyrrho Ligorio.
DOLIONIS, vide **C Y Z I C V S**.
DOLONGI, vide **T H R A C I A**.
DOLOPES, vide **C T E M E N E**, & **G R Æ C I A**.
DOMITIANA, vide **A L E X A N D R I A**.
DONVCA, vide **D V N A X**.
DONVSA, **DONVSIA**, & **DONVSA**, vide **C A R E T H A**.
DONVSSA, δονύσσα, Achaia castellum est, Pausania, inter Aegyram & Pellenen. Hoc apud Homerum **GONOESSA** male scribitur ut annotavit Camerarius, in suis Commentariis Homericis. Pausanias tamen, ubi Homeri versum citat, non **Gonoessam**,

sed **δονύσσα**, legit.

DORDOMANA, δορδομάνα, Parthia regionis urbs Ptolemao. Deizer hodie; & Rezer Persis; si Theveto credimus.
DORES, vide **G R Æ C I A**.
DORGAMANES, δοργαμάνης, & **DARGOMANES**, δαργομάνης, idem fluvius, sed dubia lectionis est apud Ptolemaum. Latini interpretes pro eo vacillante scriptura **GARDAMANIS**, & **DARGAMANIS** habent. Fontem sumit in Paropanis regione, & apud Bactrianos se in Ochum fluvium exonerat. A Marcellino videtur **ORGOMANES**, & **ORTOGORDOMARIS** appellari.
DORIA, vide **Æ M I L I A**, **D V R I A**, & **D V R I V S**.
DORINIS Petra, vide **C H O R I E N I S**.
DORINX, vide **A R A X E S**.
DORION, vide **H E L O S**.
DORIS, δωρίς, Macedonia regio apud Ptolemaum & Livium. Nardus eam Vallivadia vocat. Doris item regio est Asia Minoris, in qua Halicarnassus urbs.
DORIS, & **DORIVS**, vide **D V B R I S**, **D V R I V S**, & **T H E S S A L I A**.
DORISCVS, vide **C Y N O S V R A**, & **D R O S I C A**.
DOROCOTTOROS, vide **D V R O C O T T O R V M**.
DOROSTORVS, vide **D V R O S T O L O N**.
DOROVERNVN, vide **D V R O V E R N V M**.
DORRIVM, vide **T R I C O R N I V M**.
DORVENTANOS, vocat Humf. Lhuydus Derbieneses, Angliae populos.
DORYCTETA, vide **Æ O L I S**.
DORÝMA, vide **L O R Y M A**.
DOVLONPOLIS, vide **P H I L I P P O P O L I S**.
DRAVVS, vide **D R A V V S**.
DRACHONVS, Ausonio fluvius est, in Mosellam erumpens. Draun hodie dicitur. **DRAMONVS** legit Scaliger.
DRACO, vide **H E P T A P O R V S**.
DRACONIS insula, vide **S A L A M I S**.
DRACONTIS Aëte, vel Littus, vide **A R Æ N I**.
DRACYNTIVS, δρακύντιος, Africa Propria ad-

pria adiacens insula. DRACVNTVS, δρᾶκοντ, Stephano est. Chelbi Nigro dicitur.

DRAHONVS, vide DRACHONVS.

DRANGIANA, δρᾶγγιανὰ Ptolemao Asia regio. DRANGINA, sine A in penultima habet Diolorus. & DRATIGENA videtur pro eadem regione legere Polybius. Ger. Mercator eam Segistan appellat. DRANGIANI sunt etiam Arabes vocatree quod ab Arabibus originem trahant. auctor Marcellinus. DRANGIANAM cum ARACHOSIA, hodie Segestan vocari, scribit Mar. Niger.

DRATIGENA, vide DRANGIANA.

DRAVVS, δρᾶβ, Straboni, DRAVS Plinio. Pannonia fluvius est, quem Danubius excipit. Dra, vulgò, ut Lazius testis est. Ptolemao (ut Villanovanus annotat) DARVVS, δᾶρος, est quem à Barbaris DARIN, δᾶειν, vocari addit. Hoc etiam Heroldus contestatur, in suo Dialogo de rebus gestis in Interamneni Pannonia Vide BARGVS.

DREPANVM, δρᾶπανον, Buhynia urbs, ad Nicomedia Sinum ut eam describit Niceph. Calistus qui eam à Constantino Magno Imp. HELLENOPOLIM; ἑλληνόπολις, cognominatam scribit. BITHALBEN, βιθάλβενς, credo dici, apud Stephanum.

DREPANVM, Promontorium Cypri insule, Ptolemao. hoc Trapani Mercatori dicitur & Melechia Sophiano. Est etiã Creta insule promontorium apud eundem Ptolemaum. hoc nomen retinet, nisi hallucinatur Pinetus. Vide CORCYRA, LEPTA ACRA, & RHIVM.

DREPSA, δρᾶψα Ptolemao Sogdiana regionis metropolis. PANDA Plinij, & DARAPSA, δᾶραψα, Strabonis esse, vult Villanovanus. à Strabone tamen hac Bactrianae attribuitur.

DRIBICES, vide DERBICES.

DRICCA, vide TYRAS.

DRILLÆ, δρῖλλαι, Xenophonti, & Arriano in Periplo Ponti Euxini. Sunt populi ad Pontum Euxinum, finitimi Colchidi regioni. Sed Arriano SANNI videntur. Stephanus δρῖλλαι, per Y. scribit, & uno L. ex Xenophonte. Vide MACRONES.

DRILO, δρῖλων, fluvius est in ora Dalmatia, quo adverso navigatur Orientem versus, usq; ad Dardaniam; Straboni. Ex Scardo monte profluit, Ptolemao teste. Super eum situm est Scodra opidum, Plinio auctore. Hermolaus scribit eum hodie Drino vocari: Lcdrino habet Sophianus. Nigro Drinax est. ORIVNDVS, videtur mihi à Livio dici. Vide DRINIVS.

DRIMÆA, Græcia regio, iuxta Parnassum montem Plinio: DAULIS appellata. In ea Daulis urbs est, apud Ptolemaum. Vide DRYMÆA.

DRINIVS, fluvius est Dalmatia, Plinio. A Ptolemao DRINVS, δρῖν, appellatur. atque eum ex Scardo monte originem sumere; & in Savum amnem defluere. Drina vocatur hodie à Nigro; Lodrino à Favolio; Boliana à Volaterrano sed sic Dalmatis vocari addit. His nominibus recentioribus nihil fido, videntur enim mihi confundi. Lodrino, puto idem esse quod Drino. lo, namque articulus Italicus mihi est. Dein inter Drino, Drina, & Drinax, subdubito an tantum bona aut mala scriptione differant. Aliorum iudicium sit, quibus locorum situs penitus ex tabulis aut peregrinationibus innotesci contingat. Drinium Plinij, Ptolemai Drilonem esse contendit Volaterranus, Boliana vel Boiana fluvius, & Scrutari locus non procul ab eo, veteribus ignota fuere, si Nigro creditur. Fides sit apud auctores. Ego hæc tantum in medium pono, ut doctioribus & locorum peritioribus ad investigandam veritatem, ansam præbeam. Ligorius in sua Græcia tabula facit ex hoc Drinio Ptolemai ARTATVM Livij. Vide DRILO.

DRIXIPAROS, vide DRVSIPARA.

DROMOS, Achillis, vide ACHILLEA.

DROSICA, δροσική, Thraciæ præfectura, Ptolemao. TRAVSI fortè Livio. LOCVM DORISCVM habent Plinius, Mela & Solinus. Synonyma credit esse Villanovanus, in suo Ptolemao.

DRVENTIVS, δρᾶένπι, Gallia Narbonensis fluvius, teste Ptolemao. quem Durance vocat Ioanes Poldo. DRVENTIA habent Plinius & Strabo.

DRVEN-

DRVENTVM, vide TRVENTVM.

DRVNA, Ausonio fluvius ex Alpibus erumpens. qui tribus à Valentia leucis Rhodanum ingreditur. & hodie Dronia vocatur ut Scaliger scribit.

DRVPHEGIS, δραφηνίς, Ptolemæo Dacia est urbs, quæ Nigro Nicopolize vocatur.

DRVSIPARA, δρασιπάρα, Thracia urbs, Ptolemæo. fortè eadem cum Suida DRIXIPAROS, δραξιπαρος. Drusiparam, vocat Sophianus Misini. Lazio autem in sua Grecia tabula Elkij dicitur.

DRVSOMAGVS, δρασομαγος, Ptolemæo Rhatia urbs est. quam Birchaymerus Memmingen; Irenicus verò Kempten putat.

DRYÆNA, δραύαινα, Cilicia urbs apud Stephanum. quam etiã CHRYSOPOLIM, χρυσόπολις, nominat.

DRYLÆ, vide DRILLÆ.

DRYMÆA, δραμύαινα, Phocidis urbs, cuius incolæ NAVBOLENSES, ναυβολείς, antiquiore vocabulo appellari, scribit Pausanias. δραμύαινα, per I. habet Stephanus. Eius regionem à Plinio DRIMEAM quæ vocari opinor: de qua supra.

DRYMODIS, vide ARCADIA.

DRYOPES, δραύοπες, Plinius enumerat inter Epiri populos. Aldradina interpretatus est Pinetus.

DRYOPIS, vide ASINE, CYTHNVS, GRÆCIA, PHOCENSES, THESALIA.

DRYS, vide LVSA.

DRYVSA, vide SAMOS.

DVÆCOLVMNÆ, Insubrum opidum, apud Marcellinum, Gembolace castellum vocatur à Leandro. Gambalotum Gaud. Merula. Latinius fortasse.

DVBAL, & melius TVBAL, ut scribunt Ann. Viterbiensis, & Franc. Tarassa qui addunt eius memoriam extare apud Melã. ego tamen hoc nomen apud eum non reperio. Hoc opidum esse in Hispania Batica tradunt. & hodie Setubal dici.

DVBIS, vide ALDVABIS.

DVBOBRVS, vide DVROBREVIS.

DVBRIS, Britannia insula portus, apud Antoninum. Dover vocat Lelandus. Fortè

CARION Diod. Siculi est. Lelandus DORIM nominat.

DVDINI, quos Callimachus PEVCETIAS vocat: Illyria populi sunt Plinio. Hos Pinetus putat esse in loco hodie Nadin dicto.

DVECALEDONIVS, vide CALEDONIVS.

DVLGIBINI, Germania populi sunt Tacito. quos Althamerus DVLGVMNIOS, δελγύμνιοι Ptolemæi putat; & hodie Göttingen incolere, & Westphaliæ partem.

DVLICHIVM, δελίχιον, Maris Ionij insula, una Echinadum sita, ut eam Strabo describit, iuxta Oniades, & Acheloi ostia distans ab Araxo Eleorum promontorio, stadiis centum. PALEIS dicitur ab Homero, uti Pherecydes auctor est, apud Strabonem. qui dicit eam suo tempore DOLICHA, δολίχα, vocari. Idem Stephanus asserit, qui eam quoque OXELÆ, οξείαι, appellat, .i. ACVTÆ. Nonnulli, ait idem, hanc, & CEPHALENIAM esse eandem, dicere non sunt veriti. Vide PALEIS, & ZACYNTHVS.

DVLOPOLIS, alio nomine ACANTHVS, apud Plinium. Asia minoris opidum est, prope Rhodum insulam.

DVMNA, δρυμνα Ptolemæo est Septentrionalis Oceani insula, contra Orcada promontorium. Fortè Hoy, hodie. Vide RVBEÆ Prom.

DVMNONII, δρυμόνιοι, Albionis insulae populi, Ptolemæo. Horum regionem hodie corruptè Devoniam dici, tradit Lelandus.

DVNAX, δρυναξ, Thracia mons Straboni. DONVCA eum vocat Livius; eumq; ingentis altitudinis esse dicit.

DVNGA, δρυγα, India intra Gangem opidum, auctore Ptolemæo. Dabul iac. Castaldo vocatur.

DVNIVM, δρυνιον, Durotrigum, in Albione opidum, apud Ptolemaum. Dorchester, Villanovano.

DVNVM, δρυνον Ptolemæo auctore, Hibernia opidum est. quod Marius Niger Waterford vertit.

DVRANIVS, Ausonio Gallie Aquitaniae fluvius, qui in Garumnam exoneratur. ut

- annotat Scaliger. qui eum hodie Dordoma appellari scribit.
- DVRBETA, δ'εβ'ετα, urbs Mesopotamia, iuxta Tigrim; Ptolemæo. Mosel, Nigro.
- DVRIA, δ'ερία, fluvius per Salassos, in Cisalpinam delapsus Galliam, Pado miscetur sic Strabo. DORIA, δ'ωρία, idem vocatur à Ptolemæo. Plinius DVRIAS duas dicit: quas video à Castillioneo Maiorem & Minorem vocari. Leander alteram Ripariam, alteram Baltiam cognominat. hanc ait hodie appellari Doria balcia, illam Doriecta quasi dicas parvam Dorianam.
- DVRIAS, Hispania Tarraconensis fluvius in Sueronensem sinum effluens, Pomponio. TVRIVM vocatur à Plinio; & TVRVLLIS, τερβ'λλ'ις, à Ptolemæo. Item TVRIA est Sallustio, apud Priscianum. Guadalaiar Clusio hodie est. Guetalabiar Mauris, Bentero teste. Vide DVRIVS.
- DVRICORTORA, vide DVROCORTORYM.
- DVRIO, δ'εριο, Straboni urbs, ubi Rhodanus & Isara miscentur. Doyre, exiguus vicus hodie. ut tradit Albenas.
- DVRIVS, Plinio Hispania maximus fluvius, in Peledonibus ortus. Asturià à Vetonibus, & Lusitaniam à Gallacis determinat. Duero nostra etate vocatur. DORIA (sed δ'ωρία Græci codices habent) Ptolemæo est. & DVRIAS, δ'ερία, Straboni. qui eundem, eodem serè in loco, lib. 3. DVRIVM nominat. Apud Appianum Alex. DORIVS, δ'ωρι' appellatur.
- DVRLACVM, cuius meminit Abbas Vrspergensis, Henselberch. est Pyramio. sed alii Durlach.
- DVRNOMAGVM, Germaniæ Inferioris urbs, Antonino. Doermagen hodie est, infra Coloniam.
- DVROBREVIS, Angliæ opidum, Antonino; Hothelstre/ Humfredo. Maidstone autem contractè, pro Medweys towne Anglicè, & Macethansodane Saxonice ex eo facit Lambardus, & Talbotus. Sed & DVROBROVIS per O. in penultima, & foriè etiam DVBOBRVS.
- DVROCORTORYM, δ'ωροκόρτορον, Ptolemæo est Gallia Belgica urbs. quam

- Rob. Cœnalis Reims appellat. ubi Gallia reges, oleo divinius è celo misso, (ut perhibent) in augurari soleant. DVRICORTORA, δ'ωροκόρτορα, habet Strabo: DVROCORTVM Caesar; δ'ωροκόρτορον, Stephanus.
- DVROLEVVM, Angliæ opidum apud Antoninum est; quod an Sythingborne sit, se dubitare queritur Talbotus; sed videtur potius pro Charinge hodie habere.
- DVROLIPONS, Antonino Angliæ urbs est. quid si sit Huntingthen, inquit Talbotus; nam illic Dour & pons locum esse declarant, per quem fluvius ponte iunctus decurrit.
- DVROSTOLON, δ'ωρόστολον, LEGIO, Mysiæ Inferioris urbs, apud Ptolemæum: Ammiano DOROSTORVS est.
- DVROTRIGES, δ'ωρότριγες Ptolemæo sunt Albionis insulae populi quos Lhuydus scribit Durugueir Britannicè, & Dorsetshymen Anglicè dici.
- DVROVERNVM, vel DOROVERNVM, ut Beda habet: sed is etiam DVROVERNIA legit. Angliæ urbs est, in Cantio. quam Lelandus dicit Cantewarberi Anglis, & Caergraut Britannis vocari. Sigebertus scribit, DOROBERNIA, qui modò CANTVARIA nominatur. idq; circa annum 445. Sunt qui DARVENVM, δ'αρβενον Ptolemæi putant.
- DVRACIVM, vide EPIDAMNVN.
- DVSIA, vide CLVSIVM.
- DYA, vide NAXOS.
- DYGEIVS, vide COCCYGIVS.
- DYMBRA, vide THYMBRE.
- DYME, δ'ύμη, Achaia urbs, quæ antea STRATIVS, στράτιον, dicebatur. ut Strabo inquit: etiam PALEA, πάλαια, Pausania teste: nonnullis etiã CAVCONIA eodem Strabone teste. Sed apud eundem quoque alia Stratus est, in Acarnania. Dyme Theveto Clarena dicitur.
- DYRIS, vide ATLAS, & NILVS.
- DYRRACHIVM, vide EPIDAMNVN.
- DYSPORVM, vide ASCIBVRGIVM.

EASON, vide OEASO.

EBLANA, Hibernia insula urbs, Ptolemaeo. Dublin fortè hodie est.

EBORA, ἐβωρα Ptolemaeo, quæ et CEREA-LIS dicitur, Plinio teste. EPORA est apud Antoninum. Eboræ etiamnum hodie. Lusitania urbs est. Vide BVRA.

EBORACVM, vide EBVRACVM.

EBRODVNTII Plinij, videntur SENTII, ἐβροδοι Ptolemæi; cum uterque eorum civitatē Diniā faciat. EPEBRODVNVNVM, ἐπεβροδωνον, Vicum appellat Strabo. Poldo Albenas scribit eos quoque INALPINOS à Plinio dici: & fortassis hodie in eorum loco opidum Ambrun esse.

EBVDÆ, ἐβυδα Ptolemaeo; EBVDÆ cum diphthongo in principio, Stephano; HEBVDES Plinio. Aliis HEBRIDES & EBONIÆ; ut scribit in sua Britannia tabula Ger. Mercator. Scotia Regni insula sunt, à parte Occidentali. Beda MEVANIA S vocat. Hector Boëthius scribit eas hodie sine aliquo nomine proprio Insulæ Occidentales vulgò appellari. Ptolemaeus earum quinque numerat, quarum duas propriè EBVDAS vocat. tertiam RICINAM, ῥικίνα, (quæ fortè RICNEA Plinij est.) pro qua ENGARICENNA legit Marius Niger. eamq; Argitti hodie nominari addit. Idem alteram Ebudarum Lendrosia, alteram Leeder dici scribit. Huiusmodi antiqua recentioribus interpretari vocabulis, ex indigenis, usq; geographiæ peritis, audire malim. Sed cum ex recentiorum tabulis hodiernum harum insularum situm videam à Ptolemæi descriptione aded differre; vix mihi persuadeo à quoquam, etsi doctissimo, id præstari posse. MALEOS, μαλεός, & EPIDIVM, ἐπίδιον, reliquas tradit Ptolemaeus.

EBVRACVM, ἐβωράκων Ptolemaeo, Albionis insula urbs. quam Antonius LEGIONEM. VI. VICTRICEM cognominat. Caer ebrock Britannis; Eberwycck & contractè Yorcck Anglis dicitur. ut testatur Humfredus Lhuydus. Hanc urbem à Grecis & Latinis scriptoribus VROVICVM ap-

pellari, contendit Lelandus.

EBVROBRITIVM, ut habent marmorea eius loci antiqua Inscriptiones; teste Caspary Varrerio, Hispania urbs est, quæ hodie EVO-ra de alcobaca dicitur. Disiunctim legitur apud Plinium, Eburo, Britium, sed male: ut idem docet Varrerius, in sua Corographia, Lusitanica lingua scripta.

EBVRONES, Cesari Gallia Belgica populi, Trevirorum clientes. horum urbs hodie vulgò Latino LEODIVM dicitur. Incolæ Liege, Teutones Luptik, & Nuttich vocant. Hub. Leodius. EBVRONATES legitur apud Adonem.

EBVRONICES, & EBVROVICES, vide AVLERCI.

EBVRVM, ἐβυρον, Germania urbs, Ptolemaeo. Olmucz, Pyramio, Moravia urbs primaria. Lazio verò est Bohemia opidum, Bözowa nomine.

EBVSVS, Plinio & Straboni; etsi hic alicubi βύσος, habet item ἐβύσος. Dionysius BYSUM, βύσος vocat. Ptolemaeus duplici S S. & Y. scribit ἐβύσος. Insula maris Balearici est. Livio PITYVSA dicitur. De ea autem hæc Plinius lib. 3. cap. 5. Insula per hæc maria prima omnium. Pityusa à Grecis dicta, à frutice pineo, nunc Ebusus vocatur, utraque civitate fœderata, angusto fretò interfluento, patent XLII. M. pass. Ex his intelligitur Pityusa vocabulum esse commune duarum insularum. quod liquidius ex Ptolemaeo & Strabone patet, qui eas seorsim nominant, Ebusum, & Ophiusam. EBVSVM hodie YVICA vocari dicit Clusius.

EBYSSVS, vide EBVSVS.

ECALIDVS, scribunt Annius & Leander fluvium Tuscia ab antiquis vocatum, quem hodie vulgò Caldano appellant: atq; hunc esse cuius Plinius meminit lib. 2. cap. 103. dicens, prope Vetulonios esse aquas calidas, quibus innascantur pisces. Quis autem ex hac Plinij descriptione proprium nomen, Ecalidus, ante nugatorem Annum, fecerit, scio neminem.

ECBATANA, ἐκβάτανα, Media regionis metropolis, Ptolemaeo. Stephanus AGBATANANA, ἀγβάτανα, habet eandemq; BATANIA, βατάνεια, dici, ait. Tautis hodie vocari,

vocari, vult Castaldus. Niger scribit à Barbaris Acharana Esbahan nominari. Apud Ottonem Frisingensem lib. 7. Hani appellatur.

ECBATANA, Palestina urbs, in monte Carmelo; **CARMELVS** etiam dicta, Plinio auctore. eandem Stephanus quoque, **EPHANIAM** vocatam scribit, à Charare.

ECDIPPA, ἐκδιππα, Phœnicia urbs, Ptolemeo. Scandalio hodie dicitur. teste Nigro. Castrum Labarti eo loco nunc esse, scribit Postellus.

ECELESTA, inquit mihi Clusius, est in Inscriptionib. marmoreis antiquis; ubi hodie Medina Celi urbs est. Hanc Medinā, **MEDIOLVM**, μεδιολον, Celtiberorum Ptolemæi esse, nonnulli putant. Sed falso, ut docet Varrerius. Pro **ETELESTA**, ἐτέλεσα, Ptolemæi ego potius haberem.

ECHEDEMA, vel **HECADEMA**, ἐκιδήμα, ut Stephanus habet, locus in Attica, non longè ab Athenis; qui postea **ACADEMIA**, ἀκαδημία, vocatus fuit. Plutarcho, in vita Thesei, teste. Etiam **E-CHEMEDIVM**, ἐχεμίδειον dictum, addit Stephanus, ab Echemo quodam.

ECHEDORVS, ἐχέδωρ, Ptolemæo Macedoniae fluvius est, prope Thessalonicam, in Mare Aegeum erumpens. Hic Calico Sophiano, Granea Nigro, Verata ser Castaldo nomen habet.

EHEMEDIVM, vide **ECHEDEMA**.

ECHINADES, ἐχινάδες, Straboni insulae sunt Maris Ionij, prope Peloponesum. Hodie victoria navali celebres, quā Ianus Austriacus à Turcis, maxima eorum clade, reportavit, anno 1571. Nonis Octob. **ECHINÆ**, ἐχιναι, dicuntur Stephano: Ea nūc **STROPHADES**, στροφάδες, appellantur, inquit Apollodorus lib. 1. Nostra tempestate Cozzulari vocari, scribunt Sophianus, & alij.

ECHINVS, Acarnaniae opidum, in Epiro; Plinio. Tolgus, Pineto. Vide **ONCHESMVS**.

ECHINVSSA, vide **CIMOLIS**.

ECHTENIAS, vide **SAMARIA**.

ECNOMVS, ἐκνομος, & **PHALARIVM**, φαλάειον, duo propugnacula, in verticibus Siciliae; in agro Gele urbis. ut Diodorus

lib. 15. testatur. Ecnomi etiam meminit Plutarchus, in Dio. & Polybius, lib. 1. Ecnomū, hodie Poggio muciacco; & Phalarium, Poggio longo dici, auctorat Fazellus.

ECRECTICE, vide **NECRETICE**.

ECTENIA, vide **THEBÆ**.

EDEN, Beroaldo **SYRIA** aut Syria regio est. vide **PARADISVS**.

EDENATES, vide **DECIATIVM** regio.

EDESSA, ἑδεσσα, Ptolemæo Arabiae opidū, in leva Euphratis fluminis. quod quondam **ANTIOCHIA** vocabatur. & **CALLIRHOE** à fonte cognominatum, ut Plinius ait lib. 5. cap. 24. Rohas Lichtenario, & Neuburgensi, Rhoasse quidam, Rhoa Nigro vocatur. An eadem sit cum Edessa, quam idem Plinius cap. 23. Bambycen nominat, dubito. Vide **BAMBYCA**.

EDI, vide **SCYTHÆ**.

EDISSÆ Portus, vide **ODYSSEA**.

EDONES, vide **HEDONES**, & **SCYTHÆ**.

EDONII, vide **MACEDONIA**.

EDONIS, vide **ANTANDROS**.

EDRON, Venetorum portus, Plinio. Hodie Chioggia dici, Leander ait. Porto Sablone Nigro est.

EDROS, vide **HEDROS**.

EDYSSA, vide **ÆGÆA**.

EETIONIS urbs, vide **THEBÆ**.

EFFLVI, Germania Septentrionalis populi, sunt apud Tacitum: ubi hodie Ujflandt Willichio est. sed hos vocat Cureus **LEMOVIOS**. Hi illis vicini sunt, eodem Tacito auctore.

EGLASTE, ἐγλάσαι. Hispania urbs, Plinio & Straboni. Hodie Yniesta, Castellæ regni opidum Clusio.

EGLIDVS, Tusciae amnem esse, & hodie Freddano dici, fabulatur Leander ex Annio. Hunc Egelidum enim uterque citat ex Virgilij versu, Aeneid. lib. 8. Ut procul Egelido secretum flumine vidit. Egelidum hinc loci proprium esse nusquam vel apud quemquam legi. Immo nonnulli separatim legunt, è gelido.

EGES-

E GESTA, qua & **SEGESTA** dicitur, Festo auctore. Sicilia urbs est. quam Fazellus Barbara vocat, Leander Cabo de S. Vito, sed Aretius Conterrana. **SEGESTA**, σεγέστα, etiam apud Ptolemaum. Diodorus lib. 20. scribit hanc ab Agathocle excisam, & transfugis ad habitandū concessam: ac **DICÆOPOLIM**, δικάωπολις, ab eo appellatam.

E GNATIA, Plinio, **IGNATIA**, ἰγνατία, & σεγνατία, Straboni. **GNATIA** Horatio sed hoc ante me monuit Xylander. **Pucetia**, in Italia opidum est. Hodie collapsum, sed eius bustum **Nazo** vocari, testatur Niger.

E GOVARRI, vide **E G V R R I**.

E G V R R I, ἠγυρροί, Hispania Tarraconensis populi, Ptolemao. Medina de Rio seco, Vaseo. Videntur **E GOVARRI** Plinij, quos **NAMARINOS** cognominat. Video tamen Pintianum eos habere pro **GIGVRRIS**, vel, ut ipse legit, **CIGVRRIS** Plinij.

E I N A L E, vide **S C I A T H V S**.

E I O N, vide **A M P H I P O L I S**.

E I O N E, Taurica Chersonesi promontorium, Plinio, inter Pontum & Maotim excurrēs. Punta de Matruga, aut Cabo de croce, hodie, ut refert Pinetus.

E I O N E V S, vide **S T R Y M O N**.

E I R I A, vide **I R L A**.

E L A E A, ἐλαία, Aeolidis urbs, in Asia, Stephano. cui etiam **CIDÆNIS**, κιδάωνις, appellatur.

E L A E V S, ἐλαίος Ptolemao Thracia Chersonesi opidum. Critea, Nigro.

E L A E V S S A, vide **E L E V S A**.

E L A M I T A, vide **P E R S I A**.

E L A N A, ἐλανα Ptolemao Arabia Petrae urbs, ad Sinum Arabicum. **ÆLANA**, & **LÆNA**, vocat Plinius. Non longè ab Assion, sive Hesyon Gaber eam describit Iosephus lib. Antiq. 8. cap. 6. dicitq; **BERONICE** vocari. Hodie à Nigro Aila dicitur.

E L A P H O N N E S V S, vide **P R O C O N N E S V S**.

E L A P H V S S A, vide **B R E T T A N I S**.

E L A S S O N, vide **O L O O S S O N**.

E L A T A S, ἐλάτας Ptolemao Bithyniae fluvius, in Pontum Euxinum aquas suas exo-

mens. Thevetus dicit eum hodie Lime nominari.

E L A T E I A, ἐλάτεια, Phocidis urbs Ptolemao. **E L A T R I A M**, ἐλάτρηα, etiam dici, scribunt Stephanus & Suidas.

E L A V E R, Gallia fluvius apud Casarem est, quem Marlianus Allier vocat. Rbellicanus putat hunc eundem esse cum eo quem Ptolemaeus **CANENTELVM**, κανέντελϞ, appellat. Sed haud dubiè fallitur. cum Canentelum se in Oceanum effundit; Elaver autem, in Ligerim erumpit. Vide Gabrielem Simenium testem oculatum, in Dialogo suo pio & speculativo, (ut titulus habet) ubi locum Casaris, de hoc fluvio, & opido Gergobia pulchrè elucidat.

E L B I I V I C V S, Tuscia opidum mediterraneum, Ptolemao; ut Leander ei ascribit idq; hodie Vico appellari asserit. Latina exemplaria hoc habent: in Graecis verò codicibus minimè extat. Vide **V I T E R B V M**.

E L B I I L A C V S, vide **C I M I N I V S**.

E L C E B V S, ἐλκεβος, Gallia Belgica urbs, in Tribocis, Ptolemao. Schlestat Villanova no est.

E L D A M A R I I, vide **A R A B I A**.

E L D A N A, ἐλδανα Ptolemao Vaccaorum in Hispania Tarraconensi urbs: Dueñas hodie, Goropio in sua Hispania.

E L D I M A E I, ἐλδιμαῖοι, Susiana regionis populi, iuxta mare; Ptolemao. **E L Y M A I S** provincia est in Sacris litteris.

E L E A, ἐλεῖα, Peloponnesi regiuncula, qua **CAVCONIA** aliquibus dicta est, inquit Strabo. Antimachus enim eius incolas **Cavcones** vocat. Ptolemao **ELIS**, ἠλῖς, est. **ELISSA** Hebrais, ut Montano placet. Vide **H Y L E**, & **V E L I A**.

E L E C T R A E A T L A N T I D I S Insula, vide **S A M O S**.

E L E C T R A S, ἐλέκτρα, Creta insula fluvius est Ptolemao. **LENEVM** eum vocat Lazius, in sua Graecia tabula. **POTEREVS** à Vitruvio vocatur, ut perhibet in sua Geographia, Mar. Niger. Sed **HELECTRAS** scribendum est. in Græco enim aspiratur.

E L E C T R I D E S, ἐλεκτρίδες, qua & **GLESARIÆ**, Plinio teste. Insula qua ex adverso Britannia & Hibernia, in Germanico mari.

- nico mari sparse sunt. quæ nunc fortasse, *Uetlant / Scetlant / & Fare* dicuntur. Meminit & Mela *Electridum insularum*, in *Hadriatico mari*, prope *Absyrtidis insulas*. has *Plinius* ante *Padi ostia* à *Græcis* descriptas tradit. sed idem alio in loco tanquam *Græcorum nugamenta*, has cum *Strabone* dividet.
- ELECTRUM, vide CEPHISIDA.
- ELEETES, ἐλέτες, fluvius *Campania*, prope *Veliam urbem*. ut *Strabo* refert, lib. 6. Hunc *Evoli* nuncupari, tradit *Marius Niger*.
- ELEI, *Achaia* populi; antea *EPEI* vocabantur. *Plinius*.
- ELEPHANTEDA, vide ELEVTHII.
- ELEPHAS, ἐλέφας, ad *Avaliten Sinum* mons, in *Aethiopia* sub *Aegypto*. *Ptolemaeo* auctore. *Felles* cum *Castaldus* vocat. Vide SOLIS MONS.
- ELEPLA, vide ILLIPVLA.
- ELEVSA, *Plinio* *Cilicia mediterraneū* opidum est. *Niger* insulam facit. dicitur, hodie *Curcu* appellari ab opido sic dicto, illi adiacente. Sed hæc fortasse erit *ELEVSSA*, ἐλαῖσσα, insula, quam *Stephanus* describit. quæ quoque *SEBASTE*, sive, (quod idem est) *AVGVSTA* nominata fuit. videtur hæc à *Sophiano* *Elefa* appellari.
- ELEVSIANA, ἐλευσίαν, pagus *Aegypti* est, *Alexandria* & *Nicopoli* proximus, in *Cano-pica fossa* situs. *LEVSINEM* eum vocat *Livius*, lib. 45. quatuorque millia ab *Alexandria* distare addit.
- ELEVSIANE, ἐλευσίαν, *Achaia* urbs, *Ptolemaeo*. *Lepina* dicitur *Sophiano*. *Atticam* cognominat eam *Ptolemaeus*. *Saline Nigro* vocatur. Vide ATHENÆ.
- ELEVSIANVS SINVS, vide SARONICVS.
- ELEVTHERA, vide AORVS, & APOLLONIA.
- ELEVTHERÆ, ἐλευθέρα, *Ptolemaeo* *Creta* urbs. *SAORVS*, σαῶρ, dicta, *Stephano* auctore. Idem habet *ELEVTHERNAM* ἐλευθέρα, eiusdem insule urbem quam *SATRARAM*, σάτρα, vocari ait. Vide AORVS.
- ELEVTHERNA, vide ELEVTHERÆ.

- ELEVTHERVS, ἐλευθέριος, *Ptolemaeo* & *Plinio*, *Syria* fluvius. *Vallania Pinetus*, *Vellana* *Postellus* vocat.
- ELEVTHERVS, *Sicilia* fluvius, *Ptolemaeo*. *Ponte rotto* indigitatur à *Leandro*. *Fazellus* credit eū à *Sequestre*. *ORETHVM* dici, & hodie *Panormitanis* (ad cuius mœnia in mare effluit). *Admirati*, & *Saracenis* *Habes* dici.
- ELEVTHII, ἐλεύθιοι, *Iapygia* populi, apud *Stephanum* quos à *Parthenis* *ELEPHANTEDA*, ἐλεφαντέδα, appellari ait.
- ELIACVS, vide SINGITICVS.
- ELIBERRI, *Mela* est *Gallia Narbonensis* vicus, magna quondam urbis, & magnarum opum (ut ipse inquit) tenue vestigium. *Ptolemaeus* hanc *ILIBERIM*, ἰλίβεραι, vocat, ut etiam *Livius* & *Plinius*. sed *LL. geminato* *ILLIBERIS*. Apud *Strabonem* *ILYBIRIS*, ἰλυβίρις, est. Hodie, si creditur *Polido*, *Saulles* dicitur; si *Vaseo*, *Colibre*; si *Pet. Olivario*, *Evina*: additque hic, ibidem esse ecclesiam cathedralem, in *Comitatu Roscilionis*.
- ELIBYRGE, vide ILLIBERIS.
- ELICE, vide LASICE, & HELICE.
- ELII, vide RHIZOPHAGI.
- ELIOCROTÆ, *Hispania* urbis meminit *Antoninus*, 25. millibus passuum à *Carthagine* *Spartaria* distantis. Hanc nunc *Lorca* vocari, mihi testis est *Clusius*.
- ELIS, ἑλῖς, *Ptolemaeo* *Elidis* regionis opidum. *TRIPHYLIA*, τριφυλία, quoque dicitur *Stephano*. *MOLPIDIS* *Petram* μόλπις & πέτρα, à *Lycophrone* appellari, scribit eius commentator *Isacius*; rationem nominis apud eum querere. *Elis*, *Belvedere* *Pineto*, & *Nardo* est: sed hic eam quoque *Ialea* vocat. Vide ELEA.
- ELIS, sive HELIS, ubi *Moyses* duodecim reperit fontes; hodie *Belba*, & vulgo *Belbes* appellari putat *Postellus*. Hunc locum laudat *Bellonius* à *palmarum* copia.
- ELLA, vide VELIA.
- ELLESPORVS, vide HELORVS.
- ELLI, vide DODONEI.
- ELLOPIA, vide EVBOEA.
- ELMANTICA, vide SALMANTICA.
- ELONE, ἑλών, *Straboni* urbs sub *Olympo* iacens,

iacens, non procul ab Eurota flumine, in Macedonia. quam mutato nomine LEIMONE, λιμόνη, dici scribit.

ELORONENSIVM civitatem, habet Libellus provinciarum, in Novempopulana provincia Aquitania. ILLVRO Antonini est; & Oloronensis civitas Sidonio; & Olorino hodie dicitur, teste Scaligero in suis Ausonianis lectionibus.

ELORVM, Sicilia flumen est, Plinio auctore. Huc Fazellus Abyso vocari, ubi in mare illabitur; sed antea in mediterraneis Atellari nomen habere tradit.

ELORVS, ἑλωρ Ptolemaeo & Apollodoro, Sicilia mediterranea urbs est. HELORVS est apud Silium. Modica nominat eam Niger: Sed Stain pace, Fazellus. Vide HELORVS.

ELVETII, vide HELVETII.

ELVSATES, & ELVSATIVM, vide FLVSTATES.

ELVT, sive ELVS, cuius in Sacris memoria est; ELVSA, ἑλυσά, à Ptolemaeo vocari, docet Goropius. Idumaea urbs est.

ELYMA, ἑλυμα Ptolemaeo Macedonia opidum, in mediterraneis: quod Cannina hodie à Sophiano nuncupatur.

ELYMA, Sicilia urbs, ab Aenea condita, ut Halicarnassens tradit. Hodie Alymite, vel Palymite vocatur, ut Fazellus scribit.

ELYMÆI, vide PERSIA.

ELYMAIS, vide ELDIMÆI, & PERSOPOLIS.

ELYMIOTÆ, ἑλυμιότῃ, Macedonia populi, Ptolemaeo. Placani hodie eorum regio vocatur, ut Castaldus perhibet.

EMAON, vide IMAVS.

EMATH, cuius in Sacris litteris mentio est, D. Hieronymus in Magnam & Parvam distinguit. MAGNAM Antiochiam Syrie: & PARVAM Epiphaniam interpretatur. Math. Beroaldus verò huius sententiam reuocat, amplectiturque Ziegleri, qui ITVRÆAM ex eo facit.

EMATHIA, qua nunc dicitur, inquit Livius, quondam appellata POEONIA est. Macedonia regio. Vide MACEDONIA, OESYMA, & THESSALONICA.

EMATHOES, vide PVLVS.

EMERITA, vide AVGVSTA.

EMISSA, ἑμισσα Ptolemaeo Phœnicia urbs est. Niger Camala vocat. Bellonius scribit Turcis Haman, & Arabibus Hamsa dici.

EMMAVS, ἑμμαῦς, Palæstina opidum est Ptolemaeo: quod quoque NICOPOLIS, teste D. Hieronymo. Hodie adhuc Nicopol nominari tradit Postellus.

EMODVS, vel, ut Ptolemaeus, HEMODVS, ἡμόδ & Asia mons. Moghali Castaldo: A Iudeis Iethra, à Mengrelianis Beresith nominari dicit Thevetus. Vide TAVRVS.

EMONA, vide ÆMONIA.

EMONIAM habet Mercator Scotia Orientalis insulam, quam Maid vocat.

EMPORIÆ, ἑμπορία, Tarraconensis Hispania, Indigetorum, maritimum opidum; Ptolemaeo. Ampurias vocat Clusius, & Tarapha. Emporienses prius insulam oppositam habitasse quam PALÆAPOLIM, παλαιὰ πόλις, vocabant, scribit Strabo. Nebriffensis tradit à Strabone quoque DIOPOLIM nominari, sed male. quem errorem detexit primum Xylander, in suo Strabone Latino.

EMPORICVS Sinus, ἑμπορικὸς, Oceani Atlæici, à Ptolemaeo in Mauritania describitur: à Plinio videtur SAGVTI vocari.

EMPORIVM, Castellum est Livio, prope Placentiam, magno opere munitum. Mar. Niger dubitat num hodie Ponto nudo vocetur. Vide TANAIIS.

ENCHELEÆ, ἐνχέλεαι, Plinio & Stephano sunt Illyrii populi. Etescian vocat Pinetus.

ENGELANES, ἐγγελάνας, ijdem dicuntur eodem Stephano.

ENDERVM, ἐνδρον, Illyrici opidum, Ptolemaeo. Drivesto, Nigro est.

ENDIDEIVM, Rhætie urbs est, Antonino: hanc Simlerus Reumarckit nomē assignat.

ENDRIVS, vide HERBESVS.

ENETI, vide EVGANEI.

ENGELANES, vide ENCHELEÆ.

ENGVINI, & ENGYON, vide VLVSIS Portus.

ENIANDOS, vide EPIPHANIA.

ENIANVM, vide LARTHENIANVM.

ENINGIA Plinij, regio Europa Septentrionalior. Fijnlandt Zieglero.

ENIPEVS, ἐνιπέως, Peloponnesi fluvius, qui in Alpheum exit; eum suo tempore **BAR-NICHIVM**, βαρνίχου, vocatum, scribit Strabo.

ENIPEVS, Macedonia, sive Thessalia fluvius; Livio & Lucano; Thevetus eum Pharyb indigetat. Pharybum habet hoc tractu Ptolemæus. Hoc addo, ut cogitent studiosi num Thevetus hallucinans alterum pro altero posuerit.

ENIPPE, vide **AGANIPPE**.

ENISIPIA, Maris Libyci insula, Aegypto adiacēs. Isola de Columbi, Gerard. Mercator. Ptolemæus eius meminit. sed **ÆNESIPPA**, ἀίνισιππα, habent Græci codices.

ENISVS, Sicilia fluvius est, Fazello. quem hodie Nisi appellari scribit. Vetusti vocabuli nescio quis auctor est.

ENNA, ἐννα, Sicilia mediterranea urbs, & Insula umbilicus; Ptolemæo. Anna, castellum hodie, Fazello: Castro Ioāni, Leandro.

ENNEACRVNOS, ἐννεακρήνος, Attica fons est Plinio, sive Atheniensium urbs, ut tradit Pausanias. Hic etiam **CALLIRHOE** à Papinio vocari videtur, eo versu: Et quos Callirhoë novies errantibus undis. ut annotavit Hermolaus. Sed omnino eundem esse, ex Thucydide luce clarius est; ubi scribit Callirhoën, καλλιρόην, quondam, sed postea à tyrannis reparatam, Enneacrunon dictam, id est, fistula; vel salientes novem. Tzetzæ Chiliade 80. numero 148. dicit Calliroe (sic enim is legit, cum Thucydide, simplici R.) antea Enneacrunon dictum. Idem Suidas qui cum alio in loco etiam **DODECACRVNON** vocat à duodecim fistulis. Plinius tamen lib. 5. cap. 7. duos videtur facere, cum inquit, In Attica fontes Cephistia, Larine, Callirhoe, & Enneacrunos.

ENNESIA, vide **ÆTNA**.

ENOPE, vide **GERENIA**.

ENOPIS, insula iuxta Sardiniam, Plinio. que Pineto S. Pietro dicitur.

ENOTOCOETI, vide **SATMALI**.

ENTELLA, ἐντέλλα, Liguria fluvius Ptolemæo. Lavagna, Leandro. Etiā Sicilia urbs; apud eundem, quam Leander Miranda nominat.

EOA, ἐὼα Ptolemæo Africa Propria urbs. Me-

la habet **OEA**. Plinius **OENSEM** Civitatem legit.

EODOA, vide **PAROPAMISVS**.

EPAGRIS, vide **ANDROS**.

EPEBRODVNUM, vide **EBRODVNTII**.

EPEI, vide **ELEI**.

EPETIVM, ἐπέτιον Ptolemæo Illyridis opidum. Spezze vocatur Sophiano hodie.

EPHESIORVM Portum, describit ad Bosporum Thracium, à latere Asiatico; ex Dionysio P. Gyllus; qui hodie eum Aphosiatin appellari addit.

EPHESVS, ἐφεσός, Ionia regionis Asiaticæ urbs nobilis & Diana templo, inter septem mundi miracula numerato, clara. Hæc Plinio auctore, item Stephano, olim quoque **SMYRNA**, σμύρνα, cognomine **TRACHEA**, **SAMORNION**, σάμορνον, & **σάμορνος**; **PTELEA**, πτελεῖς, **ORTYGIÀ**, ὄρτυγία, **MORGES**, & **ALOPES** vocata fuit. **TRICHIA**, τριχία, etiam Stephano. Apud Strabonem **ARSINOE**, ἀρσινόη, & **SISYBRA**, σισυβρίς, dicitur. Fiena hodie dici Castaldus scribit. Sophianus eā Epheso adhuc appellari ait.

EPHITISA, vide **CISAMVS**.

EPHRATA, vide **BETHLEHEM**.

EPHRON, vide **NEAPOLIS**.

EPHTHALITÆ, vide **ABDELÆ**.

EPHYRA, vide **CICHYRVVS**, **CORINTHVS**, & **CRANON**.

EPIBVLA, vide **ATHLVLA**.

EPICNEMIDII, vide **LOCRI**.

EPICTETVS, vide **PHRYGIA**.

EPIDAMNVNVM, ἐπίδαμνον, propter inauspicatum nomen à Romanis **DYRRHACHIVM** appellatum, inquit Plinius. **DVRACION**, δυρράκιον Ptolemæus habet. Macedonia urbs est, Taulantiorum; ad Mare Adriaticum. De quo hæc Appianus lib. 1. Ciuilium, ut vertit Gelenius; Quia Dyrrachium nomen ominosum habebat; Corcyrenses id Epidamnum maluerunt dicere; atque ita Thucydides quoque nominat: vicis tamen vetus appellatio, & Dyrrachium dicitur. Drazio, Nigro teste dicitur; nomen antiquum utcunque adhuc referens. Sunt qui hodie Velona dici autumant, non sine errore.

errore. uti ex tabulis quis cognoscere potest.

EPIDAPHNE, vide ANTIUCHIA.

EPIDAVRVS, ἐπίδαυρος, Tres in Europa huius nominis urbes, quarum una in Liburnia, altera duæ in Peloponneso sitæ sunt. Vnam hanc Limeram cognominatam fuisse; alteram quoque Peloponnesiaca Aesculapij delubro celebrem fuisse, ex auctoribus constat. Sed cum à neotericis scriptoribus in attribuendo cognomine, & delubro sæpius hallucinari, magnoq; errore hæc confundi observaverimus: coacti fuimus ad ipsos fontes, ex quibus hæc de Epidauris hausimus, recurrere. EPIDAVRVS igitur prima est in Liburnia, Ptolemæo hæc Epidaurum Colonia, à Plinio dicitur. Hæc hodie est & Emporio, & Republica nobilis. Hanc Europæis Ragusi appellari, extra cõtrouersiam est. Turcis verò, ni fallor, Dobronicha vocatur. Huic Limeræ cognomen, sed falsò, à pluribus nostræ ætatis scriptoribus additur. Hanc Dion & Mela in Parthinis (quos Plinius Parthenos nominat, & hodie Ragusienses possent indigetari,) ponit. EPIDAVRVS altera, in Peloponneso, à Plinio, Strabone, & Pausania ad Sinum Argolicum describitur, & LIMERA, λιμερὰ, cognominatam, ab iisdem asseritur. Ptolemæo in Laconica est. Hanc antea EPITAVRIAM dictam, testis est Strabo. hoc auum Malvasia appellat, testibus Sophiano & Castaldo: atque ex tabulis geographicis hoc quoq; verisimile est. EPIDAVRVS tertia, quoque in Peloponneso sita, in Argia nempe regione, secundum Ptolemæum: Plinius, Strabo & Mela ad Saronicum sinum statuunt. eamq; Aesculapij templo venerabilem fuisse testantur. Hanc quoq; MELISSIA, μελισσία, & ÆMERA, αἴμαρες, olim dictam, tradit Stephanus. Pigiada hodie nominari credit Niger: Sophianus Cheronisi nominat. apud eundem in scedula sua, quæ Græciæ tabula asseripsit, eam MONOBASIAM, & MONEMBASIAM, μονοβασία, & μονεμβασία, appellat idem Gemistus facit. Apud Pinetum, Esculapio nomen habet. Hoc Aesculapij fanum, (ne & illud ignoretur,) unus Pausanias, Epidaurum ad Sinum Argolicum sito, tribuit. cui & Ste-

phanus Limeræ cognomen addit. Huius regio & incolæ vocantur à Strabone EPIDAVRIA, & EPIDAVRII. Meminit quoque Plinius, ut hoc parergi loco adijciam, EPIDAVRVS insula, quæ eius tẽpore desijt.

EPIDIVM, ἐπίδιον Ptolemæo Albionis insula promontorium. The mul of Canteri, Ger. Mercatori. qui idem CALEDONIVM quoq; Promontorium vocat. Vide EBVDÆ.

EPINA, vide HYPANIA.

EPIPHANIA, ἐπιφάνεια, ad Tigrim urbs. ARCESICERATA, ἀρκισκέρατα, etiam dicta ut Stephanus perhibet.

EPIPHANIA, Syriæ urbs, Ptolemæo. Aman Mar. Nigro dicitur. AMATHE, ἀμάθη, accolis vocari Iosephus auctor est, cap. 7. lib. Antiq. I.

EPIPHANIA, Ciliciæ opidum; quod antea dicebatur ENIANDOS; Plinio. Vide ECBATANA, & EMATH.

EPIRVS, ἐπίρος, Græciæ regio, Ptolemæo & cæteris. Stephano per H. scribitur ἠπειρος. CHAONIAM olim dictã, dicit Martianus Capella. ORICIAM, & DODONAM appellatam, scribit ex Dionysio & Thrafsybulo, Gerbelius. In VETEREM, & NOVAM, posterioribus temporibus divisa fuit. ut legitur in lib. Notitiarum. Incolæ PYRRHIDÆ à Pyrrho Achillis filio; postea EPIROTÆ dicti fuere, Iustino auctore. Epirus hodie Albania vocari, scribit Leander, & Erythraus; Larta, Richerius, & Aeneas Silvius: Ianna nuncupari, Castaldus ait.

EPITALIVM, ἐπιτάλιον, Messeniæ urbs, ad Alphæi fluminis traiectum. quam Homerus THRYVM, θρύον, & THRYOESSAM, θρυόεσσα, vocavit; Strabone teste. Hodie Zunchio vulgo interpretatur: Mario teste; vocabulo novo, antiquam significationem referens.

EPITHERAS, vide PTOLEMAIS.

EPLA, ἐπλά Ptolemæo insula Peloponneso adiacens. LOVO à nautis dici, ait Niger. Vide ÆGIALIA.

EPOISSIVS Vicus, Antonino, EPVSVM in lib. Notitiarum est: ut Simlerus persuasus est. cui hodie Ipsch, Ivois videtur. Gallia Belgica locus.

- EPOPE**, vide **CORINTHVS**.
EPORA, vide **EBORA**.
EPOREDIA, ἐπορεδία, Salastiorum in Insubria urbs, Ptolemaeo. **EPORIZIVM** habet lib. Notitiarum. Ivrea Leandro, & omnibus.
EPVIA, vide **AMBRACIA**.
EPVSVM, vide **EPOISSVS**.
EQVABONA, Hispania urbs, XII. mille pass. à Corduba distans: ut Antoninus in suo Itinerario habet. Couna nunc dici, ex Varro, & Montano habeo.
EQVESTRIS Colonia, Sequanorum meminit Ptolemaeus, Plinius & Antoninus. ἐκκισπὶς. Aegidio Schudo videtur Nevis, aut Dunoi, prope Lacum Lemanium: in eo nēpe tractu qui hodie dicitur Pays du Cha-beul, fortasse sic dicto à caballo, .i. equo: unde incolae Equestres videntur appellari. Vide ipsum Schudum, in sua Rhetia descriptione.
EQVILIVM, Venetorum insula, ad ostia Plavi fluminis. Huius meminit Blondus, ex Aquilegiensium historiis, ni fallor. Hanc hodie Iesulo vocari, scribit Niger. Vide **ÆQVILIVM**.
ERÆA, vide **MONTES ÆRII**.
ERANNA, vide **CYPARISSÆA**.
ERANOS, vide **CYPARISSOS**.
ERASINVS, ἐρασίνος, Peloponnesi fluvius, Straboni, in Argia regione. quem quoque **ARSINVM**, ἀρσίνος, dici ait. Sed hic Erasinus cum aliis fluminibus eiusdem nominis, minimè confundendus est: est enim alius, in Arcadia, alius in Eretria; item alius in Attica: omnes in una Gracia. Vide quoque **STYMPHALVS**.
ERATON, vide **ERETVM**.
ERBESSVS, vide **HERBESSVS**.
ERBITA, ἐρβίτα Ptolemaeo Sicilia urbs; **HERBITA** Ciceroni. Chiazza dici hodie, scribit Niger.
ERCAVICA, vide **ERGAVICA**.
ERDONIA, ἐρδωνία Ptolemaeo Apuliae Dauniae urbs. Apud Strabonem cum aspiratione inchoatur. **ARDONEÆ** numero multitudinis legit Livius. sed quoque **HERDONIA**. Cerugnola à Nigro vocatur.
EREBRICVM, vide **AREBRIGIVM**.

- ERECH**, vide **BABYLON**.
EREMBI, ἐρεμβοί, Graeci sic fortasse vocarunt **ARABES**, inquit Strabo, lib. I. Vide **TROGLODYTÆ**.
EREMVS Helvetiorum, ἐρεμνίων ἐρημῶν Ptolemaeo & Tacito, Germania tractus. **Wleckgodu** vocatur à Schudo. Vide **MARTIANA** Sylva.
ERENE, vide **ARENE**.
ERESSVS, ἐρεσσός, Lesbi insula urbs, apud Ptolemaeum. Niger tradit Cidonia vocari. Thucydides eius sapius meminit.
ERETÆNVM Venetorum fluvium, optimas anguillas nutriente; citat ex Aeliano Leander: dicitque hodie Rerone appellari. ἱερτρὸς, in Graco est. lib. 14. de animalibus, cap. 7.
ERETRIA, vide **MELANEIS**.
ERETVM, ἐρετρών, in Graco lego. Umbriae vicus, Straboni; in Sabinis. Monte ritondo, Hermolao. ἱερτρὸς, Stephano est.
ERGAVIA, ἐργαία, Vastionum, in Hispania Tarraconensi urbs: apud Ptolemaeum. Iguoalada Marineo Siculo.
ERGAVICA, ἐργαίκα Ptolemaeo & Livio Celtiberorum, in Hispania Tarraconensi civitas. **ERCAVLCA** per C. habent Tib. In p. numismata aenea. Alcanis hodie appellari, voluit Villanovanus & Clusius.
ERIA, vide **MONTES ÆRII**.
ERICINVM, ἐρικίνων Ptolemaeo Sardiniae opidum. Antonina **ERVICIO**, vel **ERV-BRIO** dici, credit Simlerus.
ERICIS Portus, vide **DELPHINIVS**.
ERICIS Sinus, vide **LVNÆ** Portus.
ERICODES, vide **ERICVSA**.
ERICVSA, ἐρικῶσα Ptolemaeo insula Ionij maris, prope Corcyram. Paxo Bellonius vocat, & Sophianus. cui etiam **PAXÆ** sunt.
ERICVSA, una ex Aeoliis insulis, Straboni: qua forte **ERICODES**, ἐρικῶδες Ptolemaei est. ἐρικῶσα, duplici s. scribit Stephanus. Alicur, Leander vocat.
ERIDANVS, ἠερίδαυός, Graecis; qui **PADVS** Latinis: maximus Italiae fluvius; quem hodie **Po** Itali vocant, Germani **Daw** dicunt. **BODINCVS** Liguribus dicebatur, auctore Sceptio, apud Plinium. Rodiginus ex Theone auctor est eum ab indigenis **BOCHERNVM**.

NVM nominari. *Ἰσίδρυκος*, Polybio lib. 2.
BOTIGVM Catoni appellatur. Huius
 fontem **VISENDVM** a Plinio nominari,
 scribit Blondus, ex corrupto fortasse codice.
 sic enim legitur apud Plinium, lib. 3. cap. 16.
 (ubi de Padi origine loquitur,) Fimbis Li-
 gurum **Vagiennorum** visendo fonte profluēs.
 Visendo, cum primo elemento maiori sorte
 scriptum offendit Blondus; ut apud Solinum
 quedam exemplaria habent. Ego tamen pu-
 tarim Plinium hic eo vocabulo uti, quemad-
 modum de Tigride flumine verba faciens,
 lib. 6. cap. 17. Oritur in regione Armenia
 Maioris, fonte conspicuo. Ut eum hic conspi-
 cuo, sic ibi Visendo scripsisse, nō dubito. Hunc
 secutus Martianus Capella Eridani mentio-
 nem faciens, fonte mirabili gigni dicit. Sic
 qui eius imitator & simia est, (qui nonnul-
 lis non immerito cognominatur) idem dicit,
 alio tamen vocabulo. Eridani nomen, & eius
 apud antiquissimos de Phaethonte, & cate-
 ris, historia, Vistule flumini convenire, Be-
 canus in suis Hyperboreis docere conatur.
 Eridanus alius est in Attica regione, Pausa-
 nia teste. item Ovidio eo versu, Eridanusq;
 senex, lenisq; Amphrysus, & Aeus. Item Dy-
 rachi quoque, si Vib. Sequester credendus
 est. Vide **RHODANVS**.

ERIDIVS, vide **IRIS**.

ERIGONVM, ἐριγώνων, Macedonia flu-
 men, Ptolemao, & Livio: **ERIGON** Stra-
 boni est. Hic **RIGINIA**, ῥιγινία, Strabonis
 tempore vocabatur ut in eius Epitoma legi-
 tur. Hodie Vistritza dicit, Sophianus docet.

ERIMVM, ἔριμον, Oenotriae opidum citat ex
 Hecataeo Stephanus. Regina nunc, Barrio.

ERINEVS, ἔρινας, Siciliae fluvius est Thu-
 cydidi. **ORINVS**, ὀρίνος Ptolemai videtur.
 Noti, & eius ostium Miranda hodie no-
 minari, scribunt Fazellus & Aretius. Est
 & **ERINEVS**, ἔρινας, portus in Achaia,
 apud Ptolemaum. pro quo Plethon qui Pto-
 lemai ordinem imitatur, **PERINEVS**,
 περίνας, legit.

ERIONIA, ἔριονία, Sardonorum regio qua
 nunc **ASIA**, ἀσία, inquit Stephanus.

ERITHINI Scopuli, ἐπίθινοι in Ponto Eu-
 xino, Ptolemao; iuxta Bithyniam. Apollō-
 nius, Stephanus, & Strabo per x. in secunda

scribunt, ἐπίθινοι. Idem Strabo addit eos suo
 tempore **ERYTHRINOS**, ἐρυθρίνοι, di-
 ctos. Farnasia appellat Bordonius. Notan-
 dum quod hos Erythinos quos Ptolemaus
 circa Bithyniam ponit, Strabo, Stephanus
 & alij multo magis ad Orientem circa Pa-
 phlagoniam describunt. Sed Stephanus Pa-
 phlagoniae civitatem vocat: quemadmodum
 quoque Flaccus. sed is eam **ERYTHIAM**,
 vocat.

ERLISBORNVM, vide **LISBOVM**.

ERMÆA, ἐρμαία Ptolemao insula prope
 Sardiniam. hanc Pinetus Talara & Mo-
 lara vocat.

ERMENVM, vide **MESEMBRIA**.

ERMIONE, ἐρμιών, urbs ad Argolicum Si-
 num, Ptolemao. qua hodie Castri dicitur,
 Sophiano teste. Strabo cum aspiratione scri-
 bit, in initio. Numus aereus apud me, habet
 ἐρμιών cum Ω. mega.

ERMONAETVS, vide **HERMONASSA**.

ERNAGINVM, vide **VRGENVM**.

ERVBRVS, Ausonio fluvius, se cum Mosel-
 la commiscens. Rober, nunc. Erubri, per
 I. in ultima etiam scribi, monet Pulmannus.

ERVCTO, vel **ERVBRIO**, vide **ERI-
 CINVM**.

ERYMANTHVS, ἐρύμανθος, Arcadiae
 urbs, Pausania. Hac postea **PHEGIA**,
 φήγεια, & **PSOPHIS**, ψώφισ, dicta fuit,
 eodem auctore. Plethon eam **PSOPHTHIS**,
 ψώφθισ vocat. Dimizana, Mario Nigro vo-
 catur. Vide **HERMANDVS**.

ERYSICHE, vide **OENIADÆ**.

ERYTHEA, vide **GADES**, **LONDO-
 BRIS**, & **TARTESSIDIS**.

ERYTHINI, vide **ERITHINI**.

ERYTHRÆ, ἐρυθραί, Ioniae opidum mari-
 timum, ut Ptolemaus docet. Erythra, singu-
 lari numero, scribit Stephanus. Idem **CNO-
 PVPOLIM**, κνωπύπολις, dictum refert, a
 quodam Cnopo. Cabo bianco vocat So-
 phianus; Cabo rosso Bellonius. Niger tra-
 dit Colire a nautis appellari. Vide **PA-
 PHOS**.

ERYTHRÆVM, ἐρυθραίων, Promonto-
 rium Creta insulae, Ptolemao. Cabo rosso,
 Pineto. Sed hoc fortasse est significationem
 reddere, non nomen.

ERYTHRINI, vide ERITHINI.
 ERYTHRON, ἐρυθρόν, Cyrenaicorum locus, in Pentapoleos regione Africa; Ptolemaeo teste. Furcelli apud Castaldū dicitur.
 ERYX, ἐρυξ, Straboni & Thucydidi Sicilia urbs, in sublimi tumulo; Veneris fanum habens. Fazellus & Aretius scribunt hodie Trapani, & Monte S. Iuliano vocari. Leander quoque Montem S. Iuliani nominat. Erycem montem pulchre describit Polyb. lib. 1.
 ESAR, Aegyptiorum opidum, in Aethiopia quod Bion SAPEN vocat. Plinius lib. 6. cap. 30.
 ES BONITÆ, vide ARABIA.
 ESCHATE Mysorum, vide THYATYRA.
 ESCHATIA, vide LIBYA.
 ESCVA Plinio, ESBVA Ptolemaeo, synonyma sunt Hermolao, Hispania cuiusdam opidi. Floriano est Huescar, in Batica, Granatensis regni. Ego Esbna apud Ptolemaum non invenio, sed Escua, (quemadmodum apud Plinium.) idque tantum in Latinis codicibus.
 ESIGVS, habet Mercator ex Antonino in sua Europa tabula. quam scribit hodie Lelise vocari. In Africa Propria, ad Mare mediterraneum. SIGVS & ISIGVS habet quoque idem Antoninus, dubia lectione.
 ESIS, vide ÆSIS.
 ESPER, vide LYCORMAS.
 ESQUILINA Porta, Urbis Romæ, quam Procopius PRÆNESTINAM vocat, ut scribit Marlianus qui eam hodie S. Lorenzo dici ait.
 ESSEDONES, Plinio sunt Scythia populi. Stephano ἐσσηδῶνες, ἐσσηδῶνες, & ἑσσηδοί, trisyllabicos dicuntur. vide SCYTHÆ.
 ESSIA, vide HESION GABER.
 ESSILISSA, vide EXILISSA.
 ESSIOS, vide ISSA.
 ESSVI, Cæsari in Commentariis, Celtarum populi; quos Marlianus in Britannia, aut Normandia statuit, & Retelois vocat: quod minimè approbat Vigenereus, is enim à nominis allusione magis credit esse Bessin, prope Bayeux. Divæus Comitatum de Euputat. Bovillus eos in Belgica ponit, atque Tierache, & Teresse appellari autumat;

quasi dicas Terram vel Tierram Essuorum. Est hic tractus inter Hannoniam & Veromanduos. Hub. Leodius tradit eos Aeth, Hannonia urbem occupare. Sub iudice lis sit.
 ESTABERVUM Hispania fluvium citat Florianus, in suo Chronico Hispania; additque eum à Plinio describi & dicit hodie Segura vocari. Valde me torfit huius fluminis vocabulum, quod illud nusquam apud Plinium reperire nequiverim. Sed tandem animadverti ex ipsius Floriani descriptione, cum tradat eum fugere Scipionis rogam; esse TADER, qui sic à Plinio describitur, lib. 3. cap. 1. Hunc hodie Segura nuncupari etiam Navagierus scribit. Miror unde hac & alia vocabulorum monstra sexcenta, quæ apud iuniores, sine intermissione offendo, prodeant. Ego his sæpius deceptus, nullis fido; nisi, ut piscator ictus sapiens, apud ipsos primos auctores legerim.
 ESTIANIA, vide NOSTIA.
 ESTIONES, ἐσίωνες, lib. 4. in fine apud Strabonem, sunt Helvetia populi: quos Scudus Estnerberger indigetat. Sed HESTIONES legendum est, cum aspiratione.
 ESTIOTIS, ἐστιῶτις Ptolemaeo Macedonia regio. pro qua Apollonij interpres IOLCITIS posuit. hoc Gerbelius annotavit, in sua Græcia.
 ESTOLA, vocatur in Annalibus Hispania, Latine scriptis, flumen quoddam Asturia, quod vulgus hodie Ezla nominat Florianus.
 ESUBIANI, vide OXIBII.
 ETELESTA, vide ECELESTA.
 ETEONOS, vide SCARPHE.
 ETETA, ἐτήτα, Mæsia Superioris urbs, Ptolemaeo quam Niger Rocana appellat.
 ETHAN, vide ISTHMVS Aegyptiacus.
 ETHINI, vide NIGINTIMI.
 ETOVISA, vide OCTOGESA.
 ETRVRIA, vide TVSCIA.
 ETTA, vide THANATOS.
 EVAN, vide MINTHE.
 EVANTIA, vide TRALLIS.
 EVAZÆ, vide SARMATIA.
 EVBAGES, vide BARDI.
 EVBOEA, Ἐβόια, Sicilia urbs, Straboni quam suspicatur Fazellus hodie diruta: sed locum ab arce ibidem, Castellazio nuncupari.

pari. Ad Pachynum Promontorium est. Sed subdubitare tamen scribit, num hic CAL-
LIPOLIS olim fortè sita fuerit: cuius
idem Strabo lib. 6. meminit. aut potius eo
loco, quo hodie Terra nova opidum est.

EVBOEA, ἔββοια, Ptolemao maxima Ae-
gei maris insula. Hodie Europæis Negro-
ponte dicitur. Multis etiam Egriponte,
ut Porcacchius tradit. Turcis Egribos vo-
catur, ni fallor. Hæc olim quoque MACRA,
& MACRIS, μάκρης, ABANTIAS,
ἀβαντίας, CHALCIS, CHALCODONTIS,
& ASOPIS nuncupata fuit, ut Plinius
tradit. Strabo eam etiam OCHE, ὄχη, &
ELLOPIA, ἑλλωπία, nominatam dicit.
Aelianus lib. 12. cap. 33. de Animalibus,
prodit eam à Poëtis ARCHIBIVM, ἀρ-
χιβίον, appellari. Incola eius ut idem Stra-
bo docet, ubique ABANTES, & nusquam
EVBOEENSES nominantur ab Home-
ro. Vide quoque CHALCIS.

EVBOICVM Mare, à Plauto PERSI-
CVM Portum vocari, testatur Festus: quod
in eo classis Persarum stetisse dicitur. EV-
BOICVM Sinum appellat Livius: & ad-
dit eum etiam COELA dici. Idem Orosius
lib. 6. cap. 15. & Val. Max. lib. 1. cap. 8.
A Ptolemao OETEVS Sinus, οἰτέεω κόλ-
ω, nominatur. Hodie Golfo de Ne-
groponte.

EVBONIA, vide MONOEDA.

EVCHALÆ, vide SCYTHÆ.

EVCHANIA, εὐχάνεια, urbs circa Cōstān-
tinopolim est. postea THEODOROPOLIS,
θεοδωρόπολις, dicta fuit; Cedrena teste.

EVDIELVS, vide ASPLEDON.

EVDOSES, Germania populi, apud Tacitum.
Hodie LIBANOTHANI, id est
Misnenses sunt auctore Althamero.

EVENVS, vide LYCORMAS.

EVERGETÆ, vide ARIMASPI.

EVGANEI, qui & HENETI, & postea
VENETI dicti. Italia sunt populi, Veneto-
rum hodie Imperij. Eorum regio Marca
Trevisana vocatur. TARVISINVM
appellat Casiodorus, lib. 10. Variarum, ad
Honorium. Item Regino non semel Tarvisij
meminit: sed & TARVISANI montes
sunt apud Plinium lib. 3. cap. 18. ut legit

Pintianus. ubi vulgata exemplaria Tauri-
fani habent. Sunt etiam EVGANEI Col-
les, in hoc tractu, ubi fortè hodie Vallis Su-
gana.

EVHIPPA, vide THYATIRA.

EVILÆI, vide GÆTVLI.

EVLÆVS, ἐβλαῖος, Ptolemao & Plinio Su-
siana regionis fluvius. Tiritiri videtur hodie
vocari; si tabulis fidendum sit. VLAI di-
citur apud Daniele, cap. 8. Videtur apud Ar-
rianum AROSIS, ἀροῖς, quem inter Persas
& Susios describit eumque eius tractus flu-
vium esse maximum dicit.

EVMELVS, vide GADIRICVS.

VMOLPIADA, vide PHILIPPO-
POLIS.

EVONIVM, castellum firmissimum, in lit-
tore Scotiae Occidentalis; auctore Hect. Boë-
thio. qui dicit hoc hodie Dounstphage
appellari.

EVONVS, vide PEPARHETVS.

EVONYMVS, εὐώνυμος, una Aeoliarum
insularum. Stromboli à Nigro interpre-
tatur; Vstica à Leandro. Et hanc, VSTI-
CAM, ἄστια, Ptolemai esse, contendunt
Leander, & Fazellus. Sed quomodo hoc fie-
ri poterit, nō video. cūm Ptolemaeus utramq;
habeat, & Vsticam, & Euonymum; duasq;
insulas faciat. Ex nomine hæctenus retento,
verisimile videtur. at alia tum erit quæren-
da Euonymus, quæ Mele Osteades est.

EVPARATORIA, ἑπατορία, Armenia Mi-
noris est, quam Pompeius à se MAGNO-
POLIM, μαγνόπολις, appellavit. ut scri-
bunt Appianus & Strabo. POMPEIO-
POLIM Plinius. Sed idem est. à Pompei
Magni nominibus. MEGALOPOLIM,
μεγαλόπολις, alio nomine CARIAM di-
ctam scribit Stephanus; sed an ea hæc sit, an
alia, dubito. non assero.

EVPHRANTIS, regio eadem quæ SY-
RIA, Stephano. à vicino scilicet Euphrate
sic dicta.

EVPHRATENSIS, & EVPHRATI-
SIA, vide COMAGENA.

EVPHRATES, ἑφράτης, nobilissimus A-
siae fluvius. Initio PYXIRATVS, deinde
per Taurum erumpens, OMIRA nomina-
tur, Plinio auctore. Plutarchus in Libello de
fluminis-

- fluminibus & montibus tradit eū quondam MEDVM, μῆδϙ, & ZARANDAM, ζαράνδα, appellatum. Hebrais PARATH vocatur, Aria Montano teste. Iosephus eum PHORA, φορα, nominat. Hodie Aphetat, ut N. Nicolaius; vel Frat, ut Castaldus vult, dicitur. Pars huius Euphratis, nempe qua ex eo deriuatur versus Meridiem, ne precipiti cursu Babyloniam infestaret, ut Plinius tradit, ab universis Assyriis ARMALCHAR nuncupatur. ARMACALE, ἀρμακάλη legit Eusebius, de Preparatione Evangelica. NARMALACHES Zosimus: NAARMALCHA habet Ammianus, qui cum Plinio dicit hoc flumē Regium significare. ex quo persuadeor à Ptolemaeo BASILIVS vocari. Idem hodie Cober videtur ex descriptione Iodoci Gistelani.
- E VPILIS**, lacus Italia Plinio. Hodie Leandro Lago di Puffiano, Erythrao Lago di monte Orphano dicitur. Mongutij, siue Montis acuti lacum eum vocat Bern. Saccus.
- E V PLÆA**, insula Tyrrheni maris, circa Neapolim, Statio lib. 3. silvarum, in Hercule Surrentino. Gaiola Georg. Fabricio est.
- E VRIPVS CHALCIDICVS**, qui & **EVBOICVS** ab Eustathio nominatur. Hodie fortè Italis Strecho de Negropōte. A Strabone describitur lib. 9. his Xylandi verbis. Is Euripus ponte iunctus, duorum iugerum turre utrimque ad eum extat; una à Chalcide, altera à Bœotia. & ab una ad alteram canalis est extructus.
- E VROBORVM**, Oceanum vocat Iornandes, quem **SCYTHICVM** appellat Plinius; in quo Caspium mare se exonerare credidit antiquitas.
- E VROPA**, Ἐρώπη, una trium Orbis partium. **TIRIAM** vocat eam Theocritus, per metalepsim: cum & Tiria à patria sua, vocata est Europa puella. Ex Bibliis **IAPETIA** nominari potest. Stephanus scribit quoque Ἐρώπη, per Iota; & Ἐρωπειά cū diphthongo dici. Hodie Christianorum regnum, variis linguis indigitatur.
- E VROPA**, ea pars Thracia est, apud Ammianū, Procopium, Fl. Vopiscum, & lib. Notisiarum, qua ad Pontū Euxinum vergit in

- qua Calatis urbs est. Sed hic tractus alius est in Mœsia Inferiore, regione vicina.
- E VROPÆI**, populi sunt, qui Europam incolūt. Christianos vocāt semetipsos; Franki in universum ferè ab omnibus Asiaticis, exceptis Turcu, qui distinguunt inter eos qui Romana & illos qui Græca religionis sunt: hos enim Romeos, illos tantum Frāki nominant. Abissini quoque in Africa, qui Presbytero Ioanni (ut vulgò apud nos vocatur) subsunt, nos Alfrangues, & Christianorum regionem Frankiam nominant. Hæc scimus ex variorum relatu, & scriptis peregrinationibus. Martinus Stella tamen eos à Turcis Cauros nominari auctor est. Idem scribit Mathias Michoviensis: addit q̄ eo vocabulo infideles, & sine religione notari. Sed idem eos etiam Dzintis, id est, paganos à Turcis appellari ait. Chaour, Giaour aut Iagour alij habent; ut Thevetus etiam, qui dicit eos ab Arabibus in Africa Aiameia nuncupari. Christiani aliquando **NAZARÆI** dicti sunt, ut scribit D. Hieronymus. & ex Apostolorum actis etiam patet. Iulianus apostata, in Epistolis eos semper **GALILÆOS** vocat.
- E VROPE**, Ἐρώπη, Phœnicia locus, qui etiam **EVROPIA**, Ἐρωπειά, dicitur. Stephanus.
- EVROPIA**, vide **EVROPA**, & **EVROPE**.
- EVROPVM**, vide **THAPSACVM**.
- EVROPVS**, Ἐρωπϙ, Caria civitas Stephano: quam **IDRIADEM**, id eus, vocatam addit; ab Idrio Chrysaoris filio. Vide **RAGEIA**, & **EVROTAS**.
- EVROS**, vide **HEBRVS**.
- EVROTAS**, Ἐρωτάς, fluvius Laconia est, in Peloponneso; apud Ptolemaum, Lacedæmonem præterfluit; teste Cicerone, in lib. de Inventionem. **ÆGYLODES** à Plinio quoque vocatur. **NERIS**, νῆρις, videtur etiam à Plethone dici. **HEMERVM**, ἡμερῶν, & **MARATHON**, μαραθῶν, antea dictum scribit Plutarchus de fluminibus. Sophianus eum Basilipotamo nominat; Niger ait ab incolis Iris appellari. Ego Eūrotam hunc, etiam **GALESVM** credo à Statio dici, hoc versu nempe lib. 3. Silvarum, Et Lacedæmonij

monij pecuaria culta Galeſi. Ita ut Eurotas & Galeſus ſynonymon ſit duorū fluviorum; huius nempe Lacedaemonici, & illius qui agrum Tarentinum irrigat: de quo vide GALESVS.

EVROTAS, Straboni Pelasgia fluvius; quem Homerū TITARESIVM, τιταρήσιον, vocaſſe ait. EVROTOS habet Plinius. & EVROPVS Camerarius. ex Strabonis fortasſe Epitoma, ubi eum ſic nominari, animadvertit Gerbelius. Mirum eſt ipſum Strabonē à ſua Epitoma differre. Idem fluvius videtur à Vibio Seq. ORCVS dici. Vide GALESVS.

EVRYALVS, Livio locus Siciliae eſt, prope Syracuſas. εὐρύαλος, habet Thucydides, per n. in penultima. Sic etiam Stephanus, qui addit eum quoque MACROPOLIM, μακρόπολις, vocari. Belvedere hodie dici, tradit Aretius.

EVRYMEDON, εὐρυμέδων, Ptolemao Paphylia fluvius. itidem Stephano, Straboni, Plinio, Livio & Pomponio. Barbarorum lingua Zacuth dici, ſcribit Thevetus. alio loco eundem dicit ab Hircanis Iercon nominari. Fides ſit apud illum.

EVRYMNA, vide TRALLIS.

EVRYPONTIDÆ, & EVRYTIONIDÆ, vide PROCLIDÆ.

EVRYPVVS, vide CHALCIS.

EVRYTIVM, vel EVRYTI urbs, vide OECHALIA.

EVSEBIA, vide MASACA, & TYANA.

EVSEBONEORA, vide TAVROMINIA.

EVSPOENA, vide PHVPHENA.

EVTHALITÆ, vide NEPHTHALITÆ.

EVTHYMEDIA, vide SAGALA.

EVXÆA, vide ÆGYPTVS.

EVXINVS, vide PONTVS.

EXILISSA, ἐξιλίσσα Ptolemao Africa urbs, ad Fretum Herculeum. Septa hodie. Hiſpani Açcuta vocant. Caſtaldus Muſa nominat.

EXITANI, ἐξίτανοί, Hiſpania Batica populi, Straboni, Salobreña C. Cluſio. Vide SEX.

EXOPOLIS, ἐξόπολις Ptolemao Sarmatia Aſiatica urbs, ad Tanaim fluvium. Hanc Bonſinius putat ALEXANDRIAM eſſe, ab Alexandro Magno edificatam. Huius meminit Q. Curtius.

EXVNVVM, vide ASANIVM.

F.

FABARIA, vide BYRCHANIS.

FABARIS, Virgilio Sabinorum fluvius, qui & FARFAR dicitur, Servio teſte. Unde adhuc Farfaro. FABER corruptè vocari, inquit Vib. Sequeſter.

FABER, vide FABARIS.

FABIANA, vide ALA FLAVIANA.

FABRICIVS Pons, Horatio & aliis notus, inſulā Vrbi cōnectit. Hodie Ponte di quattro Capi vulgo dici, ſcribit Barth. Marlianus.

FAESVLÆ, vide FESVLÆ.

FALACRIVM, φαλάκρειον, promontorium Sicilia, apud Ptolemaum. Fazellus Raſo culmo vocari ait.

FALERNVS Ager, in Campania eſt, unde vinum Falernum. Olim MINEA regio, ut ait Macrobius, in ſine lib. 5. Saturnaliorum. Virgilius tamē in Georgicis, poſtquam de Falernis dixit, ſtatim ſubiungit; ſunt & Aminea vites. quaſi Amineum vinam aliud eſſet à Falerno.

FALISCI Livio; FALISCORVM Ager, & FALISCA qua cognominatur ETRVSCORVM, uti eſt apud Plinium. PHALISCANVM etiam apud Catonem. COLONIA IVNONIA FALISCA eſt apud Onuphrium. FILISCVM, φίλισκον, habet Diodorus; & PHALÆCOS populos. Monte falcone hodie vocatur. Tuſcia opidum eſt, territorij Romani. HIRPINI nominantur Solino. HALESOS quoque dictos quondam, ex hoc Ovidij verſu apparet, Venerat Atrida ſatis agitatꝰ Halescus, à quo ſe dictam terra Falisca putat. MONS PHISCON, & ARXITI, à Catone appellari, credit Leander, ex Annij in Catonem commentariis.

FANESII, vide SATMALI.

FANESTRIS, vide FANVM.

- FANEVS**, fluvius iuxta Beneventum, qui & **SIRIS** dicitur, Vib. Sequestro. Meminit & Plinius hoc tractu Siris fluminis.
- FANVM EVROPÆ Byzantinorum**, vide **POLICHNION**.
- FANVM FORTVNÆ**, φάνων φορτῶναι, Semnonum urbs, Ptolemæo, in Italia. **FANESTRIS** Colonia est Pomponio. **COLONIA IVLIA FANESTRIS** habet Goltzius, in suo Thesauro. Fano hodie vocatur.
- FARSINA**, vide **SARSINA**.
- FASCENION**, vide **FESCENNIA**.
- FAVENTIA**, φαβεντία Ptolemæo, φαβεντία per B. Stephano. Gallie Togata urbs. Plinius **FAVENTINOS** in octava Italia regione ponit. Faenza hodie nuncupatur. Vide **BARCINO**, & **VESCIS**.
- FAVONIENSES**, vide **NVCERIA**.
- FEBIANA**. Huius meminit lib. Notitiarum. Rhenanus putat **Webenhausen** hodie vocari; & à Ptolemæo **PHÆBIANA** dici.
- PHÆNIANA**, φαυνιανα, tamen Ptolemæus legit. Rhetie opidum est.
- FELICIS LACVS**, Antonino in suo Itinerario est. **Draunse** & **Gemunderse** vocatur à **VVolfgango** Lazio. **Aideren Daulse** habet Simlerus. In Noricis est, inter **Comagenum**, & **Lauriacum**. **FELICIS LACVS**, quem idem Antoninus inter **Lussumium** & **Crumerum** habet, alium ab illo esse vult Simlerus, qui hunc **Blindenburg** à Germanis, & **Wisegrad** Hungaris appellari dicit.
- FELICITAS IVLIA**, vide **OLYSIPPO**.
- FELIX IVLIA**, vide **BERYTVS**.
- FELSINA**, quæ postea **BONONIA**, auctor Plinius. Gallie Togata urbs, quæ nunc **Bologna** dicitur; & nobili academia celebris est. Vide **GALLIA CISP**.
- FENNI**; an hos Germanis, an Sarmatis ascribet, dubitat Tacitus. **Pruthenos** aut **Lithvanos** putat **Althamerus**. **PHINNOS**, φίννοι, habet Ptolemæus hoc tractu. Sed **FINNI** per I. Iornandus, videntur qui hodie **Fijnland** incolunt. Vide **VANDALI**.
- FERENTANI**, vide **FRENTANI**.
- FERENTINVM**, φερέντινον Ptolemæo: φερένταρον, habet Stephanus, idque ex Stra-

- bonis libro 5. ubi ego hodie φερέντινον, lego, sine N. in ultima: Ferentinum, tamen verit Xylander. In Latio est. Ferentino hodie etiamnum dici scribit Leander. Habet etiam Plinius & Strabo Ferentinum, φερέντινον; sed in Tuscia. Vide FRENTANI.**
- FERITOR**, Plinio Liguria fluvius est. **Besagno** mihi videtur. Iuxta **Genuam** est.
- FERONIA**, φερωνία, quam Strabo sub monte **Soraçte** describit, Tusciae urbs est. **FARONIAM** suo tempore dictam, unica littera mutata, tradit **Halicarnassens**. **Leader** eam **Castel di S. Silvestro** appellari ait.
- FERONIAE LUCUS**, λέκω φερωνία Ptolemæo, Straboni, Livio, et Plinio, Tusciae urbs, quam iuxta ipsam **Feroniam** statuit Strabo. Hodie **Pietra Santa** vocari, scribit **Leander**.
- FERRARIA**, vide **DIANIVM**.
- FERTINOS**, inter Rhetica opida nominat Plinius. **Feltro** **Leander** vocat, inq; Carnis describit.
- FESCENNIA** Plinio, **PHASCENION**, φασκένιον, **Halicarnasseo**. Tusciae opidum est, **Citta Castellana** hodie dictum **Leandro**, & **Erythraeo**.
- FESVLÆ** Plinio, **FÆSVLÆ**, φαίσυλαι, Ptolemæo. Tusciae urbs. Hodie **Fiesoli** dicitur scribit **Leader**. **Ioannes Caius** in suo de propriis libris, libello, putat ex **Fesule** ruinis natam **Florentiam**.
- FIBVLARENSES**, vide **CALAGVRINA**.
- FICARIA**, φικαρία, Ptolemæo insula est iuxta **Sardiniam**. **Serpentaria** **Leandro** vocatur.
- FICELIA**, quæ & **VOSAVIA** priscis, nomē urbis ad **Rhenum**, **Oberru Wesel** vocatam ut scribunt **Altham**, & **Pircheymerus**. qui addunt ibi **Mammæam** **Alex. Severi** Imp. matrem sepultam.
- FICVLNENSIS**, vide **FIGVLNENSIS**.
- FIDENÆ** Livio, φιδήνα Ptolemæo; Latinarum urbs; φιδήνα, apud **Strabonem** sunt: cuius tempore pagus erat, & privatorum domicilium. olim tamen opidum. **FIDENATES** apud **Plinium** sunt. **Castel iubileo** appellari, scribit **Erythraeus**. Territorij **Romani**

mani est. Fidenas ab Anco Marcio vi expugnatas, scribit lib. 3. Halicarnasseus. Ficanam vertit Sigism. Gilenius; ex Livij lib. 1. ut suspicor an rectè, nescio: hoc scio, Fidenas & Ficanam diversa apud hanc esse opida.

FIDENTIA, Gallia Togata, in Italia, urbs, Antonino. Fiorensole opidum, in Apennino situm, putatur à Georg. Fabricio. Bourg S. Dionysio, Simlero.

FIGULNENSIS Porta, Urbis Romæ: qua & VIMINALIS dicta fuit. & nunc S. Agnetis cognominatur. Ex B. Marliano. Vide NYMENTANA.

FILISCVM, vide FALISCI.

FILONIVS, vide PHILONIVS.

FINES, vide AD FINES.

FINNI, vide FENNI.

FIRMIVM, φέρμιον Ptolemæo, FIRMVM, φέρμιον, Straboni; FIRMANORVM Castellum vocatur à Plinio. Firmo hodie videtur. Picenorum, in Italia, civitas.

FISERA, φίσονες, Corsicæ insule urbs apud Ptolemæum est. Hæc Figati à Pineto interpretatur.

FLACCIA, vide, MOESIA.

FLAMINIA, φλαμινία, Italia regio. hodie Romagna appellatur Leandro.

FLAMINI PRATA, quem nunc CIRCVM FLAMINIVM appellant. Locus Urbis Romæ est. Livius lib. 3.

FLAMMONA, vide FLAVONA.

FLAMONIENSES, cognomine VANNIENSES & CVLICI; Istriae populi; apud Plinium.

FLANATICVS Sinus, Plinio: FLANONICVS, φλανωνικός, Stephano. Mela eum POLATICVM, & Orosius LIBURNICVM vocat. Est sinus maris Adriatici, inter Istriam & Illyridem. Quarnero, vel Carnero hodie dicitur, quasi carnivorus; ob frequentia fortè in eo naufragia.

FLAVIA ÆDVORVM, vide AVGVSTODVNVM.

FLAVIA COLONIA, vide CÆSAREA PALÆST.

FLAVIA FIRMA SVRA, vide SVRA.

FLAVIA LAMBRIS, φλαβία λάμβρις, Ptolemæo in Hispania Tarraconensi, Be-

duorum urbs. quæ à Tarapha S. Maria de finis terræ interpretatur.

FLAVIANVM, vide ALA FLAVIANA.

FLAVIOBRIGA, φλαβίον βρυγα, Antrigonorum in Hispania Tarraconensi opidum, Ptolemæo. Vbi olim AMANVM Portus, ut Plinius testis est. Fontarabie Villanovano est.

FLAVIONAVIA, φλαβίον ναβία, sic in Græco est, FLAVIVM AVIA, diuisim. Pesticorum, in Hispania Tarraconensi, opidum quod hodie Bilbao est, si Villanovano creditur.

FLAVIOPOLIS, φλαβίον πολις, Bithynia civitas, Ptolemæo. Eadem quoque CRATEA, κράτεια, eodem teste. Vide ZELA.

FLAVIVM, Norici opidum habet Plinius, Lazijs S. Andres vocat. ad Lavandæ flumen situm est.

FLAVIVM BRIGANTIVM, φλαβίον βρυγάντιον Ptolemæo, Callaicorum urbs est, in Portu Magno. Orosius BRIGANTIAM vocat; altissimamq; phiarum ibidem extare addit. Coruña Florianus indigitat. Beuterus Bétanços vocat, tribus leucis hinc distans. Compostella (ubi corpus D. Iacobi religiosè colitur) Tarapha & Villanovano est. qui credit hoc Flavium, à MELIANA-SVM vocari.

FLAVONA, φλαβώνα Ptolemæo, item Plinio, apud quem nonnulli FLAMMONA legunt. inter quos Favolius. qui dicit hodie Fianona vocari. Illyrici urbs est, ad Mare Adriaticum. BLANDONA, vel potius BLANONA pro eadem legit apud Antoninum, Simlerus. FLANON, φλάων, Stephano est.

FLEVI LACVS, videtur mihi posse appellari Sinus ille Germanici maris, qui est hodie inter Hollandiam & Frisiam, & vulgò Dupet-see vocant. Vide eius descriptionem (ex qua ego meam hanc opinionem hauserim) apud Melam, lib. 3. cap. 2. & Plinium lib. 4. cap. 15. Tacitus quoque videtur hunc sinum sub appellatione, lacus, descripsisse ubi dicit, ex fossa Drusiana, lacus, inde & Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione perveni. Libro 2. Annalium est,

- ut eos Lipsius nuper distribuit.
- FLEVO**, Rheni insula, apud Melam quae hodie Tulie, vel Flie, ni fallor. Situs enim quadrat. & vocabulum non malè alludit.
- FLEVVM**, Castellum Tacito, in littore maris, ut videtur ex eius descriptione. Wollenhobe interpretatur à Cyr. Spangebergio. Frisia opidū est. Becano videtur Flodoz, pagus Frisia ad ostium Groeningendicū dictum, quo ex urbe Groeninga in Oceanum navigatur. Idem addit à Ptolemaeo **PHILEBVM** vocari; quam scripturam apud eum non agnosco. **PHLEVVM**, φλιβμ. Vide **PHILÆVM**.
- FLEVVM**, Plinio est Rheni ostium, quod Ptolemaeo **ORIENTALE** cognominatur. **Flie**, ut ego auguror. Divao Becht est. Vide **RHENVS**.
- FLEXVM**, Antonino & lib. Notitiarum, Pannonia urbs est; ex qua Iac. Spiegelius **Wien** Austria urbem primariam facit. **LaZio** autem **Altenburg**, aut **Bresburg** putat, Hungaria urbem. Presburg Latini recentiores **POSONIVM** vocant. Item **PISONIVM**, ut **LaZius** docet, ex scriniis eiusdem urbis, à Pisona quodam videlicet, cuius opera Tiberius Pannonos subegit. **Bosfa** in Pannonia, quod **Bresburg**, inquit Otto Frisingensis.
- FLORIVS**, Plinio fluvius Hispania; ad Nerium promontorium est. Hic **VIR**, εἶρ, apud Ptolemaum dicitur, quem Moletius in suo Ptolemaeo Ars vocat.
- FLVENTIA**, & **FLVENTINI**, Arno flumini appositi: apud Plinium. Etruria urbs primaria hodie est, Fiorenza, ut putatur, hodie dicta. **FLORENTIAM** Ptolemaus vocat. & **FLORENTINORVM** meminit Tacitus. Miror de Leandro, quod in sua Italia descriptione hoc nomen apud Ptolemaum non reperiri ait: cum tamen in Graecis exemplaribus hoc modo legatur, φλωπερτία. Vide **Annotationes Alciati**, in Tacitum, ubi dicit eos elleboro indigere qui hanc Fluentiam vocant; cum Florentiam idem Plinius celebrat, lib. 14. cap. 3.
- FLVMENTANA** Porta Urbis Roma, quae hodie Porta del populo vocatur. **Martianus**.

- FLVSTATES**, Gallia Belgica populi, apud Caesarem. quos Cœnalis in comitatu de Foix, apud Aquitanos locat. Vrsinus ex Plinio & Claudiano **ELVSATES** legit. quam lectionem etiam probat Scaliger in suis Ausonianis lectionibus: aliamq; tanquam depravatissimam explodit. Habent enim hic tractus **ELVSATIVM** civitatem; cuius est mentio in Dignitatum libellulo. Hancque **Elsam**, & corruptè **Eusam** vocant incolae Vascones; ut idem addit Scaliger. **ELVSANAM** plebem, habet Sulpicius, lib. 2.
- FOCARIA**, promontorium Flaminia, **Blondo**: ad Mare Adriaticum. **Leander** dicit hodie Monte di Pesaro vocari.
- FOCVNATES**, Alpini populi sunt apud Plinium. Simlero videntur ex aliorum sententia, Vallem Suls (quod nunc D. Bartholomaei nomen habet) habitant. partim Tridentinis, partim Venetis parent. **Focunates**, putat Hermolaus **BECHVNOs**, βεχνοὶ Ptolemaei esse.
- FOERONIAE**, vide **FERONIAE** Lucus.
- FONS HORTORVM** de Libano, Vide **ADONIS**.
- FONTES APONI**, à Suetonio, Martiale & Claudiano celebrati, & à Theodorico Gothorum rege, ut Cassiodorus testis est, muro cincti: Thermae sunt, Venetorum disionis hodie; Bagni d' Abano vocati, ut **Leander** scribit.
- FORA**, vide **NINIVE**.
- FORENTANVM**, vide **FERENTINVM**.
- FORMIAE**, φόρμια, quae & **HORMIAE**, Plinio & Strabone testibus. Ptolemaus φόρμαι, habet. Campania est urbs, & **Lestrygonum** quondam sedes. **Mola Georg. Fabricius** vocat.
- FORMIO**, φόρμιον, Istria fluvius est, teste Ptolemaeo; cuius ostia ponit inter **Tergestum** & **Parentium**. **Risano**, **Vergerio** & **Leandro** interpretatur. **Disano Nigro**: **Cisano** **Blondo** & **Volaterrano**: sed vitio typographorum, nisi me coniectura fallit; nam **Risano** hoc loco in omnibus corographicis tabulis scribi, observari. **Quidam anonymus**, in tabula

tabula Venetiis excusa, Alben vocat. Sic etiam à Lazio appellari puto. Hoc forte Germanorum, illud Italorum est vocabulum.

FOROAVGVSTANA, vide LIBISSONA.

FORODOMITI, Antonino in Gallia Narbonensi est. Varrerius dicit Fabregas hodie nominari. FORVM DOMITII forte legere quis posset.

FOROIVLIENSES, Umbriae populos; CONCVBIENSES cognominat Plinius.

FORONERONIENSES, vide LVTEVANI.

FORTVNÆ Fanum, vide FANVM.

FORTVNATÆ Insula, μακάρων νῆσοι Ptolemaeo & aliis. In Mari Atlantico sunt. Islas de Canaria hodie ab Hispanis vulgò appellantur. Postello tamen sunt Cuba & Spagnola, dis diapasos hinc distantes. sed de iis consule in dictionibus ATLANTIS Insula & DEORVM Insula. Fortunatarum harum insularum nomina sunt apud Ptolemaum, Plinium, Solinum, & Capellam. ceteri eas sigillatim non nominant. Sed omnes hi in nomenclatura admodum variant. Plinius ex Iuba historia, has sex ponit, OMBRIO, IVNONIA, IVNONIA Minor, CAPRARIA, NIVARIA, & CANARIA. Hanc nomenclaturam & ordinem sequitur Solinus idem ferè facit Martianus, nisi quòd loco duarum Iunoniarum, unam tantum, THEODE vocatã habet. Ptolemaeus quoque sex describit; has nempe: APROSITAS, ἀπροσίτας, HERAS, ἥρας, PLVITALIA, πλιτικά, CASPERIA, κασπερία, CANARIA, καναρία, & CENTVRIA, κεντυρία. quas vide singulas suis locis. Hodie verò septem sub Canariarum nomine numerant: his videlicet recentioribus vocabulis: Lançarota, Forteventura, Gran Canaria, Tenariffa, Gomera, Fierro, & Palma. Inventæ sunt anno 1405. Fortunatarum insularum circa Rhodum etiam meminit Diod. Siculus lib. 5. cap: 16. inter quas nominat Lesbū, Chium, Samum, & Rhodum quoque.

FORVM ALIENI, Tacito Gallia Cisal-

pina urbs est. Hodierni Ferrariam vocant inquit Bocatius, in Libello de fluminibus.

FORVM APPII, ab Antonino inter Tres tabernas, & Tarracinam ponitur. Leander tradit hodie hospitium tantum, Maruti dictum, extare. Blondo autem Monasterium est, Fossa nova vocatum. FOROAPPICOS Plinius habet. In Latio est.

FORVM CASSII, inter Vulturnum & Sutrium invenitur, in Antonini Itinerario. Tuscia mediterranea urbs est, hodie Vetrala nuncupata: ut docet L. Albertus. Guasto nominat Simlerus.

FORVM CELLÆ, habet Antoninus inter Pyrgamum, & Graviscas. Tuscia opidum est, ad Mare Mediterraneum; Leandro Forcelle dictum.

FORVM CLAVDII, πόρθη κλαυδία, urbs Tuscia, Ptolemaeo, in mediterraneis. Tolfa nova, Leandro Alb.

FORVM CLAVDII, Cēronum, in Graiis alpibus opidum, apud Ptolemaum. Hoc Rob. Cœnali Tarantaise vocatur.

FORVM CONSTANTINI, & FORVM PLACOTVM (Vrbis Constantinopolis) idem esse, ostendit Pet. Gyllius, Topographia Constantinopoleos lib. 3.

FORVM CORNELII, πόρθη κορνυλία Ptolemaeo est Gallia Togata urbs. FORO CORNELIENSES habet Plinius. Imola hodie est, Leandro & Merula testibus.

FORVM DIVGVNTORVM, Ptolemaeo Cenomanorum opidum. Crema Leandro in Lombardia Transpadana situm. Græca exemplaria hoc loco IVTVNTORVM, ἰκτεντων, legunt.

FORVM DOMITII, vide FORODOMITI.

FORVM DRVENTINORVM, vide FORVM Truentinorum.

FORVM EGVRRORVM, πόρος ἠγυρρών Ptolemaeo, Hispania Tarraconensis urbs quæ nunc Medina de rio seco appellatur: ut æstimat Villanovanus.

FORVM FLAMINII, vide EVLLINIVM.

FORVM FVLVII, quod VALENTINVM quoque dicitur, Plinio. Lombardia

- Cispadana opidum cui hodie (ut Merula & Leander tradunt) Valenza nomen est.
- FORVM GALLORVM, sive Celtarum, ἀγορὰ κελτῶν, vicus sic dictus, nullo vallo munitus, describitur ab Appiano Alex. libro 3. Bellorum civilium, quò Hirtius consul dixerat, post profligatum Antonium. Mentio huius etiam est lib. 10. Epist. Ciceronis. In Flaminia situs est, non longè à Perticeto, ut Merula docet qui eū hodie Castel franco nuncupari addit. cui quoque Leander suffragatur.
- FORVM IVLIVM, φόρος ἰουλιῶν, Carnorum urbs, Ptolemaeo. Leandro & Lazio Ciuidal d'Austria est; Udina Nigro; Fori Iulij regionis urbes.
- FORVM IVLIVM, Italia regio cuius incolae TRANSPADANI cognominantur; ut Plinius tradit. Hodie Germani Friaul; Itali Friouli vocant. Venetis quoque Patria dicitur.
- FORVM IVLIVM Colonia, Commonorum in Gallia Narbonensi urbs, apud Ptolemaeum. PACENSIS & CLASSICA Colonia, Octavianorum, appellatur à Plinio. NAVALE Caesaris Augusti, quod appellatur FORVM Iulium, inquit Strabo. Hodie Frejus vocari scribit Ioannes Poldus. Vide ILLITVRGIS.
- FORVM IVTVNTORVM, vide FORVM Diuguntorum.
- FORVM LEBVORVM, sive LIBETIORVM, vide LEBVI.
- FORVM LICINI, Insubrum opidum Plinio. Pieve d'Incino Leander indigitat. Lignano Marius Niger.
- FORVM LIMICORVM, φόρος λιμικῶν Ptolemaeo, Hispania Tarraconēsis urbs. Portugallia hodie oppidū est. & Lima nominatur, teste Floriano.
- FORVM LIVII, inter Casenam & Faventiam ponitur ab Antonino. Forli interpretatur à Leandro.
- FORVM POPILII, Plinio & Halicarnasseo, Flaminia in Italia urbs. Forlimpopoli dicitur Leandro.
- FORVM SEGVSIANORVM, φόρος σεγυστιανῶν Ptolemaeo Gallia Lugdunensis urbs. Bourg en Bresse Rob. Cœnali. Hunc Burgum, an-

- tiquitus TANVM dictum fuisse, contendit Fustillarius Matiscensis; ut scribit Paradinnus, in libello de Motibus Gallorum. Doctiores tamen eum pro Foro Segusianorum habere, addit. TAMNVVM lego in Antonini Itinerario.
- FORVM SEMPRONII, φόρος σεμπερονίῳ, Umbria urbs; Ptolemaeo, Straboni, & Plinio qui eos FORO SEMPRONIENSES appellat. Leander scribit Senonum opidum esse, in Piceno. & nunc Fossumberno dici.
- FORVM TIBERII, φόρος τιβερίῳ, Elyvetiorum urbs, apud Ptolemaeum. Hesperus Ful Beato Rhenano est. Schudo autē Zurich/ aut potius Zurich putat.
- FORVM TRVENTINORVM, Plinio Italia urbs, in Gallia Cisalpina hanc Leander Brentinore interpretatur. Mar. Niger & Blondus, legunt BRITANNORVM. Etiam BRINTVM à Plinio dictum, scribit Mar. Niger. ex corruptis, vereor, exemplaribus. TRIENNORVM habet Merula, in sua Gallia Cisalpina an rectè, ipse viderit. FORODRVNT. ostendit antiqua inscriptio, in Goltzj Thesauro. PETRAM urbem habet in Piceno; Procopius lib. 2. de bellis Gothorum. eandem hodie Brentinore vulgo dici scribit L. Aretinus in suo de iisdem, lib. 3.
- FORVM VIBII, aut VIBI FORVM Plinio, Italia Transpadana urbs. Villaco apud Leandrum interpretatur. Hoc Carinthia opidum est, in medio Alpium situm, ad flumen Dravum. Germani Villach appellant.
- FORVM VOCONII, Plinio & Antonino Gallia Narbonensis opidum. Chamberi, Sabaudia hodie caput, Pinero: Frejus Castellioneo est. Vide Corographiam Varrey Lusitanica lingua scriptam; ubi docet FORVM VOCONTII (sic enim legendum putat, & apud Antoninum, & ubiq; apud Ciceronem; & non VOCONII) esse inter Chamberi & Frejus.
- FORVM VVLCANI, ἡφαίστος ἀγορὰ, apud Strabonē, sunt CAMPI PHLEGRÆI Plinio quos etiam CAMPOS LABORIAS vocat. CAMPVS CVMÆVS dicitur

dicitur etiam Diodoro, lib. 4. Et PALENSANA appellatur Etrusco vocabulo, si Berofus credendus est. Leander scribit nostro aeo Solfataria vulgo nuncupari.

FOSSI, Tacito sunt Germaniae populi, Cheruscis contermini. Dietmerscher aestimat eos Althamerus. Quidam eos Fossewerdt interpretatus est. Tractus Frisia Occidentalis.

FOSSA, vide THYBRIS.

FOSSA CLODIA, vide CLODIA.

FOSSA CLOELIA, locus est ab Vrbe quinque millia passuum distans: sic dicta à duce Albanorum Cloelio; ut scribit Livius lib. 1. qui rem cū nomine vetustate abolitam addit. Halicarnassens tradit suo tempore adhuc nomen retinere. sed hic COELIAM sine Λ. κοιλίας τὰ φεθ, vocat; ut & ducem ubiq; Coelium. CLVILIA, & Cluilius, vertit Sigismundus Gelenius. Hac quis tantum inter inconstantes lectiones numeret.

FOSSA CORBVLONIS, sic eam voco Fossam, quam Tacitus scribit à Domitio Corbulone à Rheno ad Mosam trium & viginti millia spatio: aut, ut Dion tradit, longam ad millia passuum XXI. productam. causam addit, ne ij fluvij aestuante Oceano refluentes stagnarent. Tacitus autem, quae incerta Oceani vetarentur. (Alij vectarentur legunt, Vertrannius putat, vitarentur, scriptum fuisse.) Hac hodie haud dubie Leck vocatur: Hollandiae fluvius; descendit enim ex Rheno, paulo supra opidum Wijck dictum, exoneratq; se in Mosam, ad pagum Crimpen vulgo vocatum; habetq; in longitudine plus minus octo milliaria nostratia; ex quo ego Taciti lectionem, Dionis praeulerim. efficiunt enim tria millia passuum, unum milliare Batavicum.

FOSSAE DRVSIANAE, quas Suetonius in Claudij vita, trans Rhenum novi & immensi operis à Druso effectas scribit. per hanc, ut Tacitus tradit, ex Rheno per lacus in Oceanum navigabatur. Hodie de Yssel vocatur. sed ea pars tantum Ysala est, quae supra Arenacum urbem, ad pagum nomine Malburgum, ex Rheno in Ysalam Doesburgi effluit. unde hoc opidum nonnulli Druoburgum, in facti memoriam, appellare malunt.

Hanc Ysalam aquas suas olim non commiscuisse Rheno verisimile est: cum fontem & nomen adhuc habeat in regione Westphaliae, inter Scherendbeeck & Gausdorp opida, qua descendens versus Dotechemum, dictum Duisburgum alluit, rectaq; Oceanum petit. de quo vide tabulas.

FOSSAE MARIANAE, φόσσα μαρίαναι, Galliae Narbonensis opidum, Ptolemao. Camargue, vel Aigue mortes interpretatur Poldo Albenati. Sunt qui has Fossas sub nomine λιμνοθάλασσα, id est LACVS MARINVS, à Strabone describi putant.

FOSSAE PAPIRIANAE, φόσσα παπυριαναι, Tuscorum mediterranea Ptolemao urbs. Fossel novo Leandro Alberto vocatur.

FRANCIA Occidentalis, regnum est cis citraq; Sequanam & Ligerim fluxuos, quae prouincia prius dicebatur GAVDINA: sed à Carolo Martello Caroli Magni avo FRANCIA vel FRANCIGENA est Latine appellata. in lingua vero Teutonice unde idem Carolus erat oriundus, vocavit eam nomine suo CARLINGAM. Hac Gots. Viterbiensis lib. 17. Francos à vetustissimis BRANCHIDAS appellatos vult Goropius. Vide SICAMBRI.

FRATERIA, vel PHRATERIA, φρατερία, Daciae urbs, Ptolemao. Iurgano, Mario Nigro.

FREGELLAE, φρεγγέλλαι, qui nunc vicus est, inquit Strabo, olim urbs nobilis. FREGELLANI vocantur Plinio. φρέγγελλα, numero unitatis habet Stephanus. In Latio sunt. Ponte corvo horum locum occupat, ut Leandro placet. Quidam Attripaldo vocant, ut Amb. Leo tradit.

FREGENAE, φρεσενία, Straboni, Plinio sunt Tusciae maritimae. Leander scribit hodie Pale vocari. Hoc opidum olim FERGE appellatum, credit Blondus.

FRENTANI, Plinio Samnitica gens est, in Aprutio. Sic etiam Straboni, qui eos FERENTANOS, φερεντανοί, vocat. φερεντινός. Samnitum urbem habet Stephanus, quam etiam φερεντινός, appellat. Sed huius vocabuli scripturam adeo inconstantem & dubiam apud Graecos auctores reperio, ut me expedire vix queam. eadem est apud Latinos

rinos varietas in primis apud Plinium & Livium; ubi Ferentinum, per I. & Ferentium, per A. habetur. item Ferentum; nec non Frentani, & Ferentimates. Ego huiusmodi à quodam Italo docto, & vetustatis locorum perito discussa exoptarē. FREN-TANI hodie Francam villam habitant, ut Blondo & Nigro placet; quibus Leander non assentiri videtur. Nonnulla Mela exemplaria hoc tractu FREN-TA VILLA habere, loco Senogallia, monet Cas. Orlan-dius, in Libello suo de Sena urbis antiquita-tibus. Vide ANXANI, FERENTI-NVM, & LARINATES.

FRENTO, flumen portuosum, ut scribit Pli-nius. Apulia Daunia. Fortoro, Nigro di-citur.

FRETVM GALLICVM, à Solino nomi-natur, in descriptione Thanati insulae. Hoc Fretum nauta Galli Pas de Calais; nostra-res verò (à duobus promontoriis, Gallico nem-pe & Britannico) de Hoofden vocat. Pro-montoria enim, nos vernaculè Hoofden appellamus. FRETVM OCEANI no-minat Tacitus, in vita Agricola, & Am-mianus lib. 20. Vide TAPHROS.

FRETVM HERCVLEVVM, quod & GADITANVM, Plinio lib. 3. cap. 5. qui hoc à Graecis PORTHMOS vocari addit. idem cap. I. LIMEN INTERNI MA-RIS à multis appellari ait. COLUMNA-RVM Fretū, à Strabone dicitur. Estrecho de Gibraltar, vel de Marocco, (quod fortè à Mauris mutuo habent) Hispani no-minant. Nauta nostrates De Strate indi-gitant. Thevetus dicit ab Aethiopicis Seb-bethon / Sebeltharif / & Zukak no-minari.

FRETVM OCEANI, vide FRETVM GALLICVM.

FRIGIDVS, Antonino fluvius est inter A-quileiam & Longaticum. Hodie Vipao nuncupari dicitur, ait Simlerus. Germanis video Wipach vocari.

FRISIABONES, Plinio Rhenani populi sunt, inter Helium & Flevū eius ostia stra-ti. Hollandia fortè hodie Septentriona-lior pars, quam Waterlandt vocant, & quondam Frisia vocabulo indigitatam fe-

runt. Sed video à quodam hanc partem pro Minoribus Frisiis haberi. Pro Maioribus Westfrieslandt interpretari. Eligant do-ctiores quod veritati magis consentaneum fuerit. malo enim ubiq; omnium sententias in medium proferre, quàm meam solam pro Sibyllino oraculo obtrudere.

FRISII, Germaniae gens, quae apud Ptole-maeum (hic, $\varphi\epsilon\iota\omega\tau\iota\sigma\iota$, duplici s. s. habet) in-ter Rhenum & Amisiam fluvios, ad Ocea-num Germanicum degere videtur. Plinius eos inter Rheni insulas numerat. Tacitus eos usque ad Oceanum Rheno praetexi scribit. atque in MAIORES & MINORES distinguit. Hodie Ostfriesen / & West-friesen habentur. quasi Orientales & Oc-cidentales dicas. Hi nunc Amisio flumine partiuntur. Sunt tamē, inter quos Crantius est, qui eos MINORES volunt, qui ultra Albim in Cimbrica Chersoneso habitant. vulgoq; Strandtfriesen appellantur. Fri-sij, Frisones à Sigeberto, & eius seculi bar-baris scriptoribus, vocantur.

FRONS AFRICAE, apud Pomponium, videtur Munstero promontorium illud de-signare quod hodie Cabo de bona spe-rança nominatur. Sed quia eam Pomponius statim post Gorgonas insulas describit, & praetergresso Hesperii cornu in Occidentem vergi, atque Atlantico mari abluui, insulasq; Hesperidas subsequi faciat; videtur mihi potius illud promontorium innuere quod Cabo verde .i. Caput Viride, à nautis ap-pellatur. Cabo de Bona Sperança, ut hoc hic addere liceat, ab incolis Tagazza dici-tur, ut perhibet Thevetus.

FRVSINVM, $\varphi\epsilon\varsigma\iota\omega\nu\upsilon\nu$ Ptolemao Latij urbs mediterranea. FRVSINATES habet Plinius. Frasellono hodie dici, scribit Leander.

FRVXINVM, scribit olim appellatum B. Rhenanus, illud Bavariae ducatus opidum quod hodie episcopali sede fulget; & Fric-singen vocatur.

FVCINVS LACVS, Virgilio Italiae, in Mar-sorum regione. Niger scribit hodie Lago di Marso, ab opido illi vicino, sic appellato; vocari. Leander & Andreas Baccius aiunt Lago di Celano dici. Erythraeus in Virgi-lio, Lago

lio, Lago di Rossillon, & ibidem alio in loco, Lago di Tagliacozzo, & quoque Celano nominat. Nisi omnia hac recentia vocabula synonyma sint, & tantum voce, non loco differant. quod hic eligam non habeo: non divinare etenim magnus mihi dedit Apollo. Fucinus hic lacus videtur ab I-facio in Lycephronē PHORCA appellari.

FVLCINIVM, vide FVLLINIVM.

FVLGVRITA, vide ACMA.

FVLLINIVM Catoni, FVLCINIVM, φαλλίνιον, Appiano, FVLGINIA habet Sil. Italicus lib. 9. FVLGINATES nominat Plinius. Umbria urbs est, quam Leander Fuligno vocari tradit. Mar. Niger putat idem esse cum FORO FLAMINII, φόρον φλαμίνιον, cuius idem Plinius & Strabo meminere.

FVNDANVS Lacus, in Campania est Plinio. Hodie ibi solum esse palustre, ita tamen, ut adificiorum vestigia, ruinaeq; cernantur: scribit Hermolaus. qui eum cum Leandro Lago de Fundi vocari subdit.

FVNDI, φῦνδοι, in Latio, ad viam Appiam, Straboni, Ptolemaeo, & Mela. Fondi Leandro. φῦνδα, legit Stephanus.

FVRCAE, vide CAVDINÆ.

FVRCONVM, vide AVIA.

G.

GANA, γάνα, Cavae Syriae urbs, Ptolemaeo; SINNA, σίννα, Straboni; ut Simlero placet: qui credit eandem CONNA apud Antoninum dici. Sed Sanna, pro Ganna legit idem malè ex Latinis exemplaribus.

GABALA, γάβαλα, Syriae Cavae opidam Ptolemaeo quod Gibel, à Volaterrano; & Margad à Nigro interpretatur.

GABALES, γαβάλες, Straboni populi sunt Galliae, in consinibus Narbonensium. Gevauldan Poldus, Lodesve Cognatus vocat: cui libentius suffragatur Vigenereus. GABOLOS Cæsar habet.

GABALICI PAGI meminit Plinius, lib. II. cap. 42. in provincia Nemausensi. Baulx appellat Poldus.

GABAON, sive GHIBHON, civitas in Tribu Benjamin. Garaandavid vocari,

scribit Benjamin Tudelensis.

GABELLVS, Plinio Lombardia Cispadana fluvius. Leander & Niger eum Secchia appellari aiunt.

GABII, Livio & alii, TABII, τὰβιοι, est apud Stephanum. sunt Latij populi: ubi hodie Gallicano, ut putant Leander & Blondus. Zagarolo hodie, ubi olim Gabij fuere, teste Onuphrio. Gabij urbs inter Romam & Praenestem mediam esse ait App. lib. 4. Civilium.

GABRITA, γάβριτα, Silva Germaniae est, apud Ptolemaeum. Lazius dicit eam Silva Bohemica partem designare qua Occasum respicit: & Freistetterwaldt hodie vocatur. Vide HERCINIA.

GAD, Palestinae urbem, habet Benjamin, quam suo tempore Niphaz dici scribit. Vide CAESAREA PALÆST.

GADARA, γάδαρα, Cœle Syriae urbs, qua & ANTIOCHIA, & SELEVCIA dicitur. Suidas & Stephanus. Ptolemaeus habet GADORA, γάδωρα.

GADES Pomponio, GADIRA, γάδιρα, Ptolemaeo, et Apollodoro, ERYTHIA, ἔρυθία, Pherecydi, ut Strabo tradit, ἔρυθια, & per syncopen ἔρδι, Stephano. GADIR Pœnis, auctore Solino & Plinio; qui sepem eorum lingua significare addit. Prius COTIVNSA, κοτινῶσα, dicta fuit, ut Dionysius ait. Stephanus eam quoque APHRODISIAM, ἀφροδισίας, vocat. Apud Plinium lib. 5. cap. 22. GADIS legitur, & duas insulas eo nomine dictas, Maiorem & Minorem describit. Hanc IVNONIS ab incolis nominari; ab Ephoro & Philistide ERYTHIA, & à Timæo & Sileno ATHRODISIAS dicit: illam verò apud ipsos COTIVNSA, & à Romanis TARTESOS vocari tradit. Strabo quoque Gades insulas numero duas prædicat; duasq; esse perhibet. Hodie autem una extat tantum insula, cum urbe cognomine Cadiz enim Hispani, & insulam & urbem, sed nautæ nostrates Calis malis vocant. Iuxta est exiguus scopulus, quem S. Petri Hispani nominant. Urbs Cadiz, qua Cæsari lib. 2. Civilium GADES nominatur, IULIA GADITANA AVGVSTANOMEN habet apud Plinium. In insula verò meditullio

- dua hodie supersunt vetusti aedificij turres, Torres de Hercoles incolis dicta. Hercules hic olim delubrum habuisse, auctores sunt Strabo, Plinius, & Mela. Gades non sepem, sed terminum, sive finem, Latinis dici, mihi auctor est Ar. Montanus.
- GADDIR, vide TARTESSVS.
- GADIRICVS, γαδείρεος; locus ad Herculis columnas. Graecum nomen EVMEI, εὐμει, olim habuit vernaculae linguae Gadiri appellationem referens. ut refert Plato, in Critia, sive Atlantide.
- GADIRIDÆ Portæ, vide ALYBE.
- GADITANVM Fretum, vide FRETVM.
- GADORA, vide GADARA.
- GADROSIA, vide GEDROSIA.
- GÆA, PONTIA, MISYNOS, γαῖα, ποντία, μίσην, insulae tres à Ptolemaeo in Syrti describuntur. Video à neotericis insulas quasdam in hac Syrti describi, quas Solocho vocat.
- GÆSATI, γαισατοί, Straboni sunt populi qui unà cum Senonibus Romam ceperant. Romandioli hodie, Gaud. Merula. Lazijs Gayllaw vocat, Pannonia tractum huc enim transmigratos scribit.
- GÆTVLI, & GÆTVLIA, γαιτῦλοι, καὶ γαιτέλια, Libyæ Interioris populi, & regio; Ptolemaeo & Stephano. Hos Athenodorus GARTHEAS vocat. ut scribit Vill. novanus, in suo Ptolemaeo. Iosephus eos EVILÆOS, εὐιλᾶοι, appellat.
- GAGALICA, vide HERACLEA.
- GAGE, Lyciæ urbs, apud Plinium. PALÆONTICHOS. i. veteres muros, antea nominata. Hermol. in Castigationibus. Stephanus legit γάσαι.
- GALACTOPHAGI, vide SCYTHÆ.
- GALÆVS, vide GALESVS.
- GALAICA, vide BRIANTICA.
- GALATA, vide CALATHE.
- GALATÆ, vide GALLOS.
- GALATEA, vide MANTVA.
- GALATIA, quæ & GALLOGRÆCIA γαλογρακία, vnico L. Strabone teste. Asiæ Minoris regio est. GRÆCOGALLIAM & BVCCELLARIORVM, βακελλαρίων, regionem, eam appellat Suidas. Idem dicit ANCYRANOS suo tempore nominari, qui quondam Gallograci vocabantur.

- GALATIAM ORIENTALEM eam ab incolis dictam, scribit Tzetza ad differentiam Occidentalis, ni fallor. Castaldo Chiangare nominatur.
- GALATICVS, vide GALLICVS.
- GALBÆ CASTRORVM reliquæ, in Veragris, quorum meminit Caesar, in principio lib. 3. belli Gallici; spectantur hodie etiamnum inter S. Mauricij & S. Ioannis le vieu cognominata opidula, ut Gab. Simeonius annotat in suis Observationibus; vulgo locus, La Motte des Sarazins appellatur.
- GALEAGRA, Livio lib. 25. Turris est prope Trogilorum portum, in Sicilia qui hodie, ut Aretius tradit, Scala Græca vulgò dicitur.
- GALEOTÆ, vide HYBLA.
- GALESVS, agri Tarentini fluvius, quinq; millibus ab urbe distans; ut eum describit Livius lib. 25. Huius meminit Virgilius lib. 4. Georgicorum: Itē Horatius. Eundem EVROTAM nonnulli nominant, ut tradit Polybius lib. 8. sed GALÆVM, γαλαῖον, eum vocat, an rectè, doctioribus iudicandum relinquo. Bagrada novo vocabulo appellat eum Ligorius, in sua tabula Neapolitana. γαλέσον, apud Polybium legi à Victorio video; nescio quo usus codice. Vide EVROTAS.
- GALINDÆ, γαλίνδαι, Sarmatiæ Europæe populi sunt Ptolemaeo. Salinde fortè in Prussia hodie.
- GALISVS, vide IALYSVM.
- GALLÆCI, vide CALLAICI.
- GALLIA Latinis, CELTOGALATIA Ptolemaeo, & Græcis. Europæ regio. Hebræis TZARPHATH vocari, Postellus scribit. Idem Ar. Montanus, in Abdiam prophetam. Regnum Francicum vulgò vocatur.
- GALLIA BRACCATA, vide NARBONENSIS.
- GALLIA CISALPINA, quæ & TOGATA, ut Plinius refert. Lombardia nunc. Hanc quoque ARIMINVM appellatam, ex Livio constat. Sic enim ille, lib. 28. Ariminum (ita Galliam appellabāt) Sp. Lucretio obtigit.
- GALLIA CISPADANA, & TRANSPADANA, ut Plinius & Strabo loquuntur. Leander Lombardiam di la, & di qua del

qua del Po, eadem significatione vocat. Padum enim Itali Po nominant; & cis, atq; trans, per la & qua, interpretantur. GALLIAM Cispadanam olim BIANORA, postea FELSINA, tandem AVRELIA & ÆMILIA dicta fuit, ut Cato in suis Originibus scribit; fides sit apud auctorem. Totam Lombardiam uno vocabulo ITALIAM GALLICAM appellat Appianus, in Annibalicis.

GALLIA LVGDVNENSIS, eadem est cum CELTICA, Plinio.

GALLIA NOVEPOPVLANA, apud Sex. Rufum dicitur; etiam in libro Notitiarum, ubi eius urbs Lapurdum nominatur. Libellus Dignitatum, quem Sconhovius edidit, item Antoninus, duodecim eius civitates nomine numerat. Novem populos Ausci commendant, & Elusata, inquit Ammianus, lib. 15. ut legit Hermolaus. in meo excuso legitur, Vasata male fortasse. Hodie forte Gascogne; Gallia Aquitania pars, ut Cœnalis vertit. Videtur ab Aimonio Monacho, Sidonio, & Eginarcho, in vita Caroli Magni SEPTIMANIA vocari.

GALLICA FLAVIA, γάλλικα φλαβία, Ptolemæo Ilergetum urbs, in Hispania Tarraconensi. Fraga hodie dici, Varrerius mihi fide dignus testis est.

GALLICA PALVS, à Vitruvio vocatur (ut tradit Mar. Niger,) intus maris Adriatici recessus, in qua urbs Veneta sita est. Lagume de Venetia puto hodie dici. Vide SEPTEM MARIA.

GALLIANI SALTUS, qui AQUINATES cognominatur, inquit Plinius, in octava Italia regione est.

GALLICANVS, MASSICVS, & GAVRVS, synonyma sunt montis Campaniæ Felicis, qui hodie Gerro vocatur. ut referunt Blondus & Leander. Massici & Gauri memoria est apud Pliniū, Livium, Ciceronem, Statium, & Vibium. Gallicanum fateor me apud neminem antiquorū hactenus observasse. Sed CALLICVLA mons est apud Livium; pro quo Gallicanus perperā habent Blondus & Leander.

GALLICVS, vel GALATICVS, ut Grecum sonat, SINVS MAIOR, dicitur à

Strabone ea pars Maris mediterranei, ubi Rhodanus se in illud effundit. AD GRADVS vocatur ab Am. Marcellino. SAMBRACITANVS Sinus in Itinerario Antonini nominatur. Catonem in Oratione de consulatu ANGVLVVM GALLICVM eundem appellare, annotavit Sigonius in Livium. Sed Gallicum Sinum, apud eundem lego, lib. 26. & 30. item apud Iustinum lib. 43. Vide Poldi historiam Nemausiensium.

GALLINARIA, insula est in Mari Tusco, contra mōtes Ligusticos ut Varro describit, in lib. de re rustica. item Sozomenus Ecclesiastica historia lib. 3. cap. 9. Isola de Arbenga puto hodie dici.

GALLIPOLIS, vide ANXA.

GALLOGRÆCIA, vide GALATIA.

GALLOS, antiqui CELTAS, & GALATAS vocavere, auctore Appiano Alex. Antiquissimis tamen scriptoribus, uti Herodoto, & aliis eius ætatis, GERMANI quoq; sub Celtarum nomine comprehensi fuere. Quæ nūc à Grecis GALATÆ nuncupantur, inquit Iosephus Antiquitatum. lib. 1. olim dicti sunt GOMERITÆ, γομερῆς.

GALLVS, γάλλος, Bithyniæ fluvius, Plinio, Strabone, & Marcellino testibus. Hunc Pinetus Garippo vertit.

GAMALA, γάμαλα, Stephano Gaulanitidis urbs. CAMALAM olim vocatam putat Egesippus quod formam cameli præferat.

GAMANODVRVM, vide IVVAVIA.

GAMBRE, vide CAMBRE.

GAMBRIVII, Germaniæ populi sunt Tacito; Cambray urbē episcopalem, ad Scaldum sitam, inde fortè nomen habere putat Althamerus. Idem sic insit, Sunt qui Gambriuos, in Sicambros, hoc est Geldrenses celsisse opinantur. Ex Gambriuiis Hamburgum facit Peucerus. Annius in Berosum scribit Plinium quoq; Gambriuiorum, & Gambriuiæ regionis meminisse. quod mihi ignotum est.

GAMPHASANTES, Aethiopiæ populi, Plinio & Mele. Hos AFRICERONES, ἀφρικέρωνες, Ptolemæi esse credit Villanovanus.

GAN EDEN, vide PARADISVS.

GANGANI, vide GANGANORVM Prom.

- GANGARA**, γάγγα, Albania opidū Ptolemaeo. Bachu hodie, ut Niger refert: qui ex depravato codice GÆTARA legit.
- GANGAVIA**, vide BASILIA.
- GANGE**, γάγγη Ptolemaeo regia est, iuxta Gangi fluminis ostium. Castaldo nunc dicitur Bengala.
- GANGES**, γάγγης Ptolemaeo & aliis, Asia celeberrimus fluvius. PHISON, πεισών, Iosepho. In Sacris litteris sic quoque appellari, D. Hieronymus & Eusebius contestantur. Eum esse qui hodie Ganga dicitur, Castaldus credit. Ger. Mercator verò contra eum esse contēdit, quem nostro tempore Cantan appellant. Eius rationes vide in sua Tabula universali, ubi de eius situ & nomine doctissimè disputat. Thevetus scribit Gualgas ab Indis dici. Plutarchus in Libello de Fluminibus scribit Gangem olim CHLIARVM, χλιαρός, nuncupatum. Gangem etiam PADVM, & in superioribus partibus SIGOTA dici, nescio quis Deus in mentem dederit, ut scriberet, Aethico.
- GANGETICVS Sinus**, Maris Indici, apud Ptolemaum. Golfo di Bengala, Castaldo nuncupatur.
- GANGRE** Plinio, & γάγγη, Straboni Paphlagonie urbs. Bellonius lib. 3. Observationū habet THEODOSIAM GANGRORVM Paphlagonia urbem, (quo auctore autem, me latere fateor.) quam hodie Totia nominari scribit.
- GANIPOTES**, vide SITONES.
- GANODVRVM**, γανόδωρον, Ptolemai, Costentz, ad Acronium lacum, Scudo & Cœnali. Rhenanus verò Zurzach, aut Hauffenberg ad Rhenum sita, opida in eius locum ponit.
- GANT**, vide GORDVNI.
- GARAMAS**, vide CAUCASVS.
- GARDAMANIS**, vide DORGAMANES.
- GARGANVS Mons**, γάργανος, Plinio & Straboni. Ptolemaeus habet GARGARVM, γάργασον, in Apulia, ad Mare Adriaticum.
- GARELIANVM** vocat eum Limbrandus Ticinensis, & Sigebertus. Hodie Monte de S. Angelo dicitur.
- GARGARVS**, vide IDA.

- GARITES**, Gallia Aquitanica populi, apud Casarem. ubi hodie opidum Agen, ut Oronius in sua Tabula Gallia ostendit. Lestore est Mailiano.
- GAROCELI**, Casari sunt Inalpini populi: Marlianus, & Paradinus eos in monte Mont Cenis dicto, collocāt: Val de Morienne Vigenereo.
- GARRIENVS**, γάρριον, fluvius Allionis insula, auctore Ptolemaeo: Quis hodie.
- GARSAVRIA**, vide CAPPADOCIA.
- GARTHEÆ**, vide GÆTVLI.
- GARVMNA**, apud Casarem Gallia fluvius, Gallos ab Aquitanis dividens. Vigenereus eum Garonne, Gironde, & Dordonne vocat. GARVMNOS huius accolae idem Casar appellat.
- GAVANODVRVM**, vide IVVAVIA.
- GAVDINA**, vide FRANCIA.
- GAVDOS**, vide CLAVDVS.
- GAVLALES**, sunt Aethiopiae gentes; antea AVOLI dicti. Orosius.
- GAVLOS**, insula brevissimo traiectu à Melita Africi maris; cuius nomen in ipsa insula extat, in quadam antiqua Inscriptione, quæ plebis Gaultane meminit. GOZO hodie dicitur. Ex Quintino Heduo. vide GALATHE.
- GAVMELLVM**, vide LAVMELLVM.
- GAVRVS**, vide GALLICANVS.
- GAZA**, γάζα, Palaestina urbs, Ptolemaeo. Stephanus eam quoque AZAM, ἄζα, vocat; item IONE, ἰών, IVS, ἰῆς, MINOS, μίνως, & MINOA, μινῶα.
- GAZACENA**, vide CAPPADOCIA.
- GAZÆORVM Navale**, in Palaestina, viginti stadiis à Gaza distans; MAIVMA, μαίωμα, dictum erat, à Constantino Imp. quod Christianam religionem acceperat, urbs facta est, & CONSTANTIA vocata fuit. Huic postea Iulianus Imp. civitatis ius ademit, nomineq; Constantie privavit: & GAZÆ PORTVM appellavit. Hac ex Nicephori Callisti lib. 8. cap. 33. & lib. 10. cap. 3. Idem Sozomenus. Meminit huius loci etiam D. Hieronymus, in vita Hilarionis; MAIOMAM Gaza emporium vocans.
- GEBANITAS** Plinij, & CATABANENSES, sive γαταβανίαι, Strabonis eodem

dem Arabia Felicis populos esse, docet Her-
molaus, in 14. cap. Plinij, lib. 12. idem et-
iam CATABANI à Plinio lib. 5. vo-
cantur.

GEBENNA, & GEBENNICI Montes,
vide CEMMENS.

GEDROSIA, γεδρωσία, Asia regio, Ptole-
meo: Arianus per A. in prima legit, & Dio-
dorus semper per K. auspiciatur, γεδρωσία.
Gest, Mercatori; Circan, Castaldo; Gusa-
rate, Girava & Moletio dicitur. Thevetus
ait à Georgianis Helmechtmenich, Indis
Formipt, alijsq; Piphich nominari. Ean-
dem alibi quoque Abiadach vocat. An fi-
dem his omnibus habeam nescio; addo ta-
men, ne videar non legisse.

GEHON, vide NILVS & SILLOE.

GELA, Straboni, & Ptolemaeo, sed hic GEL-
LA, γέλλα, duplici LL. scribit; Sicilia urbs
mediterranea est. Locus antea LINDII,
λίγδι, dicebatur, Thucydide auctore. Apud
Antoninum GELA sive PHILOSO-
PHIANÆ legitur. Hanc Gelam Fazellus
Alicata appellari ait. Leander Chezza no-
minat: nonnullis tamē Butera videri addit.

GELÆ, quos Græci CADVSIOs appella-
vere, inquit Plinius. Ptolemaeo γηλοὶ & κα-
δύσιοι, sunt Mediae populi, sed diversi. Ge-
las Plinij, & Gelos Ptolemai, hinc eosdem
esse populos patet. Gelas, Castaldus Gilan
nominat. Caddusij per duplex DD. scriben-
dum, suadet Sigonius.

GELAS, Diodoro & Plinio Sicilia fluvius,
in littore Meridionali. Hunc Niger & E-
rythraeus Cherza vocat. Leander & Fazel-
lus verò Salsi. Idē Fazellus scribit Ptolemai
HIMERAM, ἰμέρα, esse. Idem Ptolemaeus
habet aliam HIMERAM in littore Se-
ptentrionali huius insula; hunc Leander TOR-
TO, sed Fazellus Fiume grande nominat.
Imera sine aspiratione scribit Thucydides.

GELBIS, fluvius se in Mosellam exonerat,
teste Aufonio. Nil hodie dicitur. Velij habet
Scaliger, qui CELBIS per C. legit. BEL-
GIS habere nonnulli exemplaria annotat
Pulmannus in suo Aufonio.

GELDUBA, Antonino, Floro & Tacito Ger-
maniæ urbs est. Castellum Rheno impositū,
scribit Plinius; ubi siferis generositas praci-

puæ. Divæus putat Gelre, caput regionis
Geldria, esse. Gelb ad Rhenum, Simlero vi-
detur.

GELLA, vide GELA.

GELONI, vide BVDINI, & LEVNI.

GENABVM, Gallia opidum Casari, ad Li-
gerim fluvium situm. Rob. Cœnali Orleans
est: Paradino & Vigenereo potius Gian vi-
detur, opidum ad eundem fluvium situm;
idq; verum esse, ex distantia quam Casar
inter hoc opidum & Agendicum ponit, o-
stendit.

GENADIVM, vocat Lazius in sua Hunga-
ria tabula, (quo autem auctore, me nescire,
scio.) Hungaria urbem, quam Choniad
vulgò vocant.

GENAVVI, GENAVNI, & GERAV-
NI, vide LEVNI.

GENDOS, vide CHRYSORRHOAS.

GENEA, vide TEGEA.

GENESARETH Stagnum, vide TIBE-
RIADIS Lacus.

GENEVA, Casari Allobrogum opidum. In-
colis Geneve, Helvetiis & Germanis Jenff:
vocatur. ad Lacum Lemanium situm est.

GENNVS, vide AQVÆ AVGVSTÆ.

GENONIA, vide SINYNIA.

GENVA, γένβα Ptolemaeo & alijs, Liguria
urbs, nomen hodie retinet. GENOA per O.
scribit Stephanus qui eandem STALIAM
σαλία, quoque vocatam tradit. IANVAM
appellat eam Linthprandus Ticinensis.

GENVA VRBANORVM, vide VRSO.

GENVSIVS, vide PANYASIS.

GEORGI, vide IBERIA.

GEPHYRA, γέφυρα, Syria opidum Ptole-
maeo. Niger credit nautis Sirmiu nuncu-
pari. Vide TANAGRA.

GEPIDIA, vide DACIA.

GERA, vide CARRHÆ.

GERABRICA, vide IERABRICA.

GERANIA, Thracia urbs; à Barbaris CAT-
TVZA vocari, auctor est Solinus. RHA-
COLA, ρακωλη, nominatur Stephano. cuius
incola TVSSYLI, τρυσύλοι, appellantur.
Vide GERENIA.

GERAS, vide ZYGRIS.

GEREATIS, vide HYBLA, & ME-
GARA.

GERENIA, γερνία Ptolemao, GERANIA Plinio, Peloponnesi opidum, in Laconia. olim ab Homero ENOPE, ἐνόπη, dictum, scribit Pausanias. Sidariso Castaldo; Palava Nigro vocatur. De Enope sic scribit Strabo lib. 8. Enopen esse putant alij PELANA, πέλανα, alij locum quendam Cardamyle vicinum. alij GERENIAM. Vide GERVNIVM.

GERGINA, γέργινα, Mysia urbs, Athenaeo, ad Idam montem quam suo tempore GERGITHAM, γέργιθα, appellatam addit.

GERGOBIA, Casari, sed γερσοβία, Straboni, Gallia in Avernis opidum; ad flumen Elaver. Gergoie, Gab. Simeonio.

GERGOBINA, Casari Galliae, in Boiis opidum. Molins, Paradino. Vigenerius mallet Monluçon, vel Nery, ubi sunt thermæ, & multa antiquorum Romanorum vestigia.

GERION, vide GERVNIVM.

GERIONA, vide GERVNDA.

GERMALVM, Festo Pompeio pars urbis Romæ est. Apud Plutarchum, in vita Romuli, CERMANS, κερμανός, dicitur. & quondam GERMANVS, γερμανός, à fratribus Romulo & Remo; ut ipse refert. Vide ROMA.

GERMANIA, γερμανία, Europæ latissima regio, & Romani Imperij decus. Hæc à posteris ALEMANIA dicta fuit. quod nomen prius sortitam fuisse sub Proculo Imp. scribit Fl. Vopiscus: cum tamen Ael. Spartianus Caracallum Imp. Alemanici cognomen sibi, à devictis Alemanis, assumpsisse tradat. Hebræis ASCANES, vel ASCENES nuncupatur, Iosepho teste; unde eius incolæ etiamnum hodie ASCANASIM appellant Iudæi ut docet Becanus, in Indoscythicis. Incolis ipsis Teutschlandt, exteris Alemagna dicitur. Græci Elamags hodie nuncupant, & Turci Alaman. Hanc veteres in SUPERIOREM, & INFERIOREM dividerunt. illam mediæ ætatis scriptores PRIMAM, hanc SECUNDAM vocavere. Incolæ hodie in Hoch, & Niederteutschlandt distinguunt. Sunt etiam Germani, in Persia populi, apud Herodotum sed hoc parergon. Vide ORETANI.

GERMANICI Saltus, vide TEUTOBURGENSIS.

GERMANICIAS urbem Galatia habet P. Diaconus; quam MIRANGVLOS vel MIRIANGVLOS vocat. Ptolemao & Plinio est Germanicopolis in Galatia; an eadem sit, non audeo dicere. Idem Ptolemaus habet Germaniciam, sed in Syria, iuxta Amanum montem: Hæc in vetusto nummo, ut scribit Onuphrius, COLONIA IVLIA GERMANICIA SACRA AVGVSTA FELIX dicitur.

GERMANICOPOLIS, alio nomine BOSCOETE, & HELGAS; Asia Minoris urbs. Plinius.

GERMANVS, vide GERMALVM.

GEROLATA, vel GERVLATA, vide CHERTOBALVS.

GERONIA, vide GERVNIVM.

GERRVM, γέρρον Ptolemao, GERRA, γέρρα Straboni; Aegypti urbs, ad Mare mediterraneum, in latere Orientali. quam ADIPSON vocant, inquit Plinius. Maseli fortè nunc.

GERVNDA, γερνδα Ptolemao, Plinio, & Antonino, Authetanorum urbs, in Hispania Tarraconensi. GERVNDENSIS habet Plinius. Girova hodie Vasæo. Clusius GERIONAM etiam vocat, nescio quo teste.

GERVNIVM, γερνιον, Stephano Italia urbs est; quam quoque GERENIAM, γερνία, appellat. GERONIA, γερωνία, Polybio est Apulia urbs decem stadiis ab Aufido flumine distans: GERION apud Livium vocatur.

GESODVNVM, γησόδων, Norici urbs, Ptolemao. Saltzburg Villanovano.

GESSACES Mons, Trebellio Pollioni in vita Gallieni Imp. Lazio Schekel est, in Hungaria.

GESSORIACVM, Morinorum navale. meminit eius inter ceteros, Suetonius, & Ptolemaus, qui hoc, γησορίων, per I. & duplici RR. scribit. Gallia portus est è regione Albionis insula. Brugge putat Hermolaus Slusam Brugensiū municipiū, credit Hector Boëthius. uterque non sine parvo errore, ut ego aestimo. Ioan. Talboto Cales videtur. Lelando est illud opidum quod incolæ Bologne, Flandri Weunen vocant. BONONIAM hanc

hanc etiam nominavit Marcellinus. Gessoriacum ponit Turnebus apud Audomarum recens opidum; in vico Soaci dicto: num autem rectè, iudicent locorum periti. Ego cum à veteribus portus describatur, in mediterraneis, etsi nominis allusio nonnihil alliciat, ponere non audeo.

GETÆ, γέτωι, Sarmatiae Europae populi; DACI, Romanis dicti, teste Plinio. GOTTOS, GETAS appellari, auctor est Spartianus, in vita Caracalli. Getas ad Danubium, versus Pontum & Orientem habitare, ait Strabo. Walacher hodie vocari, scribit Bonfinius. GETAS & MASSAGETAS, Hebraeis MAGOG dici, tradit Ar. Montanus. Vide DACIA, & SCYTHÆ.

GETHER, vide ÆTOLIA.

GETH, Philistinorum urbs, patria Goliath: inter Ascalonem & Gazam. Ybelim hodie vocari, scribit Postellus.

GHANAMIM, vide TROGLODITÆ.

GHIBHON, vide GABAON.

GICHTHIS, γιχθίς, Ptolemao Africa Propriae urbs. GITA Antonini est, iudice Simlero. Fortè hodie Galfanacar, ut Moletius dicit.

GIGANEVM, γιγάνεον, Colchidis urbs, apud Ptolemaum. Savatopoli, Nigro.

GIGANTES, γίγαντες, qui Siciliam olim inhabitarunt, postea LÆSTRYGONES, λαιστρυγόνες, deinde ANTHROPOPHAGI, ἀνθρωποφάγοι, & tandem CYCLOPES, κύκλωπες, dicti fuere. ut scribit Fazellus, cap. I. Decadis 2. rerum Sicularum.

GIGANTIS, vide ARCADIA.

GIGAS, vide OLYSSAS.

GIGVRI, vide EGVRI.

GILEAD, vide TRACHONES.

GINGVNS, γιγνύων, Flaminia mons Straboni. Cerognone, Leandro est.

GIHON, vide SILOE.

GIR, γείρ, Libya fluvius. apud Ptolemaum; quem Mercator Nigri nominat. Barrosus ei varia, pro locorum ratione, nomina tribuit: ut sunt Canaga, Gambea, Dégueh, Mayo, Colle, Zimbala, Iza, &c. apud alios alia etiam nomina haberi video. Sed horum quaedam puto Nigri flumini propria.

GIRBA, vide LOTOPHAGITES.

GIRISANTES, vide NILVS.

GISIRA, γισίρα, Africa Propriae urbs, Ptolemao. Onè à Iacobo Castaldo indigitatur.

GISSA, Plinio est insula Illyrici maris. Pagodicitur Volaterrano. item Hermolao, ex Merula, ut ipse fatetur.

GISSORIACVM, vide GESSORIA-CVM.

GLANDOMERVM, γλανδόμυρον Ptolemao Hispania Tarraconensis urbs. Mondañedo hodie, ut Villanovanus prodit.

GLANIS, vide CLANIS.

GLANIVS, vide CLANIVS.

GLANVM, γλανόν, Plinio & Ptolemao Gallia Narbonensis urbs. Gap, in Delphinatu est, Ioanni Poldo. qui dubitat, an GLANDANVM legi debeat.

GLARENTZA, vide CYLLENE.

GLESSARIA, Plinio, quam Idem AVSTRAVIAM vocari scribit. Sudau Irenicus & Eras. Stella verit. Peninsula Baltici maris est. in cuius isthmo urbs Regiomons, (vulgo Coningberch) sita est. Vide ELECTRIDES.

GLOSEDVM, vide IOSEDVM.

GLOTA, Tacito Britannia fluvius. Cluda, & Clid; Boëthio nominatur.

GNACIO, vide BABYCE.

GNATIA, vide EGNATIA.

GNEBADI, vide ARABIA.

GNES, γνής, Rhodiensium populus, Stephano quem GNETES, γνήτες, & IGNETES, ἰγνήτες, etiam vocat.

GNIDVS, vide CNIDVS.

GNOSSOS Plinio, CNOSSVS, γνωσός, Straboni. quae olim quoque CERATVS, κέρατος dicta fuit, à præterlabente, ut idem refert, flumine. Urbs Creta est, & Minois regia. Præter nomen, eius hodie nihil extare, tradit Mar. Niger. Cinosa hodie nominari, habet Erythraus.

GOARIA, γοαία, quae & GOARENE, γοαρήνη, regio iuxta Damascum Stephano.

GOBÆVM, γόβαιον Ptolemao Gallia Lugdunensis promontorium. S. Mathieu Villanovano, in suo Ptolemao: Le Four Mercatori, in sua Europa.

GOBEL, vide BYBLOS.

- G**OBOLITIS, vide IDVMÆA.
GOMERITÆ, vide GALLOS.
GOMOLITÆ, vide IDVMÆA.
GOMPHI, vide PHILIPPI.
GONDRÆ, γόνδρα, Thracia gens. que etiam Herodoto, ut Stephanus scribit, CINDRA, κίνδρα, & RONDA, ρόνδα, dicitur.
GONEIS, vide HADRIANOPOLIS.
GONNOCONDYLVS, opidum quod Philippus OLYMPIADEM appellavit, inquit Livius, lib. 39. Perrhabiorum est, in Macedonia. Fortè idem cum GONNO, γόννο, à Strabone & Ptolemao hoc loco descripto. Hanc Gonnum etiam GONNVS A dici, Tzetza adstruit. Eustathius verò negat. quod Gerbelius annotavit. γόννοι, etiam habet Stephanus, & γονώσα, Perrhabiorum urbes.
GONOESSA, vide DONVSSA.
GORBEVS, vide CORBEVNTVS.
GORDENE, γορδηνή, Armenia Maioris regio, Ptolemao. Curdi Castaldus vocat. Vide SOPHENA.
GORDIÆVS, γορδιαίων, Armenia Maioris mons, apud Ptolemaum. ubi arca Noë subsidisse dicitur; teste Mnasea Damasceno, apud Iosephum. cui etiam BARIS, βαρῖς, nominatur. LVBAR, λυβάρ, vocatur ab Epiphanio. Ioannes Tzetza scribit à Chaldaeo & Armeniis Lubar dici, mons ille Armeniae ubi Noë vitium culturam instituit. Thevetus scribit hunc Noë Montem ab accolis Gibel-Noe, Tartaris verò Pheppurch-Alcapher, & Georgianus VVeriphout nominari. Vide TAVRVS.
GORDIEN Phrygia civitatem, que nunc SARDIS vocatur, obsessam expugnatamque cepit. sic de Alex. Magno Orosius lib. 3. cap. 16. Gordium Phrygia civitatem habent Alexandri magni scriptores, ubi is nempe Gordium nodum solvit: sed eandem Sardim dictam, apud nullum geographum, aliumque probatum scriptorem reperio. Sardim aliam ab hac, norunt omnes.
GORDITANVM, γορδίτανον, promontorium Sardiniae insulae, Ptolemao & Plinio. Cabo Lugudori, Pineto. Argentar Nigro.

- G**ORDIVCOME, & GORDIVTICHOS, vide IVLIOPOLIS.
GORDVNI, Gallia Belgicae populi, sub Nerviorum imperio; Caesari in commentariis. Gēdt, Marliano est, magnitudine, & trium fluviorum confluentia, spectabilis Flandriae urbs. GVNDVNI, legit H. Leodius. GANT loci, ad Scaldim, meminit Regino Prumiensis. Hanc urbem quondam CLARINEAM vocatam, versiculus quidam docet. sunt quoque qui eam ante Iulij Caes. his locis aduentum ODVEAM nuncupatam putant.
GORGIPE, vide SYNDICVS.
GORGONA, vide VRGO.
GORGONES, Gorgonum aliquando domus; insulae Maris Atlantici, apud Pomponium. quas GORGADES, Plinius vocat: et SATYRIDES, σατυρίδες, à Pausania, in Atticis, appellari opinor. Hann. in suo Periplo, Gorgones, GORILLAS, γοειλλας, nominat. DORCADES pro Gorgones, legit quidam apud Pomponium. Hodie sunt Islas de Cabo verde, Mercatore teste. Vnam Gorgonum insularum, SARPEDONIAM vocat Suidas.
GORTYNA, γόρτυνα, Ptolemao Creta insula mediterranea urbs. Gurtina, Sophiano: Metaria, Bellonio dicitur. GORTYN, & GORTYS, habet Stephanus qui eandem LARISSAM, λάρισσα, & CREMNIAM, κρημνία, vocat.
GORTYNIVS, γορτύνιον, Arcadiae fluvius, quem circa fontem LVSIUM, λούσιον, appellant. Pausanias in Arcadicis.
GORYÆA, γορυαία, India intra Gangem regiuncula, apud Ptolemaum. Eandem putat Niger à Q. Curtio DÆDALA dici. Dadales montes habet Iustinus lib. 12. & Orosius lib. 3.
GOSSEN, Aegypti regio, vel civitas, quam Benjamin suo tempore Bulzzir Zzalbizz vocatam scribit. Vide AVARIS.
GOTHI, ad Septentrionale latus Maris Euxini, à vicinis Polouci nuncupati sunt. quod Ruthenorum lingua rapaces, & spoliatores significat. Math. Michoviensis. Stephanus GOTTOS, γότθοι, scribit, per τ. & θ.
GOTHIA, vide DACIA, GVTÆ, NARBONENSIS, & ROMA.

GOTHINI, Tacito sunt populi Germania, qui Marcomannorum terga claudunt, & ferrum effodiunt. Hos hodie esse qui Wuttenberg Bohemia urbem incolunt; ubi argentifodinae sunt: vult Lazius in sua Austria tabula, quam sua manu aeneis laminis calavit. Vox non absimilis est, Berg, enim montem significat: quasi dicas Gothinorum, vel Cuthinorum montem.

GRACCOPOLIS, vide **CARRODVNUM**.

GRACVRIS, γράκεις, Ptolemaeo Vasconum urbs, in Hispania Tarraconensi; quam Agreda perhibet appellari Clusius. Duplici C. C. habent quaedam numismata aenea Tib. Aug. **GRACCHVSIS** est apud Festum; eamque antea **ILLVRCIM** appellatam tradit.

GRÆA, vide **TANAGRA**.

GRÆCIA, Europa nobilissima regio, totiusque eruditionis fons & mater. Incolis **HELLAS**, ἑλλὰς, dicebatur. Eius habitatores his nominibus apud vetustissimos scriptores frequentius appellari observavimus: **ACHÆI**, ἀχαιοί, **ARGIVI**, ἀργεῖοι, **DANAI**, δῶναοι, **DOLOPES**, δολοπες, **DORES**, δωεῖς, **DRYOPES**, δρυοπες, **HELLENES**, ἑλλήνες, **IONES**, ἰωνες, **MYRMIDONES**, μυρμιδόνες, & **PELLASGI**, πελασγοί. Sed idem annotavit etiam ante nos Nicol. Gerbellius. Qui hodie eam habitant, eam Romechi; & Turcos Horomeli, nominare intelligo. Sunt apud Xenophontem etiam Graeci Asiatici; quos verò sic vocet, mihi nondum constat. In Cyripedia lib. 1.

GRÆCIA MAIOR, vide **ITALIA**.

GRÆCOGALLIA, vide **GALATIA**.

GRAIÆ Alpes, Plinio sunt in Salassis. **GRAIVS** mons, in singulari numero, appellatur à Tacito lib. 20. **GRAIVS** Saltus est apud Aem. Probum, in Vita Annibalis. Monte Minore di S. Bernardo, & Columne di Ioue hodie nominari, scribit Leander. Vide **COTTIÆ**.

GRAMPIVS, Scotia mons, celebratur à Tacito, in vita Agricola. Granzebain prisca Scotorum lingua vocatur, hoc est mons incurvus. Hic Scotos (ut vulgo dicunt) Trans-

montanos, à Cismontanis dividit. Olim Pictorum Scotorumque terminus. Hector Boëthius.

GRANI PALATIVM, & **GRANI THERMÆ**, vide **NVAGERRA**.

GRANIACVM, γρανιάκον, Promontorium Corsicae insulae, Ptolemaeo. Amanza Pineto.

GRANICVS, Asiae Minoris fluvius, Straboni: **GRENICVS**, γρνικόν, habet Ptolemaeus. Lazzara vocatur à Nigro.

GRANIONARIVM, Ptolemaeo Germania urbs est. Petrus Appianus Bamberg vocat, ad Mœnum fluvium. **GRAYIONARIVM**, γρευιωναίον, habet Graecus codex.

GRANNOPOLIS, vide **ACVSIORVM**.

GRANTA, Britanniae insulae urbs: à Beda & Felice celebrata; ut Lelandus perhibet: qui addit eam à Britannis Cairgrant, à fluvio vicino dici. Grantebridge verò ab Anglis, sive Saxonibus, à ponte ibidem constructo, & nunc corruptè Camebrige.

GRATIANOPOLIS, vide **ACVSIORVM**.

GRAVCASVS, vide **CAVCASVS**.

GRAVISCÆ, γρευισκῆναι Ptolemaeo Tusciae populi. Plinius apud eos Curalium nasci perhibet. γρευισκῆναι, legit hoc loco Strabo. **GRAVICANORVM** mētio est in antiqua inscriptione. Catoni in Originibus dicuntur Gravisca Latine **NVETINI**. Nigger Monsalto appellat.

GRAYIONARIVM, vide **GRANIONARIVM**.

GRENICVS, vide **GRANICVS**.

GRIMENOTHVRITÆ, vide **TRÆMENOTHYRITÆ**.

GRINÆI, vide **SCYTHÆ**.

GRINNES, Tacito Batavorum populi; Beato Rhenano Grin est; Divæo Rhenen quibusdam Groeningen videtur.

GRIVS, vide **LATMVS**.

GRVDII, Cesari Nerviorum clientes. Lannois Marliano; Brugge Flandriae emporium, Becano. Sunt qui Loeben, Brabantiae academiam, ex iis faciunt, inquit Divæus: eorum unus est Leodius. Loeven **LOVANIVM** vocatur à Sigeberto,

V & ab

- & ab omnibus recentioribus. Vide LEVACI.
 GRUMENTVM, γρέμεντον, Livio & Pto-
 lemaeo; Lucania opidum, in Italia. Saponara
 Leandro; Groppoli habet Nardus. Vide
 PYMENTVM.
 GRYNÆ, vide CLASOMENÆ.
 GVESER, vide SELEVCIA ad Tigrim.
 GVGERNI, Belgarum populi, Tacito. Gu-
 licher, Rhenanus; & post eum Divius in-
 digitant.
 GVNDVNI, vide GORDVNI.
 GVNTIA, urbs Rhetia Prima, ad Danu-
 bium; ut Rhenanus tradit qui eam Guntz-
 berg interpretatur. Meminit huius Noti-
 tiarum liber, & Itinerarium Antonini.
 GVNVCVS, vide LAGNVTVM.
 GVTÆ, γῆτα Ptolemæi, videntur qui hodie
 Gothiam, vulgò Godtlandt inhabitant.
 Regis Suecorum clientes. GVTTONES
 fortè Pythea, apud Plinium. Vide SABA-
 LINGII.
 GVTTALVS, numeratur à Plinio inter
 Germaniæ flumina, in Oceanum Germani-
 cum exeuntia. Althamero Qder est. Al fa-
 cit quidam ex eo, qui Coningsbergam prater-
 labens, Venedico sinu infunditur. VIADVS
 ἑτάδ & Ptolemæi videtur, quem recentiores
 ferè omnes perperam Viadrum appellant.
 Idem Ptolemæus IADVAM, ἰαδῶα, quoq;
 flumē habet; quod idem cum Viado videtur.
 GVTTONES, vide GVTÆ.
 GYAROS, γῦαρος, Plinio & Straboni una
 ex Cycladibus insulis. Ptolemæus eam non
 habet. Stopodia à transeuntibus vocari,
 tradit M. Niger. Castaldus eam Stenofa
 vocat. Erythraeus Iero.
 GYAS, γῦας, magna & bona pars Syracusa-
 ni agri; qui fuit Dionysij tyranni, ut Plu-
 tarchus refert, in vita Dionis. Hodie Cava
 di Georgia vocari, scribit Aretius. sed ma-
 lè Giartis apud eum legitur.
 GYGÆVS, vide COLOE.
 GYGANTIS, vide ARCADIA.
 GYLAX, & GYLACIA, vide APOL-
 LONIA.
 GYMNASIÆ, vide BALEARES.
 GYMNETAS, vocat Crates Pergamenus
 gentes Indos quosdam, qui centenos annos
 excedant. Non pauci eos MACROBIOS

- appellant, inquit Plinius lib. 7. cap. 2.
 GYNÆCOCRATVMENI, vide SAR-
 MATIA.
 GYRÆ Petra, vide CHOERADES.
 GYRTONE, γῦρτόν, Macedonia urbs, Pto-
 lemaeo. Hos antiquitus PHLEGYAS, φλε-
 γῦας, appellatos, scribit Strabo. Eandem
 prius ANDREIN dictam fuisse, ex Pau-
 sania Bœotica videtur. Nardus eam Tachi-
 Volicati vocat. Vide CRANON.
 GYRVS, γῦρὸν, mons Aetoliæ, circa Ache-
 loum fluvium. qui postea CALYDON,
 καλυδὼν, dictus fuit. Plutarchus in libello de
 fluminibus & Montibus.
 GYTHITES, γῦθίτες, insula iuxta Aethio-
 piam sub Aegypto, Ptolemæo. CYTIS for-
 tè Plinij est. Hodie fortè Genamani dici-
 tur, ut ex Tabulis videtur.
 GYTHIVM, γῦθίον, Laconica opidum Pro-
 lemaeo. Paleopoli Niger illud vocat. Idem
 ante eum Gemistus παλαίπολις; qui illud
 quoque PASABAS, πασαβας, nominat.
 Gythium scribit Thevetus Cabo de Pagu
 dici, & Græcis Paleopoli.
 GYTHONES, vide NVITHONES.
 GYZANTAS, vide BYZACIVM.
 GYZIS, γῦζις, Marmarica portus, Ptolemæo.
 Golfo degli Arabi, Castaldò. Sed ZYGIS
 hic habet, ex Latinis exemplaribus; Græci
 enim legunt Gyzis.
- H.
- H**ABESSVS, vide ANTIPHEL-
 LVS.
 HAVOR, cuius mentio est 4. Regum, cap. 15.
 pro flumine ponit Benjamin, ab incolis Al-
 chabor dicto. Sed idem sonat, dempto ar-
 ticulo Al.
 HADORAM, vide HYRCANIA.
 HADRIANÆ, Lycia urbem, habet Inscr-
 ptio antiqua qua est apud Aldum in sua Or-
 thographia. In Tabulis geographicis video
 circa hunc tractum Æliopoli. Eandem ta-
 men esse non affirmo dubitare malo. quam-
 vis Aelius, Hadriani prænomen esse scio.
 HADRANVM, vide ADRANVM.
 HADRIANI Imp. Sepulchrum, vel monu-
 mentum, in Vrbe Roma, iuxta Tiberim flu-
 vium;

vium; quam & HADRIANI Molem appellat Procopius; postea ARX CRES-
CENTIS, quod is eam tenuit, dicta est. te-
ste Lupano, in Ael. Spartianum. Hodie Ca-
stello S. Angelo nominatur. Etsi hoc no-
men Hadrianus, & alia inde nascentia, pas-
sim apud auctores sine aspiratione scribatur,
ubique tamen & in numis & marmoribus
antiquis cum H. auspiciatum legimus.

HADRIANOPOLIS, ἀδριανὸς πόλις Pto-
lemæo Thraciæ urbs: quæ prius VSCVDA-
MA, ut Ammianus, & ORESTA, ut Lam-
pridius ait, dicta fuit. Tzetza Chil. 8. nu-
mero 47. tradit hanc non solum Hadriano-
polim, ab Hadriano Imp. sed & ÆLIAM
ab eius prænomine vocatam. Hodie etiam-
num Hadrianopoli nominatur. Step-
hanus scribit quoque HADRIANOPOLI-
TAS nuncupatos, qui GONIM urbem
Thraciæ inhabitant: Consule Hermolai
Plinianas castigationes. Vide ANTINOE,
ATHENÆ, NEOCÆSAREA, PAL-
MYRA, PHILIPPOPOLIS, &
STRATONICA.

HADRIATICVS Sinus, vel ADRIA-
TICVM Mare, quod & ATRIATI-
CVM per T. & SVPERVM dicitur, Pli-
nio auctore: SATVRNIVM, sive CRO-
NIVM ab Apollonio Argonautico vocatur.
A Cicerone ad Atticum, & in Pisonem,
HADRIANVM Mare: à Lucano, A-
DRIACVM; & à Strabone, Mela, & Ta-
cito, simpliciter ADRIA, & interdum cum
aspiratione HADRIA, nominari video.
IONIVM quoque totum hoc mare Vene-
tias usq; ab aliquibus priscis auctoribus nun-
cupari observavi: sed improprie. cum Io-
niū proprie sit, ubi hoc desinit, & Mare Me-
diterraneum incipit. inter Epirum nempe
& Italiam; quod nonnullis AVSONIVM
est. Hodie Golfo di Vinetia vulgò indi-
gant.

HADRVMETVM, vide ADRVME-
TVM.

HÆMON, Bœotia rivus, iuxta Charoneam
in Cephisum defluens: quem THERMO-
DONTA olim vocatū, putat Plutarchus,
in vita Demosthenis.

HÆMONIA, vide Tliessalia.

HÆMOS, vide HEROPOLIS.

HÆMVS, ἄμϑ, Thraciæ mons, Mela &
Plinio, item Straboni. Ptolemæus & alij
sine aspiratione scribunt. Pinetus scribit hūc
ab Italis Catena mundi, & Monte ar-
gentaro appellari: Balkan Turcis, & Cu-
moviza Slavis. Hæc in sua Urbium descri-
ptione. Idem in suo Gallico Plinio eum Mon-
te de Costegnas vocat. Kriuczne Lazio
dicitur. Pars eius SCOMVS apud Thucy-
didem dicitur. cum scribit Strymonem, Nas-
sum & Hebrum flumina ex Scomio monte
defluere. quæ omnia apud ceteros auctores
ex Hæmo originem sumunt. Ego synony-
mon Hæmi putassem, ni & Hæmi ipse et-
iam Thucydides meminisset. Vide HERO-
POLIS.

HÆNIA, vocatur recentioribus Latinis
Dania regni emporiū; quod vulgares Cop-
penhagen corruptè appellant, cum Coop-
manshaven dicendum sit. quod si ad ver-
bum interpretaris, Portus mercatorū sonat.

HAGINOIA, Belgij regio; quam HAN-
NONIAM vulgus Latinum vocat. Inco-
lis Gallis Henault dicitur; Teutonibus Gene-
gotu. Quis verò his Latinis vocabulis pri-
mus usus fuerit, nescio. antiqua non esse, non
ignoro. PANNONIAM olim dictam, à
Panos cultu; postea SALTVM CAR-
BONARIVM, scribit Lessabeus, in sua
Hannoniæ descriptione.

HALÆ ARAPHENIDIS, quæ & HA-
LÆ ÆXONIDES; pars Tribus Cecro-
piæ. Stephanus.

HALAZONES, vide HALYZONES.

HALESA, vide ALÆSA.

HALEX, vide ALEX; sine aspiratione enim
Græcè scribitur.

HALIA, vide THESSALONICA.

HALIACMON, vide ALIACMON, &
INACHVS.

HALIARTVS, vide COPAIS.

HALICARNASSVS, ἑλικαρνασός, Asia
Minoris urbs, Doridis regionis, Ptolemæo.
Patria Dionysij & Herodoti. Quòdam ZE-
PHYRIAM, Ζεφυρία, dictam, scribunt
Strabo & Stephanus; qui eam & ISTH-
MVS, ἰσθμὸς, vocat. Idem eius incolas AN-
THEADES, ἀνθεάδες, nuncupatos scribit;

à quodam qui apud eos illustris fuit. Hodie Castello S. Petro, Nigra, Meti. Sophiano dicitur.

HALIES, vide TIRYNS.

HALIZONES, vide HALYZONES.

HALMVS, vide ARAXES.

HALMYDISSVS, Thraciæ urbs Plinio. nonnulla exemplaria ALEMEDSSOS legunt. Ptolemæus ἀλμυδιός, sine aspiratione habet. SALMYDISSVS, σαλμυδιός, legit Lycophron. Sed hoc quis potius variam lectionem, quam synonymon vocet.

HALMYRIS, Plinio lacus est, quem Danubius fluvius supra Istrapolim, non longè à suis ostiis facit. A Ptolemæo videtur THIA-GOLA, διαγολη, dici. Hodie vocatur, ut Pinetus in suo Plinio tradit, Lac denostre Dame de Danube quasi dicas Lacus Divæ Virginis Danubiana.

HALONESVS, ἑλόνισος, Maris Aegæi insula, Straboni. Hanc nonnulli aspirant; alij tenui proferunt accentu. Sunt etiam qui gemino NN. scribunt; ut tradit. N. Gerbellius qui subdit eam ab Harpocrate NESIDIVM, νησιδίων, & à Suida NESYDRIVM, νησύδριον, vocari.

HALVNTIVM, vide ALVNTIVM.

HALYCIDON, Massiliensium portus, Pomponio. Peccais est Poldo Albenati.

HALVS, ἄλυσ, Ptolemæo & Plinio, Asiae Minoris amnis. Lali Nigro dicitur. ex Tabulis possit Otmagiuchi interpretari.

HALYZEA, vide AZYLIA.

HALYZONES, Scythiæ Europæe sunt populi Herodoto. ἑλιζόνες, per I. scribit Stephanus; idem ἑλαζόνες, per A & Ω. Sic quoque Herodotus, sed cum O parvo. Vide BITHYNIA, & CHALDÆA.

HAMAXOBII, HAMAXOBITÆ, & HAMAXOPHORETI, vide AMAXOBII, & SCYTHÆ.

HANNIBALIS, vide PORTVS.

HANNONIA, vide HAGINOIA.

HANVNEA, vide CHAONIA.

HARMA, seu HARAMA, civitas in Tribu Iuda, & Simeon. Iosue in lib. Iudicum putat SEPHATH dici. Benjamin eam Ramas vocat.

HARMASTIS, Plinio Iberia urbs est. quam

Ptolemæus ARMACTICA, ἀρμακτική, vocat ut Villanovanus vult.

HARMENIA, vide ARMENIA.

HARMOZICA, vide OSICA.

HARMVZIA, vide ARMVZIA.

HARPADIUM, vide HIRPINUM.

HARPASVS Plinio, ἀρπασος, Livio & Stephano Carie fluvius. DAPHNVS, δαφνός, ab Apollonio appellari scribit Rodiginus ex Stephano, ni fallor.

HARPIS, ἄρπης Ptolemæo Mæsiæ Inferioris urbs, ad Danubij ostia. Opidum nunc, inquit Mar. Niger, Lycostonium, ab ostij ipsius vocabulo; quod Os lupi modò dicunt.

HARPYS, vide TIGRES.

HARVDES, populi Transihenani, Sequanis vicini, Casari in Comment. Costentz, Rob. Cœnali. Vigencreus dubitat num sint CHARVDES Ptolemæi.

HASBANIUM, vel HASBANIA, uti apud Sigebertum lego; Divæ exponis Gaspengow; qui tractus est hodie Leodiensis diœcesis.

HASOR, vide HESRON.

HASSARMAVETH, vide SARMA-TIA.

HAVENNE, vide ALYBE.

HAVSTISVS, vide CIMBRICA Chersonesus.

HEBRÆI, vide IVDÆI.

HEBRIDES, vide EBVDÆ.

HEBRON, Metropolis Tribus Iuda. Hæc & ARBEA, CARIATHARBE, item MAMBRE dicta fuit.

HEBRVS, Plinio & aliis. EBRVS, ἑβρος, & εἶπος Ptolemæo, sine aspiratione Thraciæ fluvius aurifer. Hodie Marisa dicitur, Mercatori & Nigro. aut Valisa, si Nicol. Nicolai creditur. Mazera sortè malè habet Olivarius. Antea dictus RHOMBVS, ῥόμβος, auctore qui scripsit de Fluminibus.

HECADEMIA, vide ECHEDEMIA.

HECATES, ἑκάτης, insula ante Delum sita; quæ à quibusdam PSAMMITE, Ψαμμίτην, vocatur. Auctor Suidas.

HECATESIA, vide IDRIAS.

HECATOPOLIS, vide CRETA.

HECATONTACHIRIA, civitas quæ nunc ORESTIADES vocatur. sic Palaphatus.

HECA-

HECATONPYLVM, ἑκατόπυλον, Parthia regia, Ptolemao. lex hodie, ut Thevetus perhibet.

HEDETA, vide **LERIA**.

HEDETANI, ἡδαιῶτες, Hispania Tarracoenſis populi, Ptolemao. **SEDETANI** vocantur Plinio.

HEDONES, ἡδωνες, & **HEDONI** populi ſunt Thracis, inquit Iſacius. ſed Hedones ad mare habitant, Hedoni verò in mediterraneis. Vide **AMPHIPOLIS**.

HEDONVS, vide **MYRCINVS**.

HEDRVS, ἡδρος, ſed ſine aſpiratione, Ptolemao eſt Hibernia inſula. que Plinio **ANDROS** dicitur, Villanovano iudice.

HEDVI, vide **ÆDVI**.

HEGETMATIA, ἡγεματία, Germania urbs, apud Ptolemaum. Lignitz Sileſia Villanovano eſt.

HEGONIS, ἡγωνίς, Macedonia promontorium Ptolemao, ad Mare Aegeum. Aegopotamos Nigro.

HEIDEBA, vocabatur olim illud opidum Hoſſatiae quod hodie Schlefwiçk dicitur. Crantzius.

HELLI, vide **HELLEVIONES**.

HELECTRAS, vide **ELECTRAS**.

HELEM, vide **MECYRA**.

HELENA, Pyrenæis montibus vicinum opidum, à parte Galliae. Meminit huius D. Hieronymus, Zoſimus, Oroſius, & Aurel Victor, in vita Conſtantis Imp. Elna hodie vocari, tradit Vaſeus. Helena etiam vicus Atrebatum eſt, Sidonio Apoll.

HELENE, ἡλένη, inſula Aegæi maris, quinq; millibus paſſuum à Sunio promontorio diſtans; teſte Plinio. Macroniſo hodie dici, ſcribunt Niger, & Sophianus. Stephanus hanc **MACRIS**, μακρίς, appellat. Strabo teſtis eſt eam ab Homero **CRANÆ**, κραναί, vocatam.

HELENOPOLIM olim dictã ſcribit Muſterus, eam Germania urbem, quam hodie Franckfurt appellat. ſed quando aut à quibus, non addit. Urbs eſt ad Mœnum fluvium eleganter extructa, cum ponte lapideo inſigni: cui ab altera fluminis parte annexa eſt urbecula Sarenhauſen, eidem obediens. Duabus hæc urbs in anno nūdinis, &

Imp. Ceſarumq; electionib. nobile ſe reddit.

HELENOPONTVS, vide **PONTVS**.

HELEVTERI, populi inter Geltas, proximi Cadurcu; qui eſt apud Ceſarem. Vigenerus Viverais interpretatur.

HELGAſ, vide **GERMANICOPOLIS**.

HELIA, vide **VELIA**.

HELICE, ἡλίκη Ptolemao Achaia Propria urbs. Plethon ſine aſpiratione in prima ſcribit. **TRYPIAM** τρυπία, eam appellat ſuo tempore Gemiſtus.

HELICON, ἡλικὼν, fluvius eſt Dium Macedonia urbem præterfluens. qui ad ſtadia ſeptuaginta deſuens, in terram ſe abdit; poſt viginti verò ſtadia elapſus, denuo ſe oſtendit; & pro Helicone **BAPHYRAS**, βαφύρας, dicitur ut tradit Pauſanias. **PHARYBVS**, φάρυκος Ptolemao eſt. Baphyrum vocat Livius, lib. 44.

HELICON, ἡλικὼν, Siciliae fluvius Ptolemao. Oliverio appellatur à Th. Fazello: ſed Veria à Teandio.

HELIOPOLIS, ἡλιεπολις Ptolemao Aegypti urbs. **SOLIS** opidum, Latine vocat Plinius lib. 5. cap. 9. Hebraeis **ON** dicitur; teſte Hieronymo. Nomen ſuum adhuc integrè tuetur, inquit Guilandinus; non quidem Græcè ſed Arabicè, Bethſemes enim hodie vocatur; quod idem eſt ac ſi dicas domum Solis. Semes namque Sol, & Beth domum ſignificat. Huic aſſentitur Becanus, lib. 6. Hispanie.

HELIOPOLIS, ἡλιεπολις Ptolemao & Plinio Coeleſyria urbs. que hodie Balbec Poſtello. vel Marbech Nigro. Vide **CORINTHVS**.

HELIS, vide **ELIS**.

HELIVM, oſtium in quo effunditur Rhenus, Plinio. **OCCIDENTALE** oſtium Rheni vocatur Ptolemao. Chriſtophorus Stella Die Wielinge interpretatur; quod eſt inter Zelandiam & Flãdriam; ubi ſe Oceanus Scaldis oſtio inſinuat. Mibi Leck aut potius **VAHALIS** die Wacl videtur cum Wielinge non pro Rheni, ſed Scaldis oſtio habeam. Vide **RHENVS**.

HELLAS, vide **ATTICA**, & **GRÆCIA**.

HELLENOPOEIS, vide **DREPANVM**.

HELLESPONTIACA, vide **PHRYGIA**.

HELLESPONTVS, ἑλλησπόντος, angustia maris inter Sestum, & Abydum opida. Stretto di Gallipoli Castaldo; Brachium S. Georgij Volaterrano dicitur. Video aliis linguis eadem significatione, quoque sic appellari: veluti à Gallis Bras de S. George; à Flandris S. Joris arm. Hellepontus vocatur, quòd Helle virgo in eo perierit. Ideoq; à Lycophrone VIRGICIDVM Mare & à Nazianzeno (ut annotavit Canterus) VIRGINEVM Pelagus nominatur. Ausonius SESTIACVM Pelagus, & ABYDI Freta appellat. Sed hæc potius inter epitheta, quàm inter synonyma mihi referenda videntur. Phileas apud Suidam etiam BOSPORVM vocat. Vide BORYSTHENES.

HELLEVIONES, vel, ut ego lego, HILLEVIONES, apud Plinium: HELLVSSII Tacito sunt. Ab Ammiano lib. 22. HEILLOS nominari, scribit Althamerus: qui eos in Bornholm, (insula Baltici sinus) statuit. Willichio autem sunt qui insulam, vulgò Heil dictam inhabitant. Hæc Venedicum sinum facit, nò longè à Dantisco, Prussiae emporio.

HELLOPES, Epiri populi, Plinio. Lopesia Pineto.

HELLVSII, vide HELLEVIONES.

HELORVS, ἑλωρος, Magnæ Græciæ fluvius, inter Cauloniam & Crotonem, teste Diodoro, lib. 14. ubi Græcos à Dionysio seniori prælio victos describit. ELORVS, ἑλωρ, sine asp. scribit Athenæus. Eundem hunc fluvium Polybius lib. I. ELLESPORVM, ἑλλέσπορον vocat. Vide ELORVS.

HELOS, ἑλ, Laconica urbs, Pausania. Stephano eadem DORION, δώριον, & PTELEON, πτελεόν, dicta. Idem Strabo lib. 8. innuit: qui addit etiam nònullis OLV-RIS, ὀλβεῖς, vel OLVRA dici.

HELVETII, Plinio & Casari: ELVETII, ἑλῆτιοι Ptolemæo: qui eos aliquando duplici LL. scribit. Strabo geminato TT. etiam legit. Gallie populi olim fuere: hodie inter Germanos numerantur, Alpiumq; incolæ sunt. Schweitzer, idem Epdgnoster, id est confederati, vocantur. Vide QVADII, & SEQVANI.

HELVETVM, Antonino. Schlestadt, in Germania urbs; Simlero.

HELVII Casaris, Albg Orontio est, civitas Gallie Aquitanica. sunt fortasse ILVATES Livij: Ligurum populi. Vide ALBA AVGVSTA.

HELVIA RICINA, vide RICINENSES.

HELVINVM, Plinio Samnitum fluvius, in Italia: quem Niger, & Leander à Ptolemæo MATRINVS, & à Strabone HOMATRINVS appellari dicit. Idem hodie Piomba vocari scribit. Ego Homatrinum apud Strabonem non invenio. Is enim Matrinus habet, cum Ptolemæo. Fefellit Nigrum & Leandrum Græcus articulus, quem cum vocabulo ματρίν & ligavere.

HELVRI, vide SCYTHÆ.

HEMEROSCOPIVM, vide DIANIVM.

HEMERVS, vide EVROTAS.

HEMERTE, vide LESBOS.

HEMICHARA, ἡμιχάρα, Sicilia mediterranea urbs, Ptolemæo. Hæc Nigro Nicotia vocatur.

HEMIMONTVS, vide THRACIA.

HEMODES, septem insule sunt Pomponio, in Codano sinu. Has Ptolemæus appellat SCANDIAS, σκανδία, et si is tantum tres numeret. Commune eas hodie nomen habere, non puto. Sed in hoc ipso sinu etiamnum (præter exiguas aliquot insululas, nullius, aut parvi admodum nominis) septem spectantur insule; quæ hodie vulgò vocantur, Seclant / Supnen / Langlant / Muen / Falster / Loplandt / & Feme- ren. hanc ultimam vocat CIMBRIAM Crantzius.

HEMODVS, vide EMODVS.

HENETA, vide AMISVS.

HENETI, vide EVGANEI, & PAPHLAGONIA.

HENIOCHVS, vide PHASIS & TAVRVS.

HENVVS, vide OENVVS.

HEPHÆSTIAS, ἡφαιστίας, Lemni insule opidum, Ptolemæo: quod Hugo Favolius Cochino vocari ait. Vide ÆGYPTVS, & ÆOLIA.

HEPTACOMETÆ, ἑπτακομήται, quos septempaganos vertere licet; populi sunt ad Mare

Mare Euxinum; Colchidis regionis. Hi etiam MOSYNOECI, μουσυνοῖκοι, dicuntur, auctore Strabone, lib. 12. Stephanus eos barbaros esse, atque BYZERES, βυζήτες, etiam vocari ait.

HEPTANOMVS, vide HEPTAPOLIS.

HEPTAPOLIS, ἑπτάπολις, Aegypti regio, Dionysio teste: quam eius commentator Eustathius dicit antea HEPTANOMON ἑπτανόμος, & HEPTANOMIAM, ἑπτανομία, dictam: & postea à rege Arcadio ARCADIAM appellatam. ἀρκαδία, nomen opidi est in Aegypto, Stephano. Vide ARMENIA.

HEPTAPORVS, ἑπτάπορος, Troadis fluvius; Plinio, & Straboni; qui eundem POLYPORVS, πολύπορος, describit. Puto eundem DRACONEM appellari à Procopio, lib. 5. de Aedificiis Iustiniani.

HEPTAPYLOS, vide THEBÆ.

HERA, Ἥρα, .i. Iuno; Pausania Aeolidis opidum est; quod METASIN .i. intermediam appellat: quod scilicet è portu Erythraeorum, Chion solventibus, propemodum media est. ARGENNVM, ἀργεννον Ptolemei videtur. Vide HYBLA.

HERACLEAM, Ἡράκλεια, scribit Marius Niger olim vocatam urbem qua hodie Citatam nova dicitur, sitam in insula Equilio Venetorum ditionis. Vide ÆQUILIVM, ubi Leander ipsam insulam sic appellat.

HERACLEA, Macedonia, Sinticae regionis opidum; quod SINTICA cognominatur, Plinio & Ptolemao. & SENTICA per E. in prima, Casari. Chescia appellat Castaldus.

HERACLEA, Cariae urbs, ad LATMVVM cognominata, à Ptolemao: & CARICA à Plinio. LATMVS etiam dicta fuit à monte Latmo illi imminente, ut Strabo tradit. Stephanus eam quoque ALCMANIAM, ἀλκμάνια, & PLISTARCHIAM, πλεισάρχεια, appellat. Hassio porto hodie dicit, vult Bonacciolus, in suo Strabone Italico.

HERACLEA, Galliae Narbonensis urbs, ad Rhodani ostium; Plinio. CACCABARIA cognominata, ab Antonino. S. Gylles interpretatur à Ioanne Poldo. Nogheres est apud Benjamin Tudelensem. De hac urbe

puto Ottonem Frisingensem hac scribere: In Gallis iuxta provinciam Narbonensem, vir Dei Aegidius metropolim ex nomine suo Villam S. Aegidij vocavit; in loco qui usque hodie PALATIVM GOTHORVM vocatur.

HERACLEA, Ptolemao Mediae regionis urbs mediterranea: quam ab Alexandro conditam, & ab Antiocho restitutam, atq; ACHAIDA appellatam tradit Plinius.

HERACLEA, Macedonia urbs est Livio lib. 44. his verbis, cum equitibus expeditis littore nunc Heracleam, nunc Philam percurrerebat, eodem inde cursu Diu repetens. Videtur ex hac descriptione eam esse circa Pieriam Macedoniae regionem. Xenoxua hodie vocari, legitur in margine Livij, à Nardo Italicè interpretari.

HERACLEA, Macedonia, Phthiotidis regionis urbs, Plinio. Strabo eam à Spartanis conditam, & prius TRACHIN dictam scribit idem attestatur Diodorus & Plinius: Item Diodorus lib. 12. ubi eius rationem addit. Comarus nunc dicitur, si quis Pireto fidat.

HERACLEA, Tauricae Chersonesi opidum, Plinio teste quoque MEGARICE dictum. HERACLEOTARVM Colonia vocatur à Strabone. Nomen Heraclea retinere scribit Bonacciolus.

HERACLEA, Ponti urbs; Straboni. Bonacciolus Aupep, Niger Pendarachia nomen habere, ait.

HERACLEA, Syriae urbs Straboni; in Cyrestica regione eam describit Ptolemaeus. Hanc postea GALLICAM nuncupatam, scribunt Nic. Callistus, & Evagrius Scholasticus. Italica dicit hodie, putat Bonacciolus.

HERACLEA, Siciliae civitas, Ciceroni, & Ptolemao. qua MINOA cognominatur, Livio, & Suida. Minoam urbem prius MACARIAM appellatam, scribit Heraclides in Politis. Terra nova hodie vocari, auctor est Aretius. sed hoc fieri non posse, dicit Fazellus.

HERACLEA, Magnae Graeciae urbs, quam Appianus in Annibalis inter Metapontum & Tarentum statuit: Plinius inter Sirin & Acirum

Acirin flumina sitam dicit; & SIRIN, ζί-
 eis quoque appellatam refert: cui assentitur
 Diodorus, lib. 12. POLIEVM, πολίειον,
 vocatam scribit Strabo; qui eam quoque
 TROIAM dictam innuit (ubi lib. 6. de
 Siri flumine loquitur,) his verbis, & super
 eo urbs Troiana cognominis, quæ postmodo
 Heraclea. Sed duas Heracleas hoc tractu
 idem ponit, viginti quatuor stadiis ab invi-
 cem distantes: quarum unam alterius navale
 facit; quod hodie Amigdalaria vocari testis
 est Barrius. Incola à finitimis MITHRO-
 CHITONES, μητροχίτωνες, vocabantur
 ut tradit Athenæus, lib. 12. cap. 8. Hanc Si-
 rim Isacius suo tempore SIRIVM, ζίειον,
 appellatam perhibet.

HERACLEA, ut Plinius; vel HERACLE-
 VM, ἡράκλειον, ut Ptolemæus & Strabo;
 Creta insula urbs, & Cnosii navale. Setia
 vocatur à Nigro. sed Mirabello à Pineto.

HERACLEAM Mysia regionis, habet A-
 pollodorus, lib. 2. quam BEBRYCVM
 urbem antea fuisse ait.

HERACLEA, vide BOLBÆOTES, CAL-
 PE, OPITERGIVM, PERINTHVS,
 & THVRIVM.

HERACLEOTICVM, vide CANO-
 BVS.

HERACLEVM Promontorium habet Ar-
 rianus iuxta Thermodontis fluvij ostium.
 hoc promontorium ab Apollonio THEMIS-
 CYRIVM, θεμισκύριον, appellatur, ut an-
 notavit Stukius.

HERACLEVM, Plinio fluvius est Sar-
 matia Asiatica, in Colchorum regione. Ca-
 cari Ger. Mercatori dicitur. Est promonto-
 rium eiusdem nominis, ibidem; eodem Pli-
 nio auctore. Vide HERACLEA.

HERÆA, ἡραία, Ptolemæo & Pausaniae Ar-
 cadia opidum est, ad Alphæ fluminis ripam.
 ἡραία scribit Plethon; SOLOGOR-
 GOS, σολογόρσος, dictum, Stephano.

HERÆVS, Portus ad Bosphorum, in Asia
 Minori: qui Molo di S. Ioan Calamolo
 dicitur. Pet. Gyllius.

HERAS, ἡρας, vel HELII, ἡλίας, id est IV-
 NONIS vel SOLIS insula: quæ quoque
 AVTOLALA, αὐτολάλα, dicitur ut Pto-
 lemæus eam describit, in Atlantico Oceano,

è regione Libya. Madera posset interpreta-
 ri. Vide FORTVNATÆ, & IVNO-
 NIS Sacrum.

HERATIA insula, quæ ONVS, in Mar
 Aegæo. Plinius lib. 4. cap. 19.

HERBANVM, vide OROPITVM.

HERBESSVS Silio, ERBESVM, ἐρβη-
 σον, Polybio, ERBESSVS, ἐρβησσός,
 Ptolemæo, HERBESSENSES habet
 Plinius. Sicilia mediterraneum opidum. Ni-
 ger Bichari vocat; Fazellus Pantalica; sed
 idem alibi, Grutta hodie appellari dicit ER-
 BESVM Polybij. duas nempe in Sicilia
 eius nominis urbes esse innuens.

HERBESSVS, Solino lacus sulfureus in Si-
 cilia. ENDRIVS à Vibio Sequestre ap-
 pellatur. Gurgo hodie vocari, scribit And.
 Baccius, ex Fazello, ut ipse addit.

HERBIPOLIS, vide ARTAVNVM.

HERBITA, vide ERBITA.

HERCVLANEVUM, Plinio, Ciceroni &
 Mela; HERCVLEVUM, ἡράκλειον,
 Straboni; Campania felix, ad Sinum Pu-
 teolanum urbs est. quam Amb. Leo in sua
 Nolana historia, dicit hodie Torre di Gre-
 co vocari. Leandro Torre di Ottavo di-
 citur; & addit nonnullis potius Torre de
 l'annunciata videri. Sed de eo vide STA-
 BIÆ.

HERCVLEVUM, vide FRETVM.

HERCVLIA Antonino, sive ad HERCV-
 LEM, ut lib. Notitiarum habet, Pannonia
 urbs est. In veterem Budam incidit, ut La-
 zius ait.

HERCVLIS Castra, vocant Latini Gel-
 dria opidum; quod vulgò Erkelenus indi-
 gitant.

HERCVLIS COLVMNÆ, quarum a-
 pud Frisios Tacitus meminit, in libello de
 Germanis quidam Duuels cutz; (i. caco-
 demonis cunnus) interpretatur. locus est sic
 dictus inter Groningam & Covordam opi-
 da. Vide ALYBE.

HERCVLIS Insula, Ptolemæo, Corsica à
 latere Occidentali adiacens; Asinara hodie
 dici mihi videtur. Plinio duæ insulae eo loco
 sunt Hercules. Vide SCOMBRARIA.

HERCVLIS Promontorium, Ptolemæo in
 Mauritania Tingitana est, ad Oceanum
 Atlanti-

Atlanticū. Cabo de Cantin Ger. Mercatorum est. Augustinus Curio Sebelehadich vocat, sed addit se dubitare, an hoc potius VSADIVM, ὠσαδιον, sit apud eundem Ptolemaum.

HERCVLIS MONOECI, vide PORTVS.

HERCVLIS Portus, prope Vibonem à Plinio describitur, lib. 3. cap. 5. Formiculas vocat accolae, ut tradit Barrius in sua Calabria.

HERCVLIS Portus, Sardinia insula est, apud Ptolemaum, AD HERCVLEM Antonino est.

HERCVLIS PYRGOS, .i. TVRRIS, Ptolemaeo Marmarica urbs est, ad Mare Mediterraneum. Corcuera Iacobo Castaldo vocatur.

HERCVLIS TEMPLVM, ἡ ἑκκλῆσις ἱερῶν Ptolemai, Melita insula portus est Heduo; qui Marza Sirocho incolis dicitur.

HERCYNIA Silva, Caesari: ORCYNIVM, ὄρκυνι & Ptolemaeo: In Germania est. Dierum sexaginta iter occupare scribit Pomponius. Eius latitudo novem dierum iter expedito patere, Caesar tradit. Vide eius magnitudinem apud eundem, lib. 6. de bello Gallico. HERCYNIVS Saltus, & HERCYNIVM Iugum nominat Plinius. De hac silva libet hic adferre, quae Rhellicanus habet in suis Annotationibus in Caesarem. BACENIM eandem silvam cum Hercynia omnium pene eruditorum consensus approbat. Latini namque partim & Graeci eandem silvam BACENIM, MARTIANAM, GABRITAM, SEMANAM, & HERCYNIAM nominant. Germani verò iuxta Friburgum Brisgaviae Schwartzwaldt; prope Heidelberg. in Odenwaldt; prope Herbipolim et Babenbergam Stepperwaldt vocant. A Mæno etiam fluvio, ad Loniam amnem prope Confluentiam Westerwaldt, non procul à Mæniripa, ubi Francurdiam, Asciburgium, et Moguntiacum urbes attingit, Spelhart. In Saxoniae faucibus ad Mansfeldensem ditionem Auff den Gartz, à Thuringis Thuringerwaldt; & à Bohemis Behemerwaldt nuncupatur. Hæc ille. Eadem ferè Althamerus, in Tacitum. Vide ABNOBI

Montes; huc enim pertinere, mihi etiam videntur.

HERDONIA, vide ERDONIA.

HERIVS, ἡρίος, Gallia Lugdunensis fluvius, Ptolemaeo. qui Vilaine fortè hodie.

HERMÆA, ἑρμαῖα, Africa Propria Promontorium, Ptolemaeo. MERCVRIVOCATUR Plinio. Cabo Bon, hodie, ut Mercator, Fazellus, & Castaldus coniiciunt. Olivarius Cabo de Nubia censet.

HERMÆVM, promontorium ad Bosphorum Thracium, à latere Europæo, ut P. Gylius tradit. qui hoc Neocastro vocari ait.

HERMANDICA, vide SALMANTICA.

HERMANDVRI, Germania populi Tacito. fortè melius HERMVNDVRI. Meisner sunt Munstero, & Curæo.

HERMANDVS, Arachosia fluvius, apud Plinium: ERYMANTHVS à Polybio lib. 11. nominatur. Ptolemaus hunc non nominat, describit tantum.

HERMINIVS Mons, Caesari in Lusitania hodie dicitur Monte Ariniño, ut Vaseus docet.

HERMION, ἑρμιον, ἢ ἑρμιόνη, & HERMIONE, Stephano urbs est, quæ & LACERIA, λακέρεια, dicitur sed cuius regionis, non ascribit. Alio in loco dicit Laceriam unam esse in Magnesia, alteram in Italia. Vide ERMIONE.

HERMIONIA, vide ARMORICA.

HERMIONICVS, vide SARONICVS.

HERMON, vide SIREON.

HERMONASSA, Plinio & Pomponio opidum Mæsie Inferioris, non procul ab Istri ostiis. A Ptolemaeo & Strabone videtur HERMONACTIS Vicus, ἑρμώνακτι & κώμην, appellari. Strabo tamen alio in loco hunc Hermonassam, ἑρμώνασσα, vocat. Hoc opidum Moncastro hodie dici, Niger auctor est. Ptolemaus verò duas habet alias Hermonassas, ambo maritimas, ad Pontum Euxinum. alteram in Sarmatia Asiatica, non longè à Bosphoro Thracio. hæc Matruga à Nigro nominatur. alteram Cappadocia; ubi hodie fortè Lavona. HERMONASSAM item insulam ponit Stephanus in ipso Cimmerico Bosphoro; quam à Scymno HERMONIAM,

- MONIAM, Ἡμωνεία, appellari addit. Sed ex eo quod subdit hac à Strabone Hermo-
nactis vicum vocari, &c. apparet eandē esse. Fortasse urbs insularis est.
- HERMONIA, vide HERMONASSA.
- HERMONIVS, vide THERMODON.
- HERMOIYMBIEI, Ἡμοτιμβίαι, Aegy-
ptiorum belligerantium gens; qui & LA-
BAREI, λαβαρῆς, dicuntur Stephano.
- HERMVS, Ἡρμῦς, sive MERCVRIVS,
Aste Proprie fluvius, Ptolemao. Sarabat
coniugio vocari, ex Tabulis.
- HEROIA, vide THVRIVM.
- HERODIVM, Castellum non procul à Je-
rosolymis. olim dictum fuisse THACVACH,
scribit Pestellus.
- HEROPOLIS, Ἡρώων πόλις, id est Heroum
civitas, ut Plinius eam vocat: in Aegypto
est, ad Sinum Arabicum; Ptolemao. HE-
RO, Ἡρώ, & HAMOS, Ἡμῶς, prius dice-
batur, auctore Stephano. Videtur eam He-
gesippus lib. 4. cap. 27. CLITRO nomi-
nare.
- HEROSA, vide SAMOS.
- HERVLI, qui & LONGOBARDI po-
puli, ab insula Scandinavia egressi inquit Ai-
monius Monachus. Vide BRENTORVM,
& OBOTRITÆ.
- HESION GABER, vide BÆTOGA-
BRA.
- HESPERIA, vide BERENICE, CA-
MARINA, HISPANIA, ITA-
LIA, & LIBYA.
- HESPERIDES, Plinio & Mele, sunt in-
sula Atlantici maris quarum situs nunc, uti
olim, nescitur; sed vide CASSITERI-
DES. Item ATLANTIS, & BERE-
NICE.
- HESPERIDVM Horti, describuntur à
Virgilio, & Plinio in Mauritania Tingita-
na; prope Lixum urbē. Item Plinio ad Syr-
tim magnam. Sed idem eos quoque ponit in
Pentapoleos regione; ubi etiam à Ptolemao
statuuntur. Hoc loco à Strabone HESPE-
RIDVM Lacum designare video.
- HESPERII Aethiopes, Ptolemao populi in
Africa sunt: quos Ioannes Barrosus Pange-
lungos, regi Manicongio subditos, appellat.
- HESPERION CORNV, Ἡσπερίων κέρα,

- Ptolemao, Plinio, & Mele, Africa aut po-
tius Libya promontorium est; quod Mercator
Cabo blanco interpretatur. Florianus
verò Cabo Verde. Promontorium hoc
quod Hispani Cabo Verde appellant, ab in-
colis Mandangan, & à Nigris Bisfeneghe
dicitur teste Americo Vesputio. Hoc Hesperion
Cornu Ptolemai NOTV CERAS.
Hannonis est & huius HESPERV CE-
RAS Sinus, Ptolemao est HESPERVS
Sinus, non addito Ceras.
- HESRON, Iesue cap. 11. Iudae urbs; quae &
HASOR. Hodie Antiop dicitur, scribit
Brochardus.
- HESTIÆA, vide OREVM.
- HESTIÆOTIS, vide THESALIA.
- HESTIONES, vide ESTIONES.
- HETRICVLVM, Liuius in Brutis opidum;
quod nostra atatis vulgus Lataraco vocat,
ut testatur Gab. Barrius.
- HETRVRIA, vide TVSCIA.
- HEVELLI, vide SCLAVI.
- HEX, & HEXI, vide SEX.
- HEXAMILIVM, vide LYSIMACHIA.
- HEXAGZANOS, vide AZANIVM.
- HEXAPOLIS, vide ARMENIA, &
PENTAPOLIS.
- HEXAPYLVM, locus eminentis Syracusa-
rum, sic dictus Livio, lib. 24. Eundem esse
cum eo quem Thucydides LABDALVM,
λαβδαλος, vocat, & in crepidine Epipolarum
erectum scribit; hodie Mongibellifio no-
minari, tradit Fazellus. Hexapylum Plu-
tarchus etiam vocat, in vita Marcelli.
- HEZION GABER, in Sacris Bibliis portus
Maris rubri, in Sinu Elanitico; quo Hebraei
reges utebantur ad navigationes. D. Hiero-
nymo teste, ESSIA dictus. Ex Zieglero.
- MELANE, μελαν, vocatur Eupoleino, a-
pud Eusebium. Vide OPHIR.
- HIBERIA, vide IBERIA.
- HIBERNIA Casari, IVERNA Pom-
ponio, item Solino, in Aldino exemplari;
IVERNIA, Ἰβερία, Ptolemao, IERNA,
Ἰέρνα, Straboni, Stephano, & Appuleio ex
Aristotele, (cuius in suo libellulo de Mundo
imitator est,) item Claudiano. VERNIA,
Ἐρπία, Eustathio. Insula una est ex iis quae
Britannica dicuntur. Incolis Erin vocatur.
Britannis

Britanni verò qui è regione in Albione habitant, & Walli quoque nuncupantur, *Werdhon*, & incolas *Swydhyl* appellari, scribit *Humf. Lhuydus*. Germanis *Irlandt* nominatur, ab *Erin*, vel *Irin*, (omnes Britanni enim *E* pronunciant per *I* Germanicum.) & *landt*, quod regionem significat. Hos secuti *Hispani*, *Itali*, & *Galli*, *Irlanda* appellant. Hæc insula videtur à *Plutarcho*, in opusculo de facie in ore *Lunæ*, sub nomine *OGYGIA* fabulosè describi. *Rob. Constantinus* in suo lingua *Latina Supplemento*, vult eam *CERNE* à *Lycophrone* dici. Ego verò hoc vocabulo *Hiberniam* ab eo describi non putarim, sed eam potius eiusdem nominis insulam quam *Plinius* in *Æthiopico mari*, contra *Sinum Persicum*, adversam *Æthiopiæ* ponit. Hæc enim versus *Orientem*, sive, ut *Lycophron* dicit, versus *Auroram* est, cum *Hibernia* illis (inter quos *Lycophron*) qui in *Græcia* aut *Italia* degunt, versus *Occidentem* sit. Sed *SYLINÆ* insula, ultra *Britanniam* sita, meminit *Sulp. Severus*, in sua historia. an hæc *Hibernia* sit, an alia, ex aliis doceri cupio. *Iernem* *isegvis*, habet etiam *Orpheus* insulam; sed an eadem cum hac nostra *Hibernia*, alius disputandum relinquo.

HICTARIS, vide *HIPPARIS*.

HIDEKEL, vide *TIGRIS*.

HIDRIA, vide *HYDIA*.

HIERA, id est, *SACRA*, qua & *THERASIA* *Plinio* videtur insula iuxta *Siciliam* est: quam *Fazellus* *Vulcania*, *Leander* verò *Favagnana* vocat. Qui nescit duas esse *Hieras*, hic statim alterutrum horum duorum scriptorum errare sibi persuadebit; quod & mihi, ut ingenue fatear, contigit. Sed cum ex *Tabulis*, & recentiorum *Commentariis* didicerim *Vulcaniam* à parte *Septentrionali* *Siciliæ*, & *Favagnana* à *Meridionali* sitam esse; erit hæc *HIERA*, *ierà*, *Ptolemæi*, quam *Promontorio Lilybeo* opponit. Illa verò *HIERA* inter *Æolias* à cæteris numerata; quam à *Plinio* *THERASIAM* vocari suspicor. *Dom. Niger* *Hieram* *Ptolemæi* *Chelbo* à nautis dici scribit. an bene, videant illi quibus harum situs ex auctoribus & locorum *lustrationib.* con-

stat. De *HIERA* *Ptolemæi*, ut & meam sententiam his adiungam, videtur mihi in *Antonini Itinerario* *MARITIMA* dici, & hodie etiamnum *Maretamo*. Vide *AVTOMATE*, *MESOLA*, & *SPHERIA*. Consule etiam *SACER*, & *SACRUM*, quod idem significat.

HIERACON, vide *MOLYBODES*.

HIERÆNA, vide *ARENE*.

HIERA PETRA, *ierà πέτρα*, *Ptolemæo*; *HIERAPITNA*, *ierà πίτνα*, *Straboni* & *Plinio*: *Dion* *HIERAPYDNA* per *Y* & *D* habet. *Creta* insula urbs est. Hanc *Stephanus* antea *PYTNA*, *πύτνα*, *CYRBA*, *κύρβα*, & *CAMIROS*, *κάμιρ*, dictam scribit. *Sophiano* adhuc *Gierapetra* vocatur.

HIERAPOLIS, *ierάπολις*, *Cyrestica* regionis urbs est, in *Phœnicia*; *Ptolemæo*. *Halleppo* *Bellonio* dicitur. Vide *BAMBYCA*.

HIERASVS, *ierασ*, *Daciæ* fluvius *Ptolemæo*; quam *Mercator* *Pruth* appellat. Vide *PORATA*.

HIERAX, vide *ZAREX*.

HIRIA, *Lombardiæ* fluvius est *Diacono*, ubi *Maiozanum* occisum scribit. *Scrivia* hodie nominatur.

HIERICHO, civitas *Palaestina*, in *Tribu Benjamin*. Vocatur quoque *CIVITAS PALMARVM* in *Sacris Bibliis*.

HIERON, vide *PEVCE*.

HIERON OROS, id est *Mons Sacæ*; *Asiæ Minoris* ad *Pontum Euxinum* locus est; *Arriano* teste, in suo *Periplo*. Huius meminit *Xenophon* lib. 4. *Cyropædiæ*, dicitq; eius nomen *THECHES*, *θήχης*, esse.

HIERON OROS, *Ptolemæo* *Cretæ* insulae est *maritimum opidū*; quod *Pinetus* *Monte sacro* vocat. Nomen hoc fortè interpretari, non locum, est.

HIEROSOLYMA, *ierουσόλυμα*, urbs totius orbis terrarum primaria, & *Iudææ* metropolis. Hæc & *IERSALEM*, *SALLEM*, & *IEBVS* in *Sacris litteris* dicitur. *SOLYMA*, vel *SOLYMÆ* *pætris*. *ÆLIAM CAPITOLIAM*, *αἰλία καπιτωλία*, suo tempore appellatam, tradit *Ptolemæus* ab *Aelio Hadriano Imp. cæs. re-* *stauratore*, ut *Dion Cassius* addit. *Capitolis*

quoque apud Antoninum est. **ALGARI-**
X A eam nominat (quod sonat mons altis-
 simus) Eupolemon, lib. 9. cap. 4. Prepara-
 tionis evangelica Eusebii. Ann. Viterbiensis
 eam quadriurbem, sive tetrapolim factam,
 ex **SALEM**, **IEBVS**, **SION**, & **MO-**
RIA, scribit: cui accinit Ioannes Herol-
 dus, in sua Belli sacri continuatione subiun-
 git hoc de eius synonymis distichon:
 » Solyma, Luz, Bethel, Hierosolyma, Hie-
 » bus, Helia,
 » Vrbs sacra Hierusalē dicitur atq; Salem.
 Sed malè scribit Helia, pro Aelia. Petrus
 Laicstain in sua Palaestina dicit etiamnum
 Capitolina vocari. Nic. Nicolaius in suis
 Observationib. Orientalibus tradit eū à Tur-
 cis Cuzumobarech nuncupari. **Codsba-**
rich habet Pinetus. Idē videtur, sed corru-
 ptè. **Codsbarich** etiam apud Thevetum est,
 qui etiam eam à Turcis Lecoult dici addit,
 & utramq; urbem sacrā significare asserit.
Coz quoque habet Iosephus Barbarus.
HIERVVS, ἱερός, id est Sacer fluvius, Ptole-
 mæo Corsica insula est: Orbo fortè.
HILLEVIONES, vide **HELLEVIO-**
NES.
HIMANTOPODES, Aethiopia populi
 sunt, Pomponio: qui inflexi lentis curvibus,
 magis serpere, quam ingredi videntur. **LO-**
RIPEDES à Plinio quoque vocantur.
HIMAONVM, vide **PAROPAMISVS**.
HIMAVS, vide **IMAVS**.
HIMERA, vide **GELAS**, & **ISSA**.
HIPPADIS, ἱππάδος, Pelagus, Ptolemæo;
 pars Maris Rubri, iuxta Aethiopiam, post
 Aromata promontorium. **AZANIVM** vi-
 detur vocari à Plinio hoc mare. Archipe-
 lago di Maldivar, fortè.
HIPPAGRETA, vide **HIPPON**.
HIPPARIS, ἱππάρης, Pindaro Ode 5. Sici-
 liae fluvius: qui Ptolemæo **IPORVS**, ἱπώ-
 ρος, dicitur, eumq; ad Austrinam insule o-
 ram describit. **Vibio HICTARIS** quoque
 vocatur. Hodie Camarina dici, auctor est
 Fazellus. Leander eum Terra novæ, urbis
 vicina nomen tribuit.
HIPPI, vide **PARTHENIE**.
HIPPIA, ἱππία, Stephano Perrhebia urbs;
 quam etiam ab Hecatao **PHALANNAM**,

φάλασσα; & ab Ephoro **PHALANNVM**
 dictam scribit.

HIPPICI, ἱππικὰ ὄρη, Montes, Sarmatie
 Asiaticæ sunt, Ptolemæo. Mazarisci dicun-
 tur Ger. Mercatori. Vide **TAVRVS**.

HIPPVS, vide **HYPPIVS**.

HIPPO, Plinio, Mela. & Plutarcho, qui eam
 quoque **VIBO** vocari aiunt. **HIPPO-**
NIVM appellat Strabo. **VIORVM VA-**
LENTIA apud Ptolemæum legitur. ἑ-
 βον, & ἑλεντία, inquit Stephanus. Brutio-
 rum mediterranea urbs est. Maida dicitur
 L. Alberto; Monte Leone verò Barrio. Pro
 Hipponium puto apud Polybium lib. 3. malè
 ἱβώνιον, legi.

HIPPOBOTON, vide **ARGOS**.

HIPPOCYRA, ἱπποκύρα, Ptolemæo India
 intra Gangem urbes due sunt, huius nomi-
 nis altera maritima, altera mediterranea.
 Maritimam vocat Castaldus Onor.

HIPPON, ἱππών, Africa Propria urbs, cuius
 D. Augustinus episcopus fuit. Bona, Mer-
 catore teste, dicitur. Hippones duas in Africa
 ponit Strabo; alteram Utica proximam, al-
 teram Trito propinquiorem: ambas Regias
 vocat. Plinius verò, & Ptolemæus, unam
REGIAM, βασιλική, alteram **DIAR-**
RHYTON, διαρρύτος, cognominant. hanc
 Antonini Itinerarium **ZARYTHVM** co-
 gnominat mendosè, fortè. Appianus de bellis
 Punicis ἱππάρητα, habet: ex quo Hipponem
 Zaretum fecit qui eum vertit Gelenius.

HIPPONIATES Sinus, ἱππωνιάτες, Tyr-
 rheni maris, in Brutiis est, Ptolemæo. **NA-**
PITIVS, ναπίτιος, vocatur ab Antio-
 cho, apud Strabonem. **TERINÆVS** Pli-
 nio dicitur, teste Hermolao: item Thucydidi.
 Esse etiam **VIBONENSEM Sinu** apud
 Plinium, scribit Leander, & Barrius, qui
 eundem **LAMETIVM**, ab Aristotele
 nominari dicit. Mihi tamen diversos sinus
 velle designare Pliniū videtur, lib. 3. cap. 5.
 Hodie Golfo di S. Eufemia dicitur Pyr-
 rho Ligorio.

HIPPONIVM, Promontorium Lycophro-
 ni; hodie Sabronum vocari, in Calabriae
 regione, inquit Gab. Barrius. Vide **HIPPO**.

HIPPOPHAGI, vide **SCYTHÆ**.

HIPPORVM, Antonino Calabriae opidum:
 Hodie

Hodie Felum dici, scribit Barrius.

HIPPURIS, insula una ex Cycladibus Plinio. Vide ANAPHE.

HIPPVS, vide SIREON, & TRACHONES.

HIRA, vide MESOLA.

HIRMINIVM, Plinio Sicilia fluvius. Mauli, & Raguse dici, testatur Fazellus.

HIRPI, vide FALISCI.

HIRPINVM, Hirpinorum in Italia opidum, ut Blondus tradit. Id hodie Harpaia dictum, scribit Leander. qui hoc quoque HARPADIUM antiquis nominatum addit. Mihi ignotum est, ipse viderit. IRPINVM sine aspiratione apud Ciceronem est.

HISARCI, vide ISARCI.

HISPALIS Plinio, HISPAL Silio Italico, ISPVLA Philostrato est, (nisi fallit Latinum exemplar, Gracum namque mihi videre non contigit) ISPALIS, ἰσπάλις, Ptolemeo. Turdetanorum urbs est, in Hispania Batica, ad Batim fluvium, emporium nobile, & mercium Indiarum Occidentalium receptaculum. Sevilla hodie dicitur. Episcopus Gerundensis scribit eam à Strabone IVLIA ROMVLIA appellari. Hoc ignoro sed apud Plinium lego eam ROMVLENSSEM cognominatam. De Hispali hac ad me Ar. Montanus inde oriundus: Hispali nomen Phœnicum est, ex Spila, vel Spala deflexum, quod planitiem, sive virentem regionem significat; qualis eius territorium conspicitur. A Græcis verò addita est aspiratio: Arabes autem, quod P. litteram non habent, ob idq; pronunciare nequeunt, ferè ad nativam vocem referentes, Sbilla dixerunt. deinde Christianorum vulgus Sevilla, ut nunc, appellavit.

HISPANIA, quondam IBERIA, ἰβηρία, & HESPERIA, ἑσπερία, auctoribus Strabone, Plinio, aliisque, ἰσπανία, sine aspiratione, scribunt Ptolemeus, & Stephanus; qui eandem PANNONIAM, παννονία, vocat. CELTIBERIA quondam dicta fuit, teste App. Alexandrino. Hebraeis SEPHARAD dici, scribit Postellus. item Arias Montanus, in suis Commentariis in Abdiam, ubi etiam SPAMIAM à Chaldeis appellari addit. Iosephus tradit incolas à

Thobelo THOBELOS, θοβήλος, vocari. Ego SPANIAM, regionem hanc olim nuncupatam, dico in dictione IBERIA, quam consule. Orpheus videtur Hispaniam sub TERNESIÆ, τερνησία, nomine describere.

HISPANVM Mare, ab aliis IBERICVM, & BALEARICVM dicitur. Plinio lib. 3. cap. 5. Pars maris Mediterranei est; Hispaniam alluens, à parte Orientali, ubi Baleares insule.

HISPELLVM, Plinio Umbria opidum; quod hodie Spello, Fabricio & Leandro testibus. Hoc dicit Blondus PELLIVM à Plinio vocari ex mendofo, nisi fallor, codice. COLONIA IVLIA HISPELLA extat in quadam inscriptione antiqua, quæ habetur in Golizij Thesaurò. Græcis non aspiratur. Strabo enim ἐπείλλον; & Ptolemeus ἑπείλλον, unica L. legit. SPELLVM (ut hodie) vocat Hyginus de limitibus constituendis.

HISTI, vide SCYTHÆ.

HISTIAEA, vide ORÆVM.

HISTONIVM Plinio, sine aspiratione, ἰσβιον, scribit Ptolemeus. Leander hodie Gualsto di Aimone indigitat.

HISTRIA, Italia regio, & terminus, versus Dalmatiam. Quondam IAPIDIA dicta fuit, teste Plinio. Hodie Istria adhuc incolis: Histerepch Germanis.

HIVLCA, palus iuxta Cybelas, Pannonia Inferioris urbem; ut tradit Sex. Aurel. Victor, in vita Constantini Imp. Is lacus mihi videtur, qui Hungaris Balaton, Platse Germanis nominatur.

HOARACTA, vide ORGANA.

HOETINES, vide CARIA.

HOLANA, & HOLONA, vide OLANE.

HOLMIAM, vocant Latini iuniores Suedia regni metropolim & regiam. Incole Stockholm; Rutheni Stecolna appellant. Sigism. ab Herberstein.

HOLOTRONVS, vide VVLTVRNVS.

HOLSATIA, vide VVAGRI.

HOMALA, vide LYRNESSVS.

HOMATRINVS, vide HELVINVM.

HOMERITÆ, ὁμηρίδι, Ptolemeo Arabis

Felicis populi. AVZOMITÆ cognominantur Procopio, lib. 1. de bello Persico. Vide INDI.

HOMOLVS, vide OMOLE.

HOMOTHERMON, vide SYRACVSÆ.

HONORIAS, vide CAPPADOCIA.

HOPLIAS, ὀπλίης, fluvius qui apud urbem Bœotiae Haliartū, in fluvium Phliarum illabitur. Plutarchi tempore fuit ISOMANTVS, ἰσομαντος, dictus, ut ipse testatur in vita Lysandri.

HORÆVS, vide OREVM.

HORATII FLACCI VILLA, in Latio fuit. ubi nunc S. Ioanne in campo Horatio; Blondo teste.

HORBATII olim, nunc Crabatan, Germania regio. Lazius.

HORESTII, Tacito sunt Britannia populi. Hodie Merniam, & Anguliam Scotiae regiunculas occupant. ut Hector Boëtius tradit.

HORMIA, vide SELEVCIA.

HORMIÆ, vide FORMIÆ.

HORMINÆ, vide HYRMINE.

HORMINIVS, Ptolemaeo Bithynia mons, sed ORMENIVS, ὀρμίνιος, est in Græco.

HIPPIVS à Plinio dicitur. fortè quòd Hippus fluvius originem inde habeat. Videtur ab Appiano SCOROBAS, σκορόβας, vocari in lib. de bellis Mithridaticis.

HORSA, vide ORSARA.

HORTANVM, Plinio Tusciae urbs, quae Leandro Horti nominatur. ORTONA est Livio lib. 3. & BARTONA, βερτόνα, Halicarnasseo lib. 10.

HOSÆA, vide OSÆA.

HOSTIA, vide OSTIA.

HOSTILIÆ, meminit Tacitus lib. Annaliū 19. item Antoninus. Venetae regionis opidum hodie, ut Leander ait, Hostia dictum. Padum alluere scribit Plinius.

HVCVMBRAVICVS Marcellino, ZYMBRA Zosimi est. eumq; inter duo opida collocat, quorum nomina sunt Nisbara, & Nischanabe, quas Tigris dividit.

HYDRENTVM, vide HYDRVS.

HVL, vide ÆOLIS.

HVNI, vide VNNI.

HVS, cuius incolae Iobus fuit, ut Sacra testantur litterae. hac, ut docet Math. Beroaldus, regio Syria vel Arabia est quae dicitur SCENITIS.

HVSIPÆ, vide VSIPETES.

HYAMPOLIS, HYANTOPOLIS, & HYANTOS, vide ANEMOLIA.

HYANTIS, vide ÆTOLIA, & BOEOTIA.

HYASIS, vide OASIS.

HYBLA, ὕβλα, Siciliae urbs mediterranea, Ptolemaeo. Tres sunt Hybla in Sicilia, Stephano auctore. MAIOR, MINOR, & PARVA. Vnam harum TIELLAM, τίελλα, vocatam dicit, quam verò, non addit. Parvam HERAM, ἥρα, quoque nominat. Incolas maioris HYBLÆOS, ὕβλαῖοι, Parvæ autem GALEOTAS, γαλεῶτες, & MEGARENSES, μεγαρεῖς, appellat. Pausanias duarum meminit; unam MAIOREM, alteram GEREATIN, γερεάτις, nuncupat. Hybla Ptolemai, Misilli dicitur, Claudio Aretio iudice. Hybla Virgilij in Bucolicis vulgo AVOLA est, ut scribit in suo indice Erythraeus.

HYCCARA, ὕκκαρα, Thucydidi & Plutarcho Siciliae urbs est. Huius meminit etiam Athenæus, qui dicit locum nomē habere à genere piscium qui hyccæ vocantur. Fazellus scribit hodie desertam esse sed locum Garbolangi, & partem eius Carini nominari.

HYCSOS, vide IVDÆI.

HYDASPES, vide BIDASPIS.

HYDÆ, vide SARDIS.

HYDIA, ὕδρα, Siciliae opidum, Ptolemaeo: quod Nigro Fontana murata vocatur. Fazellus dicit eius hodie nihil extare præter turrin rotundam, & Cadra dici vulgo. Scia HYDRA ille habet, ex Latino fortasse Ptolemai codice, ubi Græci hoc loco Hydia legunt.

HYDRA, vide LYSIMACHIA.

HYDRALIS, fluviolus prope Constantinopolim. Belgrado hodie dictus, à vico prope eius ripam sito. Pet. Gyllius.

HYDRELA, vide CARIA.

HYDRVS, ὕδρως, Ptolemaeo; HYDRVNTVM Plinio, cui etiam HYDRVS est: sed di-

sed diversas urbes esse apud eum contendit Pinitianus. HYDRENTVM, vel HYDRENTVM per E in secunda scribendū, docet ex Galateo & marmorea inscriptione quæ Neapoli est, Becanus in sua Gallia. EOATYRVS est Hydron Italica, inquit Castiodorus, lib. I. Variarum, ad Theonem. Hodie Otranto nuncupatur. Urbs Calabria, ad Mare Ionium.

HYDRVSA, vide ACRA.

HYDRVSSA, vide ANDROS, CEOS, COS, & TENOS.

HYELA, vide VELIA.

HYETTOS, ὑπῆτος, Bœotia vicus; quem etiam ASPLEDONEM, ἀσπληδῶν, vocat. Stephanus.

HYGRIM, ὑγρεῖς, civitatem Sarmatiae Europææ, Ptolemæi; Sabardi vulgo appellari, credit Villanovanus.

HYLE, ὕλη, Phocensium colonia postea ELEA, ἑλεα, dicta. Suidas.

HYLEA, ὕλεα, Ponti regio; quæ aliis ABICA, ἀβικα, dicitur. ut Stephanus tradit. Hylea, ὕλαϊα, cum diphthongo scribitur ab Herodoto & Plinio. Hodie Podolia hoc tractu visitur.

HYLIAS, vide ÆSARVS.

HYLISSA, vide PAROS.

HYLLIS, peninsula, vel DIOMEDIS Promontorium Plinio; Liburnie, ad Mare Adriaticum: quod Cabo Cista hodie dicitur, Nigro.

HYLLVS, ὕλλος, Asia Minoris fluvius, in Hermum desfluens, Straboni quem scribit suo tempore PHRYGIVM vocatum lib. 13. circa finem. Phrygium eum quoque Livius vocat. Eundem SYRIACVM vocat Polybius.

HYLYCVS, ὕλυκος, amnis Argia, inter Hermionen & Træzenium. TAVRIVS, ταυρίος, quondam dictus fuit. Pausanias in Corinthiacis.

HYPACYRIS, ὑπάκυρις, & GERRHVS, γέρρηος, Scythia flumina sunt apud Herodotum. De quibus etsi nihil se affirmare scribat Pencerus; tamen ea flumina esse suspicatur quæ Desna & Sern nominibus, iuxta Czernigo opidū, in Pötum insusa, Carcinitem Sinum constituunt. Horum Pompo-

nus etiam meminit. Herodotus eundem etiam, ὑπάκυρις, per A, in penultima legit. Vide CARCINITES.

HYPÆA, vide STOECHADES.

HYPANIA, ὑπανία, Ptolemæo Elidia, in Peloponneso urbs. EPINA, ἐπινα, Straboni vocatur. Accumba nomine hodie utitur, si verum dicit Niger.

HYPANIS, ὑπανίς, Herodoto & Ptolemæo Sarmatiae Europææ fluvius. Ger. Mercatori Bog est. Hypanim Asiam ab Europa dividere, scribit Vib. Sequester si hoc verum est, idem erit cum Tanai fluvio. Vide BIBASIS, & ANTICEITAS.

HYPAPE, vide PYTHO.

HYPARCHVS, vide HYPOBARVM.

HYPASIS, vide BIBASIS.

HYPATOS, vide MVLONA.

HYPERBOREI, ὑπερβόρειοι, & RHIPÆI, ῥιπαῖοι, Scythia montes sunt apud Pomponium. Camenopoiias, id est, cingulum terra, eos vocat Mercator, in sua Europa. Vide RHIPÆI.

HYPERE, vide AMORGVS.

HYPEREA, vide CALAVRIA, & TROEZEN.

HYPERIA, & HYPERESIA, vide ÆGIRA.

HYPERNEIVM, vide NEIVM.

HYPHASIS, vide PHISON.

HYPHORMVS, vide ASTVRA.

HYPOBARVM, flumen India, quod Plinius ex Ctesia scribit, à Septentrione in orientivum Oceanum fluere, iuxta arbores electrum ferentes: à Ctesia HYPARCHVS, ὑπαρχος, vocatur addit q̄ sonare, omnia bona ferens: Plinius omnia vasa bona ferens, habet. Addam & hoc, præter institutum; has arbores apud Plinium Aphytachoras, apud Ctesiam siptachoras nominari. qua voce uter q̄, dulcem suavitatē significare prodir.

HYPOCHALCIS, vide CHALCIS.

HYPONEIVM, vide NEIVM.

HYPOTHECÆ, vide POTNIÆ.

HYPPIS, vide PARTHENIE.

HYPPIVS, ὑππιος, Bithynia fluvius Arriano, inter Sangarium & Lycum. simplici P, ὑπιος, scribit Stephanus. A Ptolemæo APATIVM, ἀπιον, vocari tradit Stuckius quod

mibi non constat. HIPPIVM, ἵππιον, sed per Iota ego apud eum lego. APLIVM habet exemplar quoddam Latinum; Argentorati impressum, 1520. Vide HORMINVS.

HYPSEA, Ὑψα, Siciliae fluvius, apud Ptolemaum qui Bilici, & Saracenis Belich dicitur; ut scribit Fazellus: Platina vocatur Leandro: sed malè legit Hispa.

HYPSELE, Ὑψιλή, Ptolemaeo Aegypti urbs est. HYSOPIS Antonini est, ut Simlerus scribit. apud quem quoque HISORIS, variata lectione habetur.

HYPSEPYLÆA, vide LEMNOS.

HYRCANI Montes, vide PHASIS & TAVRVS.

HYRCANIA, Ὑρκανία, Ptolemaeo Asiae regio. Hebraeis HADORAM nuncupari, dicit Montanus, in suo Apparatu biblico. Hodie Diargument vocatur, Mercatore teste; Casson Girava, Hyrach Erythraeo, Strava I. Maria Angiolello. D. Niger scribit à barbaris Gorgia, vel Corcan dici. Item ab ea parte qua Strava & Errit opida sunt, Melandra appellari. Hic non sum divinus.

HYRCANIA, metropolis regionis Hyrcaniae; à Scythis Carizath dici, scribit Thevetus.

HYRCANVM Mare, Ptolemao: quod etiam CASPIVM aliis auctoribus vocatur. Priscis scriptoribus creditus est Sinus, è Boreali sive Scythico Oceano, in interiores regiones irrumpens. Ab initio satis angustus, (inquit Strabo) intus autem dum progreditur, in latum se pandit. Pomponius illud trisariam dividit, inque tres sinus diffundi ait. contra os ipsum in Hyrcanum; ad sinistram in Scythicum; ad dextram in eum quem proprie, & totius nomine, Caspium appellant. Posteritas autem lacum in mediterraneis, & undique ab Oceano remotum, totiusque orbis maximum cognovit. Plurimis nominibus, inquit Plinius, accoliarum appellatum; celeberrimis duobus, Caspio & Hyrcano. Hodie non paucioribus (ni fallor,) indigitatur. A Rhutenis enim Chualenska morie vocatur. à Mauris Bohar Corsun, (vocabulo cum Sinu Arabico communi) quod mare clausum significat. Aliis praeterea no-

minibus, ut Bachu, vel Abachu, Sala, Cunfar, Giorgian, Terbestan, Corusum; pro vario gentium idiomate, aut regionibus illi appositis, nuncupari, ex Tabulis & scriptis peregrinationibus observavi. In peregrinatione Gistelij Tartaricum etiam & Albanicum eadem ratione dicitur.

HYRGIS, Ὑργίς, Scythiae fluvius, in Tanaim influens; Herodoto teste. Mercatori hodie Scofna dicitur.

HYRIA, vide LYSIMACHIA, SELEVCIA, & ZACYNTHVS.

HYRIVM, Ὑριον Ptolemaeo Apuliae Daunia urbs, in Italia. Haec HYRIA, Ὑρία, in Herodoto; VRIA, Ἐρία, Plinio & Straboni. Inde VRIAS Sinus apud Melam. Urbs hodie Rode; & Sinus Golfo di Rode vocatur, Nigro & Leandro testibus. VRIAM hodie Condoianum dici scribit Barrius. Vide eius Calabriam fol. 232. editionis Romanae. Vide PAROS, & ZACYNTHVS.

HYRMIINE, Ὑρμίνη, Elidis regionis opidum, Straboni quod & HORMINÆ, Ἐρμίνης, dicitur eodem teste. Idem Stephano, qui quoque HYRMINA, per A in fine habet.

HYSOPIS, vide HYPSELE.

HYSTOAS, vide CYNOSVRA.

HYTTENIA, vide TETRAPOLIS.

I.

IABADII, Ἰαβασίς, Insula .i. hordei, in Oceano Eoo est, secundum Ptolemaum. Nova Guinea videtur Gerardo Mercatori. Nigro Iava est, propter allusionem vocabuli fortasse. Quam Hispani hodie Novam Guineam vocant. Andrea Corsali Terra de piccinnacoli est.

IACCETANI, Ἰακκητῶν, Hispaniae Tarraconensis populi; apud Ptolemaum. Hic hodie Iacca urbs, ut censet Clusius. Idem LACETANI, apud Caesarem sunt, ut mat Ful. Vrsinus.

IACIACVM, vide LAVIACVM.

IADERA Colonia, Ἰάδρα, urbs in Illyridis ora maritima, Ptolemaeo. Zara hodie est, testibus Sophiano, & Favolio.

IADVA, vide GVTTALVS.

IAGATH, Ἰαγάθ, Ptolemaeo Mauritania Tingitana

Tingitanae urbs. quae Terga Castaldo.
I A L Y S V M Plinio, **I E L Y S S V S** Ἰηλυσσοί
 Ptolemao; Rhodi insula opidum, quod nunc
R H O D V S, inquit Plinius: sic etiam nunc
 hodie dici putat: etsi Niger scribat vicum esse,
 nomine Vxilica. **G A L I S V S** legitur apud
 Didymum Cretensem.
I A M A E, vide **S C Y T H A E**.
I A M B O L I insula, vide **C E R N E**, & **T A -**
P R O B A N A.
I A M I, vide **S C Y T H A E**.
I A M I S S A, vide **T H A M E S I S**.
I A M N A, Ἰάμνα, urbs Balearis insulae minoris,
 apud Ptolemaum. Civitadella, Episcopo
 Gerundensi.
I A M N E T O R V M Portus, vide **A C C A -**
R A N.
I A N A S V M, vide **F L A V I V M B R I -**
G A N T I V M.
I A N I C V L A, vetus **T V S C I A E** nomen,
 Leandro. Vide **I T A L I A**.
I A N I C V L E N S I S Pons, Urbis Romae.
 Ponte Xisto hodie dici, scribit Barthol.
 Marlianus.
I A N I C V L V M, vide **A E N E I A**, & **A N -**
T I P O L I S.
I A N V A, vide **G E N V A**.
I A N V S, vide **A L B V L A**.
I A O N I T A E, vide **I B A E I**.
I A P O D E S, Ἰάποδες, Straboni, **I A P Y D E S**,
 Ἰάποδες, Ptolemao: Illyriae populi sunt; qui
 hodie Cranaer videntur; Austriae Principi-
 bus subditi. Ex Lazij Tabulis sic colligo. Vi-
 deo hoc vocabulum indifferenter apud au-
 ctiores per **Y** & **O** in secunda syllaba scribi.
I A P Y G I A, **S A L E N T I N A**, **P E V C E -**
T I A, **M E S S A P I A**, **A P V L I A**, **C A -**
L A B R I A; synonyma sunt illius Italiae
 chersonesiae quae Orientem spectat. Hodie haec
 Puglia vocant. Quondam **M A G N A**
G R A E C I A quoque dicta fuit. sed hoc no-
 mine altera etiam chersonesus comprehen-
 debatur, quae Meridiem respicit. Haec ex
 Ant. Galataei Iapygiae descriptione. Hanc I-
 pygiam prius **D A V N I A M**, deinde **M E S -**
S A P I A M dictam, scribit Polybius, lib. 3.
 Sed neque hic omittendum duco, quod Isa-
 cius in Lycophronem prodit; **M E S A P Y -**
G I A, μεσαπύγη, inquit alio nomine **I A P Y -**

G I A, Ἰαπύγη, postea **S A L A T I A**, σαλα-
 τία, postremo **C A L A B R I A** nominata
 est. Idem alio in loco addit eam **V A L E N -**
T I A M nuncupatam.
I A P Y G I V M Promontorium, ut Ptolemaeus,
 vel, ut Plinius habet, **A C R A I A P Y G I A**.
 Idem à Ptolemaeo quoque **S A L E N T I -**
N V M, σαλεντίνον, dicitur. & Plinius addit
 hic Italiam longissimè in maria excurrere.
 Pomponius **S A L E N T I A T U M** (nisi locus mu-
 tilus sit) vocat. Cabo de S. Maria appella-
 tur **L e a d r o**: Stalatum indigenae appellant,
 inquit Barrius.
I A P Y X, vide **B A R I V M**.
I A R A H, apud Sacros scriptores comprehen-
 dere **A R I A M**, & **A R A C H O S I A M**,
 tradit Montanus, in suo Apparatu Biblico.
I A R D A N V S, vide **A C I D A S**.
I A R G A N V M, Ἰάργανον, Phrygiae Magnae
 promontorium, Ptolemaeo. Cabo de S.
 Mariae hodie est. Sophiano & Bellonio au-
 ctoribus.
I A R S A T H, Ἰαρσάθ, Ptolemaeo Mauritaniae
 Casariensis urbs. Tedelez Castaldo.
I A S, Ἰάσ, Illyriae pars; quae & **I O N I C A**, Ἰω-
 νική, dicitur; Stephano teste. vide **A C H A I A**.
I A S O N I V M, locus iuxta Constantinopo-
 lim, qui Graecis **D i p l o c i a n a**, Turcis **B i s i t a s**.
 Pet. Gyllius.
I A S O N I V S, vide **T A V R V S**.
I A S V S Plinio, **I A S S V S**, Ἰάσ, & Ptolemaeo,
 Cariae opidum, quod S. Pierro Pineto. Et
 inde **I A S I V S** Sinus Plinio, Golfo di S.
 Pierro, eodem Pineto. Vide **A R G O S**.
I A T I N V M, Ἰάπνον, Ptolemaeo Meldarum ci-
 vitas, in Gallia Lugdunensi. Meaulx verti-
 tur à Villanovano.
I A T R V S, vide **A T H Y R A S**.
I A V A N, vide **I O N I A**.
I A X A M A T A, vide **S C Y T H A E**.
I A X A R T A, Ἰαξάρτου, Scythiae populi, Pto-
 lemaeo. Horum sedem Barbaris Turche-
 stan vocari, ait Niger. Idem alius, Tur-
 ciam Veterem dici scribit. & hinc, quos
 hodie Turcos vocamus, produsse existimat.
 Atque hos ipsos esse, quos Plinius & Mela
T V R C A appellant, & ad Meotidem pa-
 ludem ponunt. Vide **S C Y T H A E**, **T V R -**
C A E, & **V N N I**.

IAXARTES, ἰαζάρτες Ptolemaeo Sogdiana, Asiae regionis fluvius. quem Arrianus & Suidas **TANAÏM**, τάναις, appellant: & quem Scythae **SILYN** vocant, teste Plinio. **OREXARTEM** eum nuncupat Plutarchus, in vita Alex. Magni: & **ORKANTEM**, ὀρξάντην Arrianus, ex Aristobulo. & **ARAXATES** Ammianus. A solis Bactris Iaxartem nominari, scribit Solinus. Chesel hodie dici, ex Tabulis colligo. Bonfinius tradit eum à Scythis Schyttim; & Niger à Barbaris Organz indigitari. Vide **SILYS**.

IASABATÆ, vide **SARMATIA**.

IAZYGES, ἰάζυγες, Straboni ultra Germaniam versus Orientem populi sunt. Wernherus putat hodie eos esse qui Iaz vocantur. habent peculiarem & aritam linguam. **IAZYGES METANASTÆ**, μιστανάσται, appellantur à Ptolemaeo. Horum regionem nunc Cumanorum campus dici, scribit Niger. **IAZYGES BASILIOS**, βασίλειοι, etiam habet Strabo, lib. 7.

IBÆI, ἰβῆαιοι, qui & **IBENI**, ἰβήνιοι, Gallie populus, Stephano. Item **IBENI** Lydiae gentes, qui etiam **IAONITÆ**, ἰαωνῖοι, vocantur. eodem.

IBERIA, ἰβηρία, Asia regio; quam Ptolemaeus etiam **CAUCASVM** appellat. Strabo lib. II. quoque, **ALBANOS** & **IBERES**, Caucasios posse dici, scribit. Ioannes Tzetza addit **ABASCOS**, ἀβασκοί: dicit enim Iberes, Abasgos & Alanos unum genus esse. Stephanus videtur eos **ILARAVGATAS**, ἰλαραυγάται, appellare. A Plinio & Meli **GEORGI** nominantur. Et hodie Georgiani dicuntur. Gargania apud Aethicum sophistam nominatur. A Persis tamen Gourons vocari, dicit aut fingit Thevetus. Hanc Iberiam quondam **PANAM**, πᾶνα, à Pano huic regioni à Dionysio praefecto, vocatam, postea à iunioribus **SPANIAM**, σπανία, dictam, scribit ex Sosthene, Auctor de Fluminibus & montibus, Plutarchus. Si fides huic auctori adhibenda sit; ego dixerim Hispanos, quos ex hac Iberia originem habere, classicorum ferè omnium scriptorum testimonio, constat, ab hac Spania potius, quam ab Hispalo, ut quamplurimi affirmant, nomen sortitos. Neque

enim ipsi suam regionem Hispaliā, sed Espaniam, patria lingua vocant, quasi Spaniam. nam E litteram, vocabulis Latinis abs incipientibus preponere, Hispanicum vulgus cum Gallico commune habere, patet in dictionibus Schola, Scala, Scamnum, Scutum, Species, scribere, studere, aliisq; innumeris quibus E preposito, suis dialectis familiaria reddunt. Nam & D. Eulogius, qui ante septingentos annos scripsit, eam non Hispaniam, sed Spaniam vocat: quod monuit, (qui huius vitam edidit) Amb. Morales. Arias etiam Montanus hanc Iberiam Asiaticā in Sacris litteris sub nomine **THYBAL** describi, atque hinc profectos Hispanos, qui Europæ ultimam partem versus Occidentem occupant, testatur in suo Apparatu Biblico. Nisi quis cum uno Prisciano malis hos ex Hispania in Iberiam transmigratos, somniare, atque ab his, Iberiam Spaniam dictam; & non à Pano Paniam, affirmare. Hanc nostram coniecturam doctioribus libenter dispiciendam proponimus. Vide **HISPANIA**.

IBERVS, ἰβήρ, & Ptolemaeo & aliis Hispania fluvius celebris qui inter Pyrenaeos & Idubedam montes, aequo ab utroq; disunctus spatium, fluit. Ebro hodie vocatur. Est fluviolus in Baetica, quem hodie Rio Tinto, & Azche vocant; eundem olim quoque **IBERVVM** à scriptoribus appellatum, tradit Florianus à Campo.

IBI, ἰβιοι, Indiae gentes, quas credunt ab Hercule originem habere, ibidemq; ab eo relictas, cum Aornum petram expugnare frustra tentasset, ut refert Diod. lib. 17. **SIBI** Orosio sunt, lib. 3. cap. 19.

IBIS, vide **OASIS**.

IBITTI, vide **VITÆ**.

ICARIA, ἰκαρία Ptolemaeo, **ICAROS**, ἰκαροί, Stephano; cui etiam **DOLICHE**, δολίχη, **MACRIS**, μακρῆς, & **ICHTHYOESSA**, ἰχθυόεσσα, dicitur. idem illi contestatur Plinius, Apollodorus, & Athenaeus. **PERGAMVM** vocatam, antequam Icarus in eam praecipitatus esset, scribit Camerarius, in suis Commentariis Homericis. Maris Aegæi insula est, quæ hodie adhuc Icariae nomen retinet; ut Sophianus ait.

ICARIVM, ἰκάρειον, insula Sinus Persici, Euphratis ostiis obiacens. Describitur à Strabone, lib. 16. & ab Arriano, lib. 7. **ICHARA**, ἰχάρα, dicitur Ptolemæo. sed extra verum situm hic ponit, & eius loco Apphana habet, malè. **MESSANA** videtur eam Dion vocare: Inde, ut ego conijcio, Messanites eius sinus apud Stephanum, & etiam Ptolemæus Latinus, et si Græcus Madisanites habet. Cerge fortè hodie.

ICARIVM Mare, pars Maris Aegæi: Ptolemæo & aliis. Mar di Nicaria, Castaldo nomen habet.

ICCIVM, vide **ICIVM**.

ICCIVS Portus, Casari, Caletium populorum in Gallia Belgica navale, ut Strabo scribit sed **ITIVM**, ἰτιον, legit: & sic etiam haberi in manuscriptis Casari Commentariis tradit Fulvius Ursinus. Hodie Cales est, ut Lbuidus ostendit. Cales quandoq; Petresse vernaculo vocabulo vocatam, scribit Petrus Oudegerst, in suis Flandriae commentariis. Sunt qui S. Odomari urbem olim Icium portum fuisse credunt, persuasi ex loci situ, qui cum valde humilis sit, præaltis tamen littoribus, quæ urbem quodammodo cingunt; & sinum maris olim capacissimum fuisse indicant, & vetusto urbis nomine, quo Sithieu vocatur; quasi dicas Sinus Ithij. His, hoc de meo addam, distantiam quæ est ab hoc opido ad proximum Britannie insule continentem, ad amussim cum CCCXX. stadiis, quæ illi Strabo lib. 4. tribuit, hodie quadrare, tot namq; stadia, XIII. milliaria nostratia efficiunt, quæ in hac distantia computantur. Plinius hanc intercapedinem quinquaginta millium passuum facit; quæ Dion lib. 39. sex millibus auget. In Appendice quam Had. Iunius ex nostro Theatro Nomenclatori suo adiecit, legitur Iccium portum Fregellas à Floro nominari quod ad eò à veritate alienum est, ut potius credam hoc ab aliquo operario aut scriba huic Appendici insertum, quàm à Iunio annotatum.

ICENI, Tacito Albionis sive Britannie insule populi sunt. Essex Lbuidus interpretatur. Nortfolkmen sunt Lelando, uti ex Antonini Itinerario colligit.

ICESIA, ἰκεσία, Ptolemæo est insula iuxta

Siciliam quæ Panaria vocatur Fazello, Saline Nigro. Vide **DIDYME**.

ICHARA, vide **ICARIVM**.

ICHNVSA, vide **SARDINIA**.

ICHTHYOESSA, vide **ICARIA**.

ICHTHYOPHAGI, vide **TROGLODYTÆ**.

ICHTYS, ἰχθύς, Peloponnesi promontorium, Ptolemæo: Iardan vocari, dicit Thevetus.

ICIVM, ἰκίον, Ptolemæo promontorium Gallie Belgie è conspectu Cantij, Albionis promontorij. Blanckeneest est Becano. **ICIVM** duplici CC, malè scribunt recentiores Latini.

ICONIVM, ἰκόνιον, Cappadocia urbs, Ptolemæo, in Lycaonia præfectura. Cogni Belonio vocatur: Gognia scribit Postellus.

ICOSIVM, ἰκόσιον, Mauritania Casariensis urbs, Ptolemæo. Orano, Nigro: Acor, Castaldo est.

ICTA, vide **VECTIS**.

ICTOMVLVM, vide **LAVMELLVM**.

IDA, ἰδῆ, Troadis mons Ptolemæo, Paridis iudicio ceber. Huius cacumen tradit Strabo & Macrobius **GARGARVS**, γάργαρα, vocari. Idem dicit Plutarchus, in libello de montibus. Stephanus eius verticem **PHALACRÆ**, φαλακρά, dici scribit. At idem addit omnia montium iuga Phalacras nuncupari.

IDA, Ptolemæo Creta insule mons. **IDÆVS** Mons, Plinio dicitur. Hodie, Petro Belonio teste, Psiloriti vocatur.

IDÆA, vide **CRETA**, & **TROIA**.

IDÆI DACTYLI, vide **CYRETÆ**.

IDÆVS Sinus, quem alij, teste Strabone, **ATRAMYTENVM** vocant; pars Maris Aegæi est, inter Mysiam Asiae Minoris, & Lesbium insulam.

IDANVSA, vide **OEASO**.

IDEESSA, ἰδέσσα, urbs in confinio Colchidis & Iberie; quæ olim **PHRIXIVM**, φρίξιον, vocabatur; auctore Strabone.

IDOTHEÆ Specula, vide **PHAROS**.

IDRIAS, ἰδριάς, urbs Carie; quæ antea **CHRYSAORIS**, χρυσαορίς. Sic Stephanus: qui alibi **ADRIAN**, ἀδριάς, Carie urbem habet, prius **CHRYSAORIN** dicitam. Idem etiam **HECATESIAM**, ἑκατησία, Carie, **IDRIAM** appellatam tra-

dit. Pausanias lib. 5. sic STRATONICA eodē nomine urbs & regio CHRYSORIS nuncupata est. Nisi loca apud Stephanum corrupta fuerint; erunt Jdras, Adrias, Chrysaoris, Hecatesia, & Stratonica, unius Cariæ urbis synonyma. Vide CARIA.

IDVBEDA, ἰδύβηδα Ptolemæo mons Hispaniæ est. Hunc hodie Saltum Aucensem ab Auca urbe antiquissima, cuius vestigia cum nomine adhuc visuntur, nominari, scribit Nebriffensis. Accuratius videtur eum describere Olivarius, in Melā: Is enim dicit eum à Pyrenæis ad Portugalliam promitti: & primum ubi à Pyrenæis egreditur, Hispanicè vocari Sierra datiença, deinde Sumo fierra, tum Puerto de la tablada, postea Palomera d'Avila, Puerto de Guadarama, inde Puerto del Colmenar, hinc Puerto del Pico, postremo Puerto de Tornavacas. Inde in Portugallia promontorium facit, quod nominant Monte de la Strella. Plinio Flumen Hispaniæ est, quod Navagierus conijcit nunc Zema vulgo dici, sed non affirmat. Beuterus interpretatur Riu de Millas. Pintianus legit VDI-BA apud Plinium. Tarapha Plinij IDVBEDAM. pro urbe, hallucinans, intelligit: dicitq; hodie Vbeda vocari quàm bene, iudicent peritiores.

IDVMÆA, ἰδύμωα, regio ab Occidua parte Iordanis. Hæc, ut Iosephus perhibet, GOBOLITIS, γοβολίτις, & AMALECHITIS, ἀμαληχίτις, est appellata. γομολίτω, vocantur Stephano.

IDVMANIA, ἰδύμανία, Albionis insula annis, in tractu Orientali. Hierus, nunc.

IELLEIA, ἰέλλεια, urbs est Straboni, inter Genuam, & Placentiam. Stradella Mario Nigro est.

IELYSSVS, vide IALYSVM.

IERABRICA, Antonino Hispania urbs; inter Olyssipponem, & Scalabim. Nonnulli GERABRICA legunt. Alanquera videtur Resendio, ut Vaseus inquit, in suo Hispaniæ Chronico. Idem asserit Varrerius.

IERNA, vide ARTABRVM, & HIBERNIA.

IESRAEL, civitas tribus Iudæ: creditur nunc Zerecin, ut ait Postellus.

IETAS, urbs Sicilia, quam Silius lib. 14. cel- sam cognominat. Incole IETENSES, apud Pliniū. Fazellus lato vocari hodie ait.

IGÆDITA, Lusitania urbs olim fuit, ut antiqua monumenta declarant, inquit Vaseus: qui addit hodie vicum obscurum esse, nomine Edania. Varrerius dicit vulgò Idanhas dici, & novo Latino ODONIA.

IGIIGILI, vide THABRACA.

IGINIVM, Pomponio est Maris Tyrreni insula. Rutilio IGIIVM dicitur. Gighio vocatur Leandro & Nigro: sed hic per z auspiciatur recens vocabulum: Italis enim uterq; character eodem sono pronunciat.

IGMANVS, SIGMANVS, ἰγμανός, habet Græci codices, Ptolemæo Gallia Aquitana fluvius est. Lera hodie esse putat Navagierus: inter enim Aturiū & Garumnam, quo Ptolemæus hunc Sigmanum describit, alium quàm Leram non deprehendit.

IGNETES, vide GNES.

IGVINI populi Plinio, quorum locus à Ptolemæo ISVVIVM, ἰσβίον, dicitur. INGINIVM fortasse Siliij est. Umbria opidum est, quod Leander Eugubio vocat. Dominicus Niger vult hoc Eugubium, ΕΥΦΙ- CVM, ἰσφικον Ptolemæi esse.

ILARAVGATÆ, vide IBERIA.

ILEBERNIS, vide ILYBIRIS.

ILERCAONES, vide ILERGETES.

ILERDA, ἰλερδα, Ilergetum urbs, Ptolemæo, in Hispania Tarraconēsi. Lerida est Vaseo.

ILERGETES, ἰλερσέτες, Hispaniæ Tarraconensis populi, Ptolemæo. Idem sunt Fulvrisino cum iis qui Cesari ILVRGAVONENSES dicuntur. Hos esse ILERCAONES Livij, autumat Glandorpius.

ILIACVS, vide CHELONITES.

ILIBERI, vide ILLIBERIS.

ILIENSES, Plinio Sardinia populi: quos Pinetus Ilena interpretatur. Hermolæus putat à Strabone & aliis IOLAENSES, ἰολαῖτι dici.

ILINGÆ, ἰλινγῶν Ptolemæi, & ELISII Taciti, idē sunt populi in Germania, ut Pencerus annotavit, qui hodie Schlesier creduntur.

ILIPA, Hispania Batica urbs, Livio & Plinio; quā ITALICAM cognominat. Ptolemæo quo-

meo quoque ἰταλικά est. Vaseus scribit sibi non constare que sit; tamen si illi nonnulla suspicio sit, fuisse illam que hodie Niebla dicitur. Amb. Moralis putat olim ibi locum fuisse qui nunc cum magnis ruinis Sivilia veja, id est Hispalis antiqua, appellatur; qui ei urbi panè ex adverso opponitur.

ILLIPVLA, vide ILLIPVLA.

ILLIVM, ἰλίων, que à Poëtis interdum TROIA dicitur. Asia Minoris urbs, & Troadis regionis caput: Decennali quondam obsidione clara. A Troianis ACTAM, ἀκτὴν, vocatam scribit Stephanus. Ilium tempore Strabonis nō extabat; sed locus tamē adhuc ILLIENSIVM pagus dicebatur. Troia hodie appellari, tradit Sophianus. Ilium etiam montis nomen est, Laconica regionis: auctore Pausania. Vide TROIA.

ILLERIS, vide ILLYBERIS.

ILLIBERIS, ἰλλίβερῖς Ptolemao Turdulorum urbs mediterranea, in Hispania Tarraconēsi. ILLIBERI, quod LIBERINI, inquit Plinius. Granada hodie à multis aestimatur. Vaseus autem scribit Granatam recentiore esse Illiberi; atque ab ea duabus leucis distare. Cui Amb. Moralis assentitur: is enim dicit Illiberim non longè ab urbe Granada fuisse, in eo colle nempe, qui nunc Elvire mons appellatur. ELIBYRGE, ἐλιβύργη, habet Stephanus. Episc. Gerundensis vult Illiberim hac etate Almaria vocari. Vide ELIBERRI.

ILLICI Plinio, ILLICIAS, ἰλλίκιας Ptolemao, Contestanorum urbs maritima, in Hispania Tarraconensi. ILLICE habet Mela. Alij Alicante, alij Elche vocant, inquit Vaseus. Hanc Mele Illicen, Pintianus putat ILLICITATIVM, ἰλλικιτάτ & Ptolemai esse.

ILLICITATIVS, vide ILLICI.

ILLIPVLA Magna, in Hispania Batice, Turdulorum urbs; apud Ptolemaum. ἰλλίπυλα μεγάλη, Granata est Episcopo Gerundensi. Plinio LAVS cognominatur. Sed quod hic addere libet; est apud Plinium etiam ILLIPVLA Minor; sic enim simplici L utramque scribit; cum Ptolemaeus utrasque duplici pingat. ILLIPVLA simplici L. apud Ptolemaum, nomen montis in Batice est.

Ambrosius Moralis hoc Batice opidum eo loco situm fuisse putat, quo nunc non admodum magnum. Penflor dictum, medio ferme itinere inter Cordubam & Hispalim videmus. Idem addit nummū per vetustum vidisse in quo legebatur MVNELEPLA.

ILLITVRGIS, Hispania urbs Plinio, cui FORVM IVLVVM cognominatur. Polybij. ILLVRGIA, ἰλέργεια, est ut Hermolao videtur. Aldea el rio, Clusio est; Andujar Floriano; Iacn verò Beutero, et Methymneo. Vide ILLVRGIS.

ILLVRCIS, vide GRACVRS.

ILLVRGAVONENSES, Aldus tradit in vetusto Commentariorū Casaris libro LVRGAVONENSES legi, prima detracta syllaba. Vide ILLERGETES.

ILLVRGIA, vide ILLVRO.

ILLVRO, Tarraconensis Hispania fluvius; ut mihi Ar. Montanus auctor est. qui eum à quibusdā Badallona interpretari ait. Plinius lib. 3. cap. 3. huius meminit. sed opidi, non fluminis nomen apud eum videtur. Apud Melam quoque lib. 2. opidum est. Pintianus scribit DILLVRON, διλλέρων Ptolemai, esse ILLVRGIA, ἰλέργεια, Stephani. Vide ELORONENSIVM, & ILLITVRGIS.

ILLYRICVM Plinio, ILLYRIS, ἰλλυρῖς Ptolemao, ILLYRIA Stephano. longè lateq; patens Europa regio, apud Geographos: Plinio tamen non ita: is enim eam inter Arsam & Tizium flumina constringit. Ea Plinij, posset hodie Sclavonia indigitari Italicè, & Windenlandt Germanicè. vide PANNONIA.

ILVA, ἰλῶα, Ptolemao & Plinio, qui dicit eam à Græcis ÆTHALIA, αἰθάλια, vocari. Maris Tyrrheni insula est, qua hodie Elba, ut Leander & alij docent. Ilva & Æthalie, Ptolemao & Straboni diversa sunt; sed non extra errorem; quod Victorius annotavit. Vide ÆTHALE.

ILVATES, vide HELVII, & LITVBIVM.

ILVRCIS, vide GRACVRS.

ILVRGIS, ἰλῆργῖς Ptolemao Hispania Batice urbs: ILYRGIA, ἰλυργία, est apud Appianum. ILLITVIRGI à Livio nomi-

nari, non dubito. Villanovanus scribit eam hodie Illora dici, & Plinij FORVM IVLLII esse. sed hanc non vocat Plinius Ilurgim, at Illiturgim. de quo vide superius.

ILYBIRRIS, ἰλυβίρρις, Gallia Narbonensis fluvius, apud Strabonem. Ptolemao ILLERIS, ἰλλέρις est. Athenaeo est ILEBERNIS, ἰλεβερνίς. Eundem esse cum THICIS Mela, & hodie Tec dici, docet Varro. Vide ELIBERRI.

ILYRGIA, vide ILVRGBIS.

IMAVS, ἰμάς, Straboni pars Tauri Montis, ad Mare Eoum. contestantibus Plinio et Orofio. EMAON, ἤμαον, Arriano dicitur. SEMANTHINI Mōtes Ptolemao sunt. Ger. Mercator Idifa interpretatur, cuius Paulus Venetus meminit, argentiq; fodinas in eo esse scribit. Iac. Castaldus Altaï putat, ubi omnes Tartaria Imp. sepeliuntur. Bapt. Ramusius hunc Altaï eūdem esse putat cum Belgian monte, in quo Haythonus Tartaros habitasse ait. Hic Imaus mons videtur Postello SEPHAR, cuius in Sacris litteris memoria est. IMAVS Ptolemaï ab hoc Imao longè alius est. nempe qui ex radicibus Tauri exoriens, & usque ad Mare Glaciale progrediens, Scythiam (quæ ab eo Intra & Extra Imaum, cognominatur) bifariam dividit. hunc ab accolis Dalanguer & Nāgracot appellari tradit. Huius Imai promontorio (si in remotissimis mihi quoque divinare lubeat) videntur Altaï et Belgian recentia nomina quadrare. IMAVM Montem aestimat Montanus in suo Apparatu Biblico ABIMAEEL Hebrais nūcupari. Thevetus Imaum Copizath ab Indis nominari dicit. Vide SEPHER, & TAVRVS.

IMBRASIA, & **IMBRASVS**, vide SAMVS, & PARTHENIVS.

IMBRINIVM, (ita vocant locum) inquit Livius, lib. 8. in Samnitio est. SIMPRIVIVM dici, à Tacito & Silio, scribit Hermolaus. Ego video nonnulla Taciti exemplaria SIMBRVINVM legere. SIMBRIVIVM video etiam apud Silium, lib. 8.

IMBRVS, Plinio Maris Aegæi insula. Sophianus Lembro vocat.

IMERA, vide GELAS.

IMPARA, vide ABDERA.

IMPERATORIA Vrbs, vide SALACIA.

INACHIA, vide PELOPONNESVS.

INACHIVM, vide CORYPHASIVM.

INACHVS, ἰναχός, Argia regionis fluvius, in Peloponneso, apud Ptolemaum. Antea CARMANOR, καρμάνωρ, dictus fuit, & HALIACMON, ἑλίαςκμων, ut scribit Auctor de Fluminibus. ARGIVM quoque vocatum, ab Aeschilo & aliis, tradit Pausanias. Planizza hodie appellat Sophianus, et Nic. Nicolaius.

INACHVS, Bœotia fluvius est, apud Eleonem urbem. qui postea SCAMANDER, σκάμανδρος, dictus est; auctore Plutarcho, in Questionibus Græcis.

INALIÆ, vide SCIATHVS.

INALPINI, vide EBRODVNTII.

INARIACIVM, ἰναριακίον, unum ostiorum Danubij. quod ab Apollonio Rhodio ARECOS, ἄρηνκος, vocatur: NARCYSTOMA Ammiano. Inter hoc & alterum quod Calon dicitur, idem Apollonius Peucen insulam describit: parum à Ptolemaï traditione distantem.

INARIME Virgilio, ARIMA, ἄριμα, Homero, ÆNARIA Plinio, qui eam PITHECVSA Græcis dici, addit. πῆθηκυσάωσι, Stephano, duplici s scribitur: cui suffragatur App. lib. 5. Civilium. Hodie Ischia, Hermolao, Volaterrano, Fabricio, & Erythrao quem consule, in suo Indice Virgiliano. ubi docet contra Plinium, & eius Castigatorem Hermolaum, hanc insulam non Inarime, sed Arime ab Homero vocatā. Virgiliumq; primum fuisse, qui Arime cum εἰν, Ionum prepositione, iunctim legerit. Maris Tyrrheni insula est, in Sinu Puteolano.

INCIBILI Livio, Hispania urbs. quam Florianus Chelva subdubitans vocat. Valentie regni est.

INDI primum SABÆI, deinde etiam HOMERITÆ appellati fuere, inquit Nicephorus Calistus lib. 8. cap. 35. eosq; verò in Arabia Felice ponit.

INDI fluminis ostia septem describit Ptolemaus, eaq; ex Occidente Orientem versus his nominibus enumerat: SAGAPA, SINTHON, CHRYSVM, id est Aureum,

rum, CHARIPHON, SAPARAGES, SABALASSA, & LONIBARE, σίνθω, χρυσόν, χάλκιον, σαπαράγης, σαβάλασσα, λωνιβάρι. Hæc eodem ordine sic interpretatur Thevetus, his novis nominibus, Cachar, Habinacth, Thalebnoch, Kerim, Bydlin, Anakelt, Lombura. Indum fluvium septem habere ostia nemo veterum (quod sciam) prodit, præter Ptolemæum & unum Arrianum, in Periplo suo maris Rubri: Dionysius enim, Pomponius, Strabo & Arrianus libro 5. & 6. historiarum Alexandri, duo tantum illi ostia ascribunt: idem Lusitani, qui hodie has partes navigant, attestantur. Si hodie tantum duo sint ostia, mirum quis Deus Theveto eorum septem vocabula revelaverit? an somnia fortasse narrat?

INDIA, Ἰνδία, Asia maxima regio, & nobilissima. Hanc Ptolemæus in duas dividit, in Indiam nēpe Intra, & Extra Gangem, cognominatam. INDIA intra Gangem Indostan ab incolis vocari, auctor est Ioannes Barrius, testis oculatus, & ut ita dicā, duritus: ut qui in hac India aliquot annis Proregem Lusitaniæ egit. INDIA extra Gāgem, HEVILA, vel, ut alij scribunt, HAVILATH, aut EVILATH, in Sacris litteris dici putatur. Macyn aut Magyn ab incolis appellari, scribit Niger. Idem subiungit, ex Aegypto in Indiā navigantibus, eam in tres partes dividi, in Inferiorem, Mediam, & Superiorem. Inferiorem, quæ est à flumine Indo ad Barium amnem, Caiserat nominari: Mediam, quæ hinc ad alium fluvium nomine Chaberim, extenditur, Minibar: Superiorem, Maabar; quæ à Chaberi ad Gangem fluvium exporrigitur. M. Paul. Venetus tradit suo etiam tempore, in tot partes distinctam sed hic Maiorem Malabar; & Mediam Abascia nuncupat. Minorem peculiari vocabulo non indigitat. Indiā Plinius tertiam Orbis partem vocatam, ab Alexātri comitibus, qui eam subegerant, testatur. Neq; hodie minore Orbis terrarum partem eo vocabulo comprehendit, certiū est: Antiquorum enim has Indias, unā cum tota ferè nuper inventa America, Hispani Indias vulgo nominant. Vide ATLANTIS.

INDICA, Ἰνδική, Iberiæ urbs: ad montes Pyreneos: quam dicit Stephanus ab aliquibus BLABERVRA. Βλαβερά, vocari.

INDVS, Ἰνδός, fluvius Asiæ nobilissimus, septem ostiis in Oceanum erumpens. Hunc SANDVM ab incolis vocari, scribit Plinius. SINTHV M, σίνθω, eum vocat Arrianus in Periplo Maris Rubri: quo nomine unum ostiorum eius indigitatur apud Ptolemæum. Prius MAVSOLVM, μαυσωλός, dictum, tradit Auctor de Fluminibus. Indu hodie dici putat Castaldus: Hijnd Niger. Incolis Diul appellari refert Garcias ab Horto, qui eas regiones habitavit. Thevetus scribit eum ab accolis Cambaiensibus Inder, & Caercede nominari. Vide CALBIS.

INDVSTRIA, vide BODINCOMAGVM.

INESA, & INESSA, vide ÆTNA.

INFERVM Mare, vide TYRRHENV M.

INGÆVONES, Germaniæ populi sunt apud Plinium: quo loco VVIGE VVONES (.i. sinum maris accolentes) legendum docet Rhenanus. INGRIONES, Ἰνγρίωνες Ptolemæi esse, scribit Hermolaus. Pyramius collocat Ingriones, ubi hodie Speshart silva est.

INGAVNI, vide ALBIGAVNV M.

INGINIVM, vide IGVINI.

INGRIONES, vide INGÆVONES.

INSANI Montes, vide MÆNOMENI.

INSVBRES, Plinio, Gallie Cisalpinae populi; quos Scudus & alij Mediolanenses interpretantur. INSVBRI, Ἰνσβροί, sunt Ptolemæo. Stephanus INSOBARES, Ἰνσβάρης, Padi accolæ dicit; quos quoq; INSOBRAS vocat. Idem habet INSOBROS, Italiae populos eosdem putarim. INSOBARI, Ἰνσβάρης, sunt Polybio, ut Merula dicit. Ego ubique apud Polybium ISOMBRI, Ἰσμβροί, lego.

INSVERIA, vide MEDIOLANVM.

INSVLA, vide LVGDVNVM, & SYRACVSÆ.

INTERAMNIA, Ἰντεργυρία, Umbrie opidum, Straboni & Plinio, quos hic quoque INTERAMNATES appellat, et NARTES cognominat. Terani hodie Leandro.

INTER-

INTERAMNIAM olim quoque dictam urbem, statuit Blondus, ubi bina Liris fluvij capita cœunt, insulamque efficiunt. Ea hodie à forma, & naturali situ, Isola vocatur; eodem Blondo & Nigro auctoribus. **INTERAMNANOS**, etiam Plinius habet.

INTERCISA, urbs Pannonia Inferioris est, apud Antoninum, qua Rachzkewi Simlero dicitur. Vide **IVSSONIVM**.

INTEMELIVM, vide **ALBINIMIVM**.

INTVERGI, ἰντέεργου, Germania populi sunt apud Ptolemæum: Peucerus in Palatinatu eos constituit circa Heidelbergam.

INVICASTRUM, vide **CASTRUM IUVI**.

INVTIRIVM, ἰνέτιριον, Vindelicia urbs, Ptolemæo. Aventinus vocat Mittenwaldt. pagus est cis Alpes in Bavaria.

INYCVS, ἰνυκς, Sicilia urbs est apud Pausaniam. quam Stephanus **CAMICOS**, κάμικς, appellari ait. Leander Camera-ta vocat: & Fazellus Longobardo nominat.

IOBAD, Hebraeis ea est novi Orbis regio, quæ vulgò Parias appellant, auctore Montano, in suo Apparatu.

IOL, ἰωλκασιόπειρα, qua & postea **CÆSAREA**, Ptolemæo, Plinio, & Pomponio testibus. Mauritania Cæsariensis urbs; quondam Iube regia. **IULIA Cæsarea**, in Latinis Ptolemæi codicibus vocatur. One, aut Al-bora Nigro est; Alger Mercatori. Ioannes Leo scribit Alger à Mauris Gezeir appellari, & olim Mesgana dictam, ab eius conditore ex Mesgana familia.

IOLAENSES, vide **ILIENSES**.

IOLAI, vide **SARDINIA**.

IOLCIACVS, vide **PELASGICVS**.

IOLCITIS, vide **ESTIOTIS**.

IOMANES, vide **DIAMVNA**.

IONE, ἰών, urbs iuxta Daphnen: qua quoque **ANTIOCHIA** dicitur. Stephanus. Vide **GAZA**.

IONIA, ἰωνία, Asia Minoris regio, Straboni & Ptolemæo. **PANIONIA** eadem vocatur, Plinio auctore. **IAVAN** Hebraeis est, Montani iudicio. Alex. Zardus scribit eam à Turcis Quiscon appellari. Vide **ATHENÆ**, **SICYON**, **ATTICA**, & **ACHAIA**.

IONICA, vide **IAS**.

IONIVM Mare, etiam **CRONIVM**, & **RHEÆ Sinum** vocari apud auctores scribit Isacius in Lycophronem. Vide **HADRIATICVM**.

IONOPOLIS, vide **ABONITEICHOS**.

IOPPE, ἰόππη Ptolemæo Palestina urbs, & portus. Italis hodie Iaffo, & Zaffo nominatur. Nigro tradit à barbaris Arsufo dici.

JORDANIS Minor, vide **ORONTES**.

JORDII, vide **SCYTHÆ**.

IOS, Maris Aegæi insula: qua & **PHOENICE**, Plinio teste. Homeri sepulcro veneranda. Palma Nigro, Nio Sophiano est.

IOSCI, vide **VIBISCI**.

IOSEDVM, Cæsari Gallia opidum est, ad Sequanam fluvium. Corbeil Marliano interpretatur. **METIOSEDVM** legitur apud Ful. Vrfinum. **GLOSSEDVM** etiam in nonnullis codicibus.

IOTÆ, vide **SCYTHÆ**.

IOTAPE, ἰωτάπη, Cilicia opidum Ptolemæo quod Lombardo Nigro.

IOVISFONS, in Dodone; qui Meridie semper deficit: qua de causa **ANAPAVOMENOS** vocari, scribit Plinius lib. 2. cap. 103.

IOVIS INDIGETIS Lucus, describitur à Plinio, in Latio. **APHRODISIVM** sive **VENERIS Fanum** describit Strabo, lib. 5. prope Ardeam Rutulorum. Hac esse synonyma, Blondus credit.

IOVIS LVCVM, mutato nomine **ALTIN** ἄλτις, antiquitus vocabant. Pausanias in Eliacis.

IOVIS MONS, in Hispania Tarraconensi, Pomponio est. Ab Ep. Gerundensi Monte Iudaico nominatur. Olivarius eum **MONIVI** vocat. Idem facit Varrerius: sed hic docet ex ipsius Pomponij lectione, duos huius nominis esse: hoc tractu montes; quorum alterum hodie **Monyvi**, alterum Monte Iudaico nominant.

IOVIS VRII Fanum, ἰερόν τῆς Ἰδὸς τῆς ἑπίης, Arriano ad Bosphorum Thraciū, in Asia describitur. Hodie arx est quam Græci Ieron appellant, testis Pet. Gyllius, in suo Bosphoro. Vide **DIANÆ Fanum**.

IPASTVRGI, opidum Hispania: quod

TRIVMPHALE appellatur. Plinius lib. 3. cap. 1.

IPORVS, vide HIPPARIS.

IPPARIS, vide HIPPARIS.

IPSICVRI, ἰψικυροί, Liguria populi, Stephano quos quoque ARBAZANOS, ἀρβαζανοί, dici tradit. ἀρβαζανοί, per ζ, alio in loco scribit; vitio typographico fortè.

I RE, vide ABEA.

I RENE, vide CALAVRIA.

I RENOPOLIS, vide BERRHOEA.

I RIA, Plinio & Antonino, Lombardia Cispadana opidum. quod Leander Vogera nominat. Gaul. Merula Vicheria, quasi in vicem Iria, appellat. TRIRA dici à Plinio, scribit Villanovanus, in suo Ptolemao. Hoc vocabulum ego apud Pliniū non agnosco. EIRIA, ἑίρια Ptolemai est.

I RIA FLAVIA, ἰρία φλασία, Ptolemao Hispania Tarraconensis urbs. Patron Clusio est. alis S. Maria in finibus terræ.

I RIS, ἴρις Ptolemao Cappadociae fluvius, qui antea ERIDIUS, ἐπίδιος, Eustathio teste. Cafalmach mihi videtur. Nigro Liriō dicitur.

I RPINVM, vide HIRPINVM.

I SACA, ἰσάχα, Albionis insula fluvius Ptolemao, in partibus Australioribus: Ex, fortè hodie.

I SAMNIVM, ἰσάμνιον, Hibernia promontorium, Ptolemao. Hoc Dortmund vocatur à Mercatore.

I SANGRINI, vide BLOETINI.

I SAPIS, ἰσάπης, Flaminia fluvius Straboni. Fortè SAPIS Plinio est. Savio Leandro, Volaterrano, & Fabricio. Circa Ariminum est.

I SAR, ἰσάρ, Gallia Narbonensis fluvius, apud Ptolemaum. ISARA Ciceroni et Straboni est. Et hodie Ysere dicitur, teste Poldo Albenate.

I SARCI, Alpine gentes Plinio, ab Augusto Imp. devictæ. HISARCI legit Castilioneus. Schudus putat MISAVCI legendū. & addit hodie esse Masorer thal.

ISAVRIA, Isauria: urbs: quæ CLAUDIOPOLIS dicta fuit à Claudio Cas. ut habet Ammianus, lib. 14. ἰσαυρία, legit Ptolemaus. Vide CAPPADOCIA.

ISAVRITIS, vide CAPPADOCIA.

ISAVRVS, olim sic dictus fuit Piceni fluvius quem hodie Foglia vocat, testibus Blondo, & Leandro. PISAVRVS quoque à Vibio dicitur.

ISBVRVS, ἰσβούρτος, Sicilia fluvius Ptolemao. Mayhafoli interpretatur eum Fazellus. Garbe Leandro vocatur, sed malè habet Ibrucus.

ISCA, ἰσχα, Dumniorum urbs in Albione insula, Ptolemao. Excestre Anglicè, & Cairsupth olim Britannicè, ut Hūfredus Lhuydus dicit. Hanc olim AVGVSTAM appellatam addit Alexander Nevyl'us.

ISCHALIS, ἰσχαλὶς Ptolemao Albionis insulae urbs, in Dobunis. Ilcestre nunc, Lhuydo teste.

IS CIA, vide OENOTRIDES.

ISEPVS, vide SCYTHÆ.

ISIDIS Insula, ἰσίδιος ἡνῶς, Ptolemao est in Sinu Arabico. ISIDIS Portus apud Plinium appellatur. & ISIDIS Templum Straboni; ut Villanovano placet. Pascoa Belloforestio videtur.

ISIGVS, vide ESIGVS.

ISINISCA, Antonino in Vindelicia est. Isem Simlerus vocat. pagus Bavariae inferioris; ad Isaram fluvium.

ISMAELITÆ, vide SARACENI.

ISMARVS, ἰσμαρτος, Virgilio Thracia mōs, AMPELOS olim dictum scribit Niger. Ismari incolas ab Homero CICONAS, κικόνος, appellari, tradit Stephanus. Vide MARONEA.

ISMENVVS, ἰσμένως Ptolemao Boeotia fluvius. Hic antea ASTERIVS, ἀστέριος, & CADMI PES, κέδμος πῆς, dictus fuit. ut tradit auctor de fluminibus. IADON, ἰάδων, quondam vocatus fuit, Pausania teste. sed is ISMENIVM, ἰσμένιον, eum nominat. CNOPVM quoque appellari, à Nicandri interprete; auctor mihi est Gerbellius, in Sophiani Græciam.

ISOMANTVS, vide HOPLIAS.

ISOMBRI, vide INSVBRES.

ISPANIA, vide HISPANIA.

ISPELLVM, vide HISPELLVM.

ISPVLA, vide HISPALIS.

ISRAELITÆ, vide IVDÆI.

- ISSA**, Ἴσα, Lesbi insula urbs; qua HIMERA, ἱμέρα, & PELASGIA, πελασγία, quoque dicitur. Stephanus.
- ISSA**, Ptolemaeo insula, & urbs, in Mari Illyrico. haec Lissa Sophiano nominatur. **ESSIOS** videtur appellari ab Appiano in Illyricis, nisi Latinus codex fallat. Graecum eius exemplar mihi haecenus non vidisse contigit. Vide **LESBUS**.
- ISSEDON SCYTHICA**, ἰσσηδών σκυθική, Scythia extra Imaum urbs, Ptolemaeo. **ESSEDON**, ἑσσηδών, Stephano est. Succurrit hodie, si Castaldo creditur. Haec sola ferè toti orbi terrarum Rhabarbarum suppeditat. Vide **ESSEDONES**.
- ISSIDI**, vide **ESSEDONES**.
- ISSVS**, ἰσός, Ptolemaeo Cilicia urbs. quam Stephanus **NICOPOLIM**, νικόπολις, appellatam scribit. **AIAZZO** hodie, Nigro teste. Et **SINVS ISSICVS** inde dictus, à Plinio, nunc Golfo de Aiazza, vel, ut Ramusius habet, Giazza, vocatur. Hic Sinus, ut Eustathius tradit, **SIDONIVS** quoque, & **PAMPHILIVS** appellatus fuit, ab oppido & regione adiacente. Marcellinus lib. 22. scribit **ISSIACVM** Mare, qua Aegyptus à Syria & Asia seiungitur, **PARTHENIVM** à nonnullis nominari.
- ISTER**, ἰστρος, hic apud antiquissimos auctores Istriae fluvius est. Idem cum eo (ut nonnulli putarunt) qui à Plinio **NAVPORTVS** dicitur, hodie verò **Quieto**, ut Dominicus Niger scribit. Qui Nauporti descriptionem, qua apud Plinium est, cum tabulis chorographicis conferat, hunc non esse **Quieto**, facile observabit. Sozomenus hunc fluvium **AQVILAM** & Zosimus Latinus **AQVILVM** vocat. Vide **DANVBIVS**, **ISTROPOLIS**, & **NAVPORTVS**.
- ISTHÆVONES** Plinij, & **BVSACTERI** Parvi, βουκτεροι Ptolemai, Gemmae Frisio **Wesifalen** est.
- ISTHMVS**, ἰσθμός, Thraciae est, & Peloponnesi: utrumque Hexameli hodie dici, credit Volaterranus, & Niger. Hexamilion voce castrensi, hodie utramq; vocari; & olim à Strabone **DIVLCOS**, tradit Hermolaus. Vide **HALICARNASSVS**.

- ISTHMVM Aegypti**, qui est inter Pelusium ad Mediterraneum mare, & intimum sinum Maris Rubri, ETAM vocari apud Moyseni, docet Goropius, in sua Hispania. Pars Sur deserti est. **ETHAN** aliqui scribunt.
- ISTHMVM Tauricae Chersonesi**, Zuchala appellari, scribit in suo Itinerario Josephus Barbarus.
- ISTIÆA**, vide **OREVM**.
- ISTONIVM**, vide **HISTONIVM**.
- ISTRIA**, vide **HISTRIA**.
- ISTRIANVS**, ἰστρον & Ptolemaeo Tauricae chersonesi fluvius. Calamita fortè nunc, inquit Niger.
- ISTRONA**, vide **ISTROS**.
- ISTROPOLIS**, apud Plinium: **ISTER**, ἰστρος, apud Strabonem & Stephanum. Arriano in Periplo **ISTRIA** est, & Pintianus observavit. Ad Danubij ostia opidum est. **Grossea** interpretatur à Nigro Stravico à Castaldo.
- ISTROS**, Stephano Creta urbs. qua Artemidoro **ISTRONA**, ἰστρονα, dicitur. Vide **ISTER**, & **ISTROPOLIS**.
- ISTVLA**, vide **VISTVLA**.
- ISTVS**, ἰσός, insula Africae est, navigij forma. Afris **VDENOE**, ἐδενόν, & Phoenicibus **CELLA RHARSATH**, κέλλα ραρσάθ, dicta. Stephanus.
- ISVRIVM**, ἰσέρον, Albionis insula in Brigantibus urbs, Ptolemaeo. **Aldburg**, **Humf. Lhuydo**.
- ISVVIVM**, vide **IGVINI**.
- ITALIA**, ἰταλία, olim terrarum domina; & hodie etiamnum rerum gestarum gloria, inter omnes Europae regiones nobilissima. dicta fuit quòdam **APENINA**, **ARGESSA**, ἀργεσσα, **AVSONIA**, ἀυσονία, **CAMESINA**, **HESPERIA**, ἑσπερία, **IANICVLA**, **OENOTRIA**, οἰνωτρία, **SALVMBRONA**, **SATVRNIA**, σατορνία, **TAVRINA**, & **VITVLLIA** aut **VITALIA**, testibus M. Catone, Dionysio Halicarnasseo, Isacio, & aliis. **CHONIA**, sive **CHONE**, Hesychio & Stephano, ut annotavit Canterus. **TYRSENIÀ** à Tyrseño Telephi filio, vocatur quoque Isacio. **BRETTIAM**, βρετανία, nuncupatam, scribit ex Antiocho, Stephanus.
- MAIOR

MAIOR GRÆCIA dicta est Italia (inquit Festus) quod in ea multe, magnæq; civitates fuerunt è Græcia profecta. Sed sciendum, quod omnia hæc nomina, Italia tantum antiquissima, que Rubicone fluvio terminabatur, propria sunt. Alia enim pars que ad Alpes usque extenditur, sub Gallia Cisalpina nomine nota erat: hanc Appianus ITALIAM GALLICAM appellat. Postea in universum ITALIA, quemadmodum & hodie, Italia, nominata fuit. Hebræis Italia KITYN dici, scribit Ar. Montanus, in App. Biblico. Italos quoq; MORGETES, μόργητες, aliquando dictos innuit lib. I. Halicarnassens.

ITALICA, vide CORFINIVM, & ILIPA.

ITANVS, Ἴταρος, Ptolemæo Creta insulae urbs; que hodie Paleocastro dicitur. ut Sophiano placet.

ITARGIS, vide VISVRIGIS.

ITEA, Ἴτέα, Stephano & Suida Acamantidis tribus, in Phrygia Maiori: hodie Soguta vocari, ex Laonico videtur. Is enim Sogutam vicum, iuxta Mysiam (hæc Phrygia contermina est) ponit; ducentis quinquaginta stadiis à Ponto Euxino remotum & rerum omnium affluentia pollentem, describit. Hincq; Ottomānorum familiam originem habere, & Vicum Itea posse dici, addit.

ITHABIRIVS, vide THABOR.

ITHACA, Ἰθάκη Ptolemæo insula est Ionij maris, iuxta Cephaleuiam. Vlyssis patria. Valle di Compare, hodie, Sophiano & aliis, testibus. Dionysius Alexandrinus NERICIAM, νερικίαν, vocat. Ithaca etiam urbs videtur eiusdem insulae, apud Strabonem lib. 10. quam prius ALALCOMENE, ἀλαλκομένην, dictam, scribit Plutarchus, in Quæstionibus Græcis.

ITHACESIÆ, insula parva, contra Vibonem Calabriae urbem; Barrius eas Praca, Braces, & Turrecula novis nominibus indigitat. Vide SIRENVSSÆ.

ITHOME, Ἰθώμη, Messenia urbs Ptolemæo. THOME debere appellari, prima syllaba detracta, si vetustum illi nomen reddere volumus, scribit Strabo, lib. 9. Grebegin Nigro dicitur.

ITI ARX, vide FALISCORVM Ager.

ITIVS, vide ICCIVS.

ITONA, vide SITONA.

ITVCI, quæ VIRTUS IVLIA; Hispania urbs. Plinius lib. 3. cap. 1. ITYCA, Ἰτύκην, Appiano, in Ibericis.

ITVRÆA, vide TRACHONITIDIS.

ITYCA, vide VTICA, ITVCI, & SYRACVSÆ.

IVBERI, vide VIBERI.

IVDÆA, vide PALÆSTINA.

IVDÆI, qui & HEBRÆI, & ISRAELITÆ; gens quæ quondam Iudeam, sive Palæstinam habitavit: nunc verò per totum orbem terrarum dispersa, vagatur nusquam proprium locum possidens. Vbique & apud omne genus hominum odiosa, & tributaria. Manethon apud Iosephum scribit eos HYSSES, Ἰσσηῖς, vocatos; quod sacra Aegyptiorum lingua, reges pastores significat. A Turcis hodie Chifont nominari, dicunt Pet. Gyllius, & Nicol. Nicolaius. Apud Europæos antiquum adhuc nomen retinent. Germanis enim, Hispanis, Italis; Gallis, Joden, Iudios, Iudæi, Iuifs, appellantur.

IUVICVM, vel IUPHICVM, vide IGVINI.

IUGA RHÆTICA, vide RHÆTICA.

IUVHONVM civitas, cuius Tacitus meminit, lib. 13. Ann. HVIONVM legunt paucis transpositis litteris, Becanus & Lipsius; eamq; interpretantur, ex doctissimi Pighij sententia, Hope; opidum sic dictum, situmq; in Eburonibus, ad Mosam fluvium. BIBONVM legit hoc loco Rhenanus; sed malè, vereor, de quo vide supra, suo loco. In honum meminit vetus lapis ut testatur Onuphrius.

IVLIA, vide BIBRACTE, CORINTHVS, DÆDALIA, TEPVLA, MOENVVS, & SACARBANTIA.

IVLIA CÆSAREA, vide IOL.

IVLIA CAMPESTRIS, quæ & BABBA Plinio, Mauritania urbs. Stephani forte BABÆ.

IVLIA CONSTANTIA, vide OSSET.

IVLIA FAMA, quæ & SERIA vocatur Plinio. Sic etiam hodie, Seria dicitur, Tarraphæ & Floriano auctoribus. Hispania urbs est.

- I V L I A F E L I C I T A S**, vide **O L Y S S I P P O**.
I V L I A F E L I X, vide **B E R Y T V S**.
I V L I A G A D I T A N A A V G V S T A, vide **G A D E S**.
I V L I A I O S Æ, vide **Z E L E S**.
I V L I A L I B E R A L I T A S, quæ & **E B O R A** Plinio; Lusitania urbs, quæ etiamnum **E b o r a T a r a p h æ**.
I V L I A L I B Y C A, ἰβλία λίβυκα Ptolemaeo Hispanie **T a r r a c o n e ſ i s** urbs. **F l o r i a n u s** scribit locum esse non procul à **P y r e n a i s** montibus, diciq; hodie **L i n c a**, ostendereq; adhuc rudera & vestigia antiquæ urbis.
I V L I A M Y R T I L I S, ἰβλία μυρτιλῖς, Lusitania urbs, Ptolemaeo. **V a e ſ u a**, **F r a n c i s c o T a r a p h æ**: sed **M e r t o l a V a r r e r i o**.
I V L I A P I E T A S, quondam **P O L A**, ut **P l i n i u s** refert. Hodie denuo **P o l a** vocatur. **I s t r i æ** urbs est maritima, à **C o l c h i s** condita. Fortè **A S T Y R O N** quoq; dicta, de quo vide supra suo loco. Vide etiam **O L C H I N I V M**.
I V L I A S C A R A B A N T I A, vide **S A C A R B A N T I A**.
I V L I A T R A D V C T A, vide **T I N G I S**.
I V L I A N I, vide **C E R R E T A N I**.
I V L I A C V M, **M a r c e l l i n o** Germaniæ Inferioris urbs, quam hodie **S u l i c h** vocamus teste **D i v o**. Medio itinere est, inter **C o l o n i a m A g r i p p i n a m**, & **T r a i e c t u m** ad **M o s a m**.
I V L I A S, vide **B E T H A R A**.
I V L I E N S E S, vide **A R T I G I**, & **T E A R I**.
I V L I I G E N I T O R, vide **V E R G E N T V M**.
I V L I O B O N A, ἰβλία βονα, **C a l e c o r u m**, in **G a l l i a L u g d u n e n s i**, urbs, Ptolemaeo. Huius meminit etiam **S i g e b e r t u s**; qui dicit eam à **I u l i o C æ s a r e** conditam, & à se nominatam, destructa urbe **C a l e t a P**. **D i v o** **H o n f l e u** est. Vide **A L A F L A V I A N A**.
I V L I O B R I C A, **P l i n i o** **C a n t a b r o r u m** urbs, in **H i s p a n i a** est. **L o g r o ñ o C l u s i o**, & **T a r a p h æ** est: **O l i v a F l o r i a n o**. **B R I G A N T I A**, nunc **I V L I O B R I G A**, habet **L i b e r N o t i t i a r u m**.
I V L I O D V N V M, **G a l l i æ** opidum, quod hodie **L o d o n** vocari, scribit **P a r a d i s u s**. Nescio huius antiqui vocabuli auctorem.
I V L I O G O R D V S, vide **I V L I O P O L I S**.

- I V L I O L A**, ἰβλία ἰολα, **S a r d i n i a** urbs **P t o l e m a o**. **L o n g o f a r d a**, **N i g r o**.
I V L I O M A G V S, ἰβλία μαγος, **O n d i c a o n a r u m**, in **G a l l i a L u g d u n e n s i** opidum, **P t o l e m a o**. **V i l l a n o v a n u s** **A n g i e r s**, in huius sedem ponit.
I V L I O P O L I S, **A s i æ M i n o r i s** urbs; quæ quæque **G O R D I V C O M E** vocatur, **P l i n i o** auctore. **S t r a b o** etiam scribit ex **G o r d o p a g o** à **C l e o n e** latrone civitatem factam, & **I u l i o p o l i m** dictam. **P t o l e m a i** fortè **I V L I O G O R D V S**, ἰβλία γορδός est: & **L i v i j** **G O R D I V T I C H O S**. Videtur mihi errare **S i m l e r u s**, qui hanc **I u l i o p o l i m** putat esse **A n t o n i n i**; quæ inter **C o n s t a n t i n o p o l i m** & **A n t i o c h i a m** describit: quam ipse quoque postea **I V S T I N I A N O P O L I M** dictam addit. hæc enim **A n t o n i n i** est eadem cum **P t o l e m a i** **I u l i o p o l i**, quam in **E i t h y n i a** habet. Vide **T A R S V S**.
I V L I S, vide **R O M A N I**.
I V L I V M, vide **S E X**.
I V L I V M C A R N I C V M, vide **C A R N I C V M**.
I V L I V M P R Æ S I D I V M, quæ **S C A L A B I S** vocatur, **P l i n i o**. **H i s p a n i æ** civitas. **T r u g i l l o**, vel **S a n t a r e n**, **D a m i a n o** à **G o e ſ**. **S a n t a r e n**, **O s e r i o** & **V a r r e r i o** quoque interpretatur.
I V N G A R I A, ἰβλία γαρία **P t o l e m a o** **H i s p a n i æ T a r r a c o n e n s i s** urbs mediterranea **I n d i g e t a m**. **I V N C A R I A** per **C**, habent male **L a t i n a** exemplaria. **I u n q u e r a s** hodie dicit, scribit **V a r r e r i u s**.
I V N O N I A, una ex **F o r t u n a t i s** insulis, **P l i n i o**. **M a d e r a**, **N i g r o** dicitur. Vide **C A R T H A G O**.
I V N O N I S **P r o m o n t o r i u m**, quam **A c r e a m** vocant, ut scribit **L i v i u s**, est adversus **S i c y o n e m** in **P e l o p o n n e s o**. Nunc **C a p o g i a l l o** dicit, habetur in **L i v i o I t a l i c o** **I a c o b i N a r d i**.
I V N O N I S S A C R V M, ἰβλία ἰερον **P t o l e m a o**; una ex **P e l a g i i s** insulis, iuxta **A f r i c a m**. **G o z o** est **H i e r**. **A l e x a n d r i n o**, in bello **M e l i t e n s i**. **Q u i n t i n u s H e d u s** scit ex hoc **I u n o n i s** templo **P t o l e m a i** in **s u l a M e l i t æ** promontorium, cuius nomen recens ineffabile dicit, nisi gēris ore: in ipsius autem vertice esse hodie adiculum **D i v æ V i r g i n i s** in corte cognominatam.
I V N O N I S S A C R V M, ἰβλία ἰερον, vel **F a n u m**, aut

num, aut Aedes, (ut quis interpretatur) Hispania Batica urbs, Ptolemæo. Trafalgar, Taraphæ. Vide HERA.

IURA Casari & Plinio, **IURASSVS**, Ἰουρῶν Ptolemæo. Mons Gallie Narbonensis. Ioux, Iurat, Pirreport, & Mont S. Glaude accolus appellatur, Scudo & Poldo auctoribus. Rbellicanus scribit eum à Sabaudis accolus, ab ea nempe parte quæ silvofissimus est, Iurten, & ab Helvetiis Aezherberg vocari, & ab altera parte Blamberg dici. Seb. Munsterus in sua Territorij Basiliensis tabula, ait eum prope Basileam, in Rauracis, ubi Rhenum attingit, Wotzberg, deinde versus Meridiem Schaffmat; inde Ober, & Aiderhauwenstein, & postea Wasserfal dici. Fieri potest ut alibi alia nomina sortiatur: nam à Rheno ad Lemmanum lacum usque pertingit.

IURCÆ, vide **TVRCÆ**.

IUS, vide **GAZA**.

IUSTINIANA, vide **ADRVMETVM**.

IUSTINIANA PRIMA, vide **TAVRESIVM**.

IUSTINIANA SECUNDA, vide **VLPPIANVM**.

IUSTINIANÆ, vide **CORNVBIZANTIVM**.

IUSTINIANEA, vide **PETRÆON**.

IUSTINIANOPOLIS, vide **IULIOPOLIS**, & **BAZANIS**.

IUSTINOPOLIS, Istria urbs maritima; quam Blondus scribit à Iustino Imp. conditam, & ab eo nominatam: in peninsula quam Plinius Caprariam, & Pullaniam vocat. Villanovanus in suo Ptolemæo, & Vergerius in Munsteri cosmographico opere putant hanc urbem **ÆGIDAM** à Plinio appellari. Cabo d'Istria hodie dicitur. Hanc non esse Iustinopolim cuius Procopius mentionem facit, lib. 4. de AEdificiis Iustiniani, ex eo apparet, quod eam quam proximè Vlpiana urbi, apud Dardanos locat. Dardani enim, quantum à Mari Adriatico (ubi illa Iustinopolis sita est) distant, ex Tabulis doceri potest. Neque illam à Iustiano extructam, sed à Iustino eius filio, ostendit Volaterranus, lib. Geographia 4. &

Vetusta Inscriptione, ibidem extante.

IUVNTORVM, vide **FORVM** Diuguntinorum.

IUVANTIUS à Plinio vocari, scribunt Volaterranus, & Leander; eum fluvium Italie, in Pracutinis, quem hodie Tordino vocant. **VIVANTIUS** legit Blondus.

IUVAVIA Antonini, Saltzburg Bavarie urbs est Ottoni Frisingensi, Aventino, & Lazio. Aventinus addit ex veteribus diplomatis ostendi **POEDICVM**, πῶδικον, Ptolemæi esse. pagumq; ibidem adhuc nomen servare. Franciscus Irenicus scribit **GAMANODVRVM**, γαμανόδρον, aut **BADACVM**, βᾶδακον Ptolemæi esse.

IUVAVIVS, fluvius Saltzburgum sive Iuvaviam urbem præterfluens. Saltz hodie, Aventino.

IUVENCVS, vide **PITORNIVS**.

IUVERNA, vide **HIBERNIA**.

IXIAS, Ἰξίας, Oenotria mediterraneum opidum describitur à Stephano: quod nunc, ut refert Gab. Barrius, Caroleo nomen habet.

IYRCÆ, vide **TVRCÆ**.

K.

KÆNEPOLIS, vide **CARTHAGO**. **KALNE**, urbs Terra Sinear; Dacia à Benjamin dicta. Vide **BABYLON**.

KARTHAGO, vide **CARTHAGO**.

KAYCVS, vide **CAICVS**.

KATΔΩ, vide **CLAVDVS**.

KIRIATH-IEARIM, vide **BAAEA**.

KIRIATH-SEPHER, olim **DEBIR** dicebatur, Iosua cap. 15. Palaestina urbs est.

KISSÆONOROS, vide **OSSA**.

KITYN, vide **ITALIA**.

KYSE, vide **PATARA**.

L.

LA, LAN, & LAAN, Laconia opidum, in petra excelsa situm. quod postquam Dioscuri expugnassent, **LAPERSAS**, λαπέρσαι, nominarunt. Stephanus. **LAS** vicus est Livio. λᾶς, Ptolemæo. Vathi hodie, Nigro.

LABAREI, vide **HERMOTYMBIEI**.

- LABDALVS**, vide **HEXAPYLVM**.
LABEATIS Palus, quam Livius lib. 44. describit, aut ea est que hodie Lago de Scutari vocatur, aut eam antiquo nomine carere, cum Nigro, ego quoque dicam.
LABERVS, λαβερϑ, Hibernia opidum Ptolemao. quod Casal, Nigro vocatur.
LABICVM, sive, ut Strabo habet, λαβικῶν, Latij mediterraneum pagum dicit Leander esse, & Val Montone nunc appellari. **LABICANVS Ager**, est apud Plinium. **LABICOS Populos** habet Livius. Sed in hoc vocabulo scribendo, magnam apud auctores inconstantiam conqueritur Sigonius, in Livianis scholiis: modo enim Labicos & Labicanos, modo Lavicos & Lavicanos; nunc λαβικῶν, & λαβικανῶν, nunc λαβικῶν, & λαβικανῶν, edunt.
LABIENI Castra, que Cesar in Commentariis describit; Lobienense monasterium hodie occupare scribit Hub. Leodius. ad Sabim fluvium situm, non longè (ut dicit Becanus) à Marienbergo.
LABORIÆ, vide **FORVM Vulcani**.
LABORINI CAMPI, in Campania regione, Plinio. Terra di Lavore Leandro dicuntur.
LABRO, vide **AD HERCVLEM**.
LACCOBARDI, λακκοβάρδοι, **LANGOBARDI**, λαγγοβάρδοι, & **LONGIBARDI**, λογγιβάρδοι, sunt Ptolemao Germania populi: sed diversi. Hos tamen à iunioribus sepe numero confundi, nō citra errorem observavimus. Et si hoc præter argumentum quod tractamus, studiosis tamen indicare operæpretium duximus.
LACEDÆMON, λακεδαίμων, Laconica urbs primaria, que antea **SPARTA**, σπάρτα, dicta fuit, Pausania teste. Misithra hodie vocatur, ut Niger & Sophianus tradunt. Nardus addit Zaconia etiam dici. Huius urbis epitheton apud Homerum **CETOESSA**, κητόεσσα, vel, ut alij legunt, **CÆETAESSA**, κηετάρεσσα, est, ut Strabo scribit.
LACERIA, vide **HERMION**.
LACETANI, vide **IACCETANI**.
LACIACVM, vide **LAVIACVM**.
LACIBVRGIVM, λακιβέργιον Ptolemao Germania opidum. ubi nunc Hlostock est,

- ut Willichio videtur.
LACINIVM, λακύνιον Ptolemao, Plinio, & Pomponio: Italiae promontorium, in Magna Gracia. Simlerus credit ab Antonino **TACINA**, vel **TICINA** nominari. Hodie Cabo delle Colonne ab extantibus columnis tēpli Iunonis Lacinae indigitatur à Leandro, & aliis. Cabo dell' Alice dicitur in tabula Pyrrhi Ligorij. Iapygum tria promontoria, que à Strabone lib. 6. describuntur, sunt, ut Gab. Barrius docet, hoc Lacinium, & alia duo que novis nominibus Nao & Manna hodie vocantur. Ad Lacinium prom. olim habuit Iuno Lacinia templum opulentissimum, ipsa urbe Crotone, (que sex millibus passuū hinc distabat, nobilior, ut Livius tradit. Hoc Lacinium (nequid nominū huius loci omittatur) **STORTYNGVM**, σόρτυγγον, à Lycophrone appellari putat Barrius.
LACIS, vide **CÆSAREA Panias**.
LACMELLVM, vide **LAVMELLVM**.
LACMONIA, vide **PINDVS**.
LACOBRIGA, Pomponio Hispania urbs est, ad Sacrum promontorium. Huius nunc ruinae, & antiquorum edificiorum vestigia, extant prope Lagos, Algarbia urbem, in vico qui Lusitania lingua Lagoa nominatur. ut scribit Vaseus. Alia est Plinij, quam in Vaccas ponit, & **LACOBRICENSES** vocat: quam Ptolemaeus non novit, nisi in Latinis codicibus, Græci enim eā non habent. **LANCOBRIGA**, λακκοβρίγα, verò ei est Celticum opidum, in Lusitania quod, cuius id hodie sit nominis, apud neminem me reperisse memini. neque meum est divinare. Hæc hic tamen lectorem admonere volui, quod videam hæc nomina à recentioribus sepius confundi, & alterum pro altero ignoranter sumi.
LACONICA, λακωνική, que olim **LELEGGIA**, λελεγγία, Pausanias. Item **OEBALIA**, Servius. Peloponnesi regio est. quam nunc puto Sacania dici, testibus Tabulis geographicis.
LACONICVM, vide **OSSIGI**.
LACONICVS Sinus, Peloponnesi est, Ptolemao. Golfo de Colochina est Castaldo.
LACTISMA, vide **OPSICELLA**.
LACTO-

LACTODVRVM, vel **LACTORVDVM**, Angliae opidum est apud Antoninum. Ad nomen Lactoduri alludunt, ut scribit Talbotus, Lutterworth, & Lowghborow.

LACTORACIVM, vel **LASTORACIVM**, est Novempopulaniae civitas, in lib. Notitiarū. **LACTORATENSIVM** meminit antiqua inscriptio, in eadem civitate, Scaligero teste. qui eam nomen retinere addit. Lestore, ni fallor, incolis.

LADĒ, λᾶδᾶ, insula Maris AEGAEI, ante Miletum; Straboni. Hanc in duas parvas scindi insulas, scribit Pausanias. & earum alteram **ASTERII** insulam dicit.

LADON, λᾶδων, Plinio & Straboni, Arcadiae fluvius; cuius fontes esse in Cliteriorum agro, scribit Pausanias: eiusque fluminis aquam omnibus Graeciae fluminibus pulchritudine antecellere tradit. Dionysius eum **OGYGIUM**, ὄγυσι, cognominat. Ladonem putat Niger eundem esse cum eo qui à Strabone **ACIDON**, ἀκιδων vocatur qui fortè **ACIDAS** Pausaniae est. Vide **ISMENVVS**, & **LETHON**.

LĒA, λαιᾶ, quae & **APHRODITES**, ἀφροδίτης, id est Veneris insula, Ptolemaeo. In Africo mari, iuxta Marmaricam est. **APHRODISIAS** Herodoto in Melpomene dicitur. Hodie Isola del Patriarcha appellatur à Bordonio.

LĒANA, vide **ELANA**.

LĒETANI, vide **LALETANI**.

LĒNITICVM, vide **ĒLANITICVS**.

LĒSTRYGONES, λαιστρυγόνες, sunt populi in Sicilia, (inquit Isacius, in Lycophronem) quos nunc **LEONTINOS** vocamus. Vide **GIGANTES**.

LAGARIA, λαγαρία, Straboni & Stephano Thuriorum agri opidum: Barrius dicit locum nunc vacuum, sine habitatoribus. mons verò cui civitas imposita quòdam fuerat, accolis Cirmistalo dicitur, à fluvio Cylistarno praterfluente. Hoc his adijcere volo, quòd Stephanus hanc Lagariam Siciliae urbem vocat, agri Thurini, qui in Brutiis est; quod idem aliis aliquot locis facit: ex quo apparet eo tempore (ubi & hodie) hanc Italiae partem Siciliam dictam.

LAGEVS, vide **NILVS**.

LAGIA, vide **DELOS**.

LAGNVS Sinus, vide **BALTICVM**.

LAGNVIVM, λαγνετον, Mauritania Caesariensis urbs, Ptolemaeo. **GVNVCVS** Antonini est, ut Simlerus credit.

LAGVSAM, λαγυσσα, insulam ponit Strabo in Cretico mari, prope Sicinum insulam, quam hodie Christiana vocari, scribit Niger. qui eam **AGASA** quoque dictam ait, non adducto tamen teste. **LAGVSA** Plinij alia est, quam in Lycio Mari statuit, λαγυσσα, habet Athenaeus numero duali & duplici ss.

LAGYRA, λαγύρα, Tauricae chersonesi opidum, Ptolemaeo. Soldaia hodie dicitur, tradit Niger.

LAI, vide **SALASSI**.

LAI, vide **DAN**.

LALASSIS, Plinio est Ciliciae fluvius; quem Niger scribit Calendo à barbaris vocari.

LALETANI, Hispaniae populi Plinio: à Ptolemaeo **LĒETANI**, λαλητανοι, appellantur. **LALETANIA** regio, est apud Martialem, lib. I. Hi postea **GOTHOLANI** dicti fuere: nunc corruptè Cataluña vocantur, Tarapha teste.

LALISANDA, λαλίσανδα, Isauriae urbs: quae nunc **DALISANDA**, δαλίσανδα, dicitur, inquit Stephanus.

LAMBVS, Plinio Lombardiae fluvius, Lambro hodie nuncupari, tradit Leander. Huic refragatur Bern. Saccus, qui eum Montia hodie dici asserit. Sed alium prater hunc eodem tractu esse **LAMBVM** scribit Gaud. Merula; quem Insubres Meridiano vocant.

LAMECA, (novum fortè) Clusio Portugalliae urbs est, ad Durium fluvium; hodie Lamego dicta.

LAMELLVM, inquit Leander, vocatur Latinis ea exigua insula in Mari Tusco, Arni ostiis obiacens: quae hodie Malora dicitur.

LAMETIA, λαμητια, Lycophroni ad mare Tyrrhenum in Lucanis opidum est: sic dicta à Lameto flumine, ut Stephanus tradit. Euphemia hodie vocari opidum scribit Barrius. Idem addit Lametum fluvium adhuc nomen suum retinere.

LAMETICVS Sinus, Golfo di Taranto; Mario

- Mario Nigro. Auctorem huius vocabuli Latini ignoro. Vide HIPPONIATES.
- LAMIACVS, vide MALIACVS.
- LAMINITANI, Hispania populi, Plinio. quos Pinetus Alambra vertit.
- LAMINITANVS Ager, Citerioris Hispanie, ubi Anas amnis oritur. Campo de Mōtiel, P. Methymnao, & Clusio. Mancha d' Aragon, Varrerio. Tractus frumentis maximè fertilis; at aquæ penuria plerumque laborans, propter fontium raritatem.
- LAMNÆVS, vide NAMADOS.
- LAMONES, vide CAMPI LAPIDEI.
- LAMPE, vide ARPI.
- LAMPEGIA, λαμπέγεια, Brutiorum civitas, ut refert ex Polybio Stephanus: Cetragio nunc esse scribit Barrius. Opidum in edito loco super saxū mari incumbens, situm.
- LAMPSACVS, λάμψακος, Ptolemæo Mysie civitas, ad Hellespontum. Hæc antea PITYVSA dicta fuit, teste Plinio. Stephanus scribit PITYEIAM, πτύεια, ab Homero vocatam. Idem dicit ab Epaphrodito LAOMEDONTIAM, λαομεδοντία, appellatam. Alij Pityeiam non pro ipsa Lampfacō accipiunt, sed eam inter Parium & Priapum collocant, teste eodem. Lampfacum etiam ABARNIS, ἄβαρνις, & per metathe- sin, APARNIS, per p nuncupatam, tradit Rotmarus, in suo Apollonio. Suidas scribit regionem sic nominatam. Vide Stephanum, in dictione Abarnos. Lampfacum hodie Cirle nominari, dicit Olivarius. Sed Sophianus & Zirdus Lampfaco vocant.
- LAMPTER, vide PHOCÆA.
- LAMPVRA, vide SELAMPVRA.
- LAMVVM, Latij opidum, Georgio Fabricio, in suis Itinerariis; quod Marino appellari ait.
- LAN, vide LA.
- LANCIA, & LANCIENSES, vide OCELENSIS.
- LANCOBARDI, vide HERVLI, & WINVLI.
- LANCOBRIGA, vide LACOBRIGA.
- LANGIA, vide NEMEA, & ARCHEMORVS.
- LANGVILLA, vide ALBA POMPEIA.

- LANOS, vide SÆNOS.
- LANVVIVM, Plinio Latij opidum; quod Blondus & Leander Indivina appellari a- iunt. Aelianus Animalium lib. 11. hanc LAVINIVM vocat; additque eam me- ritò Matrem primariam Urbis Romæ posse dici. De Lanuvij & Lavinij differentia (ma- gna enim harum apud auctores tam Græcos quàm Latinos confusio est) videnda sunt Scholia Sigonij, in Livij lib. 8. vide LAVI- NIVM.
- LAODAMANTIA, Libycæ insula Stephano & LAOMEDONTIA vocatur.
- LAODICEA, λαοδικεία Ptolemæo est Cæ- lesyriæ urbs: quam LIBERAM cogno- minat Plinius. Prius LEVCE ACTA, λευκή ἀκτὴ, .i. Album Littus vocata, Ste- phano. apud quem etiam RHAMITHA, ῥάμιθα, antea dicta fuit. Hodie Liche dici, scribit Olivarius; Lalisa Niger; & Liga Benjamin.
- LAODICEA, Phrygiæ urbs, ad Lycum flu- vium, Ptolemæo. Hæc Plinio teste, prius DIOSPOLIS, & deinde RHOAS di- cta fuit.
- LAODICEA, apud Plinium Mesopotamiæ urbs est: hanc Pinetus Lor vertit.
- LAOMEDONTIA, vide LAODAMAN- TIA, & LAMPSACVS.
- LAPADVSA, vide LOPADVSA.
- LAPATHVS, Livio ad Ascuridem paludem locus est, quem CHARACA appellant, ut scribit libro 44.
- LAPATIA CORI, λαπατία κόρι, Hispanie Tarraconensis promontorium, quod & TRILEVCVM, τριλευκον Ptolemæus.
- LAPERSÆ, vide LA.
- LAPIDES ATROS, locum in Ausetanis, inter opida Illiturgim & Mēissam: ubi As- drubal castra habebat, habet Livius, lib. 26. hoc loco describit Ptolemæus BIATIAM, βιατία.
- LAPVRDVM, habet Liber Notitiarum pro urbe Novempopulaniae regionis, in Gal- lia Aquitanica. Hanc hodie Lorda vocari, scribit Iosephus Scaliger, in suis Lectionibus Ausonianis. Lapurdensium locustarum Si- donius lib. 8. ad Trigretium.
- LAR, λάρ, Ptolemæo est Arabia Felicis flu- vium, in

vius, in Sinum Arabicum erumpens: Om-
nem vocant recentiores tabule.

LARGIA, vide ARCHEMORVS.

LARIAGARA, λαειαγάρα, India intra
Gangem urbem, habet Ptolemaus. Cara-
caran vocatur Mercatori.

LARINATES, cognomine FREN-
NI, sunt Italiae populi; Plinio. LARI-
NVM urbē, decem & octo millia passuum
distantem à Theano Apuliae habet Cicero
pro A. Cluentio.

LARISSA, λαρίσσα Ptolemaeo Macedonia
urbs, ad sinum Pelasgicum. Vnico S scri-
bendum docet Ful. Ursinus. ARGOS olim
dicta, scribit Eustathius. PELASGIAM
hanc etiam dici, item CREMASTEN,
κρεμαστὴν, id est pensilem vocari, tradit Stra-
bo & Livius. Hanc Sophianus hodie Lariz-
zo nomē habere dicit. Est & alia LARIS-
SA, in eadem regione, sed ad Peneum flu-
vium, Ptolemaeo & Pausania testibus. V-
nam harum ait Camerarius in suis Home-
ricis Commentariis, ARGISSAM ap-
pellatam reperisse, sed utram, non addit.
Etsi harum duarum in Macedonia Larissa-
rum, testem adduco Ptolemaeum, in Graecis
tamen codicibus CHARISSA, χάρισσα
legitur, pro ea quae ad Peneum est. Sed quia
in omnibus ferē Latinis exemplaribus, im-
primis vetustioribus, Larissa legitur, Sophi-
anus etiam ipse ex Graecia oriundus, Laris-
sam in sua Graeciae tabula ponat; tum fretus
auctoritate Pausaniae; adducor in eam sen-
tentiam, ut pro Charissa, Larissam apud
Ptolemaeum restituendum putarim. Extat
etiam Geographia Ptolemaei Latina, excusa
Argentorati, apud Ioannem Scotum Anno
CIC. IO. XX. haec etiam Larissa legit, &
in margine λαεισσα; singulis namque voci-
bus in hoc codice adiuncta sunt à latere vo-
cabula Graecè scripta. Thevetus Larissam,
Larmire vulgo nomen habere dicit, at
quam nam; reticet.

LARISSA, Syriae civitas est Ptolemaeo &
Stephano; qui dicit eam à Syris ZIZARA
ζίζαρα, vocari.

LARISSA, quae AEGYPTIA vocatur. sic
Xenophon. Aeolidis urbs apud eundem vi-
detur. Sunt plures Larissae, quas enumerat

Strabo lib. 9. Vide CUME.

LARIVS Lacus, Ptolemaeo aliisq; qui &
COMACENVVS, ab urbe illi adiacente,
Antonino dicitur. Lago di Como, Italiae:
Chumerse Germanus hodie dicitur.

LARNASSVS, vide PARNASSVS.

LARO, Tusciae annis Catoni Arone Lean-
dro, nunc.

LARTHENIANVM, Etruriae opidū; quod
prius ENIANVM dicebatur: & postea
VEIENS à Romanis vocatum fuit; ut tra-
dit Fabius Pictor. Hoc nostra tempestate
Martheniano appellari, refert ex Annio
Leander Albertus. Civita capellana aliis;
Pontiana scribit Nardus.

LARTHES. Vide OSSA.

LARYMNA, vide LORYMA.

LAS, vide LA,

LASIA, vide ANDROS, & LESBOS.

LASICE, λασική, Africae Propriae urbs, Pto-
lemaeo. ELICE apud Antoninum esse, cre-
dit Ger. Mercator. Hoc nomen per Æ
diphthongum auspiciari apud Antoninum
video.

LATARA Castellum, in Gallia Narbonensi
est, Pomponio Mela. Lates Ioanni Poldo
est. LATERRA Plinio stagnum hoc loco
est, quod Poldus se ignorare fatetur, ubi sit.
Marius Niger verò (qua auctoritate nescio)
scribit hoc ab incolis Stagnone vocari. Mi-
rum, rem ipsam indigenam latere, & pe-
regrino nomen tamen innotuisse.

LATERRA, vide LATARA.

LATHON, vide LETHON.

LATIA, sive LATINA Via, vide APPIA.

LATIVM, Italiae regio, omnibus auctoribus
nota: hodie Campagna di Roma dicitur
à Roma eius Urbe, sortitum nomē: quasi di-
cas Territorium Roma. LATINI dicun-
tur eius incolae. Hos prius CETIOS, κητιοί,
& postea AENEADAS, αινειάδαί, et RO-
MANOS, ρωμαίοι, vocatos, scribit Suidas.

LATMVS, Cariae regionis mons: quem He-
cataeus innuit eundem esse cum eo quem
Homerus PHTHEIRON, φθηειρόν, vo-
cat: etsi alij GRIVM, γριόν, intelligant. Ex
Strabone. Vide HERACLEA Cariae.

LATO, vide CAMARA.

LATOBIRIGI, Caesari Celtae sunt, finitimi
Helvetio-

- Helvetiorum; quos Lofanne, ad lacum Lemmanum ponit, sed subdubitans, Marlianus. Rbellicanus Wallisserlandt, & Scudus Cletgaw interpretatur.
- LATOIS, ληλωϊς, in Græco est, quæ nunc LATORIA, λατωρηϊα, villa quædam montana, apud Ephesum: ubi Pramnium vinum nascitur. Ex Athenæo.
- LATOMIÆ, λατομια, quarum Cicero in Verrem, & Plutarchus in vita Dionis meminit, Syracusarum carcer est; ut Varroni placet ubi & lapidicina fuerunt. Hodie Tagliate vocantur ut scribit Aretius.
- LATOMIAS, quas Strabo lib. 5. in Gabiorum regione describit; Dom. Niger hodie Gallicano vocari ait. Blondus autem Gallicanum in ipsis Gabis ponit.
- LATONE, Ptolemæo Aegypti urbs est, ad Nilum. Derote hæc est Zieglero. λητὸς τὸ λης est in Græco. sic etiam Stephanus habet.
- LATORIA, vide LATOIS.
- LATRIS, insula Germaniæ Plinio, ad ostium Vistule fluminis. Hanc Maiorem ab incolis vocari dicit Niger. Videtur mihi Fuschnung, in tabula Prusiæ, à Zellio descripta, appellari.
- LATYRVS SINVS, Libyci maris, apud Melam: idem fortasse cum eo qui NYMIDICVS à Ptolemæo dicitur.
- LAVARE, λαυερή, Lusitanorum opidum Ptolemæo. Avero hodie Floriano. Porto, Episc. Gerundensi. opidum ad Durij fluminis ostium situm.
- LAVDVNVNVM, Galliæ urbs; Laon, Paradino auctore. Simlerus dubitat num eadem sit cum ALAVNA Antonini.
- LAVIACVM, Austriæ urbs; quæ nunc Lauffen dicitur, Wolfsg. Lazio teste. Assach vocatur Simlero, qui aliquando LACIACVM, & IACIACVM legit, apud Antoninum.
- LAVICVM, vide LABICVM.
- LAVINASENA, & LAVINIANENSIS, vide CAPPADOCIA.
- LAVINIVM, Livio Italiæ urbs; hodie eo loco Civita divina ibidem extare putat quidam. Hanc Lavinium scribit Servius quoque LAVRENTVM vocatam. indeque eam etiam LAVROLAVINIVM nominat.

Vide LANVVIVM.

- LAVMELLVM, Antonino Insubrum urbs; quæ Lamello Leandro. Meminit eius quoque Marcellinus. Hodie pagum satis contractum esse, scribit Gaud. Merula, qui tradit idem à Ptolemæo GAVMELLVM, γαυμελλον, & à Marcellino LACMELLVM dici, per C, quam scripturam ei magis placere addit. Per V tamen in excuso Ammianici codice ego lego. Gaumellum Ptolemæi, putat Xylander à Strabone ICTOMVLVM fortè dici.
- LAVRENS, & LAVRENTVM, vide LOMENTOS.
- LAVRIACVM, Austriæ opidum, ad ostia Anasi fluminis. Antoninus eius meminit. Lazio & Bruschio Enfs est: Lorch Simlero.
- LAVRO, vel LAVRON, λάρων, Plutarcho in vita Sertorij, App. lib. 1. Civilium, & Orosius lib. 5. Hispaniæ Tarraconensis urbs. Hæc Liria Beutero dicitur.
- LAVRVS INSANA, vide AMYCLVS.
- LAVS, flumen & opidum Lucaniæ, apud Plinium. Straboni quoque Laus, λαϞ est, & non TALAVS, ut Leander scribit; quæ Græcum articulum cum vocabulo iungit. Idem dicit hoc flumen hodie Cocco vocari. sed Niger Laino appellat. Sed idem Talavus malè legit. Sic etiã Gab. Barrius TALAVM urbem apud eundem Strabonem legit; additque eam hodie Scalea vocari.
- LAVS POMPEIA, Plinio Insubrum urbs est; quæ hodie Lodi dicitur; Leandro & aliis testibus.
- LAVSONIVS, vide LEMANVS.
- LAZÆ, & LAZI, vide COLCHIS, & SCYTHÆ.
- LEBADIA, λεβαδεια, Pausania Bœotia in Macedonia urbs. Ptolemæus sine diphthongo scribit. Badia dicitur Zardo. Olim MIDIA, μιδεια, vocata fuit, Pausania teste.
- LEBAHIM, vide CYRENE.
- LEBECII, & LEBETII, vide LEBVI.
- LEBINTHVS, λέβινθϞ insula Maris Aegæi, Plinio & Straboni. Apud Nigrum Palmosa est.
- LEBVI, Galliæ Cisalpine populi sunt Livio, quos alio in loco LIBVOS per 1, vocat. Hos Po-

Hos Polybii **LEBETIOS**, λεβέτιοι, esse, & pro his male **LIBICOS** apud Plinium & Ptolemaum legi, vult Gaud. Merula; qui eorum urbem primariam **FORVM LIBETIORVM**, vel **LEBORVM**, vocat; eamq; hodie Lavizario nomen habere addit. in agro Novariensi est. Leandro Lavezzeo est. Ego apud Polybium **LEBECIOS** per **K** non per **T** lego.

LECTVM, λεκτόν Ptolemao Troadis promontorium; quod Scorpiata Sophiano appellatur.

LEDVM, Gallia Narbonensis fluvius, apud Pomponium. Lez est, Clusio.

LEGIO ALTERA AVGVSTA, vide **SEBASTA**.

LEGIO AVXILIATRIX, hanc Bonfinius ostendit ex antiqui lapidis inscriptione, ibidem effossa, ad Budam Veterem, iuxta Danubium fuisse. ubi etiamnum vetustissima urbis vestigia cernuntur. locum iuniores nunc Sicambria vocant, inquit, & à Sicambriis, remotissimis Germania populis, extractam, inscriptio indicat. Idem Lazius in sua Vienna, scribit ab Hungaris Scambri vocari. Vide **SICAMBRI**.

LEGIO GERMANICA DECIMA, Ptolemao in Pannonia Superiori est, iuxta Danubium. Bonfinius docet eam fuisse prope Strigonium, in effusa plinitie; aut è conspectu Comara, iuxta Tatani.

LEGIO GERMANICA DECIMA QVARTA, in Pannonia Superiori ad Danubium, paulo supra Budam fuisse, tradit Bonfinius. ubi hodie templum D. Andreae est; & vicus in edito loco. Huius Legionis meminit Ptolemaeus, sed videtur eandem **CHERTOBALVS** vocare. quam vide suo loco, supra.

LEGIO SEPTIMA GERMANICA, ponitur in Tarraconensi Hispania, inter Astures, à Ptolemaeo. λεγίων ζ γερμανική, Vaso Leon est. qui scribit eam aliquando **LEGIONEM Geminam** dictam. In Latinis Ptolemai Scholiis Villanovianis legitur **SVBLANTIAM** quoque (nescio quibus auctoribus) vocatam. Aliud praeterea nomen illi tribuit Tarapha. Vide ipsum.

LEGIO SEXTA VICTRIX, vi-

de **EBVRACVM**.

LEGIO TRAIANA. Vide **TRAIANA LEGIO**.

LEGIO TRIGESIMA VLPPIA, vide **TRICESIMÆ**.

LEGIO XXI. vide **TROIA**.

LEIMONE, vide **ELONE**.

LEINVVM, λήϊνον, Sarmatiae Europae opidum, Ptolemao quod Niger Luczcho dicit scribit.

LELEGIA, vide **LACONICA**.

LELEGIS, vide **BOEOTIA**, **CARIA**, & **MILETVS**.

LELEGVM Vrbs, vide **NINOE**.

LELGOVIA, Boethio Scotia regio est. quam **Lenos** vocat.

LEMANS, alius **LINIENS**, Angliae regionis fluvius. Auctore Lhuydo, qui eum vulgo **Stotter** dicit tradit. Nominis antiqui nusquam inveni memoriam. Fortè Lemans portus est apud Antoninum, quem Talbotus hodie non extare scribit, tantumq; in eius loco templum parochiale extare **Limpne** nomine.

LEMANS Lacus, Mela & Plinio; Ptolemaeus **LIMENE**, λιμὴν, vocat. **LAVSONIVS** nominatur in Itinerario Antonini. Sic hodie Lac de Lozanne & de Geneve, ab opidis in ripa eius positus vulgo dicitur. Germani **Jenfferse** eadem ratione appellant.

LEMNOS, λήμνος, Maris Aegaei insula, Vulcanico sacer, & Lemnia terra nobilis. Sophianus & Erythraeus eam hodie **Stalimene** vocari aiunt. **HYPSPYLÆA** ab eiusdem nominis filia Thoantis, quae ibidem regnavit, quondam dicta fuit. Eius incolae **SINTIOS**, σίντιοι, vocat Homerus. Vide **ÆTHALE**.

LEMOVICES, vel, ut Ptolemaeus habet, **LEMOVICI**, λιμσίκιοι, Galliae populi sunt Pictoribus vicini. Limosius hodie video ab omnibus interpretari. A. Hirtius eorum urbem primariam **LEMOVICVM** nominat. haec hodie **Limoges**. Alij autem praeter hos sunt apud Caesarem **Lemovices**, quos inter **Armoricas**, (Britanniae) populos numerat.

LEMOVII, Germaniae populi, Tacito. **Abf-**

- landers sunt Curao. Vide EFFLVI.
- LENCIA, vide LONCIUM.
- LENTIENSES, Alemannici populi, Am-
miano lib. 15. & 31. Ex his Lintgoewer
facit Scudus, Vindeliciae populos.
- LEON, λέων, Eubœa insula urbs, Ptolemao.
Cabo mantello nomen habet apud So-
phianum. Vide TAMYRAS.
- LEONINA, pars Urbis Romæ, ultra Tibe-
rim. sic dicta à Leone III. Pontifice, qui eam
muris cinxit. Eadem RAVENNATIVM
urbs dicta fuit, eo quod militibus classis Ra-
vennatum assignata erat. Hodie Borgo di-
citur. Vide NOVARIA.
- LEONTIVM, λέωντιον, Sicilia opidum, Pto-
lemao. Aliis LEONTINI sunt. Niger scri-
bit Lintini nunc vocari. Huius urbis partem
PHOCEAS, φωκέας, dictam fuisse, ex Thu-
cydidis libri 5. principio liquet. Leontia et-
iam locus circa Syracusas Livio; quinque
millia passuum ab Hexapylo distans. Vide
ARGVRA, & LÆSTRYGONES.
- LEONTOPOLIS, vide ALEXAN-
DRIA, & BAZANIS.
- LEOPHORA Via, λεωφόρος ὁδός, quæ MEN-
NONIA adhuc dicitur; à Mennone nem-
pe, qui eam stravit; circa Susam Persidis ur-
bem. ut docet Diodorus lib. 2.
- LEOSTHENIVM, λεωσθένειον, Stephano
Bospori Thracici sinus: LASTHENES
vocatur à Dionysio Byzantino, ut tradit
Gyllius; qui cum sub nomine CASTHE-
NES à Plinio describi censet. Quidam By-
zantini eum hodie appellant Sthenion, a-
lij Softhenion, ut idem Gyllius annotat.
- LEPAS, λέπας, Thucydidi lib. 7. vocatur ver-
tex cuiusdam rupis Siciliæ, in agro Syracusa-
no. Hodie Crimiti dicitur, Aretio & Fa-
Zello.
- LEPHANA, vide LEVPHANA.
- LEPIDI Pons, vide SVBLICIVS.
- LEPONTII, Helvetiæ populi, apud quos
sunt Rheni fontes; Casari. Ghinwalder,
summa Alpium habitantes, sunt Scudo.
- LEPONTIOS VIBEROS, apud Pli-
niū, qui Rhodani fontē accolunt. LIPON-
TII, λιποντιοί, sunt apud Ptolemaum,
quorum regionē præfatus Scudus Levon-
tina vallis, Italis; & Lebontiner tal, item

Etchental Germanis vocari ait.

- LEPREATICVS, vide RYLVVS.
- LEPRIVM, λέπειον, Elidis, Peloponnesi re-
gionis, urbs, apud Ptolemaū. Chaiapa Ni-
gro dicitur.
- LEPTE ACRA, Indorum promontorium,
ab aliis DREPANVM vocatur. Plinius
lib. 6. cap. 29.
- LEPTIS, λέπτις, duo sunt huius nominis ur-
bes, in Africa Propria, Plinio, Pomponio &
Antonino testibus. Alteram quarum Plinius
MAGNAM cognominat. Ptolemaus unam
tantum habet, eamq; PARVAM, μικρά,
cognominat. atque hæc est quam Strabo &
Eustathius NEAPOLIM quoque appella-
tam scribunt. quo nomine Ptolemaus etiam
urbem hoc tractu ponit. Leptim Parvam Li-
vius in Emporia regione, ad oram Minoris
Syrtis habet. Magna à Mercatore pro Le-
bida hodie intelligitur. Parva à Cornelio
Sceppero Africa dicitur. Hanc quoq; SAR-
RANAM vocatam, tradit Car. Stephe-
nus, in suo Dictionario. Sed obseruandum,
quod Plinius, Mela, & Antoninus ex his tres
urbes facere videntur; cum duas Leptes, &
præter eas Neapolim, eodem hoc tractu no-
minat. Leptimum & Leptimagnus legit a-
pud Cyprianum, Pamelius. Vide ABRO-
TONVM.
- LERIA, λέρις, una ex Sporadibus insulis, a-
pud Strabonem. Lero, Sophiano hodie ap-
pellatur.
- LERIA, λείρια, quæ & HEDETA, ἑδετα
Ptolemao Hedetanorum urbs, in Hispania
Tarracoenesi. Clusio Liria est; sed Oliete
Floriano.
- LERINA, vide STOECHADES.
- LERNA, λέρνη Ptolemao est Laconia urbs, in
Peloponneso: quam Niger Petrina, Sophi-
anus autem Phonea vocari tradunt.
- LERNÆVS Fons, in Laconica regione; an-
tea AMYMONIVS dicebatur; ab Amy-
mone puella ibidem à Neptuno compressa.
Hyginus. Est ibidem Lerna palus, & fluvius.
- LERO, & LERONE, vide STOECHA-
DES.
- LESBIVS, vide VESEVIVS.
- LESBVS, λέσβος, Maris AEGæi clarissima
insula, octo urbibus culta, ut Plinius testatur.
Hic eam.

Hic eam quoque HEMERTE, LASSIA, ÆGIRA, PELASGA, ÆTHIOPE, & MACARIA, appellatam subiungit. Lycophron ISSAM, Ἴσα, etiam vocat. MITYLENA, μυτιλήνη, ab Eustathio, & MYTANIDA, μυτανίδα, à Stephano nuncupatur. Metelin. hodie nominatur, Sophiano & aliis.

LESSVS, vide LISSVS.

LETHES, vide LIMÆA.

LETHON, Africa fluvius, in Cyrenaica regione, Plinio. Hunc Ptolemæus & Strabo LATHONEM, λάθων vocant. Apollonio in Argonauticis LABON, λάβων est; quod ante me Hermolaus docuit.

LETOA, λητώα, Libyci maris insula, prope Cretam, Ptolemæo. Christiana Sophiano.

LETOIS, vide LATOIS.

LETVPOLIS, vide LATONE.

LEIVS, Liguria mons est, auctore Livio. quem Leander testatur hodie Lalpi del Pelegrino vocari.

LETVS PORTVS, vide CVNION.

LEVACI, Gallia Belgica populi, & Nerviorum clientes, Cesare auctore. Hos Marlianus Loeven. Brabantia urbem interpretatur. Becano verò sunt, qui Slufam, Ardenburgum, Axellam, & Oostburgum, Flandria opida habitant.

LEVCA, λευκά, Straboni Salentinorum urbs est. Niger vocat Cabo Leucoso, & dicit RHLEGRÆA DÆDALI vocatam; quo autem auctore, non addit. & ego me nescire fateor. Vide ACHILLEA.

LEVCA ORE Ptolemæo, id est Albi montes, ut Plinius eos vocat; in Creta insula sunt. Madara & Spachia hodie vocari, scribit Bellonius.

LEV CAS, λευκάς, Epiri promontorium est Ptolemæo. opidum vocat Mela & Eustathius, qui illud quoque NERICVM, νηρικόν, & Acarnania Epiri regiuncula opidum est Stephano. LEVCADIAM & NERITIM appellat. Plinius: sed peninsulam esse scribit. ponit q̄ in ea Leucam & Neritum opida. Postea eam opere incolarum (quos Strabo Corinthios fuisse ait) abscissam à continenti, ac redditam, ventorum flatu addit. Hodie S. Maura dicitur Nigro

aliisq̄, item Sophiano in sua Græcia tabula; ubi eam insulam depingit. Vide BAIANEÆ, & NERITVM.

LEV CASIA, Plinio est insula Tyrrheni maris, contra Pastanum Sinum: sic dicta à Sirene ibi sepulta. Pinetus Licoso eam vocat. Sed is mihi videtur confundere Leucosiam & Leucotheam, cum utramque Licoso appellat. Vide SAMOS.

LEV CATA, vide SALSVLÆ.

LEVCE, vide ACHILLEA.

LEVCE ACTE, vide LAODICEA.

LEVCE TIA, vide LVCOTEGIA.

LEVCI, λευκοί Ptolemæo & Casari, Gallia Lugdunensis populi. Eorum urbem vocat Ptolemæus TVLLVM, quæ hodie Toul est, Marliano & Divæo censoribus. In Itinerario quod Antonino Aug. ascribitur, CIVITAS LEVCORVM, quod est TVLLVM, legitur.

LEV CIMNA, λεύκινα, Corcyra insula promontorium, Ptolemæo. Cabo Blanco hodie, Sophiano.

LEVCOGÆI, Campania colles, Plinio. Hos Leander Lunera nominat.

LEVCONIS, vide COPAIS.

LEVCO PETRA, λευκοπέτρα Ptolemæo & Ciceroni est Brutiorum agri Rhegini promontorium. Capo di Sparto Vento, est Leandro: Capo de Larme Nigro.

LEVCO PHRY S, vide TENEDOS.

LEV COREA, vide MARCILIANVM.

LEV COSIA, vide SIRENVSSÆ.

LEV COSYRIA, vide ARMENIA, & CAPPADOCIA.

LEV COSYRVS, vide PYRAMVS.

LEVCO THEA, Tyrrheni maris insula, apud Plinium. Licoso Pineto est. Vide LEVCASIA.

LEVCTRV M, λεύκτρον, Laconica urbs, in Peloponneso; ad Sinum Messeniacum; Ptolemæo. Maina Nigro vocatur. Et sic eam Gemistus quoque μάινη, appellat.

LEV INVS, vide BODOTRIA.

LEV NI, λεύνοι, Vindelicia populi, Ptolemæo. Hos Horatius GELONOS vocat, ut scribit Aventinus. Glon fluvius hodie in eo tractu est, & loca quædam ei vicina,

- Glou, & Gloneck dicta. Pro Gelonis, ut Simlerus prodit, nonnulla Horatiana exemplaria GENAVNI, GERAVNI, & GENAVVI legunt. quã postremã lectio- nẽ illi potius placere addit, quòd ad Germa- nicũ idioma accedat magis in quo *Aw*, insu- lam aut agrum significat. ANNAVNES Plinij, & BENLAVNI Ptolemæi ijdem sint, alius conjiciendum relinquit.
- LEVONÆ, λεωνæ Ptolemæo sunt populi qui media Scandiæ tenent; ubi hodie sunt Bothnia Occidentalis & Orientalis.
- LEUPHANA, Germaniæ urbs Ptolemæo. Hanofer in Saxonia, vertit frenicus. LE- PHANA, λεφάνα, est in Græco.
- LEVSINE, vide ELEVSINA.
- LEV TARNIA, λευταρνία, Lycophroni urbs; quam Barrius in Calabria ponit, & Levidonia appellat.
- LEXOBII, & LEXOVII, Gallia populi sunt apud Casarem. Marlianus eos collocat in Normandiæ ducatu, in opido Lisieux vocato.
- LHOEGRIA, vide BRITANNICÆ.
- LIANVM, λείων, Sarmatiæ Europæ urbs, Ptolemæo. Salinea interpretatur Mercator ad Maotidem paludem situm opidum.
- LIBA, λιβα Ptolemæo Carmaniæ insula: Are- stinga fortè. Hanc Arestingam scribit The- vetus Codane vocari. fides sit apud illum.
- LIBANVS ALMÆ VENERIS, vo- catur Aethico insula Tiberis, intra urbem Romam, & Ostiam civitatem. Hodie fortè communi nomine Isola nominatur.
- LIBARNA, Plinio Lombardiæ opidum, in Apennino situm. Dom. Niger Bobio vocat. Incisa Georg. Merula putat ut de eo testa- tur Gaud. Merula.
- LIBERINI, vide ILLIBERIS.
- LIBICI, vide LEBVI.
- LIBISONIS Turris, Plinio, BISSONIS Turris, πύργος & βίσιων Ptolemæo. TV- ROBOLIS fortè Antonini est. Sardinia opidum. Sardos appellatur Pineto, Terra nova Nigro, & Porto di Turre Leãdro.
- LIBISOSONA, cognomine FORO AV- GVSTANA, Hispaniæ urbs, Plinio, lib. 3. cap. 3. Eadem fortè cum LIBISOCA, λι- βισόργ. Ptolemæi.

- LIBISSA, vide LIBYSSA.
- LIBNA, vide PELVSIVM.
- LIBVRNIA, λιβυρνία, Illyridis regio, apud Ptolemæum. λιβυρνοι, sine o, scribit Step- hanus. Lazius Crabaten, Pinetus Contado di Zara indigitat.
- LIBVRNICVS Sinus, vide FLANA- TICVS.
- LIBVRNIDES, λιβυρνίδες, Straboni insulae sunt Maris Adriatici, iuxta Liburniam; Ptolemæo hoc loco SCARDONA, σκαρ- δωνα est.
- LIBVRNVNVM Mare, vide TYRRHE- NVNVM.
- LIBVRNVS, vide AD HERCVLEM.
- LIBYA, λιβύη, regio quam Stephanus quoq; OLYMPIAM, ὀλυμπία, OCEANIAM ὠκεανία, ESCHATIAM, ἐσχάτια, CO- RYPHEN, κορυφή, HESPERIAM, ἑσπε- ρία, ORTYGIAM, ὀρτυγία, AMMO- NIM, ἀμμωνίς, ÆTHIOPIAM, αἰθιο- πία, CYRENEN, κυρηνή, OPHVSAM, ὀφίσα, CEPHENIAM, κερηνία, & AE- RIAM, αἰρία, diu scribit. Hebrais Libya LVDIM est, Ar. Montano teste. In anti- quis inscriptionibus sæpius LYBIA per Y, in prima legitur. Vide AFRICA, & NOVARIA.
- LIBYÆ Deserta, Ptolemæo in Africa sunt. Ab incolis nominantur Zahara, Joanni Barrio & Zarra Aloisio Cadomosto, cum Ioanne Leone, qui addit sic Arabica lingua vocari; & desertum significare.
- LIBYPHOENICES, vide BYZACIVM.
- LIBYSSA Plinio; Apud Ptolemæum scribi- tur in secunda quemadmodum in prima, per I, λιβύσσα. Bithynia urbs est. Diaribe Bel- lonio dicitur; Diacibyssa Gyllio: qui vicum hodie esse, addit. Hic Annibalis sepulcrum fuit.
- LIBYSSVS, Urbis Romæ locus: qui deinde ARGÆVS, postea VICVS TVSCVS dictus fuit. Fab. Pictor.
- LIBYSTENE, vide COLCHIS.
- LICANDVS, vide LIPARA.
- LICATII, λικάποι, Vindeliciæ populi, apud Ptolemæum, & Strabonem, qui eos petu- lantissimos Vindelicorum vocat. Plinius LI- CATES habet. Lechrainer hodie sunt, ut Scudus

Scudus & Aventinus scribunt.

LICICAVIKI, vide SCLAVI.

LICINI Forum, vide FORVM.

LICNENI, λικνηνοί, Corsica insula populi.
Leander eos ponit, ubi hodie Val de Nio-
lo est.

LICVS, vide LYCVS.

LIGERIS, λιγερῶν, Casari & Ptolemæo
Gallia fluvius. Loire hodie, Marliano.

LIGIA, vide SIRENVSSÆ.

LIGII, Germaniæ populi, Tacito. Sunt
Schlesier, Willichio. Vide ILINGÆ.

LIGNISTVS, vide DASSARITES.

LIGVLA, vide MAZVLA.

LIGVRIA, λιγυρία & λιγυρικὴ, Italia re-
gio, quæ hodie Riviera di Genoa dicitur.
Eustathius tradit ex Lycophrone LIGVS-
TINOS, Ligures à Græcis appellari, λιγυ-
ρῶν, per Y, scribit Stephanus. LIGVRES
COMATOS vocat Dion, qui Alpes Ma-
ritimas colebant. In Marij vita apud Plutar-
chum, videntur ab initio AMBRONES,
ἀμβρόνες, vocati. Ambrones numerat et-
iam Festus inter populos à C. Mario deletos.

LIGVRISCÆ, vide TAVRISCI.

LIGVRVM MONTES, describit Lean-
der in Tuscia. dicitq; eos hodie Montagna
di Carrara & Lunigiana appellari. LI-
GVSTINI vocantur Livio, lib. 34. LI-
GVSTICI, Varroni lib. 36.

LIGVSTICÆ, & LIGVSTINÆ Alpes,
eadem sunt. cū MARITIMIS, ut credit
Simlerus. Harum meminit Ptolemæus, Dio,
Livius, & Tacitus. Vide LIGVRVM
Montes.

LIGVSTICVM Mare, ut Plinius illud vo-
cat, quod Liguriam alluit; hodie Mar di
Lione vocatur, attestante mihi Leandro.
Marius Niger ait hoc totum Maris Medi-
terranei quod est à Freto Gaditano, ad Sici-
liam usque, nunc à Iunioribus Mare Leo-
nis appellari. AFRICANVM Mare no-
minat improprie Luitprandus Ticinensis,
cū Ianuensem urbem ad Africanum mare
constitutam scribit. Videtur eum excusare
Isacius, qui dicit Libycum & Ligusticum
idem esse. Sed idē sunt re, nomine non item.

LIGYSTICA, vide COLCHIS.

LIGYSTIDES, v. de STOECHADES.

LILYBÆVM, λιλυβέων, Sicilia promonto-
rium & urbs, Ptolemæo. Urbs hodie Mar-
salla dicitur Leandro. apud Nigrum Mar-
zara legitur. Promontorium verò Capo
Boëi, Fazello & Aretio: Capo Coco au-
tem Leandro. λιλυβῆν, habet Dionysius Ale-
xandrinus.

LIMÆA, λιμαῖα, Lusitania fluvius apud
Strabonem, quem LETHEN, λιθὴν quoq;
vocat. Ptolemæo LIMIVS, λιμίϛ, vide-
tur. Plinius lib. 4. cap. 22. LIMÆAM
appellare videtur, & ÆMINIVM; quem
antiqui OBLIVIONIS Fluvium voca-
vere. de eodem sic etiam Mela, & cui Obli-
vionis cognomen est, LIMIA. Oblivionis
fluminis meminit etiam qui scripsit Livia-
nam Epitomen, lib. 55. Strabo tradit etiam
BELIONEM dictū. Xylader in suo Stra-
bone Latino hoc vocabulum retulit, tan-
quam spurium & corruptum. BALION
à Pomponio appellari, annotavit Hermo-
laus ego hoc apud Pomponium non invenio.
Marius Niger dicit à Plinio CHALIBES
nominari: ex mendofo (uti ego conjicio) ex-
emplari: alibi enim pro Chalibe hodie legi-
tur, loco dicto. sic: Aemintus, quem alibi qui-
dam intelligunt, & Limæam vocant, Obli-
vionis antiquis dictum, & c. Limia hodie
nuncupatur, ut à Clusio accepi. Est in Ba-
tica fluviolus, hodie Guadalete dictus: &
à Mauris Bedalac (ut P. de Medina tradit)
vocatus; quem Florianus scribit olim quoque
LETHEN nominatum: sed apud quem
auctorem, non faterur: atque hoc etiam
mihi ignotum est. Nisi Silius lib. 16. eius
meminerit hoc versu:

» Et Therō potator aque sub nomine Lethes.
Antiquum nomen obtinet, inquit, addito A-
rabico vocabulo, Guadil, aut, ut Hispani cor-
ruptè pronunciant, Guadal, quod fluvium
significat: quasi dicas, Fluvius Lethe.

LIMEN Interni Maris, vide FRETVM.

LIMENE, vide LEMANVS.

LIMERA, vide EPIDAVRVS.

LIMIA, vide LIMÆA.

LIMIOSALEVM, λιμιοσαλέων Ptolemæo
Germania urbs: ex qua P. Appianus Gues-
na, Polonia urbem facit.

LIMIVS, vide LIMÆA.

LIMNÆ-

- LIMNÆ, vide AMYCLÆ.
 LIMNOS, λιμνος, insula inter Albionem & Hiberniam, Ptolemæo. Hæc Eulhi Britannicè, & Bardesay Anglicè vocatur, ut Le-lædus docet. SILIMNVS fortè Plinij est.
 LIMOVICI, vide LEMOVICES.
 LIMVSA, Antonino Pannonia Inferioris urbs. Musiburch/ Lazio vocatur, in sua Vienna.
 LINDII, vide GELA.
 LINDISFARNA, insula est Angliæ, teste Beda: quæ Galig Eilande Anglicè dicitur, Humf. Lhuydo auctore. Ad ostia Tuedæ fluminis est.
 LINDON, λιόν, Coritavorum civitas Ptolemæo in Albione insula. Lincolne & Lindecolin Anglis, Lincol Normannis, Caerludcoyd Britannis dici, tradit Humfredus. Lindum quoque apud Antoninum habetur.
 LINDONIVM, vide LONDINIVM.
 LINDVS, λιόν, Rhodi insule opidum, Ptolemæo: quod Lindo, Sophiano auctore hodie vocatur.
 LINGA, vide TINGIS.
 LINGONES, Celtarum populi, apud Casarem LONGONES per o micron in prima habet Ptolemæus. In horum locum hodie Langres urbs à Marliano statuitur.
 LINTERNAPALUS, Silio in Campania est; quæm Leander Lago della patria vocat.
 LINTERNVM, Silio & Mela; ceteri fere LITERNVM sine N habent; ut etiam Ptolemæus, λείτερον. Campania urbs littoralis est, sepulcro Scipionis nobilis. Hodie Torre della patria dici, tradit Leander. Liternum hoc tractu etiam fluminis nomen est Livio lib. 32. Vide LIRIS.
 LINVM, λιναία, promontorium Chonie, regionis Italiae, ut legitur apud Lycophronem. Hoc hodie Verre dicitur, ut testatur Barrius.
 LIPARA, Cappadocia pars, quæ LICANDVS vocatur; inquit Cyropalates.
 LIPARA, λιπάρα, quæ antea MELIGOVNIS, μελιγώνις, vocabatur, Plinio, Strabone, Stephano & Eustathio testibus. Lipara adhuc nostra ætate dicitur: nisi fallat Leander. Una est ex Aeoliis insulis.

- LIPARÆ, vide AEOLIAE.
 LIPIÆ, vide LVPIÆ.
 LIPONTII, vide LEPONTII.
 LIQVENTIA, Venetorum fluvius, Plinio; pro quo Leander Livenfa hodie intelligit; Fori Iulij fluvium. LIQVETIA legitur apud Virgilium; & eam scriptionem probat Servius. cui minus assentitur Erythraeus.
 LIRIMIRIS, λειμυρίς, urbs Germania, apud Ptolemæum; in climate Septentrionali. Mulhepm Villanovano videtur.
 LIRINATES, vide SVCCVSANI.
 LIRIS, qui & LITERNVS; ut putat App. Alexandrinus. LYRIS, per Y in prima, habet Tacitus. Vide CLANIUS.
 LISBOVM, Plinio lib. 9. cap. 15. locus est prope Mænum, Germania fluvium. Rhenanus ERLISBORNI legi debere; & Erlenbunnen dici, credit. Sed de hoc Plinij loco vide Epistolam Lipsij ad Pantinum; libro 2.
 LISITANIA, vide LVSTITANIA.
 LISMO, vide CLYSMA.
 LISSA, insula contra Iader, in Illyrico mari, Plinio teste. Lissa adhuc Hermolao dicitur. Liesina Favolis, in suo Hodæporico. Vide PHAROS.
 LISSVS, λισσός, Illyridis opidum Ptolemæo. Alesio hodie, Sophiano & Barletio testibus.
 LISSVS, Creta insule urbs Plinio; LESSVS, λισσός Ptolemæo. Phionisso dicitur à Nigro. Vide PANTACHVS.
 LITANA, Silva vasta Gallia Togata, apud Livium; ubi Romanum exercitum casum scribit à Gallis. Sunt qui putant hodie Selva de Lugo in Romagna eius partem esse; uti habetur in Livio Italico Nardi.
 LITERNVM, vide LINTERNVM.
 LITHVS, vide BABYLON.
 LITTVS CÆSIAE, λισσιὰς αἰγιαλός, Corsica opidum, Ptolemæo. Pinetus Calvi appellat.
 LITTVS SAXONICVM, vide CANTIVM.
 LITVBIVM, Livio lib. 32. Ligurum opidum est. Hodie (ut Bernardus Saccus ait) statum & nomen retinet, L in R mutata. Rutubium viri periri, populares verò Riturbium

turbium vocant. Ab hoc opido dubitat idem Saccus, an apud eundem Livium legendum sit Lituates, pro Ilyates.

LIX, λιξ Ptolemæo, LIXVS Plinio & Straboni, Mauritania Tingitanae annis. Lusso hodie vocari, scribit Castaldus.

LIXA, λιξα Ptolemæo Mauritania Tingitanae urbs mediterranea. Larach Mercatori; Lariffa Castaldo est.

LIXVS, vide LIX, & TINGIS.

LOBETVM, λόβητον, Lobetanorum in Hispania Tarraconensi urbs, Ptolemæo. Benterus in suo Hispania chronico scribit antea TVRIAM, & postea Averazin; tandemque ut hodie Albarrazin vocatam. Idem alio in loco, putat hanc ANITORGIN esse, cuius Livius meminit, lib. 25. Vide ATHANAGIA.

LOCANVS, λοκάνω, Magne Græciae fluvius, apud Ptolemæum. Sagriano appellatur à Leandro qui putat SAGRAM Plinij esse, cuius memoria est lib. 3. cap. 10. ubi legitur, Locris, Sagra, &c. cuius loco legendum est, (ut censet Pintianus & ante eum Hermolaus,) Locanus, Sagra. Videant Geographia & locorum periti, an synonyma sint, aut diversorum fluminum nomina. mihi enim hoc nondum liquet. Locanus Plinij hodie Proteriato nominari scribit Gab. Barrius. Vide SAGRA.

LOCORITVM, λοκώριτον, Germania urbs, ut Ptolemæus tradit. Forcheym, ad Mœnum est, Petro Appiano.

LOCRA, λόκρα, Corsicae insulae fluvius, Ptolemæo auctore. Talabo Leander nominat.

LOCRI, Achaiae populi; qui OZOLAE quoque appellantur, Pausania teste. Strabo vero Occiduos Locros tantum Ozolas dici tradit. ceteros in duas partes dividi scribit, quorum alij OPVNTII, ὀπώντιοι, alij EPICNEMIDII, ἐπικνημίδιοι, vocantur.

LOCRI, λοκροί, Ptolemæo magne Græciae urbs, prope Zephyrium promontorium. Torre di Græco vocatur à Mario Nigro: Hieracium est Gab. Barrio: idem eandem NARITIAM ab Ovidio 15. Metamorphoseon & à Virgilio Georgicorum lib. 2. dici, tradit. Eandem puto esse cum ea, quam hoc loco ponis Strabo, & LOCROS EPIZEPHY-

RIOS λοκροί ἐπιζεφύριοι, nominat: cuius loco tamen Niger hodie Gerasi opidulum esse tradit.

LOCVS, vide THYRE.

LOCVS FELIX, Antonini; West Austriae opidum, creditur à Lazio.

LOGI, λόγοι, Albionis insulae populi, Ptolemæo. Scotia tractum, Strathnavernia dictum interpretatur H. Boëthius.

LOLLVPICE, vide POLLVPICE.

LOMENTOS, λωμέντος, Italiae urbs est Stephano. quam dicit LORENTOS per R, dici. LORETVM Livio, λαγγίτιν, forte Halicarnasseo lib. 5. LAVRENTVM Plinij, & Strabonis. LAVRENS Castrum Tibullo in Latio est; ni fallor. Barrius in sua Calabria, scribit hodie vulgo S. Laurentij nominari. Vide LANVVIVM.

LONCIVM, Antonino Norici opidum. Simlero est Luntz; cui etiam LENCIA videtur, ut in lib. Notitiarum legitur.

LONDINIVM, λονδίσιον Ptolemæo, Tacito & Antonino. LVNDINIVM & LVNDONIVM Ammiano. LONDINIENSE Opidum vocatur in Panegyrico, Maximiano dictum. LONDONIA à Beda nominatur. λινδονιον, habet Stephanus. LVNDONIA à Sigeberto, & eius temporis male Latinis scriptoribus dicitur. Londinium AVGVSTAM postea nuncupatam scribit Ammianus lib. 27. Inde AVGVSTAM TRINOANTVM, admodum proprie, in suis ad me litteris vocat Daniel Rogerius. Cantiorum civitatem facit Ptolemæus, sed librariorum incuria, ut Lhuydus putant & Lelandus; qui eam Trinoantum, vel ut Tacitus, Trinovantum urbem esse volunt. Indigenis Britannis, ut Lhuydus tradit, Troyenewyth, (id est Nova Troia) quondam nuncupata fuit, & postea Dinas Beli, (id est Palatium Belini) Tandem Caerlud, & Lhundain; sive ut Anglofaxones pronunciant, Aonden nomen obtinuit. Exteri Londra & Londres dicunt.

LONDOBRIS, λονδούρις Ptolemæo, ERYTHIA est Plinio & Mele. Insula Oceani est, iuxta Lusitaniam. quam hodie Barlinguas nuncupant.

LONGIBARDI, vide LACCOBARDI.
 LONGOBARDI, vide HERVLI, & WINVLI.
 LONGONE, vide LONGVM Prom.
 LONGONES, vide LINGONES.
 LONGVLA, vide VITERBVM.
 LONGVM Promontorium, μακρὸν ἄκρον, in Sicilia est Ptolemaeo. Lognina hodie appellatum, scribit Leander & Fazellus.
 LONGONE, λογώνη, fortè Stephani.
 LONGVNTICA, Hispaniæ Tarraconensis est urbs maritima, apud Livium. Beuterus scribit nonnullis Guardamar, aliis promontorium Helch videri.
 LOPADVSA, λοπαδῶσα, Africi maris insula, prope Marmaricam. Lampidosa vocatur Mercatori. LAPADVSAS numero dualli habet per A in prima Athenæus.
 LORENTOS, vide LOMENTOS.
 LORIPEDES, vide HIMANTOPODES.
 LORYMA, λώρυμα, Doridis urbs, Appiano & Ptolemaeo. LARVMNA Pomponius vocat. & Plinius LARYMNA. DORYMA, δώρυμα, habet Diodorus. Maxi hodie dici, scribit Niger. Stadia Pinetus. Sed idem Plinius hoc tractu Scadia opidum habet.
 LOTOA, λωτώα Ptolemaeo insula maris Ionij, iuxta Cephaleuiam, versus Meridiem. Hanc Sophianus Guardiano, Niger Trapano appellari tradit.
 LOTOPHAGITES, λωτοφαγίτης, Ptolemaeo; MENYNX Plinio; & MENIX, μῆνιξ, Polybio, etsi in Latinis codicibus. MIRMIX legatur. Insula maris Africi est, non longè à Syrtibus. Gerbi Fazello, nonnulli Zerbi scribunt; eiusdem pro gentium diversitate, pronuntiationis. Gelves Hispani vocant, Calveto auctore, qui scribit eam ex parte continenti adherere: ex quo quis posset fortè CYRANEN, κύρανις, putare, quam Herodotus in Melpomene describit. Ego existimo GIRBA appellari apud Antoninum, & ne quis dubitandi locus relinquatur, adiungam Sex. Aurelij Victoris verba, in Virij Galli (ubi Vibij, ut hoc in transfursu moneam, ex numismatibus restituendum est) Imp. vita. ubi sic habet, Creati in

insula Menynge, quæ nunc Gyrba dicitur. Gerbi scribit Thevetus à Mauris Zotophac vocari.

LOTOPHAGON ORA, in intimo Syrtis Maioris sinu, ad Philenorum aras. hos quidam ALACHROAS dixere, inquit Plinius. Stephanus vocat LOTOPHORVM Regionem, λωτοφόρον χώρας.
 LOTRONIVS, vide VVLTVRNVS.
 LOVANIVM, vide GRVDII.
 LOVENTINVM, λέντινον, Ptolemaeo est Albionis insula urbs. quam Villanovanus Dsubellandit vocat.
 LOVS, λῶ, Macedoniae fluvius, Ptolemaeo, prope Apolloniam. Strabo AOVN, ἄων, vocat. & Hecatæus apud eundem ÆANTEM, ἄϊας, nominat. Sic etiam Mela, Æas. Marius Niger refert eum hodie Piergo dici.
 LOXA, λόξα, Ptolemaeo Albionis insula fluvius, lateris Orientalis. Firthy à Villanovano interpretatur.
 LOXITÆ, vide NASAMONES.
 LOYIA, vide AVIA.
 LVBAR, vide GORDIÆVS.
 LVBIANA, vide ÆMONIA.
 LVCANI, λυκάνοι, Italiae populi, Ptolemaeo & aliis. Hodie eorum regio Basilicata dicitur, ut Leander tradit. Vide BRVTII.
 LVCARIA, vide NVCERIA.
 LVCENTES, Hispaniæ populi, Plinio. Lugo, Galecie opidum, est Pineto. Hanc iuniores Latini LVCAM vocant.
 LVCENTVM Plinio, LVCENTI, λυκέντοι Ptolemaeo, Contestanorum urbs maritima, Tarraconensis regionis. Hodie Lucena dicitur, teste P. Antonio Beutero.
 LVCERIA, vide NVCERIA.
 LVCIFERI Fanum, φωσφόρου ιερὸν, quod LVCEM DVBIAM, λυκεμδελία, appellant, inquit Strabo, Hispaniæ Bæticae opidū est, quod Florianus S. Lucar de Barameda vocat.
 LVCOPIBIA, λυκοπέβια Ptolemaeo Albionis insula urbs. Caerlul hodie Neubrigesi, & Humfredo; qui subiungit eandem LVGVBALLIA ab Antonino vocari. Ego Luguvallium, & Lugualium, dubia lectione apud eundem habeo.
 LVCOTECIA, λυκοτεκία Ptolemaeo Parisiorum

florum urbs est, in Gallia. **LVTETIAM** Caesar vocat. **LEV CETIA**, λευκετία, Iulianus habet, in Misopogono. Marcellinus appellat **LVTETIAM**, **CASTEL-
LVM PARISIORVM**. Hodie Paris dicitur. Primaria urbs regni est, amplitudine, & civium frequentia excellens. Regia sede, academia, & emporio gaudet.

LVCRI NVS Lacus, Plinio in Campania est. Erythraeus & Fabricius Mare Morto vocant.

LVCVLLIANVM Collem, vocat Andreas Baccius locum prope Neapolim, ad oram maritimam dextram: hodie Pizzo Falcone dictam.

LVCVLLI Villa, prope Neapolim; de qua Plutarchus in eius vita. Bagni d' Agnano, Blondo auctore. Alia est in Latio, quā Blondus & Leander Frascato dici testantur.

LVCVS AVGVSTI, vide **ARÆ SEXTIANÆ**.

LVD, vel **LOD**, civitas Palaestina: in Paralipomenon libro. Benjamin eam Segura appellat. Vide **LYDIA**.

LVDIM, vide **LIBYA**.

LVG DV NV M, λεγδενον, Cuquenorum urbs, in Gallia Aquitanica, Ptolemaeo. Oloron vocat Villanovanus. Vide **LVG DV NV M**.

LVG DV NV M Caput Germaniarum, habet Itinerarium Antonini. Hoc Leyden Hollandia, interpretatur Simlerus.

LVG EV M Lacus, λεγρον, Straboni in Pannonia est. Zircknitzense vocat Lazius, à Circknitz opido in eius ora sito. Lacus hic singulis annis messem, piscationem, & venationem praebet. de quo vide apud Wernherum, de admirandis Hungariae aquis.

LVG ID NV M, λεγιδενον, Germania urbs Ptolemaeo. pro qua Ioach. Curaeus Glogaw Silesia urbem sumit.

LVG IO, vel **LEG IO**, ut legit Simlerus apud Antoninum qui Batha ex ea facit; Pannonia Inferioris urbem.

LVG OD IN VM, λεγδονον Ptolemaeo Batavorum urbs, in Gallia Belgica. Stoeslerinus Utrecht interpretatur. Ego Leyden iudico.

LVG V BALLIA, vide **LYCOPIBIA**.

LVG DV NV M, sic enim in marmoribus

eius loci antiquis saepius legimus idem in numismatibus. Apud scriptores tamen **LVG DV NV M** est. sic etiam Ptolemaeo, λεγδενον. Stephanus **LVG DV NA**, λεγδεννα scribit. Gallia emporium celebre est, ad confluentia Rhodani & Araris situm. Lion hodie dicitur. Paradinus in sua Lugdunensi historia, quam Gallica lingua edidit, docet à Livio & Plutarcho **INSVLA M** vocatam; atque in Inscriptionibus vetustis **CIVITATEM SEQVANORVM** dici. Idem dicit **RHODANVSIA** à Sidonio, & **ARARIA** in S. Lupi archiepiscopi Lugdunensis historia, nuncupari à fluminibus videlicet eam interfluentibus, factis vocabulis. Gregorius Turonensis lib. 1. tradit eam quoque **NOBILISSIMAM** nominatam, ex eo quod martyrum sanguine illustrata fuerit. Sed **RHADANVSIÆ**, ραδανυσία, & **RHODANVSIÆ**, ροδανυσία, urbium, meminit etiam Stephanus, in Massiliensibus. Et **RHODANVSIÆ** regionis, Epiphanius ex frenao. Plutarchi libellus de fluminibus & montibus scribit hanc civitatem **LVG DOLVM** vocatam, historiamque fabulosam, & rationes frivolae adducens.

L V N A, vel **L V N N A**, Antonino Gallia Lugdunensis urbs est; quam Simlerus Clugni appellat. & **CLVNIA** fortè legendum putat.

L V N A, λενα, Etruria urbs & portus, Ptolemaeo, Straboni & Plinio. **CARIARA** ab Etruscis, & **SELENES** à Grecis dici, scribit in Originibus, is, qui nomine Catonis circumfertur.

L V N Æ Sylva, λεναε ύλη, Ptolemaeo in Germania describitur. Lazius Kuningweiserwaldt appellat, Bohemica sylva partem.

L V N Æ Mons, σεληνυς ορη, promontorium Lusitania, Ptolemaeo. Ponte de Luna, Villanovano est. Rochan de Sinna, Iacobe Navarcho, in sua Epistola Asiatica.

L V N Æ Mons, σεληνυς ορη Ptolemaeo Africae regionis incognita, unde Nilum originem sumere scribit. Sed hodie vocari, tradit Givava. **ARGYRV S** ab Aristotele nominari, ut perhibet Becanus. **BYBLINOS**, βυβλιος, Montes appellat Aeschylus in Prometheus,

metheo, unde Nili scaturigines emanant.

LVNÆ Portus, λένας λιμὴν, Straboni est; qui **ERICIS** Ptolemæo; ut Leander vult: **PORTO** Venere hodie nuncupari addit. Ericis non est in Ptolemæi Grecis codicibus: In Liguria est. **SELENE**, σελήνη, Stephano dicitur.

LVNARIS, vide **APESANDVS**.

LVNARIVM, ληνάριον, Promontorium, Hispaniæ Tarraconensis, Ptolemæo. Cabo de Vallis, Cl. Aretio. Vide **SCALÆ ANNIBALIS**.

LVDINIVM, vide **LONDINIVM**.

LUPERCAL, locus Romæ; quem nos **LYCÆVM** dicere possumus; ait Halicarnassæus.

LVPFVRDVM, λῆπφορδόν, Ptolemæo Germania urbs. **Messlen**, Misnia urbem, in eius loco constituunt Appianus, & Bircheymerus.

LVPIÆ, λυπία, Straboni, & Metæ: **LVSPIÆ**, λυσπία Ptolemæo: **LVPIA** Pausania & Plinio. Calabria in Italia opidum. **LIPPIÆ** Antoninus habet. Pausanias scribit quod prisco nomine **SYBARIS** dicta fuerit.

LVPIAS, λυπίας, Straboni, **LVPIA** Tacito, Germania flumen; quod Vadianus **Neckar** putat. Irenico & Spiegelio autem **Lon** videtur. Aliis **Lippe** est; quibus Iunius suffragatur.

LVPONDVM, sic legit Rhenanus apud Ansonium, eo versu: Hostibus exactis, Nicrum super & Lupondum. Vbi nonnulli **Luponudum** habent. Arcem censet, quam hodie **Lupff** vocant, non longè à Danubij fontibus.

LVSIKI, vide **SCLAVI**.

LVSITANIA, λυσιτανία, Hispaniæ regio, Ptolemæo & ceteris. Hæc hodie **Portogallo**. **LISITANIA** per I. in prima habet Ap. Alexandrinus. Huius incolas **BELITANOS**, βελιτανοί, vocari, ait Stephanus. **BELLITANOS** appellat Plinius quosdam Hispaniæ Citerioris populos. Sed quia videam **Portugallia** vocabuli etymon, à portu Gallorum, ab eruditis quamplurimis deduci, operæ pretium duxi de eo hic **Osoij** sententiam apponere. Is enim ex doctissimi An-

drea Resendij demonstratione, id à **Cale** portu originem habere dicit, (opiduli nomen est, quod **Durio** flumini imminet) qui olim piscationis gratiâ frequentari solebat, inde tanta hominum multitudo confluit, ut in civitatem opulentissimam evaserit; & **Portogalo** nominari cæperit. Inde verò totum regnum nomen obtinuisse conspicitur.

LVSITANIA trans **Durium** fluvium versus **Septentrionem**; nunc **CALLAICA** dicitur: ut scribit **Strabo**. hos ego **CALLAICOS BRÆCARIOS**, καλλαικὸς βρακάρης Ptolemæi; & **BRACAROS** Plinij putarim. Antre **Douro** & **Minho** hodie. ubi **Braga** metropolis.

LVSIVS, vide **GORTYNIVS**.

LVSPIÆ, vide **LVPIÆ**.

LVSSONIVM, λυσσόνιον, Pannoniæ Inferioris urbs, Ptolemæo. Pax **Simlero** est.

LVSSONIVM, nunc **INTERCISA** habet lib. **Notitarum**.

LVSTVRIA, vide **OSSONABA**.

LVTETIA, vide **LVCOTECIA**.

LVTEVANI, qui & **FORONERONIENSES**, Plinio Gallia Narbonensis populi sunt. Hos **Pinetus Lodesve** vertit; in suo **Plinio Gallico**.

LVTI, λῆτοι, qui & **BVRI**, βῆροι, cognominantur, inquit **Ptolemæus** cui Germaniæ populi sunt. **Slesier** censentur à **Christophoro Pyramio**. Idem **Ptolemæus** habet etiam **Lutos** Germaniæ populos, quos **OMANOS**, ὀμανοί, cognominat.

LVDVBIA, vide **LVCIFERI FANUM**.

LVZA, Chananeorum regio, quæ dicitur **OGYS**, non longè à civitate **Hebron**. **Iosephus** lib. I. ut vertit **Gelenius**. Sed in **Græco**, pro **Luzza**, est **DRYS**, δρῦς. Vide **BETHEL**, & **HIEROSOLYMA**.

LYBIA, vide **LIBYA**.

LYCÆVM, vide **LUPERCAL**.

LYCÆVS, λυκάων, Mons **Arcadiæ** **Pausaniæ** quem **OLYMPVM** etiam, & **Arcades** nonnulli **SACRVM IVGV** appellant. Huius pars **CERAVSIVS** quoque dicitur ubi **Neda** fontes sunt; eodem autem.

LYCAONES, λυκαῖοι, aliquando **ÆSEOS**, αἰζαιοί,

αἱ ζείδι, dictos, scribit Halicarnassens lib. 1.
Hipopstea in Italiam profecti, OENOTRI
dicti fuere.

LYCAONIA, vide ARCADIA, & TI-
BERINA Insula.

LYCASTVM, Plinio Cappadociae urbs est.
que nunc Do Castelli dicitur, Nigro teste.

LYCHNIDVS, λύχνιδος, urbs Macedoniae
apud Ptolemaum. Ochrida apud Sophi-
anum est. Stephano Lychnidus & Polybio
λύχνιδία, etiam lacus est, quem Sophianus
in sua Graeciae tabula iuxta eandem urbem
describit: & Lago de Lochrida recenti
vocabulo indiget. Hanc eandem videtur
mibi Livius lib. 44. ASCVRIDEM ap-
pellare. Idem etiam lib. 42. BEGORRI-
TEM lacum hoc tractu habet sed an idē sit,
arbitrijus esto. Vide DASSARITES, &
TAVRESIVM.

LYCHNITIS, λυχνίτις, Armeniae Maioris
palus, Ptolemaeo. Ex Tabulis Euxechia vi-
detur.

LYCIA, λυκία Ptolemaeo & ceteris Asiae re-
gio est. MYLIAS, μυλιάς, olim dicta fuit,
etiam OGYGIA, ὄγυγία, Stephano teste.
Incolas TERMILAS, τερμίλας, vocatos,
scribit Herodotus; & SOLYMOΣ, σόλυμοι
Stephanus. Regionem novo vocabulo Bric-
quia appellari, tradit Girava: Bene-saa-
can ab Arabibus dici, scribit Thevetus. Al-
dinelli, Castaldus.

LYCOMEDIS Lacus, Africae; Plinio aucto-
re quem Pinetius recentiori nomine Linxa-
no vocat.

LYCORMAS, λυκόρμας, qui postea EVE-
NVS, ἔβωνος, dictus est; Apollodoro &
Strabone testibus. item Plutarcho, in opus-
culo de Fluminibus. Aetoliae fluvius est, quem
Mar. Niger Lafidari indiget. A Vibio vi-
detur ESPER etiam dici. Hyginus scribit
eā suo tempore CHRYRRHOAS vocari.

LYCOSTOME, vide PENEVS.

LYCTVS, λυκτός, à Poëta dicitur LYTTVS,
λύττος, inquit Strabo. Cretae est urbs, quae à
Nigro Paleocastro dicitur.

LYCVS, λύκος, Rhetiae fluvius in Danubium
desfluens, Ptolemaeo auctore: hodie Aechy no-
minatur.

LYCVS, λύκος, Siciliae fluvius est teste Diogo-

ro, lib. 16. qui Platina dicitur, ut Arcetius
tradit. aut Platani, ut Fazellus.

LYCVS, Plinio Mariandinorum in Ponto
fluvius, prope Heracliam, in Euxinum ef-
fluens: quam CELECEM à Thucydide ap-
pellari, annotavit Hermolaus. Sed CALEX
κάληξ, est in Graeco Thucydide. CALETEM
nominat Eustathius. CACHETVM, κά-
χητα, vocat eum Diodorus, lib. 12. Chelit-
Belonio, sed Betelis Ramusio indigetatur.
Vide RHYNDACVS.

LYCVS, Q. Curtio lib. 3. fluvius Asiae Mi-
noris, qui Celenas Phrygiae urbem interfuit.
MARSYAS Livio est: MARSYAS no-
minat eum quoque Plutarchus. Q. Curtius
eum circa fontem sic vocari dicit, sed MAR-
SIA ille habet. Idem fortasse cum Lyco
Plinij.

LYDÆ, vide CHYDA.

LYDDA, λυδδα, Iudaeae urbs, apud Ptolemaum.
Rama Castaldus appellat.

LYDI, vide TYRRHENI.

LYDIA, λυδία, Asiae Minoris regio, quae etiam
MÆONIA, μαωνία, dicta fuit, Ptolemaeo,
Herodoto & Plinio contestantibus. LVD in
sacris vocari, scribit in suo Apparatu Biblico
Ar. Montanus.

LYNCOS, vide PIERIA, & PINDOS.

LYNOPE, vide NARCISSI Fons.

LYRIS, vide LIRIS.

LYRNESSVS, λυρνησος, Troica urbs,
Virgilio, & Straboni: quam dicit ab Homero
MYNETIS urbem nominari. Servius
LYRNEAM vocat. Sed & alia quoque
est Cilicum, Eustathio; quae & HOMOLA
ὁμαλή, vocatur, à Mallo quodam conditore.
Vide TENEDOS.

LYSANIVM, vide ABILA.

LYSIAS, λυσίας, Ptolemaeo Arcadiae urbs.
Crepa hodie dici, scribit Niger.

LYSIMACHIA, λυσιμαχία, Thraciae urbs,
Ptolemaeo qui dicit eam suo tempore HEX-
AMILIVM vocatam, ἑξαμίλιον. Hodie
etiamnum Hexamili dicitur, nisi fallat in
sua Tabula Sophianus: Nardus Policastro
vocat. CARDIA primum appellatam ait
Stephanus. idem per diphthongon in penul-
tima scribit λυσιμάχισα.

LYSIMACHIA, palus est apud Strabo-

nem quæ olim HYDRA, ὕδρα, dicebatur. In Aetolia est, apud quam olim Lysimachia urbs erat, sed suo tempore deleta addit idem Strabo. HYRIAM eam Ovidius appellat, eo versu: At genitrix Hyria servatum nescia flendo, Delituit, stagnumq; suo de nomine fecit: Adiacet his Pleuron, &c. Sed hoc ante me annotavit Gerbelius.

LYSIMELIA, λυσιμέλεια, Thucydidi lib. 7. Sicilia palus, in agro Syracusano. Pantanella hodie vocari, auctores sunt Fazellus & Aretius.

LYTTVS, vide LYCTVS.

M.

MABARTHA, vide NEAPOLIS.
MACÆ, μάκαι Ptolemæo & Straboni Asia populi sunt, in Arabia Felice, circa Fretum sinus Persici. Horum regio MACETA, μάετα, dicitur Arriano. Ormus regni pars hodie est. Nã Ormutū regnum ab utraq; parte huius Freti situm est. comprehenditq; in se ferè omnem huius Sinus Persici regionem littoralem, cum insulis intermediis.

MACALLA, vide MACELLA.

MACARA, Sicilia urbs, Heraclidi in Politis. Fazellus dicit Machari à Senioribus: Cittadella autem vulgo vocari. MACHARA legit Cicero, in Verrem.

MACHAREÆ, μαχαρεαῖ, Arcadia civitas; quæ Romanis BEATA, βέατα, vocatur, ut Stephanus tradit.

MACARIA, μαχαρία Ptolemæo Cypri insula urbs quæ Nigrolalines appellatur. Vide CYPRVS & LESBOS.

MACAROS, vide CRETA.

MACE, vide MALACA.

MACEDONIA, Græcia celebris regio: EMATHIA, ἠμαθία, antea dicebatur, Plinio teste. PÆONIAM primo vocatã scribit Livius, lib. 40. deinde ÆMONIAM. Item EDONIA, & PIERIA, Solino. Eius partem quondam MACETIA, μάετια, dictam scribit Stephanus, & Hesychius; & inde totam regionem nomen accepisse, refert Eustathius, in Dionysium. Posterioribus seculis huius pars SALVTARIS dicta fuit, in libro Notitiarum. Item PRÆVALIS,

seu PRÆVALITANA, apud Sex. Rufum.

MACELLA, μάκελλα, Italiae civitas apud Stephanum: Barrius facit Calabria civitatem episcopalem, hodie Strongili dictam, tribus pass. millibus à freto Mamertino distantem. Macella legitur etiam apud Lycophro-nem; sed quoque MACALLA. Barrius addit eandem à quodã scriptore TIROPOLIM nominatam.

MACETIA, vide MACEDONIA.

MACHAGENI, vide SCYTHÆ.

MACHARA, vide MACARA.

MACHELONES, vide MACRONES.

MACIDOS, locus in Thracica Chersoneso, Pomponio teste. MADI Ptolemæi est, nonnullis. Sed hoc tantum in Latinis eius exemplaribus legitur. In Græcis non extat.

MADYTOS, μάδυτος, Stephano est.

MACISTVS, μακίστος, Triphylia urbs in Pelopõneso quæ & PLATANISTVS, πλατανίς, dicitur. auctor Strabo, lib. 8.

MACODAMA, μακόδουμα, Africae Proprie urbs maritima, ad Syrtim minorem, Ptolemæo: MACOMADES Plinio est: Mahometta hodie videtur.

MACRA, Italiae fluvius, qui Liguriam à Tuscia separat; Straboni & Plinio. MARCALLA, μαρκάλλα Ptolemæi est. Magra hodie, Leandro, et Tabulis. Vide EVBOEA, CHIOS, HELENA, BAGRADAS, & ICARIA.

MACRAS, μάκρας, Campus, Straboni in Cœlesyria est. Hunc Niger Marzi vocari ait:

MACRIÆ, vide MACRONES.

MACRIS, vide CHIOS, BAGRADAS, CORCYRA, EVBOEA, HELENA, & ICARIA.

MACROBII, vide GYMNETÆ.

MACRONES, μάκρονες, Pontica gens est, ad flumen Absarum, ut Plinius auctor est. Scythinis finitimos scribit Xenophon. Strabo & Stephanus tradunt hos suo tempore SANNOS, ζάννοι, vocatos. SAMI legitur in Xylandri Strabone Latino, errore typographico, ni fallor. Eos nunc SANNOS nominamus, magis propriè verò TZANOS τζάννοι, inquit Eustathius. MACHELONES, μάχέλορες, ab Arriano appellari, MACRI-

MACRIEAS ab Apollonio lib. Argon. 1. credit Pintianus: sic dictos, ut idem addit (ex eius Enarratoribus) quod sint Coloni Euboeensium. Eubœa enim Macris quoque dicta fuit. Sed Sannos diversos à Macronibus faciunt Xenophon & Arrianus. quod idem Pintianus quoque, antequam hæc scriberem, monuit. Vide **DRYLLÆ**.

MACRONESVS, vide **CRETA**.

MACRONTICHOS, vide **BISANTHE**.

MACROPOLIS, vide **EVRYALVS**.

MACROS, vide **BAGRADAS**.

MACRYNIA, vide **MACYNIA**.

MACTORIVM, μακτώριον, Herodoto Sicilia urbs, supra Gelam. Hodie Mazarino vocari, scribit Aretius. negat autem Fazellus.

MACYNIA, μακυνία, Straboni Aetolia urbs. **MACRYNIA**, μακρύνηα, videtur Stephanus hoc loco legere.

MADÆI, vide **MEDIA**.

MADI, vide **MACIDOS**.

MADIANITÆ Arabum gens, in Sacris litteris. Stephanus eos **MANDIANITAS**, μαδριανίται, & **MADRENOS**, μαδρηνοί, appellat. Salaboni Arabibus eorum regionem hodie dici, scribit Thevetus.

MADISANITES, μαδισανίταις, Sinus, Persici maris pars est apud Ptolemaum. Golfo de Saudra hodie vocari, ex Tabulis colligo. **MESANITES**, μεσανίταις, habet Stephanus quam lectionem, si pace Ptolemæi liceret, ego magis probauerim, ob Messanam insulam, à Dione in eo descriptam.

MADOCE, μαδοκή, Ptolemæo est Arabia Felicis opidum. Aden Barrio videtur.

MADRENI, vide **MADIANITÆ**.

MADYTOS, vide **MACIDOS**.

MÆANDER Plinio, **MÆANDRVS**, μαίανδρος, Ptolemæo, Caria fluvius est, in Asia Minori. Prius **ANABÆNOS**, ἀναβαίνω, id est, **RETROGRADVS** dictus fuit, ut Libellus Plutarchi de fluminibus tradit. Madre videtur mihi ex tabulis posse interpretari. Palazzia tamen Bordonio vocatur.

MÆANDRIA, Plinio Epiri opidum. Alandriana Pineto est.

MÆANDRVS, quæ & **MÆANDRO-**

POLIS, Magnesia urbs. Stephanus. Vide **MÆANDER**.

MÆATÆ, μαία, Scotia populi, apud Dionem; quorum regionem Laudonia vocat Lhuydus.

MÆDI, μάδι, Thracia populi, vicini Macedonibus. qui quoque **MÆDOBITHYNI** vocantur, ut Stephanus auctor est. **MEDOS** & **MEDICAM** regionem sine diphthongo scribit Strabo, & Livius lib. 26. eorumque caput & arcem Iamphorinam appellat. **MÆDICA** regio est Ptolemæo. & in ea Pantalicia urbs.

MÆNACA, vide **MALACA**.

MÆNOMENA, μαίνόμενα, sunt Ptolemæo mōtes in Sardinia; à Floro **INSANI** appellantur. Canelle hodie dici ex tabulis existimo.

MÆONIA, vide **LYDIA**.

MÆOTÆ, μαίωται, populi ad Maotidem paludem Ptolemæo. Tartari Nigro dicuntur. Omnes populos hanc paludem adhabitan-tes, uno nomine **MÆOTICOS** appellari, tradit Mela. Vide **SCYTHÆ**.

MÆOTIS, Palus, μαίωτις Ptolemæo et aliis. Mar delle Sabacche hodie vocatur. Italis etiam Mar della Tana, ab opido illi adiacente nominatur. Bellonius auctor est, ab Italis Marbiancho, id est, mare album, dici. Tzetza scribit à Scythis Carpaluc, καρπαλὺκ vel καρμπαλὺκ, variat enim scriptio) appellari. Scythis **TEMERINDA** nuncupari tradit Plinius, dicens hoc matrem maris significare. Sic eam etiam antea nominavit Dionysius Alexandrinus, **MATREM** scilicet **PONTI**, μῆτερ ἐξ πόντου. Ego dicerem **Temerinda**, maris finem significare; vox enim merè Germanica est: Mer namque, mare; Inde finis denotat; Et, vel Hct, articulus est: qui hic litterarum metathesi (quod apud nos frequens est,) Te scribitur. Atque hac etymologia veterum historia ad unguem congruere videtur; ut qui Mare Mediterraneum per Fretum Gaditanum, ab Hercule intronissimum fabulantur, atque hic in Maotide palude finiri omnibus manifestum est. Vide **TAVRICA CHERSONESVS**.

MÆSTA Sylva, huius Livius & Cato in Originibus meminit. hodie Bosco di Baccano dicitur, ut Annius & Leander tradunt. Terri-

- Territorij Romani, in Tuscia est.
- MÆSIVS** Mons, Mysia in Asia Propria est.
- OLYMPVS** propriè dicitur Plinio teste.
- MYSIVS** habet Mela: qui dicit eum sic ab incolis vocari. Prius **SATVRNI** Collem appellatum, scribit Isacius, in Lycophronem.
- MÆVIVS**, & **MÆVLVS**, vide **VESEVIVS**.
- MAGABIA**, Galatie mons videtur, apud Sex. Rufum: quem **MODIACVM** appellari scribit.
- MAGETROBIA**, Casari locus in Celtis: quem Toaut Marlianus vocat. Vigenereus mallet Mont-belliard vertere: ut scribit in Annotationib. quas Casaris Cõmentariis à se Gallica lingua factus, adiecit. Sed in castigatioribus exemplarib. **AMAGETROBIA** habetur. Apud Car. Bovillum **AD MAGEROBIA** legitur: vitio fortè Typographorum. Hic Ariovistus Germanorum rex, Gallorum copias prælio sudit: vocaturq; hodie Masieres, ut idem Bovillus, in suo de linguarum vulgariis differentia, libello tradit.
- MAGGEDAN**, vide **CÆSAREA** Pannias.
- MAGISTRICA**, vide **TAVRICI**.
- MAGNA**, μάγνα, Libyca insula est Stephanus; quam dicit à Libyis **SAMATHO**, σαμαθῶ, dici.
- MAGNAM GRÆCIAM**, Calabriam appellat Leander: sed vide **IAPYGIA**, & **ITALIA**.
- MAGNA VRBS**, vide **NINOE**.
- MAGNESIA**, μαγνησία, Asia Propria urbs, ad oram Mæandri fluminis sita: que antea **THESSALOCE**, et **ANDROLITIA** nominata fuit: ut Plinius refert. Hæc Livius Magnesium ad Mæandrum vocat. est enim alia hoc tractu, quam ad Sipylum cognominat. utraq; Ptolemæo nota.
- MAGNESIA**, Macedoniae promontorium, ad Sinum Thermaicum, Ptolemæo. Cabo Verlichi, Sophiano & Zardo dicitur. S. Georgio autem, Bordonio.
- MAGNESIA** Plinio Macedoniae regio est, Thessalia annexa. ea apud Ptolemæum **PIERICAM** & **PELASGIAM** comprehendit.

- MAGNOPOLIS**, vide **EVPATORIA**.
- MAGNVM** Promontorium, Ptolemæo Mauritania Casariensis est. La Guarda Castaldus nominat. Vide **ARTABRVM**.
- MAGNVS PADVS**, vide **SPINETICVM**.
- MAGNVS Portus**, μέγας λιμὴν, Ptolemæo Libya Interioris urbs. Serem porto à Castaldo vocari video.
- MAGNVS Sinus**, vide **CHRYSE**.
- MAGOG**, vide **BAMBICA**, **GETÆ**, **SCYTHÆ**, & **PERSIA**.
- MAGONTIACVM** Tacito, & Ammiano, **MOCONTIACVM**, μακοντίων, Ptolemæo; **MAGONCIA** apud Eutropium legitur: **MOGVNTIAM** vocat Regino & eius seculi scriptores. Exteri adhuc Moguntia vocant, Hispani nempe & Itali, Galli Maience appellant. Incolis verò Mentz est. Germanie urbs episcopalis, ad Rhenum; ubi ostia Mæni fluminis è conspectu habet.
- MAGORAS**, vide **TAMYRAS**.
- MAGORES**, vide **VNNI**.
- MAGRADA**, vide **MENLASCVS**.
- MAGVSAI**, vide **PERSIA**.
- MAINE**, vide **LEVCTRVM**.
- MAIOMA**, vel **MAIVMA**, vide **GAZÆORVM** Navale.
- MAIOZAMALCHA**, vide **BITHRA**.
- MALACA**, μάλακα, Hispania Batica urbs, ad Mare Mediterraneum, Ptolemæo. Malaga, Clusio. Sunt qui hanc eandem putant cum **MÆNA**, μαινάκη, inquit Strabo: sed eos errare addit. **MÆNA** Stephanus quoque **MACE**, μάκη, dici ait, & Celticam urbem vocat.
- MALÆI COLON**, μαλαίς κώλων, Ptolemæo Aurea Chersonesi Promontorium. Gaspar Varrerius Malaca emporiū ex eo facit.
- MALANIVS**, μαλάνη, Stephano Oenotriorum urbs mediterranea. Maida hodie est, Barrio.
- MALEA**, μάλεα, Ptolemæo Peloponnesi Promontorium, ad Sinum Laconicum. **MALEVVM** Plinio. Cabo Malio vocat Sophianus. Hinc **MALEVVS** Sinus, qui & **AVREVS** à latronibus vocabatur, inquit Florus, lib. 3. cap. 6. Malea promontorium, vocatur

vocatur à forma, ASINI MAXILLA, *ἀσινύραδ*, ut scribit Isacius in Lycophronem. Ptolemaeo tamen duo diversa loca sunt in quorum medio, Boæ ab eo describuntur.

M ALEVENTVM, vide BENEVENTVM.

M ALIACVS Sinus, Plinio Maris Aegæi est pars, Macedoniam alluens. LAMIACVS, *λαμιάκος*, apud Pausaniam vocatur.

MELINEVS, *μηλίεος*, à Thucydide dicitur, lib. 8. Golfo del Ziton hodie dicitur, Sophiano. Volo Theveto tamen, cui cum aliis sentire ferè religio est.

M ALIANDES, vide ASIA PROPRIA.

M ALVA, *μαλῶα*, fluvius Mauritania Tingitane, apud Ptolemaum. Mululo à Castaldo nominatur.

MAMAVS, vide PAMISSVS.

MAMBRE, vide HEBRON.

MAMERTINI, vide MESSANA.

MAMERTINVM Fretum, inter Italiam & Siciliam; FRETVM HADRIATICVM Orosio est: vocatur hodie Faro de Messina. Beniamin Lonid vocat. SICILIÆ FRETVM appellat Plinius, lib. 19. cap. 1. hoc Fretum Thucydides lib. 4. CHARRYBDIN nominat; partem pro toto accipiens. A Pausania describitur, in Eliacis.

MAMERTIVM, vide MVRGANTIA.

MAMILIARIA, vide ARELATVM.

MAMILLAM in chronicis appellari eam Misnia urbem, quam vulgò Ceitz vocant, scribit Fabricius in suis Itinerariis.

MAMORTHA, vide NEAPOLIS.

MANARICIVM Antonini, Manrich Simlero. Hollandia vicus est, Traiectensis diocesis.

MANARMANIS, *μαναρμανίς* Ptolemaeo Portus est Germania, post Rheni ostia. Pirchaymerius credit Campè esse. Becanus mavul Garlingen, aut locum vicinum.

MANATHAT, alias CATHOE, iuxta Antipatridem ad montem Saron. sic Postellus, in sua Syria.

MANCVNIVM, Antonino Britannia urbs est: qua à Humf. Lhuydo Manchestre vocatur.

MANDA, *μάνδα*, India intra Gangem fluvius est, apud Ptolemaum. Menan Gerard. Mercatori est.

MANDAGARA, *μανδαγάρα*, Ptolemaeo India intra Gangem opidum. Castaldo Mongalor interpretatur.

MANDAGARSIS, *μανδαγαρσίς*, Media urbs, Ptolemaeo. Masandram incolis dicit, scribit Niger.

MANDIANITÆ, vide MADIANTÆ.

MANDRALÆ, *μανδράλαι*, India intra Gangem populi; quorū civitas Palibothra. Hos populos videntur Strabo & Plinius PRASIOS vocare, *πρασίοι*: horum enim scribunt Palibothram urbem esse. Indèque etiam eandem gentē PALIBOTHROS quibusdam appellari, idem tradit Plinius.

MANDVRIA, Salentinorum opidum Plinio. Mandula Nigro, Casal-novo Leandro appellatur.

MANDVRIVM, scribit Leander à Plinio vocari lacum in Apulia Daunia, qui hodie Andoria dicitur. Ego apud Stephanum *μανδύειον*, Iapygia opidum, & apud Livium atque Plinium Manduriam Salentinorum civitatem reperio: qui ibidem lacum describit, ad marginem plenum: quem neque exhaustis aquis minui, neque insusis augeri tradit: sed eum innominatum relinquit. Alex. Andreas hunc hodie Lago Verentino dicit ait.

MANES, vide BOAGRIVS.

MANIA, vide MONÆDA.

MANIDÆ, vide AMANICÆ.

MANIOLÆ, *μανιολαι*, insula Eoi maris, Ptolemaeo. Islas de Praçel fortè hodie sunt.

MANLIANA, *μανλιάννα*, Vettonum in Lusitania urbs, Ptolemaeo. Hanc VLLAM, A. Hirtij putat Clusius; & Monte maior nunc appellari ait: sed eam in Batia ponit.

MANRALI, vide COLCHIS.

MANTEIVM, vide COMANA.

MANTIANA Palus, *μαντιανή*, Straboni in Media est, Asia regione. M. P. Veneto Gehthalat vocatur. Bap. Ramusio videtur ex P. Gyllij descriptione, ea esse, quam Abylfedeæ in sua Geographia Argis appellat. Nonnulli hunc lacum (ut Thevetus saltè dicit) Ban vocant; Iudæi Banic, Aethiopes Aban-nas. MARIANE, *μαριανή*, Palus,

aut MARTIANA μαρτιανή. Fortè Ptolemai est.

MANTINIA, μαντινία, quæ quondam ANTIGONIA, ἀντιγονία, dicta fuit. Plutarcho in vita Arati, Ptolemæo, & Pausaniæ testibus. Arcadiæ civitas est. Sed Plinius duas ex his facit. Niger eam Goriza, sed Zardus Mundi vocat.

MANTINEA, Plinio locus Peloponnesi, ad Sinum Argolicum; qui Mantegna à Nigro appellatur. Aliam præter hanc, habet Plinius Mantineam in Peloponneso.

MANTVA, μάντβα, Carpetanorum in Tarraconensi Hispania opidum, Ptolemæo. Hodiè Madrid, aut verius Villamanta, locus non procul hinc, ut putat Montanus, & Tarapha: qui cum Villanovano scribit quoque VISERIAM olim dictâ sed sine auctore.

MANTVA, μάντβα, Cenomanorum in Italia urbs, Ptolemæo, Strabone & Plinio. Per Y, μάντβα, scribit quoque Stephanus. GALATEAM eam Virgilius vocat, allegoricè. ut Servius annotavit. Hodiè Mantoa.

MARETA, μάρη. Ptolemæo est Sarmatia Asiatica, ad Pontum Euxinum. Copo, Mercatori.

MARACANDA, μαράκανδα, urbs Sogdiana regionis; Arriano & Curio. MARACADARTAS, μαράκαδάρτας, vocat Plutarchus, lib. I. de Fortuna Alexandri. Petrus Peroninus putat Samarchanda hodiè esse. quondam Magni illius Tamberlani patria, & regia. Hanc Chalcondilas Samrachatan appellat.

MARÆOTIS, vide ARAPOTES.

MARANGA tractus, Ammiano: MARONSA vicus est Zosimo. Persidis regionis locus.

MARANTIVM, Latini vocant opidulum Tusciæ mediterraneum; quod vulgò Ripamaranfi appellant. Leander Albertus.

MARATHON, μαράθων, Achaia urbs, teste Ptolemæo. Marafona Nigro, Marathona Sophiano. Vide TETRAPOLIS.

MARATHOS, Phœnicia urbs, Pomponio: quæ Margath, Olivario.

MARCALLA, vide MACRA.

MARCIA, opidum Batiæ esse, quod hodiè Marchena dicitur; ex antiquis eius loci

marmoreis inscriptionib. docet Car. Clusius.

MARCILIANVM, locus est suburbanus Cōsantinatis urbis, in Magna Græcia. ubi conventus est frequentissimus. totius Lucania. LEYCOREA quoque præfita superstitione, nomen accepit. ut scribit Cassiodorus, lib. Variarum 8. ad Severum. ubi hunc locum eleganter depingit.

MARCOBVRVM, Vbiorum vicus est, apud Tacitum. Duren hodiè, Iuliacensis ducatus urbs, Rhenano & Divao. DVRIA Castrum vocatur à Reginone historico.

MARCOMANNI, μαρκομαννοί, Germania populi, Ptolemæo. Vel MARCOMANNI Regio, ut Iulius Capitolinus habet. Merhern hodiè est, Dubravio & aliis, testibus.

MARCOPOLIS, vide ARTAVNVNVM.

MARDANI, vide ARABIA.

MARDONIA, vide PANDOSIA.

MARDVS, μάρδ & Ptolemæo Media fluvius, in Caspium mare erumpens: AMARDVS Ammiano est.

MARE, vide TIMAVVS.

MARE MEDITERRANEVM, quod Africam à nostra Europa separat; MARE MAGNVNVM, & MARE INTERNVM, item MARE NOSTRVNVM, quoque classicis auctoribus appellatur. MARE TYRRHENVM vocat Orosius, partem pro toto accipiens. HESPERIVM MARE etiam vocatur Eustathio. Video ab Hispanis Mar de Levante (quod sonat Orientale) vocari. Alia hodiè, uti & olim, vocabula, secundum regiones quod alluit, sortitur plura.

MARE RVBRVM, Græcis ERYTHRÆVM; Dionysio ÆTHIOPICVM, Plinio & Mele INDICVM, & Herodoto PERSICVM appellatur. Inter Africam & Taprobanen insulam, Asia Meridionalem partem alluit. Strabo illud sub ATLANTICI nomine comprehendit. Huius pars, quæ Persiam & Arabiâ Felicem lambit; AZANIVM apud Plinium lib. 6. cap. 24. nuncupatur. Dom. Niger scribit etiamnum sic nominari; ipse viderit. Credo à Lusitanis Mar d'India dici. Maris Rubri vocabulum tam latè apud bonos auctores extendi fugit doctiss. Guilandinum, in suo de Papyro libello, ubi Eustathium reprehendit, quod

quod scribat Indiam ad Rubrum oceanum
peringere. Item Martinum Delrio, apud
quem male audit Seneca, quod dicat,
Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto.
Sed hic error illis communis est cum iis qui
Mare rubrū tātum pro Arabico Sinu intelli-
gunt idq; male, Indum enim, Tigrin et Eu-
phratē flumina in hunc sinum minime emer-
gi, omnibus Geographiæ mediocriter tantum
peritis notissimum est; eaq; tamen in Mare
Rubrum se exonerare apud classici aucto-
res luce clarius ostenditur.

MAREON, vide SAMARIA.

MAREOTIS LIBYA, vide MARMARICA.

MARESA, urbs in Tribu Iuda, uti habetur
in Sacris litteris. Hanc Benjamin BETH-
GEBARIN vocat.

MARGARA, μαργαρά, Ptolemao India in-
tra Gangem urbs; circa ipsum fluvium.
Mognan Castaldo.

MARGARVM, vide NARGARA.

MARGIANA, μαργιανή, Asia regio; Ptole-
mao, aliisq; Ieslbas Castaldo; Tremigan
Pineto. Vide BACTRIANA.

MARGION, vide APOLLONIA.

MARIA, vide ARAPOTES.

MARIABA, omnium Arabiae Felicis opido-
rum regina; ut Plinius scribit. MARIA-
MA, μαριαμα Ptolemai est; ut Hermolaus
sentit. Vide SABA.

MARIANA, μαριανή, Corsica insula urbs,
Ptolemao. Cabo S. Maria Pineto.

MARIANA Villa, in Latio. Hodie Mari-
no, aut Zagatolo est, Blondo & Leandro
auctoribus. MIRIANA, legit Antoninus.

MARIANDYNI, μαριανδυνοί, Bithynia
populi, Straboni lib. 8. Mariandeni per n,
in panultima, legit Ptolemaeus. DONIFE-
ROS vocatos ab Euphorione, scribit Athe-
neus, lib. 6. cap. 7. MARIANDYNVM
regio, est apud Stephanū, & Val. Flaccum.

MARIANE, μαριανή Ptolemao. Lago de
Bendemal Castaldo. Vide MANTIANA.

MARIANI, vide CERNETANI.

MARIANVS, μαριανός, Mons in Hispania
Batica, Ptolemao. Sierra Morena hodie
dici, scribit Amb. Moralis, & Flerianus.

MARIANI plurali numero, legit Plinius,
lib. 3. cap. 1. etsi ARIANI in nonnullis

excusis exemplaribus reperitur. Nebrissen-
sis dicit à Ptolemao hos montes corruptè
TEMERIANOS vocari. Sed ex malis
interpretibus, qui articulum τε, vocabulo an-
nexere.

MARIAS, vide ARAPOTES.

MARICI, Italiae populi, apud Plinium. Po-
sterorum etate MARINGI dicti fuere,
ut tradit Merula. Circa Alexandriam, delta
Paglia dictam, sedes habuere, in opido Ma-
rico, destructo & collapso. Sed etiamnum
extat in eodem tractu Castellum Petra de
Maricis dictum.

MARIDVNVM, μαριδωνον, Angliae urbs,
Ptolemao. Caermardin Priseo est. Caer,
urbē significat antiqua Britannica lingua.

MARINVS LACVS, λιμνοθάλασσα,
Herculis Portui proximus, in Tuscia. ut
Strabo eum describit, lib. 3. Lago d'Orbi-
tello hodie vocatur uti ex Tabulis colligo.

MARIONIS, μαριωνίς, Germania civitas
apud Ptolemaum. Pet. Appianus Luneborg
ex ea facit. MARIONIS altera, eiusdem
tractus urbs, apud eundem; Sberir inter-
pretatur Villanovanus. Sundis verò, in
Pomerania, Althamerus.

MARIS, vide MARISVS.

MARISVS, μαρισός, Straboni Getarum
fluvius, qui in Danubium labitur. Rhenanus
putat eundem à Tacito MARVS dici.
Sambucus scribit eum ab Hungaris Maros,
à Germanis verò Macrisch appellari. Pli-
nio AMOROIS dicitur, teste dicto Rhe-
nано. MORVS tamen in excusis exem-
plaribus legitur, lib. 4. cap. 13. MARTS,
μάρις, etiā est hoc tractu, apud Herodotum.

MARITHA, μαριθα, Arabiae Felicis mons
Ptolemao: Martimos vocatur in recentio-
rum tabulis.

MARITIMA Colonia, μαριτίμα, Gallia
Narbonensis urbs, Anatilorum. vel, ut Pli-
nius legit, Avaticorum. Martegne Ioan.
Poldo est. Vide CVPRA, & HIERA.

MARITIMAE Alpes, vide LIGVSTICI.

MARIVM, μαριον, Stephano & Plinio, Cy-
pri insula urbs. postea ARSINOE voca-
ta: eodem Stephano teste.

MARMARICA, μαρμαρική, Africa regio,
Ptolemao: qua Plinio MAREOTIS LI-

BYA dicitur. Hodie Barcha dici video. Sed
 BARCAM etiam olim vocatam. autum. p.
 ex Virgilio, cum inquit, Lateq; furētes Bar-
 cai, à Barce forte regionis opido, quod postea
 Ptolemæi dictum fuit. Habet etiam Ptole-
 mæus BARCITAS, βαρκίται, populos
 hoc tractu. At licet Barce opidum, & Bar-
 cite populi, (quos eosdem credo cum Bar-
 cais Virgilij.) in Pentapoli regione à Ptole-
 mæo constituantur, & non in Marmarica;
 parum referre videtur: nam Marmaricam
 sub Cyrene, cuius pars Pentapoli est, com-
 prehendi, ex Strabone & Pomponio liquet.
 qui Cyrenen ad Aegypti. Catabathmum &
 Nilum fluvium extendit. Uterque etiam
 Marmarydes populos, μαρμαρύδες, sub
 Cyrene regione complectitur. sed Marmari-
 cae regionis neuter meminit. Marmaridas
 populos, Herodotum ADYRMACHID-
 DAS, ἀδρυμαχίδα, appellare puto, in Mel-
 pomene ubi dicit hos ab Aegypto ad Plynnum
 usque peringere.

MARMARYDÆ, vide MARMARICA.
 MAROBVDVM, vide BVBIEMVM.
 MARONEA, μαρόνεια, Thraciae urbs Ptole-
 mæo. que prius ORTAGVREA, Plinio
 teste, appellata fuit. Et ab Homero ISMA-
 RVS, ἰσμαρ, dicta, ut Suidas auctor est;
 item Isacius, in Lycophronem an rectè, ne-
 scio. Plinius certè duas diversas Thraciae ur-
 bes facit. CINOSSEMA quoque Geor-
 gio Cedrena nuncupatur. Hodie Marogna
 vocatur, ut Sophianus & Niger docent.

MARONIAS, μαρόνειας, Ptolemæo Syria
 civitas, Chalcidicae regionis. Bellonius sub-
 dubitans scribit hodie Marat dici.

MARONSA, vide MARANGA.
 MARPESIA Caves, vide CAVCASVS.
 MARSACI, & MARSATHI, vide MASACI.
 MARSII, Tacito Germanie populi; Oetmar-
 ten opidum Frisje, in Tuentia regiuncula
 hodie videtur.

MARSIGNI, Germanie populi, apud Tacitum
 MARVIGNOS, μαρβίνοι Ptole-
 mæi, eosdem esse putat Althamerus.

MARSYA, vide LYCVS.
 MARSYAS, de quo hoc Plinius. A Samosa-
 tus latere Syris, Marsyas amnis influit. Est
 ergo idem cum SINGA, σίνγα. Ptolemæi.

Vide eius tabulas. Marsyas primum MIDÆ
 FONNS dicebatur, ut scribit ductor de flu-
 minibus.

MARTIALIS, vide VIOLASCENSIS.
 MARTIANA SILVA, in Germania est, Am-
 miano. Schwartzwald vulgò vocant. ex
 quo NIGRAM SILVAM faciunt Latini iu-
 niores. Beucerus & Althamerus putat idem
 esse cum Ptolemæi EREM. O. Helvetiorum.
 Vide MANTIANA, & HERCYNIA.
 MARTINOPOLIM, nominat Mart-
 burg Saxonie urbem; Otto Frisingensis.
 MARTIS VERTEX, vide COTTIÆ.
 MARTIVS CAMPVS, vide TIBERINVS.
 MARTIVS NARBO, vide NARBO.
 MARTVA, vide POMPELON.
 MARTVS, vide BARGVS.
 MARVIGNI, vide MARSIGNI.
 MARVS, vide MARISVS.
 MARVVIVM, μαρβίον, Marforum in Latio
 opidum, Strabonem. Marno vocatur à Lean-
 dro. Marassio Erythreo. qui addit à Bona-
 niensibus Mararassio nominari.

MASACI, sic dicit se legisse Hub. Leodius, in
 veteribus libris. cuius loco in excusis Taciti
 exemplaribus, MARSACI habetur. Pli-
 nius MARSATIO vocat. Populi sunt
 Germania. quos idem Leodius ad Mosam
 designat in opido Masenck dicto. Cui mi-
 nimè assentitur Divius.

MASADA, Plinio castellum est non procul
 ab Asphaltine lacu. Pinerus Nassa vertit.

MASALIA, vide MASSILIA.
 MASBURGI, vide BRAVVM.
 MASDORANVS, Mons Asiae. Chiteliur
 Cast. alio est. Vide TAVRVS.
 MASEI, vide ARABIA.
 MASICYTVS, μασικύτ. Ptolemæo mōs
 est, mari incumbens. qui Pamphylia & Ly-
 ciam dividit. MASSYCITES apud Pli-
 nium est. CLIMAX dicitur Straboni. Vi-
 de TAVRVS.
 MASIVM, vide CASIVS.
 MASSA, μάσα, Libyæ Interioris fluvius,
 Ptolemæo. Sus appellat Castaldus.
 MASSÆI, vide SCYTHÆ.
 MASSÆSYLIA, vide MAVRITANIA.
 MASSAGETÆ, μασαγέται, vulgò ALA-
 NI, ἀλανοί, vocantur ut scribit Dion. Cas-
 sius, Am-

sius, Ammianus, & Gregoras. Massagetarum
puta ABASGOS, ἀβασγοί, esse, inquit Ioā-
nes Tzetza. Massagetarum postea AVGOS,
ἀυγοί, appellatos, scribit Isacius Tzetza.
Thevetus eos Ahinadal vocat. Vide MA-
GOG, & SCYTHÆ.

MASSALIA, μασαλία Ptolemaeo est. Cre-
ta insula fluvius, à Pineto Masano vocatus.
Vide MASSILIA.

MASSICI Montis Promontorium, Plinio
in Campania Felice est. Monte Dracone
nunc appellari, scribit Leander. Vide GAL-
LICANVS.

MASSILIA, Pomponio & aliis; MASA-
LIA, μασαλία, Ptolemaeo est; MASSA-
LIA legit Goltzius in numismatibus. Sic
quoque Eustathius qui Massaliam etiam
regionē vocat. Paradisus tradit in sua Lug-
dunensi historia se legisse ATHENOPO-
LIN dictam. Marseille hodie incolis ap-
pellatur. Vide MAVRITANIA.

MASSYCITES, vide MASICYTVS.

MASTA, μάσται, Aethiopiae sub Aegypto mons
Ptolemaeo: Grato ab incolis dicitur hodie: ut
in Barroso videre est.

MASTARNA, vide COELVSI.

MASTOIS, vide THABOR.

MASTRAMELLE, vide ASTROMELA.

MATIERA, quod & TIORA, Halicar-
nasseo teste. Vide TVDER.

MATISCONA, Casari Aeduorum civitas
ad Ararim sita. Marlianus Mascon in-
terpretatur. Sic etiam Philip. Bugnonius in
de huius urbis historia, libellulo ubi monet in
vetustis aliquot codicibus MATISSANA
legi. Antoninus in suo Itinerario MATIS-
CONENE Castrum vocat.

MATIVM, Creta insula litoralis urbs, apud
Plinium. Vocatur Candia à Pineto.

MATREIO, Pirchaymero Rbatia opidum
est, in Germania: quod novo nomine Ma-
tran appellat.

MATRICA, Antonino Pannonia Inferioris
opidum quod Theten, Simlero est.

MATRICORENSES, vide MEDIO-
MATRICES.

MATRINVS, vide HELVINVM.

MATRONA, Gallie fluvius, quam à Belgi-
ca dividit; ut Casari placet. hodie. Marne

dici, testis mihi est Car. Bovillus.

MATRONÆ Vertex, vide COTTIÆ.

MATTIACI, Tacito Gallie Belgicae popu-
li; in Batavorum obsequio. Hos Lemnius
Scelanders putat qui insulas aliquot O-
ceani, inter Hollandiam, Flandriam, &
Brabantiam incolunt.

MATTIACVM, ματτιακόν, Germanie urbs
Ptolemaeo; MATTIVM Tacito est, quam
Cuthorum caput vocat. Situs huius, ut Pto-
lemaeus eam describit, congruit cum Mart-
purg, Hastie urbe primaria, ubi academia
est; neque nominis allusio adeo dissona est.
MATTIACOS Fontes habet Plinius in
Germania; & MATTIACAS Aquas
Marcellinus; & MATTIACOS Populos
Tacitus. Vbiq; per R, in tertio loco legendum
suadet Heroldus, ob situm fortasse: quod eos
omnes in Martiana silva designat an bene,
videant alij.

MATTIVM, vide MATTIACVM.

MATYCETÆ, vide SCYTHÆ.

MAVRICII Campi, vide CATHELAVNI.

MAVRITANIA, Hispania regio, Plinio. A
Pineto interpretatur Murcia.

MAVRITANIA, μαυριτανία, Africa re-
gio est Ptolemaeo, & aliis: quae PHVT He-
braeis dicitur, teste Ar. Montano, in suo Ap-
paratu Biblico. Dividitur à Ptolemaeo in
TINGITANAM, & CÆSARIEN-
SEM. Strabo eam MASSILIAM, μα-
σαλία, & MASSÆSYLIAM, μασσαι-
συλίοι, appellatam scribit. Incolas MA-
SÆSVLOS vocat Plinius. MASSY-
LOS, duplici SS, legit Stephanus. MA-
SYLAM gentem habet Virgilius. Hodie
Regnum Tremislenum hoc loco videtur ut
Girava, & Niger quoq; attestantur. TIN-
GITANAM, à Bogud rege BOGVDI-
NAM aliquando cognominatā, tradit Pli-
nius. SITIPHENSIS, & HISPAN-
IA TRANSFRETANA à Sex: Ru-
fo; & in libro Notitiarum HISPANIA
TINGITANA nominatur. INFE-
RIOR MAVRITANIA à Xiphili-
no, in vita Severi nuncupatur. ubi dicit At-
lantem non longè ab Oceano Atlantico exo-
riri; apud Macenitas, qui sunt in Maurita-
nia Inferiore. Regnum Marochi eius loco

statuit Augustinus Curio; Fessæ verò Niger. Sed utrumque potius video sub ea comprehendi. In numismatibus antiquis MAURETANIA per E, legitur. Incole, ut Strabo testatum reliquit, à Græcis MAVRVSII, à Romanis autem MAVRI appellantur. Idem Vitruvius lib. 8. cap. 2. MAVRVSIA quam nostri MAVRITANIAM appellant. Eos ex Medis ab Hercule ibidem relictis nomen habere, sed postea à Barbaris pro Medis Mauros dictos; auctor est Sallustius, in Bello Iugurthino. Alarabes hodie nominant Hispani, Oliverio auctore. Quasi dicerent Arabes; Al enim articulus Arabicus est. Totum enim Africa tractum ad Mare Mediterraneum qui est ab Aegypto, ad Fretum Gaditanum usque, ab Arabibus occupatum, scriptores recentiores asserunt. Idemque hic tractus, in quo utraque Mauritania, Africa Propria, cum Cyrene & Marmarica antiquorum comprehenditur; ab Hispanis, Italis, & Gallis, communi vocabulo Barbariæ indigitatur. quo nomine videtur mihi ante aliquot secula etiam Lampridio innotuisse, in vita Alex. Severi Imperatoris. Carolus Sigonius in suis Scholiis Livianis lib. 24. (ne hoc Lectorem lateat) docet Massesulos, & Massilios, non esse eosdem; sed diversos, hos enim Massanisæ regi, illos Syphaci tribuit. Stephanus Massesilos (sic ille legit simpliciter, in secunda) & Maurusios gentes conterminas, non easdem vocat. Strabo etiam lib. ultimo ostendit Molochath fluvium regionem Massesilorum à Maurosum distinguere. Sed neque hoc hic omittendum duxi, quod Strabo eodem loco, & Herodianus lib. 7. habent, MAVRITANIAM nempe Romanis subiectam, ab ipsis incolis NUMIDIÆ nomen obtinere.

MAVRVSII, μαυρέσιοι, quidam sunt gens Phœnica, in Africa, circa Tripolim, & Syrtim Magnam qui hodie PACATI, πακάτοι, appellantur. Procopius lib. 6. de Aedificiis Iust. Imp. Liber Notitarum meminit etiam PACATIANÆ, in Tingitania.

MAVSOLI, vide CARIA.

MAVSOLYS, vide INDVS.

MAXIMIANOPOLIS, vide ADREM-MON, & ABDERA.

MAXVLA, vide MAZVLA.

MAZA, vide MAZACA.

MAZACA, μάζαγα. Ptolemao Cilicia prefectura, in Cappadocia opidum quod eodem auctore CÆSAREA, καίσάρεια, etiam dicitur. Straboni quoque EVSEBIA, ευσέβεια, ad Argæum vocatur. Stephano MAZA est. Tilaria Barbari appellant. ut scribit Niger. Mazacam hanc malè ab Eusebio & Ruso MEGARAM vocari, monuit Philander in Vitruvium.

MAZÆI, μαζαῖοι, DERRI, δέρριοι, & DERRIONES, δερρίονες, populi sunt Liburniam, Orientem versus, ut Ptolemaeus scribit. Harum regionem hodie Lica vocari, ait Mar. Niger.

MAZIVS, vide TAVRVS.

MAZVLA, μάζελα, Africa Propria urbs est Ptolemao. MAXVLA legunt Latini codices; item Antoninus. MAXVLLAM Coloniam vocat eandem Plinius. De eadem, nihil fallor, hæc Victor Vricensis episcopus, Quidam (ut moris est) ad Maxilitanum litus exissent, quod Ligula vulgi consuetudine vocatur, &c.

MEARVS, vide METARVS.

MECON, vide SICYON.

MECYBERNÆVS, vide THERMÆVS.

MECYRA, sive HELEM, Marmarica locus, in Africa Antonino.

MEDAMA, μέδαμα, Straboni Bruttiorum, in Italia opidum. Nicotea Nigro nominatur; aut Nicotera Barrio; Capo di Batticani Leãdro. Medama, Plinio MEDVA est, inquit Xylander. Vide NICOTERA.

MEDELICVM, Melch hodie, Lazio: Austria urbs. Eius mentionem fieri in libro Prefecturarum, scribit idem Lazius.

MEDENA, sic olim vocatum fuisse emporium Vectis insula, quod hodie Neuport nominatur; scribit Neryllius, in suo Norico. Vide MEDIA.

MEDERA, vide AMMÆDARA.

MEDERACVM Antonino, Mierle vicus, Simlero; infra Venlonã non lögè à Mofa.

MEDI, vide MÆDI.

MEDIA, μὲδία Ptolemao & aliis Asia celeberrima regio. ARIAM olim vocatam refert Pausanias & ARIOS eius incolas, appel-

appellat Herodotus. MADÆOS, μεδαῖοι, eos Iosephus nominat. Cedrenas eam ASPRACAN, ἀσπράκαν, & eius partem Superiorem BASPRACAN, βασπράκαν, nuncupat. MEDENAM, suo tempore dictam, scribit Sex. Rufus. Cordini vulgo nomen habere, tradit Haithonus: & Servan, Castaldus.

MEDIOLANIVM, μεδιολάνιον, vel MEDIOLANA, μεδιόλανα, utrumq; Ptolemaeus scribit, Insubrum in Italia metropolis. OLANVM à conditore antea dictam, tradit Cato in Originibus. si modo illius sunt quæ hoc nomine circumferuntur. Sunt qui prius INSVBRIAM, alij ALBAM, alij PEVTHICIAM vocatam volunt, inquit Castilioneus. Insubriae meminit nummus antiquus M. Valerius Messalla. Zacharias Lilius, in suo Orbis Breviario credit à Maximiano Herculeo Imp. HERCVLEAM quandoque appellatam. sed quo auctore hoc credat, mihi ignotum est. Hodie Milano incolis: Meylandt/ Germanis. Vrbs Melana potēs, pro Mediolano legit Gotf. Viterbiēsis.

MEDIOLANIVM, Germaniæ urbs, Ptolemaeo. quæ à Pyrchatnero Munster in Westphalia dicitur.

MEDIOLANIVM, in Orduicis, Britannia populis, urbs, Ptolemaeo. Lancastre, in Anglia; Lhuydo.

MEDIOLANVM, Antonino opidum inter Coloniam Traianam, et Agrippinam. Meteler vicus, iuxta Mosam, vertit Simlerus. Meehelen forte.

MEDIOLVM, vide ECELESTA.

MEDIOMATRICES, μεδιομάτειες, Ptolemaeo sunt Gallia populis. quos Westreicher appellat Rhenanus. quorum metropolis hodie Metz dicitur. hos Metēses Blondus MATRICOENSES vocat. lib. I. Decadis I.

MEDIVMOSTIVM Rheni, Ptolemaeo. Hodie Mijū nomen obtinet. Vide RHENVS.

MEDOACVS, duos hoc nomine fluvios notat Plinius. Alterum Maiorem vocat Leander, & hodie Brenta vocari; Alterum Minorem, & Bachilione dici scribit. In Venetorum regione sunt. Messalla Corvinus, aut

quis ille sit qui libellum de progenie Augusti scripsit, alterum BRENTESIAM appellat. BRINTAM novit hoc loco etiā Fortunatus. Sed de his fluminibus sic Merula, in Libello suo de Gallia Cisalpina: Per Vicētium agrum Rharonus & Bachilio amnes dilabuntur: ubi ad Vicentiae mœnia confluerent; nec ille Rharonus, nec hic Bachilio est; sed uno nomine Medoacus dictus, in Mare Adriaticū defertur. MEDVACVS per v in secunda habet Livius.

MEDOBREGA, Hispania urbs, in Lusitania, A. Hirtio. Armeña Vaseo.

MEDVA, vide MEDAMA.

MEDVALLI, vide MEDVLLI.

MEDVBRICENSES, Hispania populi; qui & PLVMBARII, Plinius lib. 5. cap. 22.

MEDVLLI, populi sunt in Alpibus. Vitruvio lib. 8. Habitatores Vallis Cilleræ intelligit Philander, eius Cōmentator. Dissat, ut ipse inquit, ab Oeno octavum lapidē, Meridiem versus. Habitatibus guttur intumescit, aquarū vitio, ut putatur. Morienne credit hodie vocari Simlerus. MEDVALLI sunt apud Lucanum lib. I.

MEDVS, vide EUPHRATES.

MEGA, id est, magnum, vide MAGNVM.

MEGABARI, & MEGABRADI, vide ADIABARÆ.

MEGALEPOLIS, μεγάλη πόλις Ptolemaeo, Arcadiae opidum. Eius media pars ORESTIA, ὄρεστία, vocabatur, ut Stephanus habet. Eius partem quoque THISBOAM vocatā à Nympha quadam, scribit ex Pausania Gerbelius. Hodie dicitur Leontati, ut Sophianus; vel Londario, ut Sabellicus & Niger scribunt. PHILETO, φιλῆτω, vocat eam quoque Plethon. Vide NINOE, & PHAZEMONITIS.

MEGARA, μέγαρα, quæ & NISSÆA, νίσσaea, dicta olim, Ptolemaeo & Suida testibus. NISSA habet Pausanias. Megaridis regionis urbs, ad Sinum Saronicum. Megara hodie adhuc dici, scribit Sophianus. Mazarino, Niger. Idem tradit ALEXANDROPOLIM, cum à Philippo caperetur, appellatam fuisse. Antea etiam ALCATHOE vocatam, quidam ex his Ovidij versibus colligit, Alcathoe quam Nisus habet, &c.

bet, & c. lib. Metamorphoseos 8. Vide CAR-
THAGO.

MEGARA, Siciliae urbs, in littore maris,
quam prius **HYBLAM** dictam scribit Stra-
bo. Augustam hodie dici, tradit Leander, &
Fazellus; qui eadem **GEREATIN** Pau-
sanias putat. Pausanias in Eliacis duarum
Hyblarum meminit, quarum unam **MA-**
IOREM, alteram **GEREATIN** appel-
lat. Vide **HYBLA**.

MEGARICE, vide **HERACLEA**.

MEGARIS, Plinio insula est, prope Neapo-
lim. Ovo hodie Hermolao dicitur. Arcem ha-
bet, qua inde Castel del Ovo vocatur. Hoc
castellum Michael Ritus **LVCVLLIA-**
NAM ARCEM appellat.

MEGARIS, $\mu\epsilon\gamma\alpha\rho\iota\varsigma$ Ptolemaeo Attica regio.
Hec etiam **NISSAEA** vocatur, Suida te-
ste. Vide **MEGARA**.

MEGATICHOS, opidum in monte, in-
ter Aegyptum & Aethiopiam; quod Arabes
MYRSON vocavere. Plinius.

MEIONIS, vide **CYPRVS**.

MELA, fluvius prope Brixiam, Gallia Cisal-
pina urbem; Catullo auctore, ad Ianuam.
Nomen hodie obtinet, inquit Erythraeus &
Leander. sed pro **Mela** **MELON** legendum,
auctore Capriolo, docet. Mella etiam memi-
nit Virgilius 4. Georgicon.

MELÆNA, vide **SAMOS**.

MELAMBOLOS, vide **ÆGYPTVS**.

MELAMPHYLOS, vide **SAMOS**.

MELANA, vide **MELAS**, & **MEDIO-**
LANVM.

MELANCHLÆNI, vide **SCYTHÆ**.

MELANEIS, $\mu\epsilon\lambda\alpha\nu\eta\iota\varsigma$, Eubœa insula urbs,
qua & **ERETRIA**, $\epsilon\rho\epsilon\tau\rho\rho\iota\alpha$, Stephano.
AROTRIA, $\alpha\rho\sigma\tau\rho\rho\iota\alpha$, etiam dicitur, Stra-
bone teste.

MELANES, vide **AMAZONES**.

MELANGE, $\mu\epsilon\lambda\acute{\alpha}\gamma\gamma\eta$, Arvacorum empo-
rium, Ptolemaeo; in India intra Gangem. quod
Iacobus Castaldus Malipur intelligit; ubi
corpus D. Thomae requiescere creditur.

MELANI Montes, $\mu\epsilon\lambda\alpha\nu\alpha\ \delta\omicron\rho\eta$, ad Sinum A-
rabicum describuntur à Ptolemaeo. eo loco
quo Moses in Sacris litteris **SINAI**, qui
& **OREB** dicitur Hieronymo teste, ponit.
Idem **MONS DEI** apud Mosem appella-

tur. **SYNEVM** eum vocat Iustinus, ex Tro-
go Pompeio. **SINÆVM**, $\sigma\acute{\iota}\nu\alpha\iota\omicron\nu$, Iosephus
& Suidas. Europæis adhuc Sinai nomina-
tur: sed Turcis, ut N. Nicolaius refert, Tur-
la. Gebel Thor Arabibus vocari, ait The-
vetus. Tur habet Zieglerus. Dominicus Ni-
ger tamen scribit **MELANOS** hodie
Phasga dici. Sunt etiam **MELANI mon-**
tes in Arabia Felice, apud eundem Ptol. quos
ASABO, $\alpha\sigma\alpha\beta\omega$, cognominari scribit.

MELANIA, $\mu\epsilon\lambda\alpha\nu\iota\alpha$, Straboni Cilicia opi-
dum est. quod **MYLE** Plinij esse, Ger. Mer-
cator auctor est.

MELANIPIA, vide **CHELIDONIÆ**.

MELANTHII Scopuli, Icarij maris, apud
Strabonem. vocantur Furni, Nigro.

MELANTIAS, $\mu\epsilon\lambda\alpha\nu\tau\iota\alpha\varsigma$, qua nunc vulgo
Melitias $\mu\epsilon\lambda\iota\tau\iota\alpha\varsigma$, dicitur; Thracia pagus,
102. stadiis Byzantio distans: quem Athy-
ras fluvius præterfluit. Ex Suida, & Pro-
copio.

MELANTIVM, vide **AMANVS**.

MELAS (.i. niger,) **SINVS**, $\mu\epsilon\lambda\alpha\varsigma\ \kappa\omicron\lambda\pi\omicron\varsigma$
Thracia, apud Ptolemaum. Golfo de Ca-
ridia vocatur Sophiano.

MELAS, Ptolemaeo Asia Minoris fluvius, quem
Euphrates excipit. Hodie Gélui, uti ex Ta-
bulis persuadeor. Plinio & Straboni. item
Zosimo. etiam **MELAS** est quem Pamphy-
lia & Cilicia terminum dicunt. hunc Ma-
rius Niger scribit nunc Cfionero vocari.

MELAS, $\mu\epsilon\lambda\alpha\varsigma$, Thracia fluvius apud Ptole-
maum & Plinium. **MELANAM** vocat
eum Livius: & novo nomine La Meta, qui
hunc vertit, Nardus.

MELDÆ, $\mu\epsilon\lambda\delta\alpha\iota$, Cesari & Ptolemaeo Gal-
lia Belgica populi. Orontio Meaulx est o-
pidum ad Matronam amnem.

MELEAGRIA, vide **CALYDON**, &
PLEVRONE.

MELEGVNIS, vide **LIPARA**.

MELETI Sinus, $\mu\epsilon\lambda\eta\tau\omicron\upsilon$, à Meleto flumine,
etiam **SMYRNÆVS** dicitur, à Smyrna
opido, illi adiacente. Stephano teste. Sinus
est Maris Aegæi, iuxta Aeolidem regionem.

MELIBOCVS, $\mu\epsilon\lambda\lambda\ \kappa\omicron\zeta\omicron$, Germanie mōs
est apud Ptolemaum. Misnia saltum qui
Hardtswaldt vocatur, ex eo facit Pirchay-
merus. Bjoekersberch eum novo nomine
appellat

appellat Peucerus. Vide CATTI MELIBOCI.

MELIBOEVM, OLYZON urbs, μελιβόων ὀλυζών, sic Suidas, nihil praterea addens. Olizon verò, & Melibœa, Plinio diversa sunt opida, Magnesiæ regionis. Item Stephano Thessalia μελιβοία, ὀλυζών.

MELIGENA, vide MELITA.

MELIGONIS, & MELIGNIS, vide LIPARA.

MELINEVS, vide MALIACVS.

MELIODVNVM, μελιόδωνον, Germania urbs, Ptolemæo. Bohemia urbem facit ex ea Lazius, quæ Mileusko nunc vocatur.

MELITA, Cappadociæ urbs, non procul ab Euphrate, Plinio. MELITINE, μελιτινή, fortè Ptolemæo, in Armenia Minori, regione consini. Malatia est apud Nigrum.

MELITA, Plinio insula Hadriatici maris, prope Dalmatiã. Ptolemæus eam MELITINE, μελιτινή, vocat. MELITVSAM à Polybio nominari, scribit Volaterranus. Scio à Stephano ex Polybio citari, μελιτῶσαν, Illyriæ urbem; sed hanc insulam quæ Illyriæ vicina est, sic ab eo appellari, me fugit. Hinc catuli Melitai; Callimacho auctore, apud Pliniũ. Hodie Melida dici, ait Sophianus: Melite Hermolaus, vide MELITVS.

MELITÆENSES, μελιταιῆς, Phthiotidis regionis Macedonicae populis sunt Straboni. quos aliquando PYRRHÆ nomen gessisse scribit. Ptolemæo eorũ urbs MELITARA, μελιτάρα, Plinio MELITEA vocatur.

MELITE, μελίτη, una ex Pelagiis, apud Ptolemæum. Hac insula D. Pauli naufragio celebris est; & hodie Rhodiensibus militibus habitat. Hinc Melitei catelli, Strabone teste. Malta vulgo nominatur. MELITE eodẽ Ptolemæo huius insulae civitas est; quã etiam hodie Malta vocant. Vide SAMOS.

MELITARA, & MELITEA, vide MELITÆENSES.

MELITIAS, vide MELANTIAS.

MELITINE, μελιτινή, Susiana ad Tigrim fluvium regiuncula, Ptolemæo. Aracgelaran nominat eam Castaldus. Suar Thevetus:

MELITINE, Armenia Minoris, ad Euphratem regio; apud Ptolemæum. Hac Bosoch

Castaldo, & Suar Nigro est.

MELLARIA, Plinio Hispaniæ urbs, in Bætica est. Begerra de Melena vocari hodie, scribit in Plinium Stephanus Aquæus.

Vide GARTIA.

MELO, vide NILVS.

MEOBOTERA, vide ÆGÆ.

MEOCAVVS, μελόκαυον, Germania opidum Ptolemæo. Coburch Villanovano dicitur.

MELODVNVM, Casari Senonũ opidum, in insula Sequanæ fluminis positum, ut ipse describit. & ego quoque vidi. Urbis area ipsam insulam, & utramq; continentis ab opposito ripam instar Lutetiæ Parisiorum occupat. Melun hodie vocant.

MELOS, μέλος, insula Cretici maris, inter Cretam, & Sunium Achaie promontorium. Milo Sophiano dicitur. Hanc omnium insularum rotundissimam, scribit Plinius eandemq; ab Aristide BYBLIS, βύβλις, ab Aristotele ZEPHYRIA, σεφυρία, à Callimacho MIMALLIS, ab Heraclide SIPHNVS, & ACYDOS dictam subdit. STORIAM quoque vocatam, legitur apud Honorium Augustodunẽsem: sed ubi hoc somniaverit nescio.

MELPIS, μέλπις, Straboni fluvius, in Latia, iuxta Aquinum opidum. Melfa Leandro.

MELPYM, Insubrum opidum, Plinio opulentia præcipuum, sed deletum à vicinis, eodie quo Camillus Vetos cepit, ut ipse inquit. Melci nunc dici, scribit Leander.

MELSVS, μέλσος, Hispania fluvius, in cuius vicinia estuarium est, ut scribit Strabo, quod Cantabros ab Asturibus dividit. ex hac descriptione videtur mihi NÆLVS, ναιλος Ptolemæi.

MEMARMALIS, vide TAVRVS.

MEMBLIAROS, vide ANAPHE.

MEMMA, vide MONA.

MEMNONIA, vide SYSA.

MEMPHIS, μέμφις, quæ Hebræis MOPH, vel NOPH, & MIGDOL, Aegypti ad Nilum urbs Ptolemæo. Hodie Cairo, ut Sabellicus, & nonnulli alij putant: cum tamen Memphis ab altera parte fluminis fuerit, è regione Carri. Vide BABYLON.

MENÆ, μενάι Ptolemæo Sicilia opidum mediterr-

diterraneum. Thoma Fazello Meneo est; Nigro autem Calatagirone. MENÆNON & MENÆON habet Diodorus Siculus. Vide NEÆ, & CALACTA.

MENAPII, *μενάπιοι*, Gallia populi, inter Belgas; Straboni, Casari, & Tacito, cui cum Ptolemæo cis Mosam sunt. Leodius Guldenses, Iuliacenses, & Clivenses, pro his accipit.

MENAPISCVS Pagus, cuius in archivis cœnobiorum Gandensium, & in legibus Caroli Magni ab Ansefigo monacho collectis, frequens est mentio; ut Divæus testatur, hodie Flandriæ Comitatus est, eodem auctore, & Meyero. FLANDRIA, ut & hoc his addam; proavorum memoria RUTHENIA dicebatur; testib. Lhuydo, & Cœnali.

MENARICVM; ponit Antoninus inter Castellum & Cameracum, in Gallia Belgica. Mergē/vel, ut Galli pronuntiant, Merville in eius locū constituo pagus est Flandria, ad Lysam fluvium.

MENAVIA, vide MONAOEDA.

MENDESIVM, *μενδεσιον*, Nili ostiū, Ptolemæo. Damiate Niger vocat; Migni Alfonso Bonacciolus.

MENEBRIA, vide MESEMBRIA.

MENELAVS, vide BATHRACVS.

MENESTHEI Portus, *μενεσθεος λιμην* Ptolemæo & Straboni Hispania Beticæ urbs; quam hodie Puerto de S. Maria vocant, ut testantur P. de Medina, & Florianus.

BESIPPO Pliny est, ut credit Villanovanus.

MENIX, vide LOTOPHAGITES.

MENLASCVS, Hispania Tarraconensis fluvius; quem Pomponius MAGRADA vocat, censore Villanovano. Menlascum legit Latinus codex; sed in Græco est MENOSCA, *μενόςκα*.

MENOSCA, vide MENLASCVS.

MENOSGADA, *μενόςγαδα*, Germania opidum Ptolemæo. Egra, in consinibus Bohemiæ est; Petro Appiano.

MENRALIA, *μενεργλία*, Ptolemæo Contestanorum in Hispania Tarraconensi urbs. Bejar de Melena, Ar. Montano.

MENTESANI, qui & ORETANI; & alij qui BASTVLI. Hispania populi sunt Plinio,

lib. 3. cap. 3.

MENTISA, *μέντισσα*, Oretanorum, in Hispania Tarraconensi opidum. Ptolemæo; geminato ss scribit Livius. Car. Clusius putat esse Iacn, aut Mentexa, opida invicem vicina. Vasæus ex Resendio, dicit Montejo esse; in Bética.

MENTYRNA, vide MINTVRNÆ.

MENVS, vide MOENVVS.

MENVTHIAS, vide CERNE.

MENYNX, vide LOTOPHAGITES.

MENZOCHASA, vide SELEVCIÆ.

MERA, vide AVSERIS.

MERCIDES, vide AMMÆDARA.

MERCVRIVS, vide HERMVS.

MERGENTINI, vide PITVLANI.

MEROE, *μερόν*, Ptolemæo Nili insula; quæ prius SABA, *σαβά* Iosepho & Cedrena testibus dicebatur. Hodie Geguere dicitur, ut scribit Castaldus; Naulelabe, ut Iovius; Saba, & Bed Amate, ut Hier. Girava tradit. Multas huius insulæ appellationes profert Thevetus. is enim præter Elsaba, Geguere, & Meroë, quæ hæcenus retinere dicit, scribit quondam ab Arabibus qui Nubiam vicinâq; loca habitant, Merala, aliis Oclin Merodach, & ab Arabia Felicis incolis Mezaal vocatam: à Cephaliensibus Sabaim, ab Abyssinis Sabacthani; à Barbaris Alquebx Havage, Albila, et Albhon, (id est boum pecorumque insula) nominatam. item à nonnullis Alhabib, Athabib & Galgala; & tandem Alhaim Alfacouza, quod significat regionem milio fertilem. fides sit apud auctorem, cui bono auctori fidere serè piaculum est.

MERON, lacus Iordanis est, ubi Iosue Iabin regem Asor cum aliis mōtium regibus fudit. alij SAMACHONITIDEM appellant; inquit Wissenburgius. Postellus scribit sic ab humanioribus auctoribus appellari. Zieglerus autem, in sua Terra Sancta descriptione duos lacus ex iis facit.

MEROPIA, vide SIPHNOS.

MEROPIS, vide COS.

MEROS, *μερός*, India mons, Straboni, Mele & aliis. Iovi sacer habetur & Bacchum hic enutritum, fabulatur antiquitas. Meros enim semur significat; & Bacchum ex Iovis femore

femore genitum credidit gentilitas. Plinius lib. 8. cap. 39. eum NYSAM nominat. A Suida eum NYSEIVM, νυσηϊον, vocari puto, ab urbe cognomine, ei vicina. Polyænus lib. 1. stratagematum, aliter de hoc mōte: eum enim TRICORYPHVM dictum scribit; à tribus cacuminibus, quorum unum vocatur CORASIBIS, alterum CONDASBE, & tertium MERVVS. MERVLA, Liguriæ fluvius Plinio. A Leandro Meira, à Nigro Conta interpretari video.

MES, vide MYSIA.

MESAMBRIA, vide MESEMBRIA.

MESAMMONES, vide NASAMONES.

MESANÆI, μεσαναῖοι, populi; nunc PASSESINI Castrum, πασινα χἀραξ, dicitur. Iosephus lib. 1. Antiquitatum, cap. 7. In Persia est, ni fallor, ad Sinum Persicum. Vide CHARAX & MADISANITES.

MESANITES, vide MADIASANITES.

MESAPYGIA, vide IAPYGIA.

MESARME, vide BERSABE.

MESE, quæ & POMPONIANA Plinio: eadem THEMISTA Martiano. Vide STOECHADES, MESSENIA, & PYTHO.

MESECH, vide MOSCHI.

MESECHINI, vide CAPPADOCIA.

MESEMBRIA, μεσημβρία, Ptolemæo Mysiæ urbs, ad Pontum Euxinū. Strabo scribit antea MENE Briam, μενεβρία, dictam. MESAMBRIA per A in secunda legit Herodotus. Sophianus Mesimbria hodie vocari tradit. Pro Mesembria ERMENVM, ἠρμενων, habet Tzetzæ; cum tamen ipsum Ptolemæū se iambicis versibus transferre profitetur. Chiliade II.

MESENE, vide ADIABENE, APAMIA, & MESSENIA.

MESENE, vide ASINE.

MESEVS, vide MOSÆVS.

MESOLA, μεσόλα, Straboni Arcadiæ urbs; quam nonnulli putant ab Homero HIRAM, ἱρα, & HIERAM, ἱερῆν, appellatam.

MESOPOTAMIA, μεσοποταμία, Asiæ regio, Ptolemæo & aliis; Stephanus ADIA-

BENE, ἀδελφὴν, eam quoque vocat. In Sacris ARAM dici, scribit Molerius. qui recentiore vocabulo Azamia & Halapia nominat. Mercatori Diarbech dicitur. Apud Bellonium legitur Mesopotamiam unā cum Assyria, sub uno nomine Azamia hodie à Turcis comprehendi.

MESSA, vide ANCHIALVS.

MESSABATÆ, μεσοβαταῖα, Ptolemæo Persidis populi sunt. SABTHA Hebrais dici, Ar. Montanus tradit. Horum tractum Castaldus Sauas appellat.

MESSANA, Plinio & aliis; MESSENA, μεσσηνῆ, Straboni & Ptolemæo; Stephanus singulari s legit; Sicilia urbs, & emporium, ad Fretum Mamertinum. Cicero contra Verrem eam MAMERTINAM, & incolas Mamertinos vocat. Idē pro L. Cornelio Balbo, quosdam Mamertinos OVIOS cognominat. Hodie Messina nominatur. Strabo scribit eam olim ZANCLE, ζᾶκλαν dictam. Sed Zancle hodie vicum esse prope Messinam, Chiera appellatum, tradit Cl. Aretius.

MESSANICVS, vide PADVSA.

MESSAPIA, μεσαπία, Straboni & Plinio. simplici s scribit Stephanus. Magnæ Graciæ urbs est. quam Leander Misano appellari scribit. Vide BOEOTIA, IAPYGIA, & APVLIA.

MESSEIS, vide POLYDEVCIA.

MESSENE, μεσσηνῆ, Peloponnesi urbs, Ptolemæo. Mattagia Castaldo; Moseniga Nardo; Nisim Theyeto nomen habet. Vide MESSANA.

MESSENIACVS Sinus, μεσσηνιακὸς, apud Ptolemæum sic nominatur ea pars Maris Mediterranei quæ Messeniam Peloponnesi regionem alluit. Golfo de Coron, à Corone civitate, Sophiano hodie vocatur. ASINÆVS dicitur à Strabone, ab Asine eius urbe.

MESSENIANI, vide SARMATIA.

MESVA, Pomponio Galliæ Narbonensis peninsula. Mele Ioanni Poldo. Vide SIGIVS.

- MESVIVM**, μετσίον, Germania urbs apud Ptolemaum. Meydenburg ad Albim sita, interpretatur à Pet. Appiano.
- METABVS**, vide **METAPONTVM**.
- METACOMPSO**, μετακομψώ, Ptolemæo Aegypti urbs, iuxta Syenen quæ Asuan Zieglero hodie. **TACHEMPSO** Pomponij videtur; & **TACAMPSON** Plinij. quam & **THATHICEN** quidam appellaverunt, ut ipse scribit. ταχεμψώ, Stephano Aethiopia insula est prope Libyam. Per o in secūda scribit Herodotus, eamq; apud Elephantinam locat.
- METACVM**, interpretatur à Barrio Calaiate, Arabiae Felicis opidum. Hoc Metacum in Latinis Ptolemæis nonnullis habetur; sed in castigatioribus, & Graecis **CVMACATVM**, κωμακάτων, legitur. Vide **RIGIACVM**.
- METAGONIVM**, Pomponio: **METAGONITIS**, μεταγωνίτις Ptolemæo; Mauritania Tingitane promōtorium. Cabo de tres forcas, nominatur Castaldo; de tres Arcas, Olivario. Vide **NUMIDIA**.
- METALLINA**, vide **CASTRA VICCELLIANA**.
- METANASTÆ**, vide **IAZYGES**.
- METAPONTVM** Plinio, & **METAPONTIVM**, μεταπόντιον, Ptolemæo & Straboni. Magnæ Græciæ maritimum opidum quod Torre di mar Leandro dicitur. Thebesaze castellum hoc loco nunc esse, scribit Niger. **VIBO** aliquando vocata fuit, ut Solinus auctor est. sic eam quoq; nominat Caesar libro bellorum civilium tertio. Item **SIRIS**, σίρις, nomē habuit, teste Stephano & Eustathio. **METABVM**, μέταβωρ, olim vocatam, tradit apud Strabonem Antiochus. Tzetza Chiliade 12. numero 404. illam quoque **ALYBAS**, ἀλύβας, appellat. Idem Stephanus. Vide **BITHYNIA**, & **SYME**.
- METARIS** Aeslus, μεταρίς, Ptolemæo, ad latus Orientale Albionis insule. **The walthe** hodie videtur.
- METAROS**, μετάρω, Hispania Tarracoenfis fluvius, Ptolemæo. **MEARVS** apud Melam est. ut Pintianus scribit.
- METAVROS**, μέταυρω, duo sunt huius

- nominis in Italia fluvij, apud Strabonem. Vnum eorum in Umbria statuit, alij in Piceno, regione vicina, ponunt. Hunc Leander, Niger, & Bonacciolus Metro vocari aiunt. Alter in Brutiis est; cuius ostium ex adverso Aeoliarum insularum describitur à Plinio. Eum Niger Angivolo appellat. Bonacciolus & Leander in sua Italiae descriptione, Seminara nominari dicunt. Sed idē Leander, sui quasi oblitus eum Metremo indigitat, in suo Insularum Italicarum libello. In Italia autem descriptione videtur duos fluvios ex Seminara & Metremo facere; ambos tamen in Brutio. Non video quomodo hac sibi apud Leandrum constent. Locorum peritus, hac concinnāda relinquo. Hoc unum addam, quod scio nonnullos intelligere ex Strabone (qui tamē aperte hoc non indicat) duos in Brutiis Metauros esse: ex quibus **M. Niger** est, qui addit alterum à Catone in Originibus **PACTOLICVM** dici; nescio quo usus exemplari: ego enim hoc apud eum non invenio. Idem tamen Gab. Barrius asserit: sed **PACCOLINVM** ille habet. **MATAVRVS** per A, in prima, in marmoribus legi, Goltzius mihi affirmavit. Stephanus item Mataurus habet, sed pro Sicilia urbe.
- METELIS**, μέτηλις Ptolemæo Aegypti urbs, ad Nili ostium. Stephano **BECCHIS**, βήχης dicitur. Rosetto vocatur Italis, Raschit Turcis. Rasir appellat Benjamin.
- METHAMAVCVM**, video à Latinis appellari Venetiarum urbis portum; qui vulgo Malamocho nomine innotescit.
- METHENE**, vide **CHERSONESVS**.
- METHONE**, μεθώνη, Messenia urbs maritima, in Peloponneso. Hanc aiunt ab Homero **PEDASVM**, πίδαω & dictam, scribit Strabo. Modon hodie, Sophiano teste.
- METHONE**, urbs Thraciae cuius incolae à vicinis **AOSPHENDONETI**, ἀποσφενδόνετοι, id est fundarum telis pulsi, vocabantur. Plutarchus in Questionibus Graecis.
- METINA**, vide **BLASCON**.
- METIOSEDVM**, vide **IOSEDVM**.
- METOPON**, locus prope Peram urbem, vicinam Constantinopoli; qui hodie Acra Spandona dicitur. Ex P. Gyllio.

METRIDERA, vide **AMMÆDARA**.
METROPOLIS, μετροπόλις, Sarmatiae Europæe urbs, Ptolemæo. **MILETOPO-
 LIS** Plinij est, ut aestimat Villanovanus. Sed vide **AVXVMVM**, & **OLBIA**.
METVBARRIS, Pannonia insula Plinio, in Sao flumine, qui amnicarum maximam vocat. Hodie Zygeth dicitur. Sed hoc etiam vocabulum commune est omnium insularum, lingua Hungarica.
METVLVM, μέτερον, Straboni Iapydum urbs. Lazius scribit hodie Troiam esse, in Cilie comitatu. Appianus in Illyricis tradit eam regionis metropolim esse, sitamq; in monte nemoroso, duobus conditam tumulis, quos vallis modica interfecat.
MEVANIA, μεβανία, Umbriae opidum Straboni, Suetonio & Tacito. Bevagna Leandro appellatur. Mevania videtur regionis nomen apud Columellam lib. 3. cap. 8.
MEVANIÆ, vide **EBVDÆ**.
MEZARME, vide **BERSABE**.
MICENAS, vide **APESANTVS**.
MICHOE, & **MIDOE**, vide **TRO-
 GLODYTÆ**.
MICTIS, vel **MICTERIS**, vide **CAS-
 SITERIDES**.
MIDÆ FONS, vide **MARSYAS**.
MIDEIA, μίθεια, Argie opidum quod antea **PERSEPOLIS**, περσεύως πόλις, vocabatur. Stephanus. Vide **LEBADIÀ**.
MIDOE, vide **TROGLODYTÆ**.
MIEZA, Macedoniae urbs Plinio; quam & **STRYMONIVM**, στυμόνιον, appellari tradit Stephanus.
MIGDOL, vide **MEMPHIS**.
MIGDONIA, vide **BITHYNIA**.
MILETOPOLIS, vide **OLBIA**, & **ME-
 TROPOLIS**.
MILETVM Calabriae urbem à Milesiis Asiaticis conditam habet Barrius, ex lib. 6. Herodoti: quam hodie Miletum adhuc nominari subdit. Eandem à Cicerone **MELITA** dici, lib. 3. Epistolarum ad Atticum, putat Seb. Corradus.
MILETVS, μιλαντῶ, Cariae urbs Ptolemæo quodam **PITHYVSA**, πθυῦσα, **ANAC-
 TORIA**, ἀνακτορία, & **LELEGIS**, λελε-
 γῆς Plinio, Stephano & Eustathio testi-

bus. Melaxo. Alex. Zardus vulgo appellari scribit.

MILLEA, Livio Siciliae fluvius; qui ab Aretio & Leandro S. Iuliano appellatur. Fazellus dicit quoque sic ad ostium vocari; intus verò Yhadeda Saracenicè, inquit. Hunc Milleam putat Leander eundem esse cum **PANTACHO** Ptolemæi.

MILVIVS, vide **PONS**.

MILYAS, vide **LYCIA**.

MIMALLIS, vide **MELOS**.

MIMANTIS, Plinio Asiae Propriae promontorium est, Chios insulae oppositum. Cabo Stillari, Nigro dicitur.

MINAGARA, μινάγαρα, Indiae intra Gangem urbs, Ptolemæo. Maciquepatan Castaldus vocat.

MINCIVS, Lombardiae Transpadanae fluvius est, apud Plinium: Mencio Leandro est. Sarcha vocari, Nigro ait.

MINERVÆ, vide **ATHENÆVM**.

MINERVÆ ARÀ, βωμός ἀθηνῶν, Sinus Arabici insula Ptolemæo. Chifale est, nisi recentiorum tabulae fallant.

MINERVÆ Castrum, ex Varrone describit Barrius in Calabria circa Fretum; idq; nunc Cripteria nominatum tradit.

MINERVÆ Palus, vide **TRITON**.

MINGVM, vide **NINGVM**.

MINICVS, vide **ANIGRVS**.

MINIO, Virgilio Tusciae fluvius est. Migno, Nigro & Blondo; Mugnone Leandro nominatur.

MINIVS, μινῶ, Hispaniae Tarraconensis fluvius Mela, & Ptolemæo. Hunc Lusitania maximum esse, & **BENIN**, βενῆν, quoque vocari, scribit Strabo. Hermolaus putat inversè Banis pro **NEBIS** scriptum esse. Minium tamen & Nebin diversa flumina autumo. Ptolemæus enim & Pompeius utrumq; nominat. Minius videtur **NIMIS**, νῆμις, ab Appiano appellari: Pro-
 vius, **NIBENES** vertit Cel. Secundus: Minio adhuc dici, ex Clusio, & Tabulis habeo.

MINNODVNVVM, Antonino urbs; quam Simlerus Mildem nominat. Inter Aug. Praetoriam, & Aug. Rauracorum.

MINOÀ, μινώα Ptolemæo Cretae insulae portus. Pa-

rus. Paleocastro dicitur Nigro; sed Altemura Sophiano. Vide GAZA, HERACLEA, MINTHE, NISSÆA, & PAROS.
 MINOS, vide GAZA.
 MINTERIVS, vide ORCHOMENVS.
 MINTHE, μίνθη, mons in Peloponneso, teste Ptolemaeo. Gemistus, μινών legit, & eum quoque SCORTON, σκόρτων, vocat. Oloro vocatur Nigro. EVAN videtur apud Pausaniam dici, ab Evoë bacchantium voce; quod hoc loco Bacchus, & quæ eum sequebantur mulieres, sic exclamasse credantur.
 MINTVRNÆ, μιντῆρνα, Latij urbs Ptolemaeo; quam Georg. Fabricius scribit vulgo Traietto vocari. Castro al mar Nardus. Est numisma Tiberij Imp. apud me aeneum, quod MVNTVRN. legit. MENTYRNA, μεντῆρνα, habet Stephanus.
 MINYA, μινύα, urbs Thessalia; quæ prius ALMONIA, ἀλμωνία, dicta fuit. Stephano.
 MINYÆ, vide ARGONAVTÆ, & ORCHOMENVS.
 MINYEVS, sic dictus est ORCHOMENVS Thessalia fluvius, Plinio auctore. Item ORCHOMENVS Bæotia opidum, Thucydide auctore. Huius populi etiam MINYÆ dicti fuere; ut refert Pausanias in Bæotis. Vide ORCHOMENVS, & ANIGRVS.
 MINYIA, μινύια Ptolemaeo Amorgi insula civitas. Vocatur à Castaldo Mandria, à Sophiano autem Plati.
 MIRANGVLI, sive MIRIANGVLI, vide GERMANICIAS.
 MIRDVVM, Procopio lib. 1. De bello Persico, urbs est: Merdin est apud Iosephum Barbarum.
 MIRIANA, vide MARIANA.
 MIRMIX, vide LOTOPHAGITES.
 MIROBRIGA, μισβρίγα, Hispania Batica urbs, Ptolemaeo. Ciudad Rodrigo, est Clusio & Vaseo.
 MIROBRIGENSES CELTICI, vide CVNEI.
 MISAVCI, vide ISARCI.
 MISTRÆ, Pomponio Locrorum opidum est: Gab. Barrius dicit sic quoque à Plinio & Stephano vocari, (Mistra nempe, ut apud eum legitur) & hodie Geoliola vocari. Ego

MYSTIA Locrorum apud Plinium, & MISKERA, μισκῆρα, Sicilia, apud Stephanum invenio: eam enim partem aliquando Siciliam dictam ex Thucydide patet, qui horum aliquot urbes in Sicilia positas describit.
 MISVA, vide NISVA.
 MISYNE, vide ASINE.
 MISYNOS, vide GÆA.
 MITROCHITONES, vide HERACLEA.
 MITYLENE, Plinio Lesbi insula opidum liberum. Mitylin vocat Sophianus. Ab hoc opido tota insula sic dicta fuit tempore Eustathij. MYTILENE, μυτιλήνη, per X, in prima scribit Stephanus.
 MOAB, vide AREOPOLIS.
 MOBVCHARAX, μωβεχάραξ, ait vocari Stephanus eam urbem Terria Palestina, id est Arabia Petraea, quam Ptolemaeus CHARACMOBA, χαράκμοβα, appellat. In Ptolemai tamen codicib. hodie CHARACOMA, χαράκωμα, legitur.
 MOCHVRA, μοχῆρα, Arabia Felicis mediterranea urbs Ptolemaeo. Mecha putatur Nigro.
 MOCONTIACVM, vide MAGONTIACVM.
 MODIACVS, vide MAGABIA.
 MODIRIS, vide ZIZERVM.
 MODOETIA, apud Paulum Diaconum est Insubrum urbs, ut Blondus & Leander referunt: qui eam Monza vocari aiunt. MONGONTIAM olim dictam, ex antiqua huius loci Inscriptione, ostendit Mar. Niger, Melius, uti ego auguror, Gaud. Merula MONGVNTIACVM, qui ipsam Inscriptionem, uti ibidem etiamnum reperitur, exhibet; in libro suo de Gallia Cisalpina.
 MODVRA, μούδρα, aut DEORVM Vrbs; ut Ptolemaeus vocat India intra Gangem urbs, in Cassirais. Hanc Castaldus scribit hodie Bisnagar dici. Est eodem Ptolemaeo ibidem alia Modura regia Pandionis.
 MODVTI, μούδτε, Taprobana insula urbs, Ptolemaeo. Pinder hodie est, uti videtur Villanovano.
 MOENVS, Germania amnis Plinio; MOENIS Pomponio, MENVS Ammiano, Franconia

tonia regionis est, & *Meyn* hodie dicitur. Hunc *Regino* historicus, & eius temporis scriptores *MOGONVM* vocant. Foris *IULIA* flumen est, apud *Velleium Paterculum*.

MOERIDIS Stagnum, *μοιρίδ* & *λίμνη*, in *Aegypto* est, *Ptolemaeo* auctore. *MYRIDA* per *Y*, legit *Aelianus* de animalibus lib. 6. cap. 7. *Bucharia* vocatur hodie, ut tradit *Castaldus*.

MOESIA, Europa regio; quam in *SVPERIOREM*, & *INFERIOREM* dividunt. Superior indigitatur à *Lazio* *Servia*; à *Taurino Olmutiense* *Moldavia*; & à *Sabellico* *Valachia*. *Tzetz* à *Chiliade* *II*. vocat *Hungariam*. Inferior aliquando *BLACCIA* dicta fuit, ut *Sabellicus* docet. *Taurinus* eam *Valachia* dici putat. *Lazius* & *Chalcondilas* eam *Bulgariam* appellant. *Mæsi*, montis *Hæmi* incolæ (qui sunt inferiores) nunc *Blachi* nominantur, inquit *Nicetas*. De hoc *Mæsia* vocabulo libet hoc addere ex *Hermolai* *Castigationib.* *Plinianis*: quod *Plinius*, *Tacitus*, *Flaccus*, *Virgilius*, *Martianus*, & ferè omnes *Latini* codices hoc nomen per *OE* diphthongon scribunt: *Græci* autem per *Y*. *MÆSIA* per *Æ* invenitur in antiqua inscriptione, apud *Aldum*. *Mæsiam*, *MINOREM SCYTHIAM* nuncupari, tradit *Iornades*. *SCYTHIAM THRACENSEM* *Zosimus* lib. 4. in eaq; *Tomin* urbem ponit. *Ovidius* lib. De tristibus non semel eandem *Scythiam* vocat.

MOGLÆNA, vide *ÆDESSA*.

MOGONTIA, vide *MODOETIA*.

MOGONVS, vide *MOENVVS*.

MOGRVS, *μώγρ*, *Colchidis* fluvius *Arriano*. *Plinio* hoc loco *NOGRVS*, depravata fortasse lectione, eoq; inter synonyma minimè numerandum.

MOGVNTIA, vide *MAGONTIACVM*.

MOGVNTIACVM, vide *MODOETIA*.

MOLÆ FORMIANÆ, *Ciceroni* sic dictæ, quod à *Formiis* non longè abessent. In *Latio* sunt: & hodie pagus est, *Mola* dictus, ut scribit *Mar. Niger*.

MOLGII, vide *TROGLODYTÆ*.

MOLOCHATH, *μολοχάθ*, *Ptolemaeo* est

Mauritania Tingitana fluvius. *Nocore* vocatur *Castaldo*. *Olivarius* scribit *Arabicè* *Mululacha* dici. *Niger* tradit à *Barbaris* *Munzemar* nominari. *MVLVCHA*, *Pomponio* & *Plinio* appellatur.

MOLOGENI, vide *SCYTHÆ*.

MOLOSSI, *μολοσσοί*, inter *Epiri* populos numerantur à *Plinio*. *MOLOTI* sunt *Stephano*. *Pandolia* vocatur hodie eorum regio, nisi fallat *Pinetus*.

MOLOTI, vide *MOLOSSI*.

MOLPIDIS Petra, vide *ELIS*.

MOLVIVS, vide *PONS*.

MOLYBODES, insula *Sardiniam* adiacentes; quæ sunt *Plumbea* & *Hieracum*; nunc *Isolæ de S. Pierro*. Sic *Pinetus*. Sed errat hic in nominibus. cum *MOLYBODES*, *μολυβώδες* *Ptolemaeo* non sit nomen commune duarum insularum, sed unius tantum. *Molybodes* enim, & *Plumbea* idem est, & significat; eandemq; insulam denotat. Plus tribuerim in his *Leandro*, in suo de *Insulis Italia* libello qui dicit *HIERACVM*, *ἱεράκων*, hodie *S. Pierro* vocari & *MOLYBODES*, quæ *Plumbea* *Latinis* interpretibus est, *Isola di Toro* nominari.

MOLYCRIVM, vide *RHIVM*.

MONA, *μόνα*, insula inter *Angliam* & *Hiberniam* sita; ut *Ptolemaeus*, *Cæsar*, *Dion.* & *Plinius* eam describunt. Hæc olim *Druidum* sedes fuit, *Tacito* auctore. Hodie incolis *Britannis*, qui avitam linguam retinent, *Mon* vocatur: *Angli* verò *Saxonica* lingua imbuti, *Anglesey* vocant; *Hunfredo* *Lhuydo* & *Lelando*. Hæc insula angusto vado tantum à *Britanniæ* continente disjuncta conspicitur: ex quo quis fortasse, hanc non esse *Cæsaris* *Monam*, quam medio cursu inter *Britanniam* & *Hiberniam* statuit, suspicari possit; sed potius eam quam *Anglosaxones* hodie *Man* nominant de qua vide *MONA-OEDA*. *Monam* *Taciti*, *MEMMAM* malè appellat *Iornandes*.

MONAM *Rheni* insulam, citat ex *Tacito* *Marlianus*, in suo locorum *Indice* eamque *Hollandiæ*, *Frisiæ* ac *Geldris* proximam facit atq; ex ea *Monasterientes* nomen retinere putat, (ineptè. *Monasterium* enim oppidum sic vocatur, quod hic locus primum

- monasterium habuerit, idq; postea in urbem excreverit.) Eandē habet Zacharias Lilius, in suo Orbis Breviario; & ceteri qui postea Lexica conscripserunt. Apud eosdem est etiam VATASTICA insula, eodem tractu, & eodem Tacito ascripta. Sed vereor, ne operam, ut dicitur, & retia perdant, qui has insulas apud Tacitum querere satagunt.
- MONALVS, *μονάλ* & Ptolemæo Sicilia fluvius qui Fazello Molina dicitur; Tosa autem Leandro.
- MONAOEDA, *μονάοιδα*, insula est Ptolemæo, inter Britanniam & Hiberniam sita. In aliquibus vetustis Latinis Ptolemæi exemplaribus MONARINA legitur. Beda MENAVIAM appellat: & Gyldas EVBONIAM. Menau vocant hodie Britanni indigenæ: Angli autem Man. hinc quidam recentiores MANIA fecere: ut tradit Humf. Lhuydus. MONAPIAM à Plinio dici censeo. An MONA Caesaris sit, doctioribus inuestigandum relinquo.
- MONAPIA, & MONARINA, vide MONAOEDA.
- MONDA, *μόνδα* Ptolemæo, qui MVLIADAS, *μυλιάδας*, Straboni. hodie Mondego dicitur: uti ex Clusio habeo, & ex Tabulis persuadeor. Lusitania fluvius est.
- MONEMBASIA, & MONOBASIA, vide EPIDAVRVS.
- MONETTIVM, *μονήτιον*, Iapydū opidum, apud Strabonem. Mansburg vel Montspurg, variante dialecto, vocat Lazius. In Cilie comitatu.
- MONOBRICA, habent eius loci Inscriptiones antiquæ, qui hodie Monobriga vocatur. In Hispania Betica urbs est. Car. Clusius.
- MONODACTYLVS, *μονοδάκτυλος*, Aethiopia mons, apud Ptolemæum. PENTADACTYLVS Plinij est, Villanovano teste.
- MONOECVS, vide PORTVS.
- MONOGLOSSVM, *μονόγλωσσον* Ptolemæo India intra Gangem emporium. Mangalor à Nigro indigitatur.
- MONOMERI, & MONOSCELI, vide SCIOPODÆ.
- MONS ARGENTEVVS, vide ARGENTEVVS.

- MONTES ÆRII, sic vocantur apud Diod. Siculum, in fine lib. 4. montes quidam Siciliae qui hodie Montifori vocantur, Fazello auctore. Sed ÆRIA, *ἄρια*, est in Græco codice. Item ÆREA, *ἄρια*: variat enim lectio.
- MOPH, vide MEMPHIS.
- MOPSOPIA, vide ATTICA, & PAMPHYLIA.
- MOPPOS, liberum Ciliciae opidum; Pyramo flumini impositum. Plinio lib. 5. cap. 27.
- MOPSVESTIA, *μωψυστία* Ptolemæo est. Mopsi vatis domicilium quondam, ut scribit Ammianus, lib. 14. Antiqua inscriptio quæ in Aldi Orthographia est, Mopsuestiam Lycie regioni tribuit.
- MORDIÆVM, *μωρδιᾶιον*, Pisidia urbs Stephano: quam postea APOLLONIAM dictam scribit. Hic optima mala nasci scribit Athenæus.
- MORGANTIVM, *μωργάντιον*, Straboni & Diodoro Siciliae urbs quæ hodie, ut Fazellus ait, Agnuni dicitur. MVRGANTIA Livio vocatur. MVRGENTINI sunt Plinio. MORGYNAM, *μωργύνα*, Siciliae, MORGENTIAM verò, sive MORGENTIVM Italiae urbem habet Stephanus. Hæc Barrius in Calabria ponit, & Georgeto nominat.
- MORGE, vide AMORGVS.
- MORSENTIA, vide MVRGANTIA.
- MORGES, vide EPHEVS.
- MORGETES, vide ITALIA.
- MORGVS, Plinio Salassorum fluvius; qui hodie Orco dicitur, ut Leander tradit. vel Orcho, ut Merula.
- MORIA, vide HIEROSOLYMA.
- MORIMARVSA, vide BALTICVM.
- MORIMENA, vide CAPPADOCIA.
- MORINI, *μωβίνοι* Ptolemæo, Straboni & Casari, Belgij populi. Terwanen eos indigitat Leodius, & alij. Bovillus Monstreul ex iis facit. Sed vide TARVANNA.
- MORTVVM Mare, vide CRONIUM, & ASPHALTES.
- MORVS, vide MARISVS, & SYCAMINOS.
- MOSA, *μωσα* Ptolemæo et Casari Gallia Belgica fluvius celebris: ex monte Vogeso oritur, & in Hollædia cū Oceano miscetur. Maese Germa-

- Germanis, Muesse Gallis dicitur.*
MOSÆVS, *μοσαίος*, *Sufiana regionis fluvius, Ptolemao. Tiriticiri vocari ab Abylfedea, ex eius Tabulis colligo. Mesevs est apud Marcellinum.*
MOSCHI, *sunt populi ad Hyrcanum mare, Pomponio. Hos Mesechin Sacris litteris dici, scribit Montanus in Apparatu Biblico. Qui hodie Moschovite appellantur, versus Occidentem magis vergunt.*
MOSCHICVS, *vide ARMENIVS, PHASIS, & TAVRVS.*
MOSELLA, *vide OBRINCVS.*
MOSON, *μόσον*, *Galatie urbs Ptolemao. Aricanda à Mar. Nigro vocatur.*
MOSYNOECI, *vide HEPTACOMETÆ.*
MOTENE, *μωτηνή*, *Armenie Maioris regio, ad Cyrum fluvium ut tradit Ptolemaeus. Exsechia dicitur, ex Abylfedea tabulis, Castaldo.*
MOTENVM, *Pannonie Superioris urbs, Antonino. Bruck an der Lepta Simlero videtur.*
MOTYA, *μοτύα*, *Stephano & Diodoro Sicilia urbs, non procul Eryce. Mundello, tumulus nō longè à Panormo, Occasum versus, Aretio. MOTYA, Sicilia urbs quoq; Pausaniz est, ad Pachynum promontorium. Hodie, ut Fazellus tradit, tota prostrata iacet extat dumtaxat edicula S. Ioannis appellata. Due videntur ex horum descriptionibus, huius nominis urbes, in Sicilia: una ad Pachynum, altera ad Lilybaeum promontorium. MVTIENSES habet Plinius.*
MOTYCHANVS, *μοτυχάνος* *Ptolemao Sicilia fluvius. Cycli Fazello dicitur. Camarana Leandro vocatur, & videtur illi GELAS Plinij.*
MOTYCA, *μότρεα*, *Ptolemao Sicilia urbs mediterranea, inter Pachynū & Lilybaeum promontorium. Modica dicitur Leandro & Aretio; Palazolo Nigro.*
MVLONA, *Aethiopiae opidum; quod Graeci HYPATON vocant. Plinius.*
MVLVCHA, *vide MOLOCHATH.*
MVND A, *vide ARVND A.*
MVNITIVM, *μυνίτιον*, *Germanie apud Ptolemaeum opidum. Villanovanus Gottin-gen interpretatur.*

- MVNTVRNÆ**, *vide MINTVRNÆ.*
MVRICI, *vide VIRGI.*
MVRGANTIA *Livio, Samnitum urbs; in Magna Graecia ponunt Volaterranus, et Nig-ger qui scribit hoc loco nunc opidula Monasterachi, & Orizella extare. MOR- GENTIA & MORGENTIVM, μοργεντία & μοργέντιον, apud Stephanum vocari-puto. Nig-ger scribit eadem esse, cum MA- MERTIO, μαμέρτιον, Strabonis. Mamer- tiū Strabonis hodie Martirano vocari scri- bit Gab. Barrius.*
MVRGENTINI, *vide MORGAN- TIVM.*
MVRGIS, *μῦργις*, *Ptolemao & Plinio, Ba- tica Hispania urbs: quae hodie Murcia est, ut Clusius putat: Muxacra autem Floria- no est.*
MVRINORVM *Terra, quam ille TE- TRAGINAM nuncupavit: Sic Aethicus. sed alius ab eo quem Simlerus edidit.*
MVRIS STATIO, *vide MYOSHOR- MOS.*
MVROCINCTA, *vide AD MVROS.*
MVROELA, *μυρόελα*, *Pannonia Superioris urbs, apud Ptolemaeum: Mureck Villano- vano videtur.*
MVROTRIGES, & SVMOTRIGES, *habet Humf. Lhuydus Angliae populos; quos ipsi Angli Somersetshire, & Cambri (qui sunt genuini Britanni) Gulad pr haef ap- pellant.*
MVRS A, & MVRSIA, *est Antonino Pā- nonia Inferioris urbs. Hanc Simlerus Mu- roviza vel Ezech putat. Sed vide TEV- TOBURGV M.*
MVRVM VICVS, *Antonino trans Alpes opidum. quod Mur in Bregentz, Studo- Castelmur in Bergel, Simlero est.*
MVSICANA *Terra, μουσική. Hanc Stra- bo totius India Australissimam dicit. Erit er- go ea quae hodie Malaca vocatur. At idem eam, paulò inferius, ad Patalenam insulam (haec ad Indi ostia est) ponit. Cui sententiae etiam Arrianus lib. 5. De gestis Alexandri, & Diodorus Siculus lib. 17. subscribant. Meminit huius etiam Q. Curtius. SVS I- CANA, μουσικά Ptolemai esse, vult Villa- novanus. Strabo alio in loco, ubi Taproba- nam de-*

- nam describit, CONIACOS, κωνιακοί, vocat India populos maximè versus Meridiem existentes. Sed alios idem etiam Coniacos Hispania populos, ab Aug. Imp. devictos habet. Hoc autem parergon: & non huius loci.
- MVSIO**, primus est amnis post Cumerum promontorium; ut scribit Blondus: qui eum ad ostia ASPIDVM vocari addit. Vtrumque sortè recens est. Ego neutrum apud veteres me agnosse fateor.
- MVSISTRATVM** Polybio, aut potius **MYTISTRATVM**, μυτίστρατον, ut in Græco est. **MVTVSTRATVM** Plinius scribit. Sicilia urbs est, quam Fazellus & Aretius Mistretta vocant. Hos eosdem esse cum **AMESTRATINIS**, quorum Cicero in Verrem meminit, ait Aretius; sed negat Hermolaus. **MYTISERATA**, μυτισεράτα, habet Stephanus Sicilia urbem: an eandem cum illa, iudicent alij. apud eundem namque etiam **AMESTRATOS**, ἀμίστρατος est.
- MVTIENSES**, vide **MOTYA**.
- MVTILVM**, Livio Flaminia in Italia opidum. Mutilina, Blondo; Modiana, Leandro nominatur.
- MVTINA**, μέτινα, Gallia Togata urbs, Ptolemao. **MOTINA**, per O, legit Antoninus. Modena est hodie.
- MVTVSCÆ**, Virgilio Umbria opidum est, in Sabinis: Trevi hodie dici, scribit Leander. Hæc **TREBIA** postea dicta fuit, quam modò **TRIBVLAM** dicunt; sic Servius, in illud Virgilij, Oliviferæq; Mutusæ. an rectè videant studiosi. cum enim addat Annibalem apud hanc Trebiam populum Romanum delevisse, errare eū docuit Herm. Barbarus: Trebia enim prope quem clades illa fuit, Placentinus amnis est, longissimè ab iis terris positus. Erythraeus & Villanovanus credunt **TREBVLAM** Ptolemæi esse, quibus ego suffragari nequeo; is enim hæc suam in Campania, ut Livius quoque, describit, multum parasangis à Sabinis distantem. neque Ptolemæus Trebula, sed **TRIBVLA**, τριβύλα, habet. Trebulam autem per H, legit in Sabinis Strabo, & Tribulam per iota Halicarnassæus. **TREBVLANOS**, Plinius **BALINIENSES** cognominat,

- lib. 3. cap. 4. Item **MVTVSCÆOS**, & **SVFFENATES**, cap. 12.
- MVTVSTRATVM**, vide **MVSISTRATVM**.
- MVZA**, Plinio Arabia Felicis portus est, quod appellant qui ex Aegypto Indiam navigant: non longè ab Hali abesse putat Ramusius.
- MVZIRIS**, vide **ZIZERVM**.
- MYARA**, vide **ÆGYPTV**.
- MYCENÆ**, μυκῆναι, Argie in Peloponneso opidum, Ptolemao. **INACHIAS** appellat Papinius, quod iuxta Inachum fluvium posita videantur. **POLYPHENGON**, πολυφύγον, vocat Plethon. Sophianus Agios Adrianos novo nomine indigitat. Nigro Charia est. Grebigni Theveto.
- MYCHOPONTION**, vide **ACHERVSIUM**.
- MYCHTHONIA**, vide **MYGDONIA**.
- MYCONOS**, μύκων, Ptolemao & Plinio una ex Cycladibus insulis. Micole dicitur Sophiano & Nigro.
- MYENVVS**, μύνη, mons in Aetolia; qui antea **ALPHIVS**, ἄλφι, Plutarchus, Libello de fluminibus & montibus.
- MYGDONIA**, μυγδοῖα, Macedonia regio. Item Magnæ Phrygiæ: ut Stephanus perhibet; qui hanc quoque **MYCHTHONIAM**, μυχθοῖα, vocari ait. Vide **ANTIUCHIA**, **BITHYNIA**, & **PERINTHVS**.
- MYLÆ**, insule circa Cretam sunt Plinio. Cambrusie, M. Nigro vocantur. Gniosa & Listò appellat eas Pinetus.
- MYLÆ**, μύλαι Ptolemao & Thucydidi, Sicilia urbs. Milazon, vel Milazzo, Fazello & Aretio hodie appellatur. Mylæ apud Livium fluvius est eiusdem insule.
- MYLE**, vide **MELANIA**.
- MYLVIVS**, vide **PONS**.
- MYNDVS**, μύνδ, Caria opidum Ptolemao. Item alterum cognomine, in eadem Caria; quod teste Stephano **PALÆA MYNDVS**, παλαιά, cognominatur ad differentiam. S. Pietro hodie dici scribit in suo Livio Nardus.
- MYNETIS** urbs, vide **LYRNESSVS**.
- MYONNESOS**, vide **PISISTRATI**.
- MYOSHORMOS**, μύος ὄρμος, Plinio Aethiopiae

Aethiopiae opidum cum portu, ad mare Rubrum. Cosit eo loco ponit Ramusius.

MYRCINVS, *μυρκίν*, urbs, prius HEDONVS, *ἡδών*, vocabatur; ut scribit Ioannes Tzetzæ, Chiliade 1. numero 96. Meminit huius etiam Herodotus in Terpsichore. Videtur Thracia, aut regionis huic finitimæ urbs. Vide AMPHIPOLIS.

MYRGETÆ, vide SCYTHÆ.

MYRICA, vide AMPHIPOLIS.

MYRIDA, vide MOERIDIS.

MYRINA, Aetoliae urbs; quæ SEBASTOPOLIM se vocat inquit Plinius.

MYRINA, *μύρινα* Ptolemaeo Lemni insulae urbs. Lemno, Bellonio est. Vide CERCENA.

MYRINÆ Tumulus, vide BATIEA.

MYRLEIA, vide APAMEA.

MYRMIDONES, vide ÆGINA, & GRÆCIA.

MYRSINVS, *μύρσιν*, qui MYRTVNATIVM, *μυρτέντιον*, tempore Strabonis. Achaia pagus, in Peloponneso, ut ipse scribit.

MYRSOS, vide MEGATICHOS.

MYRTILIS, vide IVLIA.

MYRTION, *μύρτιον*, qui postea TITTHION; *τίτθειον*, mons Peloponnesi. Pausanias, ex interpretatione Amasei. MARTION habet Loescherus, errore typographico fortè.

MYRTOVM Pelagus, à Castaldo Mar di Mandria interpretatur. Sed ne & hoc nesciat studiosus, Ptolemaei hoc est, Cariam alluens nam Plinij, Strabonis, caterorumq; Myrtoum mare alibi est, de quo in dictione BEGIALIS dixi.

MYSIA, *μυσία*, Asiae Propriae regio, Ptolemaeo, quam in MAIOREM & MINOREM distinguit. Bursa à Castaldo interpretari video. Mysia aliquando ABRETA, item ÆOLIA, & ÆOLIS dicta fuit, teste Plinio. ABRETTINAM, *ἀβρεττιν*, vocat Stephanus. MES Hebraeis est, ut scribit Montanus in suo Apparatu. Mysos à Posidonio CAPNOBATAS, *καπνοβάτας*, id est, sumi scansores, vocari, tradit Strabo lib. 7. OLYMPIENOS dici, ab Olympo monte, testis est Herodotus. MYSI, MOESSI, & MASSÆI ijdem sunt Reineckio: eosq; in Misniam Germania regionem deducit; quam tempore Henrici Aucupis Tha-

leminciam, & à Slavis Lumaciam, item à Bohemis Sirbiam appellatam addit. Vide MOESSIA.

MYSISTRATVM, vide MVSISTRATVM.

MYSIVS, vide MÆSIVS.

MYSORVM ESCHATE, vide THYATRIRA.

MYTANIS, vide LESBVS.

MYTILENE, vide MITYLENE.

MYTTISTRATVM, vide MVSISTRATVM.

N.

NAARMALCH, vide EUPHRATES.

NABALIA, vide VAHALIS.

NABAR, vide NASABATH.

NABATHÆA, *ναβαθαῖοι*. Huius regionis gentes DACHARENOS, *δαχαρνοί*, vocatos, scribit Eustathius, & Stephanus. In Aethici sophistæ libro sic habetur: SICHARRIA regio, quæ postea Nabathæa nuncupatur. Vide ARABIA.

NABIVS, *νάβι*, Tarraconensis Hispania fluvius, Ptolemaeo. Idem esse cum NARRIO Mele, Villanovanus & Pintianus affirmant.

NACOLEIA, *νακόλεια*, Ptolemaeo Magnæ Phrygiae urbs. NACOLIA, *νακολία*, Stephano scribitur. Suidas dicit quoque NACOLEVM, & NACOLEA, plurali numero dici.

NACRI, vide CAMPI Macri.

NACRIA, *νακρία*, quæ & NVCRIA, *νυκρία*, Tusciae urbs, Stephano & Suida.

NÆCVA, vide CALEVA.

NÆLVS, vide MELSVS.

NÆSSOS, vide NESSVS.

NAGARA, vide DIONYSIOPOLIS.

NAGIDOS, *ναγίδος*, Stephano Ciliciae urbs est. pro quo legitur apud Pomponium NATIDOS; sed vitiosè, ut credit Pintianus qui etiam NAGIDOS apud Strabonem legit, lib. 14. etsi eius interpretes hactenus AGIDOS enunciavere, idq; ex corruptis exemplaribus, ubi *ἐστὶ ναγίδος*, pro *ἐστὶ ναγίδος* legebatur: ita ut littera N, quæ est prima nominis, adiuncta antecedenti verbo sit.

- NAGNATA**, *νάγναρα* Ptolemaeo Hibernia urbs. **MAGNATA** legit Niger, atque hodie Americh incolarum lingua appellari addit.
- NALCVA**, vide **CALEVA**.
- NAMADOS**, *ναμάδος*, India intra Gangem fluvius, Ptolemaeo. Niger cum Amalthea vocat. Strabonem credit **LAMNÆVS**, *λαμναίος*, ab Arriano dici.
- NAMARINI**, vide **EGVRI**.
- NANIGERIS**, ut habet Mercator in sua Universali tabula, Ptolemaeo est Indici maris insula. Hanc Zeilan à nostris; & Tenerifum ab incolis dici, idem Mercator subdit. Huius incolæ Chingale appellantur, Garcia ab Horto auctore, qui eam pulchre describit.
- PANIGERIS**, *πανιγής*, habent Græci Ptolemaei codices.
- NANNETES**, Gallie populi apud Caesarem. Marliano urbs est in Oceani Aquitanici litore, quam hodie Nantes vocant.
- NANTVATES**, Plinio & Casari; **NANTVATÆ**, *ναντῶν*, Straboni; Gallie populi ad Acronium lacum. Marlianus Costertz interpretatur. Scudus scribit eorum tractum hodie *De Waat*, & *Wchtlandt* Germanicè, *Pays de Vault* Gallicè dici. Idem putat eos eosdem esse cum **ANTVATIBVS**, sed fallitur, ut credit Vigenereus. Nantuatum regionem & nomen scribit Paradinus hodie extare in opidulo quo etiamnum Nantua nuncupatur, non longè ab urbe hodie Chamberi dicta.
- NAPÆI**, vide **SCYTHÆ**.
- NAPARIS**, *νάπαρις*, Scythia fluvius Herodoto; quem Dnieper incolæ vocant, ut scribit Peucerus.
- NAPE**, vide **PYTHO**.
- NAPHTHVHIM**, vide **AFRICA Propria**.
- NAPITIAM** urbem Calabria, habet Barrius, ex Antiochi sententia apud Strabonem, ubi libro 6. Sinum Napitinum describit: hæc idem Barrius Amanthea vocat: sed malè Nepetia pro Napitia habet, in suo de Calabria antiquitatibus libello, Romæ mendosissime excuso. Eandem **AMANTIAM** Lycophronis putat, at **ABANTIAS**, *ἀβαντίας*, per B, Græcè etiam legitur.

- NAPITINVS**, vide **HIPPONIATES**.
- NAR**, *νάρ*, Umbria flumen Straboni, in Italia. Negra hodie nomen habere, perhibet Leander. Vide **NARON**.
- NARABO**, vide **ARRABO**.
- NARACYSTOMA**, vide **INARIACIVM**.
- NARBO** Colonia, *ναρβών*, Tectosagum in Gallia Narbonensi urbs, ut Ptolemaeus eam describit. Decumanorum Coloniam esse, ait Plinius: à quo, & Pomponio **MARTIVS** **NARBO** vocatur. Strabo in *Arecomicis* ponit, cuius Navale, Narbonem esse dicit. Marcianus apud Stephanum eam **NARBONESIAM**, *ναρβωνσία*, appellat. Iuniores hanc urbem sæpius **NARBONAM** nominant, sed perperam. Narbona enim in Illyrico est. Neque quisquam veterum, præter Ammianum (quod sciam) *Narbonam* nuncupat Gallie urbem. Narbone hodie vulgò indigitatur. Vide **NARONA**, & **ATAX**.
- NARBONENSIS Lacus**, vide **RVBRENSIS**.
- NARBONENSIS Provincia**, **BRACCATA** antè dicta, Plinio teste, *καρπογαλατία* *ναρβωνσία* Ptolemaeo est. Hodie Languedoc, Prouence, & Dauphine continet. Galliam Narbonensem vocat D. Eulogius in Epistola ad Wilensindam, **GOTHIAM** fortè quod à Gothis possessa erat. Narbonenses, **BEBRYCES** appellat Lycophron: ut Tzetzæ refert, ex Cocciano.
- NARBONESIA**, vide **NARBO**.
- NARCISCI Fontem**, què Ovidius eleganter describit; **LYNOPE** à Vibio Seq. vocatur.
- NARGARA**, Africa Propria urbs est Livio; ubi Scipio & Hannibal colloquebantur: **MARGARVM**, *μαργαρον*, apud Polyb. legitur.
- NARISCI**, Tacito Germania populi. Hos Aventinus Nozgoew interpretatur. Rhenanus Berym. Georgius Fabricius & Willichius *Woitlander* faciunt. Idem Willichius putat pro **VARISTIS**, *βαριστίς*, **NARISCI** legendum. *Varistas* tamen legi apud Capitolinum, in Vita M. Antonij, annotavit Althamerus.

NARITIA, vide **LOCRI**.

NARIVS, vide **NABIVS**.

NARNIA, *ναρνια*, Livio & Ptolemaeo Sabi-
norum, vel Umbrorum opidum, quod &
proprie **NEQVINVM** dicebatur, ut Pli-
nius & Livius tradunt. Municipeshuius loci
olim **NARTES** appellatos, ex antiquis
marmorib. docet Herimolaus. Plinius nihilo-
minus eos **NARNIENSES** vocat. Ner-
ni hodie dicitur. Leandro teste.

NARON, *ναρων*, Illyrici flumen, apud Pto-
lemaum. **NAR** vocatur à Pomponio, ut
Villanovanus ait. qui illud **Narcuta** no-
minat.

NARONA, Liburnie urbs, Plinio. Eadem
dicitur Ptolemao **NARBONA**, *ναρβονα*,
ut Villanovanus vult. qui eam cum Volater-
rano, **Narenta** vocari scribit.

NARTES, vide **NARNIA**, & **INTER-
AMNIA**.

NARYCO, Locrorum opidum est apud Pli-
nium. Hoc & **NARYX**, *ναρυξ*, & **NA-
RYCIVM**, *ναρυκιον*, appellatur Suida &
Stephano.

NASABATH, Ptolemao, sed **NASAVA**
νασαβα, est in Graecis codicibus. Mauritania
Casariensis amnis est; qui Castaldo Sopsa-
gia dicitur. **NABAR** Plinij est, Villano-
vano auctore.

NASAMONES; *νασαμωνες*, quos **ATLAN-
TES**, *ατλαντες*, Herodotus esse existimat;
qui Orbis terræ spatia nosse profitentur. **LO-
XITAS**, *λοξιτας*, appellant; qui in extremis
Libyæ sinibus Atlantem incolunt: Pausanias
in Atticis. Alij sunt **NASAMONES** in
ora Syrtis, Plinio quos antea à Graecis **ME-
SAMMONES** dictos scribit.

NASAVA, vide **NASABATH**.

NASCICI, vide **CALAGVRINA**.

NASIBIS, vide **NISIBIS**.

NASIVM, *νασιον* Ptolemao Gallie urbs.
Nancy, in Lotharingia; ad Mosellam est, te-
ste Divao, & alijs.

NASOS, vide **SYRACVSÆ**.

NASTVS, vide **NESTVS**.

NATHO, *ναθο*, Aegypti insula, Herodoto, in
Delta, in qua urbs est Atarbechis nomine.
Hanc eandem insulam idem **PROSOPH-
TIN**, *προσωπιτις*, vocat. Huius etiam me-

minit Diodorus Siculus lib. 11. & Thucydi-
des lib. 1. **PROSOPIN**, *προσωπις*, Aegy-
pti urbem habet Stephanus.

NATIDOS, vide **NAGIDOS**.

NATISO, Venetorum fluvius, apud Plinium.
In Foro Iulij est. & à Leandro Natisone
vocatur. à Blondo autem Lisontio.

NAVA, Tacito fluvius, qui apud Bingham
Rhenomiscetur. Naha hodie, Rhenano. Hic
Ausonio quoque innotuit eo carmine, Trans-
ieram celerem nebuloso flumine Navam.

NAVÆTHVS, vide **NEÆTHVS**.

NAVALE CÆS. AVG. vide **FORVM
IVLII**.

NAVALIA, *ναυαλια*, Germania urbs Pto-
lemao. **Dwol** in Germania Inferiore; Pet.
Appiano.

NAVBOLENSES, vide **DRYMÆA**.

NAVCRATICVM, vide **CANOBVS**.

NAVENNA, vide **RAVENNA**.

NAVLOCHVS, *ναυλοχος*, Mesembria-
norum castellum, Straboni, in Thracia. Pli-
nio **TETRANAVLOCHVS** vocatur.
Cosacho Nigro dicitur. Vide **SMYRNA**.

NAVNES Plinij, videntur Simlero, quos
Germani **Danser**; vel **Danserberg** vocat;
in Tridentino episcopatu. Vide **LEVNI**.

NAVPACTVS, *ναυπακτος*, Achaia urbs Pto-
lemao, ad Sinum Corinthiacum. Lepanto
Sophiano vocatur. Nepanto Nigro, errore;
ni fallor, librariorum. Idem scribit eam prius
PALMYRIAM appellatam.

NAVPLIA, *ναυπλια* *επιτειον*, Navale Ar-
giae regionis, in Peloponneso; Ptolemao au-
ctore. *ναπλι*, & Napoli de Romania
dici, Sophianus tradit.

NAVPORTVS Velleio, & Tacito; **NAV-
PONTVS**, *ναυποντος*, Straboni, opidum
in Tauriscis (hodie Carnis.) Plinio **NAV-
PORTVS** fluvius est, idem opidum alluēs.
Hodie & opidum & flumen Germanicè
Lapbach dicitur, Italicè **Labato**, & Dal-
maticè **Lubeana**. Latinis huius ætatis **LA-
BATVM** flumen, cum opido nomē habet.
Strabo hunc fluvium **PAMPORTVM**,
παμπορτος, vocare videtur. An Istria ille
fluvius, hodie **Quieto** nominatus, antiquo-
rum **Navportus** sit, ut Blondus, Vergerius,
& Leander asserere volūt, ipsi viderint. Mi-

- hi verò cum descriptione Nauporti Plinij ac Strabonis minimè convenire videtur. Sunt qui *Napbach* / *NOVIDVNUM*, *νοῖδων*, esse volunt, cuius meminit Ptolemæus, in Pannonia inferiore. Vide *ISTER*.
- NAVSTATHMVS*, Plinio Portus Sicilia est. *PHOENICVS*, *φοινικὸς* Ptolemæo dicitur, sed eum in ordine errare, scribit Fazellus. hodieq; Vindicari nomen habere ait. Aretius scribit Fontana bianca nuncupari.
- NAXIVS*, vide *APSORRVS*.
- NAXOS*, *νάξος* insula maris Aegæi, una ex Cycladibus, apud Ptolemæum. Nicia Sophiano dicitur. Hanc olim etiam *STRONGILE*, *ΔΙΑ*, *DIONYSIA*, *CALLIPOLIS*, & *SICILIA* Minor vocatam, Plinius testatum reliquit. *SYME* quoque appellata fuit, Diodoro teste. Dom. Niger scribit hic illud marmoris genus exscindi, quod vulgus Serpentinum, Plinius Ophites nominat. serpentium maculis simile; viride nempe, sed maculis levioribus inspersum. Vide *TAVROMINIA*.
- NAZARÆI*, vide *EVROPÆI*.
- NAZAVITIVM*, vide *TAVRVVS*.
- NEA*, Plinio Maris Aegæi insula. *NIO*, Nigro.
- NEÆ*, *νέαι*, Sicilia urbs Diodoro, lib. II. Fazellus ait *NEETVM* Ptolemæi esse, sed *NECTVM*, *νέκτων*, est in Græcis codicibus. Aretius putat *MENÆ*, *μεναί*, Ptolemæi esse, Noti vocat Fazellus. sed Minio Aretius qui ex *NECTO*, Noti facit.
- NEÆTHVS*, *νέαιθος*, Straboni & Plinio Magnæ Græciæ fluvius, in territorio Crotonensi: cuius Barrius apud Lycophronem etiam memoriam extare scribit. sed apud hunc *NAVÆTHVS*, *ναύαιθος*, legitur. Salentinum ab Ovidio nominari, idem Barrius addit, *vnaiθος*, per H in prima, Siciliæ fluvius est apud Theocriti Scholiasten. Idem est: mediæ enim ætatis scriptores hanc Italiæ partem Siciliæ vocabulo indigitarunt. quod hætenus receptum manet, cum dicunt utramque Siciliam, insulam nempe, & eam continentis partem quæ ab altera freti Mamertini est.
- NEANDRIA*, *νεάνδρεια*, vel *NEANDRIVM*, *νεάνδριον*, urbs Troadis, Hællæspontia. quam quidam *LEANDRIAM*

- per *L. perperam* scribunt. Suidas & Stephanus.
- NEAPOLIS*, *νεάπολις*, Ptolemæo Africa Propria urbs; quam *TRIPOLIM* quoque appellat. Plinius etiam hoc tractu Neapolim habet; quam Pinetus Mahometa vertit. Napoli de Barbaria est Christianis, & Nabel Barbaris, ut Thevetus asserit.
- NEAPOLIS*, Macedonia urbs, ad Sinum Strymonium est Ptolemæo. Christopholi dicitur Nigro, item Sophiano.
- NEAPOLIS*, quæ prius *PARTHENOPE*; *παρθενόπη*, Stephano & ceteris. Campaniæ urbs celeberrima, pulcherrimo situ ad Mare Mediterraneum exposita. Napoli hodie, *νεάπολις*, legunt ubique numismata. *NOVVS CAMPVS HERCVLIS* ab Oppiano in Venationibus, nuncupari, scribit Isacius. Videtur ex Stephano quoque *PHALERVM*, *φάληρον*, vocatam.
- NEAPOLIS*, Samaria regionis civitas, quæ antea *MAMORTHA* dicebatur, ut Plinius tradit. *MARBOTHAM* nominat Iosephus, ut Zieglerus & Pintianus legunt, ex lib. 5. de bellis Iudaicis. Sed *MABARTHA*, *μαβαρθα*, est in Græcis; lib. 4. distinctio enim librorum Græcorum cum Latinis non convenit. Hæc prius *SALEM*, & *SICHEM*, item *EPHRON*, Hebræis, & *SICINIA* Latinis vocabatur; ut scribit Wiffenburgius. Vide *ABROTONVM*, *LEPTIS*, *PANORMVS*, *PHAZEMONITIS*, *SAMARIA*, & *SYRACVSÆ*.
- NEBIS*, *νῆβις* Ptolemæo & Pomponio Hispaniæ Tarracensis fluvius. Neve C. Clusio dicitur, & Vaseo.
- NEBRISSA*, *νέβρισα* Ptolemæo Hispaniæ Baticæ urbs. Plinius eam *VENERIAM* cognominat. Lebrixa hodie nuncupatur. Nebrissa habet *Tarapha*, novo vocabulo.
- NEBRODES*, ut Silius Italicus lib. 4. vel *NEVRODES*, *νευρῶδες*, ut Strabo, lib. 6. quod vocabulum miror quare Xylander pro proprio minimè cognoverit, cum pro eo (tanquam appellativum esset) nervosum, interpretatus est; in suo Latino Strabone. Eum Silius pro altissimo huius insula monte describit. Fazellus qui eum hodie *Madonia*

nia vocari ait, scribit CRATON à Ptolemaeo dici. Sed CRATAS, κράτας, non Craton, apud Ptolemaeum legitur. Madunia pro Madonia, una mutat a littera, habet recentiori vocabulo Aretius.

NECANIDON, vide SOSIPPVS.

NECATE, Promontorium in Piceno, prope Pisaurum quod quidam Focariam vocant, inquit Niger. Nescio quis huius veteris vocabuli meminit.

NECRETICE, νεκρητικὴ, Colchidis regio, Ptolemaeo. Hanc Arrianus NITICEN vocat; ut scribit Pintianus. ECRETICE hoc loco Plinius legit.

NECTVM, vide NEÆ.

NEDINVM, νήδινον, Ptolemaeo Illyrici opidum est. Marius Niger dicit Susied ab incolis vocari.

NEIVM, νήιον, mons Ithacæ insulae, Stephano. qui & HYPONEIVM Suida. Sed HYPERNEIVM, ὑπερνήιον, habet Stephanus.

NELCVNDA, νελευνδα, cuius Arrianus in Periplo Maris Rubri meminit; fortè hodie Dulcinde regio est: ut Rhamusius coniicit. Vide SOSIPPVS.

NELEA, vide PYLVS.

NEMAVSVS, vide ARECOMICI.

NEMEA, νέμεια, Argia opidum, in Peloponneso apud Ptolemaeum. Hoc opidum cum suo territorio hodie Tristena vocari, testatur Niger. Vide BEMBINADIA.

NEMEA, fluvius qui Sicyoniam, & Corinthiacum agrum discernit, Strabone teste. Hunc Niger putat LANGIA à Statio nominari.

NEMETES, νεμῆτες Ptolemaeo & aliis Gallie ad Rhenum populi. Speir hodie urbs episcopalis, in Germania B. Rhenano. Sed vide VANGIONES.

NEMETOBRIGA, νεμετόβρυγα, Tiburorum, in Hispania Tarraconensi urbs, Ptolemaeo. Val de Nebro, hodie, Tarapha teste.

NEMORENSIS Lacus, vide TRIVIÆ.

NEMOSSVS, vide AVGVSTONEMETVM.

NEMETOCERNA, Casari in Belgis opidum. Marlianus ob allusionem cum Nemetio, putat Speirenses esse. Sed Car. Bovil-

lus docet hodie Namurs vocari. Hoc Nammen appellant Teutones. Vigenereus dicit hodie locum sine nomine esse.

NEOCÆSAREA, νεοκαισάρεια, Cappadocia in Ponto, urbs; Ptolemaeo. Barbaris Thocato dici, scribit Mar. Niger. Nisar vocatur Bellonio. Hæc postea HADRIANOPOLIM appellatam, tradit Suidas.

NEOCLAUDIOPOLIS, νεοκλαυδιόπολις, quæ & ANDRAPA, ἀνδραπα, Paphlagonia urbs. Ptolemaeus.

NEOMAGVS, νοιομαγ & Ptolemaeo Tricastinorum, in Gallia Narbonensi urbs. Nion, I. Poldo. Vide AVGVSTA Tricastinorum.

NEOMAGVS, Lexubiorum in Gallia urbs, apud Ptolemaeum. S. Salvator Villanovano.

NEOMAGVS, Regnorum civitas Ptolemaeo in Britannia, (hodie Anglia.) Guldifordia hodie vocari, scribit Lhuydus. Hoc Neomagum Ptolemaei putat Talbotus idem esse cum NOVIOMAGO Antonini: & hodie Croyden dici.

NEOMAGVS Antonini; in Germania ea urbs est, quæ nunc Odenheym dicitur; ad Rhenum sita. Ex Heroldi libello, de Stationib. Romanarum legionum. Quo loco docet Neomagum à Ptolemaeo in Nemetibus descriptam, aliam esse ab hac. Vide NOVIODVNVM.

NEON, vide TITHOREA.

NEOPOLIS, vide NEAPOLIS.

NEPET Livio & Plinio, NEPETA, νέπετα Ptolemaeo, Tuscie mediterraneum opidum. Nepe, hodie Leand. Alb. NESPETOS, νέσπετος & Stephani fortè ex Halicarnasseo.

NEPHTHALIM, Iudæa urbs: Arabis hodie SIZIZ vocari, auctor est Postellus.

NEPHTHALITÆ, (sic scribendum apud Agathiam, pro Neptalita.) à Procopio EVTHALITÆ vocantur. Sic Lewenclaius monuit. Hunnica natio est; sed Persis propinqua, quorum civitas Gorga. Vide de Persico bello librum primum Procopij, ubi eos eleganter describit.

NEPTVNIA, vide RHEGIVM Iulium.

NEPTVNIVS, Sicilia mons, Solino. Spreverio nunc appellari, tradit Fazellus.

NEQVINVM, vide NARNIA.

NERGO.

- NERGOBRIGES, vide NERTOBRIGA.
 NERIÆ, & NERII, vide CELTICI.
 NERICIA, vide ITHACA.
 NERICVM, vide LEVCAS.
 NERIGON Plinio, *Bozwegen* Becano.
 NERIS, vide EVROTAS.
 NERITVM, νήριον, Ptolemao Salentino-
 rum urbs. Niger Nerdo vocat. Vide LEV-
 CAS.
 NERITVS, Ithaca mons Plinio. De quo
 fortè hec Suidas: NERITVM νήριον,
 mons. Est & NERITVM quod ACTO-
 RICVM, ἀκτορικόν, dicitur; locus Epiri,
 post LEVCAS dictus. Sic Suidas. Vide
 LEVCAS.
 NERIVM, vide ARTABRVM.
 NEROASSVS, vide NORA.
 NERONIA, vide CÆSAREA Panias,
 & ARTAXATA.
 NERONIANÆ THERMÆ, à Nerone
 Imperatore edificata: nunc ALEXAN-
 DRINÆ appellantur inquit Eutropius,
 lib. 7. Romæ sunt.
 NERTOBRIGA, νερτόβριγα Ptolemao &
 Appiano Batica urbs, Turdetanorum. Vi-
 suntur hodie in Batica extremis partibus
 prope Lusitaniam, tribus millibus passuum
 (ut mihi Ar. Montanus auctor est) à Frexe-
 nal, ubi ipse natus est, magna urbis antiquæ
 ruinae locus ab accolis Valera vocatur. Ibi-
 dem addit hodie etiamnum antiquam In-
 scriptionem extare, in qua NERTODRI-
 CA per D, nominatur, sed falso, ut ipse au-
 xumat, ex eo, quod in eadem inscriptione,
 M. Aurelio dicata, respublica per D etiam,
 pro respublica legatur. Ex harum ruinarum
 lapidibus magna opida edificata, idem mihi
 narravit, quæ sunt Frexenal, Fuentes, Bo-
 donal, & Higuera.
 NERTOBRIGA, Ptolemao Celtibero-
 rum, in Hispania Tarraconensi urbs. NER-
 GOBRIGES, νεργοβρίγες, habet Appianus.
 Hanc NITOBRICAM apud Antoni-
 num appellari puto. Varrerius tamen ibi-
 dem Nertobriga legit. Sed NATOBRI-
 CA etiam apud eundem legitur, exempla-
 riorum magna inconstantia. Almudia ho-
 die vocari, idem testis est.
 NERVA, νεργία, Ptolemao Cantabrum, in

- Hispania fluvius: NESVA Pomponio dici-
 tur quemadmodum etiam aliquando Pto-
 lemaeum legere, scribit Pintianus. quam le-
 ctionem videntur approbare, inquit, qui loca
 illa habitant. Nausa lingua Vernacula eum
 in hodiernum usque nominant.
 NERVII, Gallie Belgicæ populi ferocissimi.
 νέρβιοι, habet Appianus. Becanus Oude-
 naerde interpretatur. Marlianus eam ur-
 bem esse putat quam Flandri Doornick,
 incola Galli Tournay vocant. Vterq; Flan-
 drie opidum, ad Scaldim situm.
 NESACTIVM, Istriæ opidum Plinio.
 NESACTVM, νέσακτον, apud Ptolemaum,
 & NESATTIVM apud Livium legitur.
 Castello novo, ad Arsiam flumen hodie
 esse, scribit D. Niger.
 NESIADES, vide SILVRVM.
 NESIBIS, vide NISIBIS.
 NESIDION, vide HALONESVS.
 NESIS, Plinio Campania insula, asparago
 optimo nobilis. Statius etiam meminit lib. 3.
 Silvarum. Nunc Nesita dici, scribit Geor-
 gius Fabricius, in itinerario Romano. Inter
 Pausilypum & Puteolos eam describit Her-
 molaus.
 NESONIS, vide THESSALIA.
 NESPETOS, vide NEPET.
 NESSVS, νέσος, Thracie fluvius Ptole-
 maio. Nesto à Sophiano vocatur. Bellonius
 scribit eum à Turcis Charafou, à Grecis
 verò Mestro dici.
 NESTANIA, vide NOSTIA.
 NESTVS, νέστος, quæ & NASTVS, νάστος,
 Thracie urbs, Stephano & Suida. NESOS,
 νέσος Ptolemao fortè, in Mysia. Hodie Nyf-
 sa Servie metropolim esse, scribit Lazius.
 Ioannes Tzetzæ NÆSSVS, ναιός, hoc
 loco apud Ptolemaum legit, in Varia sua hi-
 storia.
 NESVA, vide NERVA.
 NESYDRION, vide HALONESVS.
 NETIVM, νήτιον, Straboni Peucetie opidum,
 in Italia quod Andre hodie fortè vocatur,
 inquit Niger.
 NEVIA Porta, Urbis Romæ: Porta Maio-
 re hodie dici, scribit Barth. Marlianus.
 NEVRIS, vide PROCONNESVS.
 NEVRODES, vide NEBRODES.

NEVSTRIA, qua & **WESTRASIA**, & **Westenrich**, (.i. Occidentale regnum) ex quo Latini Germanicae linguae ignari, & W litteram non habentes, **VASTVM** **REGNVM** fecere. Vocabula haec sunt enata circa Caroli Magni tempora: eiusque saeculi scriptoribus valde frequentia. Comprehen- dit haec Gallicam regionem à Rhodano & Sequana fluminibus, ad Oceanum & Ma- re Britannicum usque: ut ex Austria Lazij quis doceri potest. Vide **NORTMAN- NIA**, & **RIPVARI**.

NIBENES, vide **MINIVS**.

NICAEA, νικαία, quondam **ANTIGO- NIA** dicta, teste Strabone. **OLBIA** prius, ut Plinius auctor est: et **ANCORE**, ἀγκώ- ρη, ut Stephano placet. Bithyniae mediterranea urbs est: Hodie adhuc Nichea à So- phiano nominatur. Aliam praeter hanc, ha- bet Plinius hoc in tractu Nicæam.

NICAEA, Plinio & Ptolemaeo Liguria opi- dum maritimum est. **NICIA** in Antonini Itinerario legitur. Nizza hodie.

NICATES, à Livio appellatur mons ille Ita- liae qui hodie Maiella, & Machesio dici- tur: ut M. Niger autumat.

NICEPHORIUM, νικηφόρον, Mesopota- miae urbs; Ptolemaeo, Straboni, & Plinio. Ab Alexandro Magno condita, & postea à Cō- stantino Imp. **CONSTANTINA** appel- lata: ut Suidas & Stephanus litteris tradi- dere. Nalivancasi hodie nominari, scribit Castaldus. Nephrun Pinetus vocat.

NICER, Germania fluvius, ab Ausonio cele- bratus: item à Fl. Vopisco, & Ammiano. Hodie Neckar, Rhenano teste. In ducatu Wirtembergensi est.

NICI, vide **TONICA**.

NICIA, Plinio Italiae fluvius. Lenza nunc, in Lombardia, Nigro & Leandro. Sed apud Cognatum & Gaud. Merulam Nura est. Vide **NICAEA**.

NICII, νικία, Aegypti Inferioris metropolis, Ptolemaeo, ad Nilum sita. Fuoa hodie dici, ex Ioanne Leone verisimile est. **NICIAE** Vicum Straboni esse, Villanovanus vult. hic tamē ad Mare Mediterraneum à Strabone ponitur: illi verd à Ptolem. in mediterraneis.

NICOMEDIA, νικαία μέγιστη, Asia Minoris in

Bithynia urbs, Ptolemaeo. **ASTACVS**, ἀστακός, olim dicta fuit, Pausania, Ammiano, Cedrena, Treb. Pollione auctoribus. **OL- BIA**, ὀλβία, quoque vocatam, tradit Ste- phanus. **CONTVM** antea nuncupatam Mar. Niger refert, ex Capitolino: sed male- nam periodus illa quam citat, non est Capi- tolino, sed Pollionis. neque ibi Contum, sed Astacum lego. Comidia à nautis nostratibus, Nicor à Turcis hodie nominari, refert in suo Strabone, Bonacciolus. Vide quoque **CLAVDIOPOLIS**.

NICON, vide **TONICA**.

NICONIVM, νικωνίων Ptolemaeo Mæstiae In- ferioris opidum. Nonanoster, Nigro.

NICOPOLIS, Plinio Bithyniae opidum; quod hodie Callipolis parva dicitur, Ni- gro auctore.

NICOPOLIS, νικηπόλις, iuxta Hamum montem, in Thracia, Ptolemaeo. Nicopoli Sophiano dicitur.

NICOPOLIS, Epiri urbs, ad ostium Am- bracij Sinus; Ptolemaeo & alius. Hic Caesar Augustus M. Antonium & Cleopatram na- vali proelio fudit. Hodie Preveza, ut Sophi- anus; aut Privyse, ut Lazius; vel Pervexa; ut Niger scribit, vocatur. Vide **EMAVS**, & **ISSVS**.

NICOPOLITANVS Sinus, vocatur à Pli- nio lib. 5. cap. 32. pars Propontidis, in quo Portus Amyci. Hunc Sinum scribit Bello- nius hodie Golfo de Montanec dici.

NICOTERA, Antonino opidum est, quod Leander nunc Nicodro vocari ait. In Bru- tiis, sive Calabria est.

NIGINTIMI, νηγιντιμιοι Ptolemaeo sunt A- fricae Proprie populi. Hos Villanovanus pu- tat **CINITHIOS** Taciti, & **ETHI- NOS** Plinij esse.

NIGIR, νιγερ, Libya amnis, apud Ptole- maem. Gambia hodie vocatur, si Iovio fi- des est. Vide **NILVS**, & **TIL**.

NIGRVM Prom. Vide **ACRITAS**.

NILVS, νειλος, Africae fluvius celeberrimus, & totius Orbis maximus: à nullis scriptori- bus nō litteris nobilitatus. Hic antea **ÆGY- PTVS**, **OCEANVS**, **SIRIS**, **TRI- TON**, **ASTAPVS**, ἀσταπος, & **ASTABO- RAS**, ἀσταβόρας, dictus fuit, Plinio auctore.

IIT̄ AETVS, αἴτος, I. A Q V I L A, Diodoro
 & Lycophroni. A Vitruvio vocatur DYRIS,
 ubi ex Ailāte oritur; deinde N I G I R. M E -
 L A M, μέλας, nonnullus dici, scribit Eusta-
 thius, & Plutarchus de Fluminibus. M E -
 L O habet Festus. C H R Y S O R R H O A S,
 quasi aurifluus, à Cedrena & Epiphano ap-
 pellatur. G I R I S A N T E M per milliaria
 aliquot nominatum, tradunt Zieglerus &
 Wissenburgius, ex depravato Plinij codice
 quo loco restituit Barbarus, Siris, ut ante,
 lib. 5. cap. 9. est. Plinius non antea Nilum
 dici, quam se totum aquis concordibus iun-
 xerit, inquit. Idem Vitruvius. Heliodorus
 quoque idem velle videtur, lib. 10. historiae
 suae Aethiopicæ, ubi Meroën, eius insulam de-
 pingit. Eius fontem P H I A L A nuncupari,
 Solinus ex Plinio auctor est. Iosephus Nilum
 G E H O N, γών, nominat. In Sacris etiam
 litteris P H I S O N, & S I H O R nomine
 cognitum, nobis doctissimus Arias Monta-
 nus communicavit. Sil. Italicus libro 1. Ni-
 lum, L A G E V M vocat, in Libyæ descriptione:
 » Terminus hinc roseus amnis Lageus ad ortus
 » Septeno impellens tumefactū surgit e pontū.
 Benjamin eum Piffon vocat. Abbahuis
 dici, Iovius: Gihon, Fern. Alvarezius tradit.
 Ioannes Barrius dicit ab Abyssinis Tacui;
 ubi verò in duo se findit, (Meroën insulam
 efficiens) & Astapi atque Astabore nomina,
 Ptolemæo auctore sortitur; ab accolis Tac-
 casij, & Abanhi indigitari. Theveto au-
 ctore multa habet nova nomina: Aethiopi-
 bus enim Gihon, Iudeis Sihor, Arabibus
 Aloadexton, Georgianis Mahara, aliis
 Bahar-ennil dici scribit.

N I L I Ostia septem sunt, Pomponio, Strabo-
 ni, Diodoro, & Herodoto: Ptolemæus novem
 numerat, inter quæ duo falsa vocat: Plinius
 undecim, sed quatuor falsa: Herodotus ex
 suis septenis duo falsa esse dicit. Nomina sunt
 H E R A C L E O T I C V M, P E L V S I A -
 C V M, S E B E N N I T I C V M, T A N I -
 T I C V M, P H A T N I T I C V M, M E N -
 D E S I V M, & B O L B I T I N V M: D I -
 O L C O S, & P I N E P T I M I nominat
 solus Ptolemæus: N A V C R A T I C V M
 Plinius. Sed ad synonyma: P A T H M E -
 T I C V M, παθημτικόν Ptolemæo, P H A T -

M I C V M, φαιμικόν, Straboni & Diodoro
 est: sic ille lib. 1. sed idem lib. 20. P H A G -
 N E T I C V M, φαιμτικόν, legit; idq̄, falsum
 vocat. Idem videtur B V C O L I C V M, βυ-
 κολικόν, ab Herodoto vocari. H E R A C L E O -
 T I C V M etiam C A N O B I C V M dicitur
 Pomponio: & N A V C R A T I C V M forte
 Plinio. T A N T I C V M, Strabone teste,
 aliquibus quoque S A I T I C V M nomina-
 tur: T A N I C V M habet Mela.

N I M B L I S, insula non procul à Gyaro: quam
 Callimachus A G A T H Y R S A M vocat
 ut scribit Car. Stephanus in suo Dictionario.

N I M E T A C V M, describitur ab Antonino
 in itinere inter Castellum, & Coloniam A-
 grippinam. Lens, Artesia urbs eo loco est,
 nisi fallunt passuum numeri.

N I M I S, vide M I N I V S.

N I N Æ A, νιναια, Oenotria urbs mediterræ-
 nea Stephano; Gab. Barrius scribit N I N E -
 T V M Latinis, & Donato vulgo dici.

N I N G V M, vel M I N G V M, utroque enim
 modo legitur apud Antoninum; ut Simlerus
 inquit; qui Mugiam interpretatur, Istriæ
 urbem.

N I N I V E, Asia urbs; Hebraeis R A H A B O T H
 dici, scribit Ar. Montanus. Ptolemæus eam
 N I N V S, νιν & N I N E V E, νινεών, ap-
 pellat; inq̄, Assyria locat. N Y N O S per
 Y, legit Tacitus. Mussula, & quibusdam
 Mossæ nominari, tradit Niger. D. Hiero-
 nymus in locis Hebraicis, duas huius nominis
 urbes facit: unam Assyriorum, ab Assur æ-
 dificatam: Aliam in Arabia angulo, suo tem-
 pore corruptè N E N E V E N vocatam. Ni-
 niven Assyriæ tetrapolin facit An. Viterbien-
 sis: eamq̄, extructam dicit ex F O R A, C A -
 L E, R E S E M, & N I N I V E. In Aethicis
 sophistæ libro leguntur hæc verba: Ninivem
 quam philosophi A R C H O C H I R A M
 nominant.

N I N O E, νινών, urbs in Caria; A P H R O D I -
 S I A, ἀφροδισιάς, dicta à Pelasgis Lelegi-
 bus edificata: propterea etiam L E L E G V M
 V R B S, λελέγων πόλις, vocata est. Post au-
 tem M E G A L O P O L I S, μεγαλόπολις, id
 est, M A G N A V R B S. Hæc Suidas &
 Stephanus.

N I N V S, vide C A L B I S, & N I N I V E.
 N I P H A S,

NIPHAS, vide **CAUCASVS**.
NIPHATES, vide **TAVRVS**.
NISA, vide **MEGARA**, & **PARNASVS**.
NISÆA, vide **NISSÆA**.
NISIBIS, *νισίβις*, urbs ad Tigridem fluvium sita, in Mesopotamia; Ptolemæo; Strabone, alijsq; auctoribus. Scribit & **NASIBIS**, per **A**, & **NESIBIS** per **E**, teste Stephano. **NETSIBIS** etiam Benjamin habet. **NISIBENA** **CONSTANTINA** vocatur in libro *Notitiarum*. Vide **ANTIOCHIA**, eandem enim esse credo. Nisibis est etiam **Aria** urbs, Ptolemæo.
NISSÆA, *νισσαία*, quæ & **MEGARA**, *μέγαρα*, quoque appellatur Ptolemæo. **Achaia** urbs est, ad Sinum Saronicum; quam Strabo per simplex **S** scribit; & **MINOA** quoque nominari addit. **Salvia** Sophiano dicitur. Vide **MEGARIS**.
NISVA, *νίσσα* Ptolemæo **Africa** **Propria** civitas **maritima**. **MISVA** Plinij videtur. **Nubia** hodie, **Fazello** est.
NISYRVS, *νίσυρος*, **Rhodi**orum insula, Plinio qui dicit eam quoq; **PORPHYRIN**, *πορφύρις*, vocatam. **Suidas** scribit suo tempore à piscatoribus etiam nū sic appellari. Nunc **Nisare** nominari, tradit **Sophianus**.
NITICE, vide **NECRETICE**.
NITIOBRIGES, **Celtarum** populi apud **Cæsarem**. **Montpellier** & eius territorium hodie, ut **Marlianus** & **Poldus** docent. Latini recentiores **MONTEPESVLANVM** vocant; & quoque **Mons Puellarum**, item **Mons Pisculanus** à nonnullis dicitur, ut scribit **Cœnalis**. **Mons Tremulus** appellatur à **Beniamino Tudelensi**. Hanc urbem olim **SVBstantionem** vocatam, nescio qua fretus auctoritate prodat **Blondus**, *Primæ Decadis* libro decimo. Vide **AGATHA**.
NITOBRIÇA, vide **NERTOBRIÇA**.
NIVARIA, una ex **Fortunatis** insulis, Plinio. **Teneriffa**, **Nigro**: **Gomera**, **Andrea** **Baccio**, ex **Alexandro Gerundino** episcopo (ut ipse inquit) videtur.
NIVISIVM, vide **NOVÆSIVM**.
NIVOMAGVM, vel, ut alij legunt, **NOIOMAGVM**, apud **Ausonium**. Ad **Mosellam**

urbs est; quam hodie **Numagen** appellari, ibidem intellexi.
NO, vide **NOO**.
NOARVS, vide **SAVVS**.
NOAS, *νοῖς*, **Scythia** fluvius **Herodoto**; quem **Peucerus** hodie **Sithnizum** vocari putat. **NOES** est in **Græco**.
NOBE, **Sacerdotum** civitas, in **Tribu Benjamin**. **Bochonopolis** **Burchardo** dicitur. **Alia NOBE** est, in **Tribu Manassus**, quam ibidem **Bethonopolim** vocat.
NOEGA VCESIA, *νοῖγα ἐκεία*, **Cantabrorum**; in **Hispania Tarraconensi**, urbs, Ptolemæo; & **Straboni**, sed is tantum **Noega** habet; **Navia** **Clusius** vocat. **Villanovanus** apud Ptolemæum pro flumine intelligit & addit **SANGAM** Plinij esse: quo loco, in castigatioribus codicibus **SADA** legitur. quod infra annotavimus, in dictione **SALIA**.
NOELA Plinij, sive **NOVIVM**, *νοῖον*, Ptolemæi, opidum **Hispanie Tarraconensis**, quod **Arctabris** ascribit. hodie **Hispanis** **Noya** dicitur: ut **Clusius** ait.
NOEODVNVM, *νοῖόδων* Ptolemæo **Gallicia** **Lugdunensis** urbs; quæ **Villanovano**, in suo Ptolemæo **Leondoul**.
NOEOMAGVS, vide **NEOMAGVS**.
NOES, vide **NOAS**.
NOGRVS, vide **MOGRVS**.
NOIOMAGVM, vide **NOVIOMAGVM**.
NOMADES, **Asia** populi, ad sinistram, in **Caspium** intranti à nostris hodie appellantur **DAÆ**, & cognomento **PARNI**, inquit **Strabo**. Vide **NVMIDIA**, & **SCYTHÆ**.
NOMÆI, vide **SCYTHÆ**.
NOMASTÆ, vide **SCYTHÆ**.
NOMENTANA, vide **NVMENTVM**.
NOMENTVM, *νοῖεντον*, **Latinorum** **mediterranea** urbs, apud Ptolemæum. **Lamentana** **Leandro** est.
NONAGRIA, vide **ANDROS**.
NOO, **Thebæ** **Aegyptiæ** sunt, ut credit **Math. Beroaldus**. Vide **ALEXANDRIA**.
NOPH, vide **MEMPHIS**.
NORA, *νωρα* Ptolemæo **Sardinia** urbs. **NVRA** apud **Antoninum** legitur. **Leandro** **Calviri** dicitur.

- NORA**, Straboni Cappadocia urbs, ad Taurum montem quem suo tempore **NEROASSVM**, $\nu\eta\rho\alpha\sigma\varsigma$ & vocatum scribit.
- NORBA CÆSAREA**, $\nu\omicron\rho\beta\alpha\ \kappa\alpha\iota\sigma\acute{\alpha}\rho\epsilon\iota\alpha$, Lusitania mediterranea urbs; Ptolemao & Plinio. Alcantara hodie vocatur, Varrerie, Tarapha & Clasio testibus.
- NOREIA**, Plinio Tauriscorum opidum. ubi, ut Strabo scribit, aut lavacra, & ferri secturae sunt. & apud quod Cn. Carbo inani certatu cum Cimbris confligit. Goritia Leandro, ex Amaseo. Goertz Lazio dicitur. Idem est, differenti vernaculo, Casar Noreia etiam meminit, sed alia videtur ab hac.
- NORENSES**, populi Sardinia Plinio. Marabos vertit Pinetus.
- NORICÆ** Alpes, vide **IULIÆ**.
- NORICI**, $\nu\omicron\epsilon\kappa\omicron\iota$. Huius incolae **NOROPES**, $\nu\omicron\rho\pi\omicron\tau\epsilon\varsigma$, vocat Clemens, in Eusebii opere de Preparatione euangelica. Vide **CARNI**.
- NORICVM** Ripense. Huius meminit liber Notitarum. Ex eo Austria tractum facit Lazio, qui est à Patavio, Viennam usque; vulgoq; Gaustruck dicitur.
- NORITÆ**, vide **ORITÆ**.
- NOROPES**, vide **NORICI**.
- NOROSI**, vide **SCYTHÆ**.
- NORTMANNI**, vocantur à Sigeberto & eius seculi scriptoribus, omnes ferè Septentrionales gentes. uii sunt Norwegiani, Suediani, & ceteri qui Scandiam peninsula atq; Rusiam incolunt. Vide **DANI**.
- NORTMANNIA**, Gallia regio, qua antea **NEVSTRIA** vocabatur. Mich. Ritiis, & Crantius.
- NOSALA**, & **NOSORA**, vide **SOLIS** Insula.
- NOSTIA**, $\nu\omicron\sigma\tau\alpha$, Arcadia villa; **NESTANIA**, $\nu\epsilon\sigma\tau\alpha\iota\alpha$, Ephoro dicitur. Suidas **ESTIANIA**, $\epsilon\sigma\tau\alpha\iota\alpha$, scribit Stephanus.
- NOTIVM**, $\nu\omicron\tau\omicron\nu$, id est Austrinum, Hibernia promontoriū est Ptolemao. Cabo del mar Olivario; Cara Dom. Nigro interpretatur. Cabo de Cler vocari hodie ex perito nucleero intellexi. Vide **TYRRHENVM**.
- NOVÆSIVM**, $\nu\omicron\upsilon\alpha\iota\sigma\iota\nu$ Ptolemao Germania urbs; item Tacito. Quill, ad Rhenum, infra Coloniam Agrippinam Rhenanus in-

- terpretatus est. Hanc **NOVESIVM** Antonini puto; & **NIVISIVM** Greg. Turonensis. Sed Ptolemai (nisi numerorum notule apud eum fallant) omnino alia est.
- NOVANTÆ**, $\nu\omicron\alpha\iota\upsilon\tau\omega$, Albionis insula populi sunt Ptolemao. In Scotia sunt Lbnydo & Gallovidiani vocantur.
- NOVANTVM**, $\nu\omicron\alpha\iota\upsilon\tau\omega\nu$, peninsula & promontorium Septentrionalis partis Albionis insula; apud Ptolemaeum. Canter Bærbio, Ardermouthead Mercateri; Cocker-mouth Villanovano nominatur.
- NOVARIA**, Italiae Transpadana opidum Plinio. Hoc olim, ut Cato in Originibus (ut vulgo inscribitur libellus) refert, **ARIA**, **LIBYA**, & **LEONINA** vocatum fuit. Novara hodie, vulgò.
- NOVEM PAGO**, Plinio Tuscia opidum mediterraneum. quod nunc Bagnara dicitur, Leandro teste. Decempagos male legi apud Volaterranum, idem dicit. Uterq; addit à iunioribus Latine Balneoregium appellari, & à Desiderio rege, **RODA**.
- NOVEMPOPVLANA**, vide **GALLIA**.
- NOVEM VIÆ**, vide **AMPHIPOLIS**.
- NOVESIVM**, vide **NOVÆSIVM**.
- NOVIDVNVNVM**, vide **NAVPORTVS**.
- NOVIODVNVNVM**, Casari lib. De bello Gallico secundo, Belgarum urbs est finitima Suebionibus. Noyon interpretatur à Marliano, H. Leodio, & Vigenereo: **NOVIOMAGVM** Antonini Divao videtur. **NOVIODVNVNVM** alterum est Biturigum apud eundem lib. 7. hoc à Vigenereo Neuvy sous Baranjon putatur. **NOVIODVNVNVM** tertium Aeduorum, est apud eundem, eodem libro, quod Vigenereus Nevers indigitat. Hoc Ptolemao, $\nu\omicron\iota\beta\iota\kappa\alpha\gamma$ & **NEOMAGVS** est.
- NOVIOMAGVM**, Antonino est inter Borbitomagum & Tabernas. Speyr indigitat Simleius. Civitas episcopalis est, ad Rhenum.
- NOVIOMAGVM**, super Wahalim fluvium, qui Batavorum insulam à parte Meridiana praterfluit. Sic eam describit Eginhartus, in vita Caroli Magni. Nimmeghen hodie vocatur. Scribitur & **NOVIOMAGIVM**, **NEOMAGIVM**, & **NVMAGA**, ut Golden-

Geldenbaurius tradit. NEOMAGIVM in BADVA, legitur apud Rheginonem Prumiensem; quasi diceret Simegem inde Betuwe. Vide NEOMAGVS.

NOVIVM, νοίον, Ptolemao Albionis insula fluvius. Conwij Humf. Lhuydo dicitur. Vide NOELA.

NOVVM COMVM, vide COMVM.

NAVAGERRA, inquit Nebriffensis in suo dictionario, Ptolemao Gallia Belgica urbs est. Aquisgranum, ait Iovius Historiarum lib. 29. antiquis NAVAGERRA fuit. VECERRA habet Sabellicus, & Volaterranus. VETERRA Irenicus. Omnes Aquisgranum interpretantur. Sed cedant omnia hac spuria nomina (qua nusquam apud bonos auctores locum inveniunt,) & locum dent uni legitimo. Ptolemai VETERA, ἐτέρες. Hanc urbem quam recentiores AQUISGRANVM unica dictione appellant, Luitprandus GRANIPALATIVM vocat. Rhegino THERMAS GRANI, & AQUIS PALATIVM. Sapius etiam AQUÆ simpliciter, ab illius seculi scriptoribus nuncupatur. Inde Germani hodie Aelch., Flandri Aken, & Galli Aix dicunt. Petrus Divus putat CORIOVALLVM Antonini esse.

NVBÆ, νῦβαι, qui & NVBÆI, νῦβαῖοι: Item DABÆI, δαβαῖοι, & NUMIDES, νῦμιδες, vocantur auctore Stephano, populi circa Nilum fluvium. Nubia etiamnum à recentioribus geographis circa Nilum describitur.

NVCERIA, νῦκερία Ptolemao Vmbrorum, in Piceno urbs. Hodie Nocera est, ut Leander ait. Plinio NVCERINI sunt; & FAVONIENSES cognominari tradit. Volaterranus, Blondus, Leander, & Niger scribunt ALPHATEMIAM etiam dictam, ex Livio. Sed ALPHATERNA apud Livium legendum, docet Sigonius, ex Diodoro, ἀλφατέρην. Sed in Samnio ponit hanc Livius. Alfaternorum etiam meminit Plinius. Hanc Nuceriam Onuphrius NVCERIAM CONSTANTINAM COLONIAM vocat.

NVCERIA, Ptolemao, Straboni & Plinio, Campania Pisentorum urbs. Hodie Nu-

ceria de i pagani, Leandro. Hanc Cicero ad Atticum non semel LVCERIAM nominat. Quatuor huius nominis urbes habet in Italia Ptolemaus. quarum unam in Apulia Daunna collocat. hanc etiam Nuceriam vocat cum Ptolemao Suetonius. Sed LVCERIAM appellant uterq; Plinius & Livius, item Strabo; apud quem LEVCHE-RIA, λευχηρία, legitur. Stephanus ex Polybio LVCARIA, λυκαρία est. Luceria de i Saraceni, Leandro nunc dicitur. Addit illi aliquando Dive Virginis (Citta di S. Maria) nomen inditum; sed pristinum nomen prevaluisse.

NVCHVL accolis, DARA Barbaris, vocatur lacus quidam Aethiopia. ut scribit Orosius.

NVCVLÆ, vide PRÆNESTE.

NVCRIA, vide NACRIA.

NVETINI, vide GRAVISCÆ.

NVITHONES, Tacito Germania populorum regionem B. Rhenanus Juithlâde vocat. In Helvetia est. Ex Nuithombus Taciti facit Peucerus GYTHONES, γύθωνες Ptolemai. Longissimè, si hoc verum est, ab Helvetia hodie distabunt.

NVMANTIA, νῦμαντία Ptolemao Hispania Tarraconensis urbs est, inter Arevacos. Tarapha Soria vertit.

NVMEDIA, vide NUMIDIA.

NVMENTANA Via, extra Portam Viminalem, etiã FIGVLNENSIS dicta fuit; aucteribus Livio, & P. Victore.

NVMIDIA, νῦμιδία, Africa regio Ptolemao. METAGONITIS à Græcis appellari, tradit Plinius. Biledulgerid hodie, vocari ex Ioanne Leone didici. Incola olim NVMIDÆ, & NOMADES. Vide NVBÆ, & MAVRITANIA.

NVMIDICVS Sinus, vide LATVRVS.

NVRA, vide NORA.

NVRSIA, νῦρσία, Sabinorum urbs Ptolemao. Hodie Norza vocatur, ut Leander ait.

NYCTIMIS, vide ALPHEVS.

NYMPHÆA, insula est Ptolemao, circa Sardiniam. Plinio alia est, circa Sanium, Ionica. Sed neque hoc est Synonyma scribere. Vide COS, & CALYPSVS.

NYMPHÆVM, νύμφαιον, Taurica Chersonesi opidum, Ptolemaeo. A Mario Nigro Ciprico vocatur.

NYMPHÆVS, vide **ASTVRA**.

NYMPHARVM Cubile, vide **SOLIS** Insula.

NYNOS, vide **NINIVE**.

NYSA, vide **MEROS**, & **DIONYSOPOLIS**.

NYSIÆ Porta, Africa Propria insula, à Tritone flumine circumdata. Herodotus videtur eam **PHLA**, φλα, vocare. Huius insulae omni voluptatum genere plena, elegantem descriptionem habes apud Diodorum, lib. 3. cap. 5.

NYSSA, νύσσα, Caria opidum, antea **PYTHOPOLIS** dictum: Stephano auctore. Vide **ATHYMBRA**, eadem enim cum hac Nyssa videtur.

O.

OÆNEVM, vide **ONÆVM**.

OANVS, ὠανός, Siciliae fluvius, Pindaro. Thom. Fazellus scribit eum hodie Frascolari dici.

OASIS, ὄασις, **MAGNA**, & **PARVA**, loca Aegypti sunt, apud Ptolemaum. Quibusdam **AVASIS**, ἀβάσις, & **HYASIS** ὑάσις, scribi, ex Stephano patet. Oasim quoque **IBIN**, ἰβιν, dici, tradit Evagrius lib. 1. cap. 7. Ioannes Barrius putat à Strabone **ANASES**, ἀνάσις, appellari, quorum ille tria numerat; eaque ad Aegypti consinia, versus Occidentem ponit. Hec sunt loca in medijs Libya arenis, tanquam in pelago insulae, quae aqua & vino abundant; eoque habitantibus apta. Hec hodie ab incolis Azagar vocari, idem Barrius tradit. **OASIS** Magna, Gademez nuncupari videtur Zieglero: idque ex Ioannis Leonis descriptione. Is enim Gademes sic delineat, ut quis Oasem facile ex iis intelliget.

OATES, vide **OROATES**.

OBI, vide **RHIPÆI**.

OBLIVIONIS Fluvius, vide **LIMÆA**.

OBNOBII, vide **ABNOBI**.

OBOTRITÆ, vel **OBOTRITI**, utriusque enim apud scriptores invenio. Sed quis huius vocabuli primus meminerit, haecenus

ignoro. Germania populos, hodie Meckelburger dictos, interpretatur Crantzius. Hos Wolfg. Iobstius putat **HERVLOS** Sidonij esse. Vide **PHARODINI**.

OBINCVS, ὀβίγγα, ut Latina habent exemplaria, Ptolemaeo Galliae Belgicae fluvius est. Beat. Rhenanus **MOSELLAM** Taciti, qui hodie Germanis Moesel, & Gallis Moselle, interpretatur. Ioannes Heroldus Obrincum, non fluvium, apud Ptolemaum designare docet; sed eum Germania tractum quem hodie Sühingam appellant. Est quidam meus amicus qui credit eo vocabulo significari superiorem partem Rheni fluminis quasi diceret Oberhijn.

OBRI, vide **OROBIVS**.

OBROATIS, ὀβροάτις, Persidis urbs, apud Ptolemaum. **OROBATIS** legit Ammianus.

OBTRICENSE, Mosae opidum habet Ammianus lib. 20. Tricht, quod et Maestricht appellant, mihi videtur. Hoc Galli Trait vocant.

OBVILCO, ὀβελκον Ptolemaeo; quod **PONTIFICENSE** appellatur, Plinio. Hispaniae Baticae urbs est; quae Mario Nigro Sicura dicitur. Obulco putat Villanovanus **VLLAM A. Hirtij** esse.

OCORA Antonini, videtur Simlero **COARRA**, κοάρα Ptolemaei, Chalcidicae regionis; in Syria.

OCEANIA, vide **LIBYA**.

OCEANITIS, vide **CHRYSE**.

OCEANVS ATLANTICVS, ὠκεανὸς ἀτλαντικός, proprie dicitur illud mare quod Europam & Africam ab Occidente alluit. Dionysio Alexandrino **HESPERIVS**, ἠσπεριεύς. **VESPERVS** interpretatus est Bertrandus. Marrianus **VESPERTINVM** vocat. Hodie eius pars, quae inter Hispaniam & Canarias insulas est, Hispani Golfo de las yeguas, id est, Sinus equarum, vocant à demersis ibidem toties equabus, aliisque iumentis, quae sobolis procreanda causa ad eas insulas vehebantur. **MAGNVM** etiam appellatur, teste Plinio, lib. 3. cap. 5. Sed video huius Atlantici maris appellationem multo latius interdum apud auctores accipi. Strabo enim scribit Indiam desinere ad Mare

ad Mare Orientale, & ad Austrinum, Atlantici partem. Idem alibi ait eius Australe & Orientale latus in Atlanticum pelagus procurrere. Et alio in loco Atlanticum mare in se coire testatur. Omnia maria innavigabilia, Atlantica vocari, tradit Suidas. In Somnio Scipionis legimus, omnem terram quae à nobis colitur, Atlantico mari (quem Oceanum appellamus) circumfundi. At cum his dictis illud addidero, quod Plinius perhibet. nēpe Aethiopianam etiam Atlanticam dicitam. & totum illud novum hemisphaerium, quā Americā vocamus, Atlanticum Platonis, (ut plurimi aestimant) fuisse; videtur totus terrarum & Oceani globus, Asia tantum & Europa exceptis, in Atlantis vocabulum olim abuisse. Herodotus duotantum universi maris nomina novit. scribit enim Atlanticum, & Rubrum, et totum illud quod Graeci navigant, (Mediterraneum post Herodoti tempora dictum) unum esse; Caspium alterum. His assentitur Zozimus, qui scribit Rhenum fluvium se in Atlanticum mare exonerare; quod hodie Germanicum vocamus.

OCELENSES, Hispaniae populi, qui & **LANCIENSES**, Plinio. **LANCIAM** urbem habet Orosius, lib. 6. cap. 21. & **LANCIA OPIDANA**, λαγκία οπιδανα, in Lusitania Ptolemaeo est.

OCELIS, οκελεις Ptolemaeo Arabiae Felicis opidum: in quo interpretando, parum inter recentiores convenit. Iovius namque Aden vocat, Pinetus Acyla, Niger Zidem. Ramusius Capo de Celi. Ocelim Ptolemai, **ACILA**, ἀκίλα, Strabonis esse, vult Villanovanus. Vide **ORCELIS**.

OCELLI, οκέλλεις, Promontorium Orientale, Albionis insulae, Ptolemaeo: Spurnheade hodie dicitur.

OCELVUM, Caesari & Straboni in Alpibus opidum, quod Villanovanus & Varrerius **Oulx** appellari aiunt. (Ours Itali dicunt.) Illi vocat Simlerus. Est ille scribit Vigenereus. Novalesiam interpretatur Marlianus; & Chielano Castilioneus: sed omnes male, ut docet Varrerius. Non esse idem cum **OSCELLA** Ptolemai, quod in Lepōtiis ponit, ostēdit Scudus & admodum eruditè. Idē Caspar Varrerius, in sua Corographia,

Lusitanica lingua scripta. Habet quoque Ptolemaeus Ocelum, in Tarraconensi: & Ocellum in Lusitania Hispania. Hoc **OCELVUM**, Antoninus **OCELVUM DVRII**, quod ad Durium fluvium situm sit, nominat: & apud App. **O CILIS** est.

O CETIS, οκντις, in insula maris Scotici, Ptolemaeo: contra Orcada promontorium. Sandes forte hodie.

O CHE, vide **EVBOEA**.

O CILIS, vide **OCELVUM**.

O CIMNIVM, vide **SCYTHIA**.

O CINARVS, οκιναρς, Lycophroni Chonia nunc Calabriae fluvius: Sabatio hodie dicitur; & **SABBATVM** Antonini esse, ostendit Barrius.

O CRICVLVM, οκρικολον, Vilumbrorum Ptolemaeo urbs, in Italia. Ottricoli, Leand. Alberto.

O CRINVM, οκρινον, quod & **DAMNONIVM**, δαμωνιον, Angliae promontorium Ptolemaeo, maxime Occidentale. S. Iustin forte hodie. aut potius **The sandes end**.

OCTODORVS, Caesari Veragrorum vicus; quem B. Rhenanus & Scudus Martenach nominant; Vallesiae vallis.

OCTOGESA, Caesari Hispaniae urbs, ad Iberum fluvium. Ursinus putat hanc **ETOVISAM** Plinij esse. hoc duplici s s scribit Livius. Hitona hodie, Episcopo Gerundensi.

O DESSVS, vide **ODYSSVS**.

ODRYSE, vide **THRACIA**.

ODYSSIA, οδυσεια, Siciliae promontorium Ptolemaeo: quod Cabo Marzo Fazello nuncupatur. Idem subiungit **EDISSÆ** Portum esse, cuius meminit Cicero, in Verrem. Vide **VLYSSIS** Portus, & **OLYSSIPPO**.

ODYSSVS, οδυσος Ptolemaeo Maesiae Inferioris urbs. Varna dicitur Nigro. **ODESSVS**, οδνας, Strabonis est. & **VDISSVS** Antonini.

OEA, vide **EOA**.

O EAGRVS, Thraciae fluvius, Servio in Virgilium; unde Hebrus nascitur. Hunc putat Niger **AGRIANES**, ἀγειανης, dicitur, apud Herodotum.

O EASO, οιασο Ptolemaeo, **EASON** Mela, Hispaniae promontorium est; quod Plinio

- OLARSO** est, ut *Hermolaus* autumat. **IDANVSA**, ἰδάνυσα, *Straboni* dicitur, ut *Pintianus* credit. **ORSONA**, ὄρωνα, *Appianus* videtur pro eadem habere. *Ar. Montanus*, urbem esse dirutam, & hodie **Ojarço** vocari, mihi auctor est. *Baiona* *Episc. Gerundensi* nominatur. *Florianus* scribit **Fontarabia**, & incolis **Hondaribia** appellari. *Fontem Rapidum* video à *Latinis nostris* hodie indigitari. Sed **OEASOPO-LIM** urbem habet hoc loco quoque *Prolem* eius que his recentioribus nominibus fortè verius quadrabit, quàm *Oeso* promontorio.
- EBALIA**, vide **ARENE**, **TARENTVM**, & **LACONIA**.
- ECHALIA**, ἐχάλια, *Straboni* nomen est trium opidorum; quorū unum est in *Thessalia*; que **EVRYTI** Vrbs dicitur. *Pausanias* verò in *Messenus* scribit *Oechaliam* *Messenie* aliquando **EVRYTIVM** dictam. Eodem auctore etiam est pars quadam *Messenie* regionis **OECHALIA** vocata, que post **CARMASIVM**, καρμάσιον, appellata fuit. Vide **CARNASIVS**, & **ANDANIA**.
- ECHORDAS**, ἐχόρδας *Ptolemæo* *Serica* regionis fluvius est. Sed variat apud eum scriptio; nam & **OECHARDVS** ἐχάρδα, legitur. *M. Niger* eum *Tartar* nomen habere scribit.
- ENANTHIA**, ἐνανθία, *Ptolemæo* *Sarmatie Asiaticæ* urbs, ad *Pontum Euxinum*. Hæc *S. Sophia*, *Mercatori* indigitatur.
- ENIADÆ**, ἐνιιάδαι, in *Acarmania* urbs, *Pausania* teste: **ERYSICHE**, ἐρυσίχη, olim dictam, tradit *Stephanus*. *Dragamesto* hodie, *Sophiano* qui **OENIAS** habet.
- ENI PONS**, *Germanie* urbs est apud *Antoninum*: In *Comitatu Tirolensi* est, & hodie *Inspruck* vocatur; à ponte, quem *Germani* *pruck* appellant, & *In* sic enim fluvium, qui eam lambit, indigitant. *Qertingen* facit ex ea *Simlerus*. sed hic **ÆNI** legit.
- ENOË**, ἐνωή, *Elidis* regionis urbs, in *Peloponneso*, *Straboni* quam **BOËNOA**, βοιωνά, appellatam addit. *Plethon* eam quoque **PYLYM** vocat, an bene, nescio. Vide **SIGINVS**, & **TETRAPOLIS**.

- ENONE**, & **OENOPIA**, vide **ÆGINA**.
- ENOTRIA**, vide **ITALIA**.
- ENOTRIDES**, *Plinio* *maris Tyrrheni* insule sunt quarum nomina **PONTIA**, et **ISCHIA**. *Ponza* & *Ischia* etiamnum appellantur, ut *Leander* tradit. **PANTIA** per *A*, πάντια, habet *Strabo* lib. 5. **PONTIAS** numero multitudinis legit *Dio*, lib. 59.
- ENVNS**, vide **BABYCE**.
- ENVVS**, fluvius *Germanie*; qui, ut *Tacitus* scribit, *Rhenos* *Noricosq;* interfuit. apud quem etiam **ÆNVVS**, per *A* legitur. **HE-NVS**, ἕνϛ, apud *Arrianum* est. **ATESI-NVS**, ἀτηπνός, *Straboni* videtur, *Aventino*. In hodie vocatur, *Lazio* teste.
- ENVSSÆ**, *Plinio* tres insule sunt, ante *Messenem*, *Peloponnesi* regionem. *Sapientia* *Sophiano* vocatur. Alia est insula **ENVSSA** *Plinio* iuxta *Samum* et *Lesbum* (que, δὲνῶσαι, *Stephano*, sed hic eam prope *Chion* describit. *Oenuisse* sunt *Thucydidi* lib. 8. etiam insula *Chio* præiacentes. Vide **CARTHAGO**.
- ESCVS**, εἶσκϛ, *Triballorum* civitas, in *Inferiori* *Moesia*. ut *Ptolemæus* tradit. **EGIR-ROS** antea dicta, *Ovidio*, ut *Niger* tradit qui eam *Blida* vocat.
- ESTROS**, *Pamphylie* fluvius, *Pomponio*. **CESTRVS**, κέστρϛ, *Ptolemæo* vocatur.
- ESYMA**, ἐσύμη, *Macedonie* urbs, *Ptolemæo*. dicitur quoque **EMATHIA**, *Stephano* teste.
- ETA**, ἔτη *Ptolemæo* *Macedonie* mons, iuxta *Maliacum* sinum. *Bunina* appellat eam *Sophianus*. Vide **THERMOPYLÆ**.
- ETEI**, vide **SCYTHÆ**.
- ETEVS**, vide **EVBOICVM** Mare.
- ETYLVS**, vide **BITYLA**, & **TYLVS**.
- EZENIS**, vide **TRAPEZVS**.
- GDOLAPIS**, vide **COLAPIS**.
- GLASA**, vide **DIANIVM**.
- GRYLLIS**, vide **OLBIA**.
- GYGIA**, ἄγγυία, urbs est maximum *Hæmi* spatium complexa, & **PRISTHLA-BA** vocatur ut auctor est *Nicetas*. Vide **ATTICA**, **ÆGYPTVS**, **BOEOTIA**, **CALYPSVS**, **HIBERNIA**, **LYCIA**, **THASVS**, & **THEBÆ**.

- GYGIUS, vide LADON.
 ○ GYLOS, vide ÆGIALIA.
 ○ GYRIS, vide ORGANA.
 ○ GYS, vide LVZA.
 ○ LANE, alterum Padi ostium, quod et VOLANE dictum; Plinio auctore. Volana hodie dici, Leander testatur. ὄλανα & ὄλονα, apud Polybium lib. 2. invenitur.
 ○ LANVM, vide MEDIOLANVM.
 ○ LARSO, vide OEASO.
 ○ LBASA, ὄλβασα Ptolemæi, & OLBUS ὄλβος, Strabonis, synonyma esse intelligit Villanovanus. Vrbs Cilicie est. Ptolemæus tria huius nominis opida habet: in Cilicia, Cappadocia, & Pamphylia.
 ○ Lbia, ὄλβία, Sardinia insula maritimum opidum, Ptolemæo & Livio. quod Pausanias quoque OGRYLLEN vocatum scribit. VLbia, apud Antoninum legitur: & VLBIENSIS apud Orosium.
 ○ Lbia, ad Borysthenis ostium urbs, in Sarmatia Europæa. Hæc ipsa etiam BORYSTHENES, βορυσθενὴς, appellatur, testibus Ptolemæo & Strabone, item Stephano. Niger tradit Strapenor Barbaris vocari.
 ○ LBIOPOLIS Plinij, et OLVIDVM Melæ est. Pintianus in suis in Melam Castigationibus, tradit hanc quoque MILETOPOLIM dictam. à Milesiis conditoribus ex Stephano sortè; qui eam Milesiorum coloniam vocat.
 ○ Lbia, Bithynia opidum, ad Propontidem, Ptolemæo. Verlia, dicitur Sophiano.
 ○ Lbia, Ptolemæo Gallia Narbonensis urbs; quam Ioannes Poldus Eres vocat. sed idem dubitat, num sit Yeres, Provincia opidum. Vide ARSINOE, NICÆA, NICOMEDIA, & SELEVCIA.
 ○ LBIDVM, vide OLbia.
 ○ LBIOPOLIS, vide OLbia.
 ○ LBIOPOLITÆ, vide BORYSTHENITÆ.
 ○ LBIVS, ὄλβις, Arcadiae amnis quæ Pausanias dicit Arcadibus nonnullis AROANIVM, ἀροάνιον, appellari.
 ○ LBVS, vide OLbasa.
 ○ LCADES, ὄλκαδες, Stephano sunt Hispanie populi, circa Iberum fluvium. cuius urbem Althæam vocat. Eadem est apud Polybium & Livium. In Regno Toleti esse, pro-

- pe urbem hodie Ocaña dictam, habetur in Lexico Nebriffensis.
 ○ LCHINIVM, quod antea COLCHINIVM, teste Plinio, Illyrici opidum est, ad ripam Drinonis. Dulcigno nunc vocari, Volaterranus auctor est. Hoc opidum antea POLÆ appellatum, scribit Canterus, in annotationibus in Lycophronem.
 ○ LEARVS, vide OLiarvs.
 ○ LEASTRVM, ὄλεαστρον Ptolemæo, promontorium Mauritania Tingitana. Simlerus æstimat hoc apud Antoninū BARBARI Promontorium appellari.
 ○ LENIA Petra, vide SCOLLIS.
 ○ LENVS, ὄλεν, Achaia Propria urbs, Ptolemæo. OLENV M Plinio est. Niger Chaminiza, Pinetus Canigrifa nominat. Vide ACHAIA.
 ○ LGASYS, vide OLYSSAS.
 ○ LIARVS, ὄλίαντος Ptolemæo, una ex Cycladibus insulis. Virgilio OLEARVS per e est. Hodie ab incolis Quinimino vocatur, si fides Nigro est.
 ○ LIBA, ὄλιβα, Betonum in Tarraconensi Hispania urbs, Ptolemæo. Olit appellat eam Ep. Gerundensis.
 ○ LICANA, ὄλίκανα Ptolemæo Brigantum urbs, in insula Albione. Halegfex H. Lhuydus vocat.
 ○ LINA, ὄλίνα, Gallia Lugdunensis fluvius, Ptolemæo. Orna apud Cœnalem dicitur.
 ○ LLNO, cuius meminit liber Notitiarum: Hole nunc à Basileensibus nominari, scribit Rhenanus qui vicum esse, cum nemusculo, non procul à Basilea, dicit: ubi multa antiquitatis monumenta effodiuntur.
 ○ LIOS HIPPON, vide OLYSIPPO.
 ○ LITTO EVLARISA, vide CALTIORISSA.
 ○ LLIVS, Plinio Lombardia Transpadana fluvius. Oglio hodie dici, tradit Leander.
 ○ LMI, ὄλμοι, Stephano urbs Aspera Cilicia, quæ suo tempore SELEVCIS, σελεύκεις, vocabatur.
 ○ LOOSSON, ὄλοσσών, Magnesia civitas apud Stephanum. hanc Isacius in Lycophronem scribit sua ætate ELASSON, ἐλασσών, vocatam. Lycophron tamen simplici ὄλοσσόν, habet.

- OLORONENSIS, vide ELORONENSIVM.
- OLPÆ, ὀλπαί, Stephano Acarnania opidum. quod Sopoto dici, putat Niger.
- OLVLIS, ὀλλίς, est apud Ptolemaeum Cretae insulae urbis nomen. item Sicilia. Cretenfis nominatur à Pimeto Olulo: Sicilia verò, Soranto, à Nigro.
- OLVMBRI, vide VMBRIA.
- OLVRA, & OLVRI, vide HELOS.
- OLYMPIA, ὀλυμπία, Elidis urbs, in Peloponneso. Eadem ARPINA, ἀρπίνα, & PISA, πῖσα, olim vocata. auctor Stephanus. Hodie Langanico dici, scribit Castaldus. Sed Stauri, Niger. Vide GONNOCONDYLV, & LIBYA.
- OLYMPIAS, vide THVRIVM.
- OLYMPIEIVM, ὀλυμπείον, Locus in Delo insula: ATHENÆ NOVÆ HADRIANÆ vocatae ab Atheniēsis. Stephanus.
- OLYMPIENI, vide MYSIA.
- OLYMPVS, Mons Macedoniae Ptolemae, qui Lacha hodie dicitur, nisi erraverit Castaldus. Sophiano enim nomen retinet. Vide MÆSIVS, PHOENICVS, & LYCAEVS.
- OLYMPVS TRIPHVLIVS, ὀλυμπῶν τεύχεα, mons excelsus Diis dicatus est, in quadam insula Oceani, iuxta Arabiam Felicem, ut videtur. quem etiam CAELISEDEM, ἐγεῦ δῖος, appellant. Diodes Siculus, lib. 5.
- OLYNTHOS, ὀλυθῶν, urbs à Mela describitur, inter Athon montem, & Pallenen urbem. Eadem SITHONIA, σιθωνία appellari, scribit Herodotus in Polymnia. Sed regionem potius sic vocat in qua Olynthos, & aliae urbes sitae sunt.
- OLYSSIPPO, Plinio & Pomponio; OLIOSSHIPPON, ὀλῖος ἱππῶν, Ptolemae; VLYSSIPPO in lapideis inscriptionibus; (ut Clusius mihi testis est) Strabo VLYSSIAM, ὀδύσσεια, vocat. ὀδύσεις, habet Stephanus. Idem Strabo tradit postea FELICITAS IVLIA dictam. Hodie Lisbona, vel, ut incolis profertur, Lisboa, vocatur. Lusitaniae urbs est & emporium, ad Tagi fluminis ostia situm. Mercurium pere-

- grinarum, quae ex Asia, Africa & Bresilia adferuntur, promptuarium celebre.
- OLYSIPPONENSE Prom. vide ARTABRVM.
- OLYSSAS Galatia mons Ptolemae, OLGASYS, ὀλγασῶν, Strabonis est; si Becono creditur in sua Hispania. eundem GIGANTEM vocari addit, γίγας, apud Ptolemaeum legitur: quo loco interpretes nonnulli Olyssas habent.
- OLYZON, vide MELIBOEVUM.
- OMANI, vide LVTH.
- OMBI, vide OMBRI.
- OMBRI, ὀμβροί, Aegypti urbs Ptolemae. Videtur Chana hodie, ex Ioannis Leonis descriptione. OMBI habet Latinus Ptolemaeus, malè. Vide VMBRIA.
- OMERICI, vide VMBRIA.
- OMBRIO, una est ex Fortunatis insulis, apud Plinium. Porto Santo vocatur à Nigro: qui putat APROSITOS, ἀπρόσιτος, Ptolemae eandem esse. Quidam Ombrio, Isola di Ferro interpretatur.
- OMOLE, ὀμόλη, Thessaliae mons Stephano; cui idem etiam HOMOLVS, ὀμολῶν, dicitur. Theocritus eius etiam meminit in Thalyfia.
- ON, vide HELIOPOLIS.
- ONÆVM, ὀναῖον Ptolemae Illyridis opidum: Livius lib. 44. OÆNEVM vocat, & ad Artatum fluvium ponit, in Peneesti regione, proximè Labeatibus. Sophianus dicit Cabo Cumano appellari. In Livio Italico Iacobi Nardi etiam Sabionello, & Cideriso vocatur.
- ONCHESMVS, ὄνχισμῶν, Epiri portus Ptolemae. ONCHIMVS, ὄνχιμῶν, vocatur Straboni. ECHINVS Plinij esse, vult Villanovanus. Santi quaranta Nic. Nicolaio est.
- ONCHESTI Palus, vide COPATIS.
- ONCHIMVS, vide ONCHESMVS.
- ONDICÆOVÆ, ὀνδικαῖα Ptolemae Gallicae Lugdunensis populi. ANDICANI habent nonnulla exemplaria Latina, malè. ANDECAVI sunt Tacito. ANDEGAVENSES vulgari Latino vocantur. Vulgo ANJOU. ANDES, à Casare appellari video.
- ONQBA, vide OSSONABA.

- ONOBALA**, vide **ACESINE**.
- ONOCHONVS**, ὄνοχων, Thessaliae fluvius, Herodoto in Polymnia qui scribit eum cum aliis in Peneum influere. Pro Onochonis legit hoc loco **HORCON**, Mar. Niger; nescio quo usus codice. additque eundem fluvium **CYTARESIUM** à Græco poeta vocari. Hoc me fugit ipse viderit.
- NOGORIS**, Colchidis urbs; sic dicta (ut refert Agathias) ab Hunnis, qui & Onogori dicebantur, ibidem prælio victis. sed quòd beati Stephani protomartyris in eadē templum inædificatum fuit, ex eius nomine **DIVI STEPHANI** vocari instituerunt.
- NOGVNDVRI**, vide **BVLGARI**.
- NVGNATHOS**, ὄνγκυάθ, id est, Asini maxilla, Laconica promontorium est apud Ptolemeum. Xili, Nigro vocatur. idem scribit hoc ab Halicarnasseo **CINÆTHVM**, κυνάθιον, dici. Vide **MALEA**.
- ONVS**, vide **HERATIA**.
- ONÆ**, Sarmatarum insula, apud Pomponium: Plinio etiam nota: quarum incolæ avium ovis, & avena aluntur. Mandt Mercatori appellantur hodie; in fronte Finlandiæ sita. Becanus autem locum **Eggiafort** (pro Eyerfort, ut ipse putat, dictum) pro iis supponit. Casari etiā populi sunt ad exitum Rheni in Oceanum, quos ovis avium vivere scribit. hos ego **Eyerlandt** (quod sonat ovorum terra) inhabitare hodie crediderim.
- PANE**, Ptolemaeo Aethiopiae sub Aegypto urbs, ad Sinum Barbaricum. Opin, Gerardo Mercatori, in sua Europæ tabula. Sed **OPONE**, ὀπών, habent Græci codices.
- OPHARVS**, vide **OPHIS**.
- OPHAT**, vide **OPHIR**.
- OPHELTIVS**, vide **APESANTVS**.
- OPHIOPHAGI**, Aethiopiae populi qui **CANDEI** vocantur. Plinius.
- OPHIR**, regio aurifera, in Sacris litteris celebris unde Salomoni aliisque Hebraeorum regibus, ternis annis (uti 2. Paralip. cap. 9. habetur) magna vis auri advehebatur. Sed ubi terrarum hæc regio sita sit, & an alio etiam nomine cognita esset, hæcenus ignoratum fuit. Iosephus eam in India ponit; & **TERRAM AVREAM** suo tempore vocatam, addit. Eupolemus auctor, apud

Eusebium lib. 9. cap. 4. Preparationis evangelica, **VRPHEN**, ὄρπην, appellat, & dicit insulam Maris Rubri esse, navesque cogi solere Melanis, Arabiae urbe. (Hestion Gaber vocat Sacra scriptura et si Epiphanius Ailon dici, in Sacris litteris, prodat.) Hinc Marius Niger eam **AVREAM CHERSONESVM** Ptolemaei interpretatus est. non parum enim ad Terram auream alludit; & Rubri maris nomen huc usque pertingere, ex classicis auctoribus doceri potest. Sed hanc Chersonesum, auri divitem olim fuisse, nemo veterum, quod sciam, auctor est neque nunc etiam esse, ex recentioribus palam est. Ego Cephala, Aethiopicam regionem pro Ophir acciperem, si huius Annalibus fidendum esset. Thomas enim Lopesius in sua Indica navigatione, tradit Cephalenses habere libros patrialingua scriptos, in quibus auditur Salomonem regem hinc tertio quoque anno aurum tulisse. Abundatque hæc regio etiamnum hodie aded aurifodinis, ut nihil præter aurum, quemadmodum Lusitanorum peregrinationes testantur, exteris mercatoribus communicet. Postello tamen Peru videtur: cui suffragatur doctiss. Goropius, in sua Hispania. Idem affirmat Ben. Arias Montanus cuius viri sententiam non solum ob multiplices eius virtutes, quibus à natura abunde ornatus conspicitur, sed ob omnis generis doctrinae solidam peritiam, multarumque linguarum cognitionem admirabilem, libenter amplector. Edidit tamen Gaspar Varrerius Lusitanus nuper peculiare opusculum, de Ophyræ regione: in quo constanter asseverare, multisque argumentis persuadere conatur, Sacrae scripturae Ophyræ, esse Auream Chersonesum: aut potius omnem eam oram quæ Pegusis, Malaca, & Samotra continetur. Pro Ophyræ, **OPHAT**, ὀφάτ, legit Ioannes Tzetzæ; & insulam, sive paninsulam auream in India esse dicit.

OPHIS, ὀφίς, Arriano fluvius Cappadocia in Pontum Euxinum defluens. Stukius eum **OPHARVM** putat, quem Plinius in Lagoum amnem se exonerare scribit. Vide **SALAMIS**.

OPHITEA, ὀφίτεια, nuncupatur ab Herodoto, Phocæ urbs quæ apud Pausaniam

- AMPHICLEA, ἀμφικλία, nomē habet.
 AMPHICÆA, ἀμφικαία, sine L, legit
 etiam Stephanus.
 OPHITES, vide ORONTES.
 OPHIVSA, vide COLVERARIA,
 CYTHNVS, LIBYA, RHODVS,
 TENOS, & TYRAS.
 OPITERGIUM, ὀπιτέργιον, Venetorum
 urbs est Ptolemæo. Oderso hodie vocari,
 tradit Leander. Hanc civitatem scribit
 Gaud. Merula à Longobardorum rege Rho-
 tario, post longam obsidionem eversam: eius-
 que loco aliam conditam, & ab Heraclio
 Imp. HERACLEAM dictam.
 OPONE, vide OPANE.
 OPPIDVM NOVVM, vide OPPINVM.
 OPPINVM, ὀππίον Ptolemæo Mauritania
 Tingitana urbs. Rhabath Nigro dicitur.
 OPPIDVM NOVVM Antonini esse
 scribit Simlerus.
 OPSICELLA, ὀψικέλλα, Cantabria in Hi-
 spania urbs, ab Antenoris socio, sic vocato,
 extructa ut Strabo lib. 3. prodit. Hanc Ne-
 briffensis quoque LACTISMA appellari
 dicit: nescio quo auctore.
 OPVNTII, vide LOCRI.
 OPVROCARRA, vide TAVRVVS.
 ORÆA, ὀραία, Peloponnesi regiuncula, qua
 postea ALTHEPIA, ἀλθιπέια, nuncupata
 fuit. Pausanias in Corinthiacis.
 ORBELVS, ὀρβελος, Mysia Superioris mōs,
 Ptolemæo. Lazius eum Karopnitze vocat.
 ORCÆS, & ORCHAS, vide TARVI-
 DVM.
 ORCÆDES, ὀρκαίδες Ptolemæo sunt maris
 Septentrionalis insulae, prope Scotiam. Mer-
 catori Orcane dicuntur. Orknay vocari
 video in Tabula navigatoria manuscripta.
 ORCELIS, ὀρκελίδς, Tarraconensis Hispania
 opidum, Ptolemæo. Oriola Clusio; Zamo-
 ra Nebriffensi videtur. & OCELI, vel O-
 CELIS putat apud Ptolemæum legendum
 ut scribit Vaseus. In Bastitanis est.
 ORCHALIS, ὀρχαλίδς, tumulus Bæotiae, in
 sinibus Haliarti, ad Heliconem vergentibus:
 qui postea ALOPECOS, ἀλωπέκος, di-
 ctus fuit. Auctor Plutarchus, in vita Ly-
 sandri.
 ORCHAS, vide TARVIDVM.

- ORCHOE, vide VR.
 ORCHOMENII, populi in Arcadia, Pau-
 sanias quos ab Homero POLYMELOS,
 πολύμηλος, dictos scribit.
 ORCHOMENVS, ὀρχόμενος, Ptolemæo
 Bæotia urbs. DIADÆ olim vocatam, scri-
 bit Niger, citans ex Eusebio hunc locum:
 Cecrops in Bæotia Diadas condidit, quam
 Bæoti Orchomenum vocarūt. MINYEVN,
 μινύειον, quōdam, nunc BOEOTIVM vo-
 cāt Orchomenum, inquit Thucydides, lib. 4.
 ORCHOMENVS, Thessaliae fluvius, MI-
 NYEVS antea dictus; Plinio teste. Et
 postea MINTERIVS, μιντήριον, ut tradit
 Strabo: sed eum cum Anigro, Peloponnesi
 fluvio confundere videtur. Orchomenium
 lacum, non semel nominat Theophrastus.
 ORCIA, vide ORGIA.
 ORCVS, vide EVROTAS.
 ORCYNIVM, ὀρκύνιον, mons Lesbi insulae,
 qui quoque ORDYNVM, ὀρδύνον, nomi-
 natur auctor Theophrastus: qui Euonymum
 arborem ibi nasci perhibet. Vide HERCY-
 NIA Silva.
 ORDESVS, ὀρδιστός, Ptolemæo: ORDIS-
 SVS, ὀρδιστός, Herodoto, Sarmatia five
 Scythiae fluvius. Hungari eum Crasso pa-
 tria lingua vocant: ut scribit Peuceus. AR-
 DESCVS, ἄρδισκος, Hesiodi fortasse: eum
 enim Isacius eius Commentator Scythiae flu-
 vium facit.
 ORDOVICES, ὀρδοίκες, Albionis insula
 populi, Ptolemæo versus Occidentem. Lan-
 castrienses, Cestrenses, & Salopientes
 sunt Hæmfredo Lhuydo. Tacitus eorum et-
 iam meminit: apud quem nonnulli ORDO-
 LVCAE legunt, ut H. Boëthius, qui eos
 Berwicum habitare ait. Item Villanova-
 nus, qui eos pro montibus habet, qui medijs
 inter Scotiam & Angliam sunt. Hodie hi
 montes Cheviota appellantur.
 ORDYNVM, vide ORCYNIVM.
 ORREATÆ, vide BRASIÆ.
 OREB, vide MELANI.
 REGES, vide TAVRVVS.
 OREI, vide ARABIA.
 OREINE, ὀρεινή, insula Sinus Arabici, Ar-
 riano in suo Periplo. Maczua fertasse ho-
 die, teste Ramusio.

- OREOPHANTA, ὄρεοφάντα, India intra Gangem urbs, Ptolemæo. Rotas Castaldo.
- ORESTA, vide HADRIANOPOLIS.
- ORESTHASIVM, ὄρεσθάσιον, Arcadie urbs, Stephano quam Pausanias postea ORESTIVM, ὄρεσείον, appellatam scribit.
- ORESTIA, vide MEGALEPOLIS.
- ORESTIADES, vide HECATONTACHIRIA.
- ORESTIS Portus, apud Plinium est lib. 3. cap. 5. Ravagesum appellant accole; inquit Gab. Barrius.
- ORETANI, ὄρετανοὶ, Ptolemæo & Straboni sunt Hispania Tarraconensis populi. Plinius eos GERMANOS cognominat. Eorum urbs Ptolemæo ORETVM GERMANICVM, ὄρετων γερμανῶν, vocatur. Hæc hodie Calatrava est, Clusio. Hæc Oretum videtur apud Stephanum, ORISIA, ὄρεσία, nominari.
- ORETHVS, Siciliae fluvius Vibio, quæ Leander scribit hodie Fiume de la Muraglia vocari. Vide ELEVHERVS.
- ORETVM, vide ORETANI.
- OREVM, Plinio Eubœæ insula urbs. HORÆVS, ὄρεῶν, Ptolemæo vocatur. Pausanias tradit eam quoque ISTIÆAM, ἰστία, appellatam. Thucydides HESTIÆA, ἡστία, legit. Camerarius in suis Homericis Commentariis dicit eam prius TALANTIÆAM dictam. Stephanus hanc HISTIÆAM scribit, & suo tempore OROPVM ὄροπος, nuncupatam addit. Item ab Homero POLYSTAPHYLON, πολυστάφυλον, Loreo hodie nominari ait Sophianus. Vide ORICVM.
- OREXARTES, vide TAxARTES.
- ORGANA, ὄργανα, Ptolemæo insula, Arabia Felici adiacens, iuxta eiu Sinum. Hermolaus putat à Pomponio & Plinio OGYRIS appellari: (in qua Erythrae regis monumentum est.) Hæc TYRRHINA, τῆρρῆνα, à Strabone vocatur. Pintianus quoque æstimat eam ab Arriano in Indica historia HOARACTA nominari; sed fallitur nam ipsam Organam, & statim post ὄρεγνα, ponit ipse Arrianus. Cuove hodie, & Alchosan Arabibus nominari, vult Thevetus: idē autē malē eā Serapidis insula putat.

- ORGAS, vide POLITICECRGAS.
- ORGASI, ὄργασοι, Scythia populi sunt Ptolemæo. Organzi Nigro dicuntur.
- ORGE, fons est Plinio, in provincia Narbonensi. Sorgue indigitatur Ioanni Peldo cui idem SVLGAS, σέλγας, Strabonis est. Hanc Varrerius etiam Sorgue vocat. Orge, à L. Floro VINDELICVS dici, à Vindelopido quod præterfluit, annotavit Iosephus Scaliger, lib. 3. cap. 2. meminit eius Florus.
- ORGEMPEI, vide ARGIPPÆI.
- ORGIA, ὄργια, Ptolemæo Ilergetum urbs, in Hispania Tarraconensi. Alcaraz indigitatur à Varrerio. ORCIA malè habent Latini Ptolemæi.
- ORGOMANES, vide DORGAMANES.
- ORGONESOS, vide VRGO.
- ORIA, vide VRGIA, & VRIVM.
- ORICIA, vide EPIRVVS.
- ORICVM, ὄρεῶν, Epiri maritima urbs, apud Ptolemæum. OREV M, ὄρεῶν, eam vocare videtur Strabo. Orcho, Nigro: Velona, Gerbelio putatur.
- ORIGIACVM, vide RIGIACVM.
- ORINGIN civitatem in Melessum finibus describit Livius, in Gaditano tractu. hic fortasse ORITÆ, ὄρετῆ, Polybii degunt.
- ORINVS, vide ERINEVS.
- ORISIA, vide ORETANI.
- ORISTIDES, ὄρεσίδης, insulae duae sunt, in Sinu Arabico. Ptolemæo teste. nonnulla Latina exemplaria TRISITIDES habent. Etsi hoc non sit synonyma scribere: studiosis tamen minime reticendum duxi.
- ORITÆ, ὄρετῆ, Arriano ultimi Indiae populi sunt. Eisdem à Curtio NORITAS vocantur, annotavit Vulcanius. Vide ORINGIN.
- ORITANI, vide MENTESANI.
- ORIVNDVS, vide DRIFLO.
- ORMENIVS, vide HORMINIVS.
- OROATES, Plinio Susiana fluvius, ostio difficili, nisi perituram eiu tractus maximum esse scribit Strabo. Ptolemæus RVATES, ῥβάτης, habet. Ammiano OATES est, ut ego suspicor.
- OROBATIS, vide OBROATIS.
- OROBIVS, ὄροβῆ, Gallia Narbonensis fluvius; Ptolemæo OBRIS Pomponius vocat.

- vocat. Orb Clusio hodie est.
- OROLAVNUM, Antonino Gallia Belgica op. Arle Simlero est. Arlun pronunciant Galli. ARAM LVNÆ, nominant recentiores Latini.
- ROMANSACI, iuncti pago (inquit Plinius) qui Gesoriacus appellatur. Becano sunt Flātria comitatus populi, qui S. Odomari, Guines, & Teravanam opida incolunt.
- RONTES, ὀρνθης, Ptolemao Syria fluvius. Hic prius TYPHON, τυφών, dictus fuit, teste Strabone. OPHITES antea nomen habuisse, scribit Pomp. Latus. MINOREM IORDANEM à nonnullis antiquis dictum, scribit Mar. Niger. qui eum hodie Soldino vocari tradit. Olivarius eum Tarfaro appellat. Benjamin videtur eum Pic nuncupare. Thevetus dicit eum ab Accolis Oronz, & à Persis Bein-elnaharaim nuncupatum. Vide TAVRVS.
- ROPITVM Antonino, VRBIVENTVM Procopio, ut Leander habet. VRBEVETANVM ego lego lib. 2. de bello Gothico. HERBASVM Plinij esse, vult Volaterranus, opidum Tusciae mediterraneum, quod Leander Orvietovocat. Latinis iunioribus VRBS VETVS dicitur.
- ROPVVS, ὀροπός, Stephano Syria civitas; quam TELMISSVM, τελευμισόν, etiam appellat.
- ROPVVS, Ptolemao Bæotia urbs. Zucamini ab Alex. Zardo dicta. Susamino habet Nardus. COROPE, κορόπη, fortè Nicandri, apud Stephanum. Vide OREVM, & TANAGRA.
- ROSA, ὀροσα, Mediae urbs; que & ALINZA, ἀλινζα Ptolemao auctore. Archiech nunc vocatur, nisi fallat Castaldus.
- ROSBES, vide SCYTHÆ.
- ROSPEDA Straboni, ὀροσπεδα, ORTOSPEDA, ὀρτόσπεδα Ptolemao, Hispania Tarraconēsis mons. Carolo Clusio Sierra Morena est; sed Floriano Sierra Molina; at idem subiungit Orospedam pro ratione locorum diversa fortiri nomina neque ubique eodem nomine indigari. cui accinit quoque Navagierus in suo Itinerario Italica lingua scripto, ubi illi hac nomina attribui

- putat: Puerto de la Tablada, di Pontria, Tofria, del Pico, di Soma Sierra, Palomera di Avila, &c.
- ORRHEA, ὀρρηα, Mysia Superioris urbs, apud Ptolemaum. HORREVM MARGI, Antonino est.
- ORSARA, ὀρσάρα Ptolemao Armenia Minoris urbs. Hæc opinatur Simlerus apud Antoninum TONASA nominari. Ipse autem legit HORS A, ex Latinis codicibus, mendosè.
- ORSON, vide OEASA.
- ORTAGVREA, vide MARONEA.
- ORTHAGORIA, vide STAGIRA.
- ORTHE, Plinio Magnesia civitas est; vel, ut Straboni placet, Perrhebia. qua quibusdam, ut idem scribit, PHALANNEORVM ARX credita fuit. Vide HIPPIA.
- ORTHOPAGOS, vide THVRIVM.
- ORTHOSIS, ὀρθωσίς, Dionysio, ORTHOSIAS, ὀρθωσίας, Ptolemao & Straboni, ORTHOSIA Plinio; Phœnicia urbs. Tortosia hodie vocatur, testibus Hermolao & Leandro.
- ORTHVRA, ὀρθουρα, qua & SORNAGVS, σωρνάγ, Ptolemao lib. 8. Geographia. idem libro 7. non videntur illi synonyma: ibi enim vocat Orthuram Sornacis regiam. India intra Gangem urbs est. Orissa dicitur Castaldo.
- ORTOGORDOMARIS, vide DORGAMANES.
- ORTON, ὀρτόν Ptolemao Pelignorum urbs, in Italia. ORTONA Plinio. Sic etiam hodie, Leandro teste, lib. 10.
- ORTONA, vide HORTANVM.
- ORTOSPANA, ὀροσπάνια, Paropamisi, in Asia urbs qua & CARVRA, κάρρα, à Ptolemao nominatur. Candahar hodie, ut Castaldus habet. Vide PORTOSPANA.
- ORTOSPEDA, vide OROSPEDA.
- ORTYGIA, vide DELVS, EPHEVS, PLEMMYRIVM, LIBYA, & SYRACVSÆ.
- ORXANTES, vide SILYS.
- ORYGMA, vide BARATHRVM.
- ORYX, vide ALVNS.
- OSÆA, ὄσαια, cum aspiratione, Sardinie opidum,

opidum, Ptolemaeo. Simlerus dubitat num sit OTHOCA Antonini. Saline Nigro appellatur.

OSCA, ὄσκα, Ilergetum in Tarraconensi Hispania urbs, Ptolemaeo. Huesca Clusio. Ofesa etiam est Bætica urbs, apud eundem Ptolemaeum. Vide CAPVA.

OSCELLA, ὄσκελλα Ptolemaeo opidum Lepontiorum. hoc Thum Germanis; Domo d'oscella, Italis dicitur; Scudo, Castilioneo, Simlero & Vigenereo testibus.

OSCOBARES, vide TAVRVS.

OSI, Tacito Germania populi. An hi ab ARANISCIS, an Aranisci ab Osis in Pannoniam migravere, incertum esse, idem refert. Althamerus eos esse versus Silesiam & Pannoniam refert, ubi hodie Opper et Neifsa opida sunt. Idem tamen postea scripsit eorum reliquias adhuc herere in ripis Albi fluminis. Osenburg Westphaliae fortè Reyneckio.

OSICA, ὄσκα Ptolemaeo Albania urbs. eadem videtur mihi à Strabone HARMOZICA, ἁρμολίνα, appellari.

OSICERDA, ὄσικέρδα, Ptolemaeo Heditanorum, in Hispania Tarraconensi opidum. Plinius OSSIGERDENSES appellat. Sunt qui hodie Osera vocant, inquit Varrerius.

OSISINI Casari, OSISMII Plinio & Mele, quos TIMIOS, τιμιοί, vocat Pytheus apud Strabonem qui eos quoque SISMIOS, σισμιοί, appellat. Gallia populi sunt ad Mare Britannicum. Landrignuet nominat Cœnalis.

OSRHOENORVM meminit Dion, lib. 40. & Herodianus, in sine lib. 6. & principio 7. Liber Notitiarum etiam OSRHOENÆ regionis Asiaticae mentionem facit. inser Syriam & Mesopotamiam in qua inter alia opida Cercusium nominat. Stephanus, (cui ὄσρονον est) Zenodotion opidum prope Nicephorium, in ea collocat. Ex horum descriptionibus colligo eandem à Plinio MESOPOTAMIÆ PRÆFECTVRAM nominari.

OSSA, ὄσα, Italiae fluvius, in Tuscia, Ptolemaeo auctore. Marta eo loco hodie fluere videmus. LARTHES ab Antonino vocari putat Leander.

OSSA, Macedonia mons, Ptolemaeo & Plinio, Olira appellatur Pineto. Collovo autem Sophiano qui eundem quoque KIZZAION OPOS vocat. Polyenus lib. 4. Stratagematum, describit in hoc monte locum, SCALAS ALEXANDRI dictum.

OSET, quæ IULIA CONSTANTIA à Plinio cognominatur, Hispania Bætica opidum est, è regione Hispalis. Triana, Pineto interpretatur. Sevilla Iaveja, Marinao.

OSSIGERDENSES, vide OSICERDA.

OSSIGI, quod cognominatur LACONICVM, Hispania opidum, conventus Cordubensis. Plinius.

OSONABA, ὄσοναβα, Ptolemaeo, LUSTVRIA à Plinio cognominata. Lusitania urbs est, in Turdulis. Pinetus Gibrleon, Clusius Exuba in Algarbia regno, interpretatur. Varrerius autem, ipse Lusitanus, Estombar vocat, Algarbia urbem. Hermolaus putat ONOBAM Pomponij esse. ONOBA & SONOBA, divisim habet Strabo. Sed Ptolemaeus habet quoque ONOBALISTVRIA, ὄνοβαλιστερία, unica ditione. Ego hic heredo, atque doctissimo Ambrosio Morali huiusmodi nominum confusiones discutiendas, in suo Hispania Chronico & Antiquitatibus, quas præ manibus habet, relinquo.

OSTEODES, ὄστέδες, insula iuxta Siciliam, Ptolemaeo. Pozzelli Castaldo dicitur. Vide ÆOLIA, & EVONYMOS.

OSTIA, ὄστια, Latij opidum, ad Tiberis ostia, Ptolemaeo & cæteris. Hostia hodie adhuc sed hoc præter institutum, synonymon enim non ostendo.

OSTIÆI, vide OSTIONES.

OSTIDAMNIORVM Prom. Vide SACRVM Prom.

OSTIENSIS Porta, vide TRIGEMINA.

OSTIONES, ὄστιωνες, populi ad Oceanum Occidentalem, Stephanus quos etiam COSINOS, κοσινός, vocari ait. Pytheus apud Strabonem eos OSTIÆOS, ὄστιᾶοι, nominat.

OSTRACINE, ὄστράκιν Ptolemaeo Aegypti urbs.

- urbs quam Pinetus Stragioni vertit.
- OTHOCA, vide OSÆA.
- OTHONIA, vide VOLATERRÆ.
- OTHRYVS, vide THERMOPYLÆ.
- OTOLICNI, vide SATMALI.
- OTOPISIVM, vide TOPIRVVS.
- OTTOROCORRA, ὄτοροκόρρα, Sericæ regionis urbs, apud Ptolemaum. Salgora Mercatori vocatur. Mons est eiusdem nominis, in eadem regione, apud eundem Ptolemaum. OTTOROCORRÆ, populi etiam sunt eiusdem regionis Ptolemao: quos Plinius ATTACOROS appellat; Villanovano auctore.
- OV DENOË, vide ISTVS.
- OVII, vide MESSANA.
- OVILABIS Antonini, interpretatur à Lazio Lambach. Idem Lazius in suis Vienna Commentariis, producit eiusdem loci vetus monumentum, ubi legitur, COLONIA AVRELIA ANTONINIANA OVIL.
- OVIM, vide SCYTHIA.
- OXEIÆ, vide DVLICHIVM.
- OXIANE, ὀξιάνα, Sogdianæ regionis stagnum, Ptolemao. Chorasinum à Barbaris dici, refert Marius Niger.
- OXIANI, ὀξιάνοι, Sogdianorum populi, Ptolemao. Hoc nomine vocantur etiam CHAZARII, & CHERSONES, ab Oxo amne, qui eorum regionem interluit; teste Tzetzæ. VZALCOS Hebraicè appellari, scribit Ar. Montanus, in suo Biblico Apparatu. Vide SCYTHÆ.
- OXIMVM, vide AVXVMVM.
- OXINAS, vide CALLICHORVS.
- OXIPETRAM, ὀξίπετρα, quam alij ARIAMAZI, ἀριαμάζει, vocant, inquit Strabo qui eam inter petras, ab Alex. Magno prodicione captas, enumerat. Sic dicta fortè ab Arimazo Sogdiano (de quo Q. Curtius lib. 7.) qui eam obtinebat.
- OXONIVM, Latinis dicitur ea Angliæ urbs, & celebris academia, que hodie incolis Oxenford, & Britannis avita lingua Sibjdychia dicitur. & antiquitus Caeruorigern nominata fuit. Antiquum eius nomen ignoratur, inquit Lhuydus. Wleford, pro Oxenford debere dici, docet Lelandus. Vide CALEYA.

- OXVS, ὄξυς, Margiana fluvius, apud Ptolemaum. Geichon, Ramusio: Deistan, Nigro. Xa, Pineto dicitur. Multa alia nomina illi tribuit Thevetus, is enim eum Thina vel Tina vocari ait: deinde addit eundem ab incolis Nicaptach; à Persis Cappanach; & ab Arabibus Monarach nominari. Ego eum Abiamci vocari credo; freres Tabulis Asiaticis Abylfedæ.
- OXYBII, ὀξύβιοι, Straboni & Stephano Ligurum gens est. Simlerus dubitat num ijdem ESVBIANI à Plinio vocentur.
- OXYDRACÆ, vide PANDANORVM Regio.
- OXYNON, vide CALLICHORVS.
- OZENE, ὀζύνη, regia Tiaftani, Indiæ intra Gangem urbs, Ptolemao. Pale Castaldo.
- OZOGARDA, opidum Marcellino: ZARAGARDIA Zosimo dicitur. uterque scribit in eo Traiani tribunal ostendi. circa Mesopotamiam videtur situm.
- OZOLÆ, vide LOCRI.

P.

- PACATI, vide MAVRVSII.
- PACATIANA, vide MAVRVSII, & PHRYGIA.
- PACCOLINVS, & PACTOLINVS, vide METAVRVVS.
- PACENSIS Colonia, vide PAX IVLIA, & FORVM Iulij.
- PACHIVS, vide SANGIA.
- PACHYNVS Portus, Ciceroni in Sicilia est, ut tradit Thomas Fazellus qui eum Porto Longobardo vocat.
- PACHYNVS, παχύον, Promontorium Siciliae, Ptolemao. Cabo Passaro, Fazello.
- PACONIA, πακονία, insula Siciliae, teste Ptolemao. Glandorpius putat APONIANA esse, cuius Hirtius meminit, de bello Africano. Pantalarea à N. Nicolaio vocatur: Maretamo à Leandro: & Levica à Nigro. Quis horum melius verterit, lectores iudicent.
- PACTOLVS, πακτωλός, Ptolemao, qui antea CHRYSOROA, χρυσορόα, teste Solino; & eo qui scripsit de fluminibus. Lydia fluvius, aurifer est.

PACTORVM Portus, in Europa tabula ponitur à Ger. Mercatore, in Taurica Chersoneso, inter Ctenim & Chersonesum opida. Calamita eum vocari, scribit Niger. Vide SYMBOLON, nam idem est.

PACTYA, πακτύη Ptolemæo Thracia urbs est. Panido Sophianus vocat. Vide PAROS.

PADICHOA, vide ARMOZVM.

PADOA, vide PADVSA.

PADVSA, vide ERIDANVS.

PADVSA, quondam MESSANICVS appellatus, ait Plinius. PADOA, παδ'όα, à Polybio lib. 2. dicitur. Iornandes eā ASCONIS Fossam vocat. Padusam amnem etiam Virgilius cognovit, lib. 11. Aen. Fossa est angusta, quæ ex Pado flumine Ravennam ducit. Et hodie Canale di S. Alberto nominant, Nigro teste. Hanc aliquando navigavi extenditur in duodecim millia pass. stagnans est, & tam arcta alicubi, ut remis non pateat locus tamque vadosa, ut cymbis, (quas parvas tantum fert) per lutum, manibus trahere oporteat. A pago ad eius caput sito, nomen habet. Erythraus tamen in suo Indice scribit Premerinum vocari.

PÆMANI, Casari sunt Belgij populi. Declanders (hi in Brabantia sunt) eos verit Divæus. Huberto Leodio autem in Arduenna silva sunt: ubi nunc Pemort vicus est.

PÆONIA, vide MACEDONIA.

PÆSTANVS Sinus, Plinio in Brutis: à Pæsto urbe nomen sortitus: qui & POSIDONITES. Golfo Agropolitano, à Leandro dicitur.

PÆSTOS, vide PARIVM.

PÆSTVM, quæ Græcis POSIDONIA, ποσειδωνία, ut Plinius prodit: Lucania maritima urbs est. Nigro vocatur Gripoli: Leandro nomen Posidonia retinet.

PÆSVS, παισός, & PÆSVM, urbs Troadis, inter Lampfacū & Parium opida. Hanc poëta quoque APÆSVM, ἀπαισον, vocavit, auctore Strabone, lib. 13.

PAGÆ, vide PEGÆ.

PAGÆATICVS Sinus, vide PELASGICVS.

PAGASA, vide DEMETRIAS.

PAGASICVS, vide PELASGICVS.

PAGIDA, vide BELVS.

PAGOS, vide CORINTHVS.

PAGRASA, παγράσα, India extra Gangem urbs, Ptolemæo. Perperi, Castaldo.

PALACVM, vide PLACIA.

PALÆAMYNDVS, vide MYNDVS.

PALÆAPOLIS, vide EMPORIAE, & PANORMVS.

PALÆOGONI, vide TAPROBANA.

PALÆONTICVS, vide GAGE.

PALÆOPHARSALVS, vide PHARSALVS.

PALÆPOLIS, fuit haud procul inde ubi nunc Neapolis sita est; duabus urbibus populus idem habitabat, inquit Livius, lib. 8. Cumanorum urbs, quam Leander scribit hodie Torre dei gioparelli, vel Poggio reale esse. Est locus prope Neapolim (ut tradit Amb. Leo, in suis Nolanis Commentariis) ad tria millia passuum, prope mare, & montem Vesuvium; in ipsa via quæ Neapoli Nolam fert. Vide GYTHIVM.

PALÆSTINA, παλαιστίνη Ptolemæo Asia regio; quæ in Sacris litteris PELISTHIM, CANAAN, & Terra Promissionis vocatur. D. Hieronymus in locis Hebraicis, ait notandum esse apud historicos, quod IVDÆA ad Palestinam; GALILÆA verò et SAMARIA ad Phœnicen pertineant. Hodie ab Europæis omnibus, variis vocabulis, pro linguarum differentia, sed idem significantibus, Terram Sanctam nominant. Vide SITTACENE.

PALÆSTINA Tertia, vide ARABIA Petraea.

PALÆSTINVS, vide STRYMON.

PALANDA, παλάνδα, India extra Gangem urbs, in Aurea Chersoneso. Pari dicitur Castaldo.

PALANTIA, παλαντία, Vaccorum urbs, in Tarraconensi Hispania, apud Ptolemæum. Palencia, Clusio. Est Pallantia duplici LL fluvius, eidem Ptolemæo, in eadem regione.

PALAS, vide CAPELLATIVM.

PALATINVS Mons, (Vrbis Romæ) primo PALANTIVM vocatum, scribit Livius lib. 1. PALLANTIVM primum nuncupatum, sed aliquanto post mutatum esse nomen, & detractis litteris L & N, PALATIVM dictum, tradit Pausanias, lib. 8.

- PALATIVM à Navio BALANTIVM appellatum, Varrone teste.
- PALFA, vide DYME.
- PALFIS, urbs Cephalenia insula, apud Pausaniam. quam Sophianus Palichi vocat.
- PALENSES prisco nomine DVLICHII sunt appellati; inquit Pausanias. Sed in eo errare Pausaniam, docet Camerarius, in suis Homericis Commentariis; Homerum enim manifestè Dulichium insulam facere ostendit. Vide DVLICHIVM.
- PALENSANA, vide FORVM Vulcani.
- PALESIMVNDVS, Plinio Taprobanae insulae urbs est. Patzin à Pineto vocatur.
- PALETHRE, vide DIOCLETIANO-POLIS.
- PALIANA, παλιανα, Sericae urbs, Ptolemaeo. Panconia apud Castaldum est.
- PALIBOTHA, παλιβόθη, India intra Gangem opidum, ut habet Ptolemaeus. PALIMBOTHAM, παλιμβόθη, vocat id Arrianus Nicomed. Vothara nomen habet apud Nigrū; Iadason apud Thevetum; Ana fortè est, inquit Mercator. Vide MANDRALÆ.
- PALICI, παλικοί, qui & DELLI, & CRATERES, κρατήρες, nominantur lacus sive fontes in Sicilia sunt; qui continua eruptione, ad tres circiter cubitus in altum efferruntur, cadentesq; in seipsos recipiuntur. Horum historiam, & nominis originem, vide apud Macrobiū, Diod. Siculum, in fine lib. II. & apud Thom. Fazellum, qui scribit eos hodie Naphtha vocari. Palicam urbem, & Palicinum fontē, habet Stephanus.
- PALINDROMOS, παλινδρομος, Ptolemaeo Arabiae Felicis promontorium est. ACILA Plinij est, auctore Villanovano.
- PALINVRVS, παλινύβρον, Plinio & Straboni promontorium Paestani sinus. Hoc Niger Paliuro; Castaldus Cabo Palemudo appellat.
- PALLA, πάλλα, Corsicae insulae urbs, Ptolemaeo. S. Bonifacio hodie, ut Niger tradit.
- PALLACOPA, vide BAARSARES.
- PALLANTIAS, & PALLAS, vide TRITON.
- PALLANTIVM, vide PALATINVS.
- PALLENNA, παλλήνη, Macedonia regio, circa

- Toronicū Sinum, Herodoto. quam PHLEGGRAM, φλέγγος, quoque dictam ait.
- PALLENNE, Plinio Macedoniae urbs est, ad Thermaicum Sinum. qua Sophiano Canistro dicitur: Nardo Tarcho vocatur. Est & huius nominis Thraciae peninsula, apud Halicarnasenseum. Thraciam, quoque Pallenense esse, notum est, inquit Suidas. Vide CHERSONESVS THRACIAE.
- PALMARIA, Plinio Ligustici maris insula, non longè à Tiberinis ostiis. Palmarola Nigro dicitur. Alij hanc PANDATAARIAM putant. qua apud eundem Plinij est.
- PALMYRA, παλμύρα, Syriae urbs, Ptolemaeo. Hac quandoq; HADRIANOPO-LIS vocata fuit, ut scribit Stephanus. Syrorum quoque lingua THADAMVS dicta fuit, ut tradit Bar. Egnatius. In Bibliis THAMAR dici, putant quidam.
- PALMYRENA, παλμυρήνη, Ptolemaeo Syriae regio. DEDAN Hebraeis est, Ar. Mōtano teste. Arden hodie vocari scribit Castaldus.
- PALMYRIA, vide NAVPACTOS.
- PALTOS, Phœniciae urbs, Pomponio. Gibel hodie nominatur, teste Olivatio.
- PAMISVS, παμισός, Messeniae in Peloponneso fluvius, Strabone, Plinio & Pausania testibus. Straboni quoq; AMATHVS ἀμαθος, vocatur. Idem videtur MAMAVS, μάμω, & ARCADIACVS, ἀρκαδιακός, nominari, apud eundem. Est fortasse SELAS, σέλας Ptolemai. Apud Strabonem quoque PAMISVS & PAMISVS (utroque enim modo legitur) videtur idem esse cum PANISO, πανίος, Ptolemai, Messeniae quoque fluvio; qui Stromio ab incolis dicitur, ut Niger perhibet. PAMMESVS, πάμμισος, hoc loco habet Plethon. qui tamē Ptolemaeum tanquam simia imitatur, in describenda Peloponneso. Eidem Straboni alius PAMISVS est Messeniae in confinio Laconicae. tres enim huius nominis in Messenia enumerat. Herodotus & Plinius PAMISVM, παμισός, Thessaliae fluvium habet. Plinius etiam Mæsia. Hoc autem parergon. volui tamen studiosis significare; ob Pamisi, sive Pamisi vocabuli variam & minus dilucidam ab auctoribus descriptionem. Vide PANYSVS, & PENEVS.
- PAMME-

PAMMESVS, vide PAMISVS.

PAMPANIS, *παμπανίς* Ptolemao, Vicus mediterraneus Aegypti. PAPA ab Antonino, & RIPAMPANE in Libro Notitiarum vocari, asserit Simlerus.

PAMPHYLIA, *παμφυλία* Ptolemao Asiae Minoris regio, quae etiam MOPSOPHA dicitur, Plinio. Hodie Setilia vocari scribit Girava, & Alph. Adrianus: Zina Arabibus nominari, Thevetus ait. Petrus Bellonius autem tradit PAMPHYLIAM unam cum CILICIA, hodie uno nomine Caramania dici. Marius Niger ait Pamphyliam nostro tempore in duas partes dividi: & quae Septentrionem aspicit, Caraman: quae autem ad mare vergit, Scandolorum nuncupari. PAMPHYLIVM Mare, Eustathius PHASELICVM vocat, à Phaselis urbe adiacente.

PAMPORVS, vide NAVPORTVS.

PANASSA, *πανασσα*, India intra Gangem urbs, Ptolemao. Hanc Mercator in sua universali tabula, Pandasgu vocat.

PANCALE, vide AMORGVS.

PANCHAIIA, vide ARABIA Felix.

PANCHRYSOS, vide BERENICE.

PANCRATIANA. Porta, vide AVRELIA.

PANDA, vide DREPSA.

PANDANA, vide SATVRNIA.

PANDANORVM Regio, *πανδανών χωρά*, in India intra Gangem est Ptolemao. Hanc Niger putat OXYDRACARVM, *ὄξυδρακαί*, esse. huius meminit Strabo.

PANDATARIA, Tyrreni maris insula, Plinio quae Palmarola Fazello. PANDARIA, *πανδάρια*, legit Strabo, lib. 5.

PANDORA, vide THESSALIA.

PANDOSIA, *πανδοσία*, Lucanorum urbs. Oenotriae quondam regiam fuisse, scribit Strabo. MARDONIAM à Theopompo appellari, tradit Niger. Castrofranco hodie nominari, tradit Barrius. Huius incolae putat idem à Plinio ACHERONTINOS appellari ab Acheronte fluvio praeterfluente.

PANGÆVS, *πανγαίος*, Thraciae mons est, Plinio auctore, & alius. Antea CARMANIVS, *καρμανίος*, dicebatur; ut scribit auctor de Fluminibus. Hodie Malaca, &

Castagna nominari, apud Bellonium legitur.

PANIA, vide ARCADIA, & IBERIA.

PANIGERIS, vide NANIGERIS.

PANIONIA, vide IONIA.

PANIS Insula, vide ADVLE.

PANISSA, vide PANYSVS.

PANISVS, vide PAMISVS.

PANIS VRBS, vide CHEMMIS.

PANIVM, promontorium Europae, parallelum Cyaneis insulis, ut illud ex Dionysio Byzantino describit Gyllius: hodie Phanarion vulgo vocatur.

PANNONIA, *παννονία* Ptolemao Europae regio; quam in SUPERIOREM & INFERIOREM dividit. Haec Pannonia sub Imp. Romanis, Arcadio, Honorio, & sequentibus, (uti ex Rufo, Marcellino, & Libro Notitiarum patet) pluribus vocabulis distincta fuisse: uti sunt PANNONIA PRIMA, eadem forte cum SUPERIORE: SECUNDA, eadem cum INFERIORE. SAVIA, sive RIPENSIS; RIPARIENSIS habet lib. Notitiarum; & VALERIA. Pannonia BVBALIAE, item SABARIAE meminit Aurel. Victor, in vita Decij & Didij Iuliani Imp. Hanc eandem cum SAVIA, à Savo flumine: illum à Bibali civitate sic nominatam puto. PANNONIAM CIBALIENSEM, à Cibali urbe, quam Ptolemaeus in Inferiore Pannonia ponit. PANNONIAM SIRMIOENSEM quondam Gothorum sedem, nominat Cassiodorus, lib. 3. Variarum, ad Colosseum. AMANTINA Pannonia est etiam, apud Lazium; ex Ptolemao & Plinio. PANNONES olim quoque POEONES dicti fuisse; Graecis in primis. Superior Pannonia hodie ab Austria, Carinthia, & Carniola occupatur. Inferior tota nostro tempore sub Hungaria est. Savia Pannonia, à Lazio Slavonia indigitatur. Valeriam, Rhenanus Krabaten vocat. POEONIAE pars versus Thraciam, ubi Rhodope sita est, nunc GLOCOTINITZA, *κλοκοπνίτζα*, nominatur, inquit Eustathius. Vide Libellum Lazij Germanica lingua scriptum, de Regno Hungariae. Item dictiones AMANTINI, HANNONIA, & HISPANIA.

- PANORMVS**, πανορμιον, Achaia portus, Ptolemaeo. Raphei Sophiano dicitur.
- PANORMVS**, Samia terra, est apud Livium lib. 37. Hodie Macri nomen habere legitur apud Nardum, in suo Livio Italico.
- PANORMVS**, Ptolemaeo Creta insulae urbs, in latere Septentrionali. Bellonius Volturni nominat.
- PANORMVS**, Epiri portus, apud Ptolemaeum; quem Nicol. Sophianus Panormo adhuc appellari ait. Neque hoc sit synonymon, sed homonymon.
- PANORMVS**, Chalcidica regionis urbs, in Macedonia, teste Ptol. Yersico forte hodie.
- PANORMVS**, Siciliae urbs, Ptolemaeo & aliis. Eam infra etate Palermo indignant, Aretio, Fazellus, & pluribus testibus. Polybius hanc lib. 1. in duas partes distinguit; in Veterem nempe & Novam: quas NEAPOLIM, & PALAEPOLIM vocat.
- PANTACHVS**, πανταχθον Ptolemaeo Siciliae fluvius, in latere exortivo. PANTAGIES Plinio, PANTACIVS Thucydidi dicitur: PANTAGIA Virgilio, & ceteris ferè Poëtis. Videtur à Polybio LISSVM, λισσον, vocari: cū eum ad Occidentem Leon- tinis ascribit. Fazellus ipsum fluvium Percari, eius autē ostiū Canala & Bruca appellari hodie scribit. Leandro S. Iuliano est.
- PANTANVS** Lacus, à Plinio in Apulia Daunia descriptus; creditur à Leandro Lago de Lesina vocari.
- PANTHEON**, templum Urbis Romae, inter reliqua antiquorum opera, integerrimum. Hodie S. Maria rotunda, ab eius orbiculari forma, vocatur.
- PANTICAPAEA**, παντικαπαια, Taurica Chersonesi urbs, Ptolemaeo. Volpéro hodie vocari, scribit Niger. quod si verum est, antiquum nomen obtinet. nam Plinio teste, olim quoque BOSPHORIVM appellatum fuit.
- PANTICAPES**, παντικαπης, Scythiae Europae fluvius, apud Herodotum qui Peucero Przepetz est in Lithuania. Conscavoda autem, Mercatori.
- PANTOMATRIVM**, παντοματειον, Creta insulae promontorium, Ptolemaeo: quod Pinetus Milopotamo vocat.
- PANVSII**, vide SATMALI.

- PANYASVS**, πανυασος Ptolemaeo Macedoniae fluvius est: Hunc Thevetus Spirnasse nominat: sed alio loco idem Apsum fluvium eodem novo nomine interpretatur; forte sui oblitus. Ex hoc Panyasi, facit GENYSVVM Livij Ligorius, in sua Graeciae tabula.
- PANYSVS**, πανυσος Ptolemaeo in Maesia Inferiore fluvius. PAMISVS Plinio est, cui hoc in tractu quoque alius fluvius est, PANISSA nomine. Panysum hodie Laniza vocari, tradit Niger.
- PAPA**, vide PAMPANIS.
- PAPHLAGONIA**, παφλαγονια, Asiae Minoris regio, Ptolemaeo et aliis. Haec aliquibus, ut Plinius scribit, PYLÆMENIA dicta fuit. Iosephus incolas RIPHATAEOS, ριφαταϊοι, vocat. HENETI, ενεπει, & VENETI, ενεπει, hi etiam appellantur Straboni, lib. 4. ENETI sine aspiratione, legit Stephanus. Romani eos hodie nomen habere, tradit Castaldus.
- PAPHOS NOVA**, παφος νεα Ptolemaeo Cypri insulae urbs. Papho hodie dici, testatur Niger. Haec olim quoque ERYTHRA dicta fuit, ut Stephanus scribit. Paphum ab Aug. Imp. AVGVSTAM appellatam, tradit Dio, lib. 54. sed Veterem ne an Novam, non discernit: duae enim sunt in Cypro, Ptolemaeo auctore.
- PAPIA**, vide TICINVM.
- PAPIRIANÆ FOSSÆ**, vide FOSSÆ.
- PARACHOATRA**, vide TAVRVVS.
- PARADISVS**, παραδεισος, Syriae urbs apud Ptolemaeum, Laodiceae regionis. Diod. lib. 18. TRIPARADISVS nominatur.
- PARADISVS**, locus incertae positionis, nisi totus terrarum orbis eo nomine comprehendatur; quem Hebraei GANEDEN vocant; his vocabulis scribit Thevetus hodie à diversis gentibus notari, Malcouta, & Zabbay, Nestorianis; Ha-ia del-holan (quod sonat locū vitae beatæ) à Bengalensibus, Iava, Borniis, insularum incolis; Mureden Abyssinis. Hoc est nomina dare, non rem aut locum.
- PARÆTONIVM**, παρατονιον Ptolemaeo Aegypti urbs. Hodie Porto rassa, Nigro & Castaldo est: Mercatori verò Berton. AMMONIA, αμμωνια, quibusdam dici, prodit Strabo. Parætonium & Pelusium, duo cornua Aegypti.

- Aegypti, vocat Florus. Vide CANOBVS.*
PARAGONTICVS, παραγοντικός, Sinus, apud Ptolemaum: Golfo di Gugirath Barbaris nautis dici, tradit M. Niger.
PARALIA, vide **AMBRACIA**, & **PERINTHVS**.
PARASINVM, vide **PAROSTA**.
PARASTALA, Bulgarorum regia, à Ioanne Cimisce Imp. expugnata. Ioanipoli appellata est, Ioanne Curopalate auctore.
PARATH, vide **EUPHRATES**.
PARAVÆ, vide **ÆNIANES**.
PAREDONI, vide **PRATIDÆ**.
PARENTIVM, παρέντιον, Ptolemao & Plinio Istriæ opidum maritimum. Parenzo hodie, Leandro.
PARIA, insula Phœnicij maris, ante Ioppen, iam dicta **ARADOS**, inquit Plinius. Anteradensem insulam vocat Curchinus. Alia ab hac videtur Ptolemai **ARADOS**.
PARIADES, **PARIEDRVS**, & **PARYADRES**, Asia mons: hodie Leprus dictus; Iovio teste. Vide **TAVRVS**.
PARIENNA, παράρινα, Germania urbs, Ptolemao. Friedeck, in Silesia. Villanovano.
PARISII, παρίσιοι, apud Ptolemaum eam regionē olim inhabitaverunt, quam hodie vulgari nomine Franci vocant. Pars regni Gallie est, ubi Paris (ut nunc vocant) totius regni caput est. Vide **LVCODECTA**.
PARIVM, παράριον, Asia Minoris, ad Hellepontum urbs, Ptolemao. Pario vocat eam Sophianus. Paradiso autem Niger. Ab Homero **ABRASTIAM** appellatam, tradit Plinius. Eadem & **PÆSTOS** apud Homerum dici, scribit Camerarius.
PARMA, παράριμα, Ptolemao Gallie Togata urbs. Nomen hæcenus retinet. In Goltziij Thesauro est **COLONIA IVLIA AVG. PARMA**. Parmā **CHRYSOPOLIM** appellatam scribit apud Leandrum Albertuzius, ex quadam inscriptione lapidea antiqua. fides sit apud auctorem.
PARMASIA, vide **PARRHASIA**.
PARNASIANAPE, vide **PYTHE**.
PARNASVS, vide **PETENISOS**.
PARNASSVS, πάρνασος, Achaie mons, Ptolemao & ceteris; Musis et Apollini sacer.
LARNASSVS etiā dici, Stephanus au-

- tor est. Nunc Parnaso, ut Castaldus; vel Liacura, ut Sophianus tradit, vocatur. Huius iugum ab Herodoto **TITHORÆA**, τῆς θορᾶς, appellari, scribit Pausanias. Alij, ut Lactantius Grammaticus, Iuverneli, & ceteri poëta Parnasi duo iuga describunt; **CIRRHAM** nempe & **NISAM**.
PARNESSVS, vide **PAROPAMISVS**.
PARNI, πάρνοι Ptolemao Margiana populi. Vide **HOMADES**.
PAROPAMISADÆ, vide **TVRCÆ**.
PAROPAMISVS, qui Calchistan Castaldo nominatur pars Tauri montis, ubi se ipsum, ut Plinius inquit, exuperat; & in excellentissimā consurgit sublimitatē. παραπαμισός, per N habet Ptolemaeus, παραπαμισός, duplici S Stephanus. **CAUCASVS** dictus est ab Alex. Magni militibus, Arriano & Diod. testibus sed improprie: nam Caucasus (ut suo loco dictum est) inter Euxinum & Hyrcanum mare iacet. Extrema huius Paropamisi à Barbaris **EODOA**, & **HIMAONVM** appellari, scribit Strabo. Pro Paropamiso, **PARNESSVS**, πάρνησος & apud Dionysium legitur. **PARPESVS** in nonnullis manuscriptis haberi, annotavit Pappus. Idem tamē Dionysius alio in loco, eundem **PARPANISVM**, παραπανισός, vocat; & Priscianus eius interpretes **PARPANEVM**. Ex hoc Paropamiso, Indus fluvius fontes ducit, ut Plinius cū Arriano perhibet quo tractu hodie à Pineto & Ger. Mercatore Pammer vocatur. Atque hæc est alvissima pars Orbis terra M. Paulo Veneto teste. Naugracot in Asia tabulis idē locus nominatur. In Paropamiso monte Arca Noë constitit, opinione Becani lege eius Indoscythica. Est iñe **PAROPAMISVS** amnis apud Solinum, ut hoc tanquam patergon addam. Hoc etiam reticendum minimè duxi, quod videam panultimam huius vocabuli, indifferentem per M & N, scribi. Meliorem lectionem forte tempus docebit. Vide **TAVRVS**.
PAROPANISVS, παραπανισός & Asia regio est Ptolemao. Sablestan, Castaldo teste hodie dicitur. Dacha quibusdam vocari, scribit Niger.
PARORIA, vide **PHRYGIA**.
PAROS, πάρος Ptolemao una ex Cycladibus in-

- bus insulis. Hæc quoq; PACTYA, πᾶκτυα, MINOIA, μινωία, Plinio dicta fuit. Item DEMETRIAS, Δημητριάς, ZACYNTHVS, Ζάκυνθος, HYRIA, ὕρια, HYLIESSA, ὕλιεσσα, et CABARNIS, κάβαρνις, Stephano auctore. Sophianus scribit quoque POLIN vocatam: sed quo auctore, subitice. PATIO hodie nominari, idem addit. Vide PHAROS.
- P A R O S T A, παρώσα Ptolemæo Tauricæ Chersonesæ urbs. Niger scribit PARASINYM quibusdam esse. Huius Plinius meminit; dicitq; eius terram omnia vulnera sanare.
- P A R P A N E V S, vide PAROPAMISVS.
- P A R P A R O N, παρπαρόν, Aeolidis regio Asiatica; quæ PERINE, περίνη, quoq; nuncupatur, ut tradit Stephanus. P E R P E R E N E Straboni & Plinio, ut annotavit Hermolaus. P E R E N A, περηνά, ego tamen apud Strabonem lego.
- P A R P E S S V S, vide PAROPAMISVS.
- P A R R H A S I A, παρρηασία, Arcadiæ opidum Stephano; quam P A R M A S I A M, παρμασία, quoque dici testatur. Vide A R C A D I A.
- P A R S V E T V S, Asia mons, Nochdariafati Castaldo. Vide T A V R V S.
- P A R T H A N V M, Antonino urbs in Vindelicis: Bartenkirch opidulum ad Loyfam fluvium nominat Simlerus.
- P A R T H A V S, vide T A V R V S.
- P A R T H E N I Plinio; P A R T H I N I Pomponio & Dioni, Illyrici populi quos hodie Ragulenses appellare licebit. Vide E P I D A V R V S.
- P A R T H E N I A, vide ANCHIALA, & S A M O S.
- P A R T H E N I E, & H I P P I, urbes Asiae Minoris, (circa Ioniam fortasse, nam HYPPI in Ionia describit Pomponius) Plinius has CHYTOPHORIA appellatas tradit, cum insulae essent.
- P A R T H E N I V M Promontorium, παρθένιον, in Tauricæ Chersoneso est; Plinio teste. Rosaphar Barbaris dicit, scribit Niger.
- P A R T H E N I V M Mare, vide I S S V S.
- P A R T H E N I V S, Sami insule fluvius: qui quoque I M B R A S Y S dictus fuit: ut re-

- fert ex Apollonij Scholiaste Stukius.
- P A R T H E N I V S, fluvius Asiae Minoris Ptolemæo. Arrianus huius etiam meminit, & dicit eum esse terminum inter Bithyniam & Paphlagoniam. Dolap hodie eum nominari, ex Tabulis conicio.
- P A R T H E N O A R V S A, vide S A M O S.
- P A R T H E N O P E, παρθενόπη, Tyrreni pelagi insula, apud Ptolemæum. Palmosa Leandro dicitur: Bitente Carrasæ. Vide N E A P O L I S, & S I R E N V S S A E.
- P A R T H I A, παρθία, Asiae regio, Ptolemæo & omnibus Arach. Ger. Mercatori est Chorasan Nigro. Iex Alph. Hadriano. Parthi à quibusdam P A R T H Y A I, παρθυάϊ, vocantur, auctore Eustathio. Strabo eos non semel sic appellat lib. 2.
- P A R T H I N I, vide P A R T H E N I.
- P A R T H I S C V S, vide P A T H I S S V S.
- P A R T H Y A I, vide P A R T H I A, et S C Y T H A E.
- P A R T H Y E N E, παρθυνή, Parthiae regionis pars, Ptolemæo. Naistan Pineto dicitur; Delin Castaldo vocatur; Incolis Tharpanstan appellatur, si Nigro creditur.
- P A R T I S C V M, παρτισκόν Ptolemæo Iazygum Metanastarum opidum. Cechemeth à M. Nigro interpretatur.
- P A R V I A C V M, legit Divæus in Antonini Itinerario. facitq; ex eo P E R W E P S, Brabantiae opidulum.
- P A S A B A S, vide G Y T H I V M.
- P A S A R G A D A, πασαργάδα, Persidis urbs, apud Ptolemæum. Chelqueta hodie; ut tradit Thevetus.
- P A S I N I Castrum, vide M E S A N A I, & C H A R A X.
- P A S I T I G R I S, vide T I G R I S.
- P A S S A L O N, πασσαλον Ptolemæo Aegypti urbs. P E S L A Antonini est, uti aestimat Villanovanus. P E S C L A in Libro Notitiarum dici, credit Simlerus.
- P A S V M E N A T E R R A, scribunt Volaterranus & Leander, à Strabone vocari eum Tusciae tractum quæ vulgo Il Casentino vocant. Sed hoc loco pro γῆ παρμενα, quod terra Pasumena sonat, Thrasymenus vertit Xylander, in suo Latino, & Buonacciolus, in suo Italico Strabone. Ann. Viterbiensis.

biensis scribit hanc tractum Casentino hodie dictum, ab Antonino, in suo Itinerario CLVSENTINVM appellari.

PATAGE, vide AMORGVS.

PATALA, πατάλα, Indi fluminis insula, Ptolemaeo. PATTALA duplici PP, scribit Arrianus, & urbē facit. PATHALIAM Regionem habet Curtius. POTANA, ποτάνα, videtur Diodoro lib. 3. PATTALENA, παπαλήνη, apud Strabonem dicitur. Petacal hodie, Castaldo: Diu vel Babul, Pineto vocatur; Parimioth Theveto. Vide DELTA.

PATARA, πάταρα Ptolemaeo; quōdam s ATAROS Plinio; & ARSINOE Straboni. Lycia maritima urbs est. A Sophiano etiam CYSE, κύση, & recentiori vocabulo Patera nominatur.

PATARES ANGVSTIÆ, vide BOSPORVS Cimmerius.

PATAVIA, vocatur vulgo Latino, ea Germania urbs, ad Danubium sita, quam incolae Passaw vocant; Gasp. Bruschio teste. Vide PETOVIO.

PATAVIUM, πατάβιον, est Venetæ regionis opidum, apud Ptolemaum & Aelianum. Padua nunc, Academia celebre.

PATERNIANA, πατερνιανα, Carpetanorum in Hispania Tarraconensi urbs, Ptolemaeo. Hanc hodie Pastrana vocari, scribit Villanovanus.

PATERNVM, vide CRIMISA.

PATAHALIA, vide PATALA.

PATHISSVS, Plinio Daciae fluvius; quem Lazius & Wernherus eum Hungariae fluvium interpretatur qui nunc Teissa vocatur. PARTHISCVS legitur apud Ammianum. TIBISCVS, τίβισκος, Ptolemaeo est. TIBESIS, τίβησις, hoc tractu, apud Herodotum est. Titia fluvius, qui vulgariter Cisa appellatur, dicit Math. Michoviensis, in sua Sarmatia.

PATIORS, πατίωρ, Ptolemaeo Siciliae mediterranea urbs; quæ hodie, Aretio teste, Palazzolo vocatur.

PATMOS, πάτμος, Plinio & Straboni Icarij maris insula. Nomen antiquum retinet, si Nigro creditur. Palmosa novo nomine vocat Sophianus.

PATRÆ, πάτρα, quæ Pausania & Stephano testibus, antea AROE, ἀρόν, dicta fuit. Hodie Patras vocatur, Sophiano.

PATRICIA, vide CORDVBA.

PATTALENA, vide PATALA.

PATYCOS, πατικός, mediterranea Brutiorum urbs apud Stephanum: Paula, est Barrio.

PATZINACÆ, vide SCYTHÆ.

PAVCA, παύκα, Ptolemaeo Corsicæ insula opidum. Pauonia Pineto dicitur.

PAVLON, vide RVTVBA.

PAVRÆVS, vide CAYCVS.

PAX AVGVSTA, vide PAX IVLIA.

PAX IVLIA, παξιελία, Turditanorum in Lusitania urbs est, apud Ptolemaum. Nunc Badajos dici, Villanovanus & Tarapha scribunt. Beja vel Bexa Clusius interpretatur; & Vaseus: qui ait eam adhuc tempore Maurorum Paccam appellatam. Sed de his doctissime disputat Gaspar Varrerius, in sua Corographia; ubi docet Badajos, Strabonis PEZAVGVSTAM, πεζαυγυστα, esse, & à Plinio PAX dici, ubi lib. 5. cap. 32. meminit PACENSIS Colonia, & Pacensis conventus. Eandem olim à Mauris Baxagus dictam: ab antiquo nomine PAX AVGVSTA. Pax Iulia verò Ptolemai, & Antonini hodie Beja, & à Mauris Pacca nominari. sic Varrerius. Alia ergo est Pax Plinij & Pezaugusta Strabonis, à Pace Iulia Ptolemai. Hæc in Beja, illa in Badajos hodie nomen mutavit.

PAXÆ, Plinio insulae duæ; inter Leucadiam & Corcyram. Nigro hodie Paxu. Vide ERICVSA.

PAZVM, vide SANGA.

PECTONES, & PECTONIUM, vide PICTONES, & PICTONIUM.

PEDALIVM, in Ptolemai exemplaribus Latinis, est Cypri promontorium. PEDASIVM nonnulli etiam habent. Mercator Cabo de Griego vocat. in Græcis autem codicibus non est. sed eius loco AMMOCHOSTVS, ἀμμόχως, legitur.

PEDASVM, vide CORONE, & METHONE.

PEDASVS, vide ADRAMYTTEOS.

PEDICVLI, vide PEVCETII.

PEGÆ,

- PEGÆ**, πηγαί, Achaia urbs, Ptolemaeo. **PAGÆ** Plinio dicitur.
- PEGVNTIVM**, πεγύντιον Ptolemaeus habet pro Illyrica urbe. Plinius vocat **PIGVNTIÆ**. Almissa Dominicus Niger habet.
- PEGVSA**, vide **CNIDVS**.
- PEIRVS**, vide **PIERVVS**.
- PEISO**, Plinio Norici lacus est. Hunc eum interpretatur Lazius, quem Germani seu Sidelæ see, (à Sidunis accolis, quorum Ptolemaeus meminit, ut ipse putat) & Hungari Ferteu vocant. Est in consinibus Hungariae & Austria. **PELSODIS** lacum, appellat Iornandes, si locus mendo careat.
- PELAGIÆ**, πελαγία Ptolemaeo insulae sunt inter Siciliam et Africam, numero quinque. A Strabone videntur **TARICHIÆ**, ταειχία, vocari, vel **PHOENICVM**. Conigliari appellat eas Niger. Vide **ZENOBII**.
- PELAGONIA**, πελαγονία, Macedonia regio quae **TRIPOLIS** cognominata fuit, auctore Strabone, lib. 7. quod tribus nempe constabat urbibus. Stephanus per **H** scribit.
- PELANA**, vide **GERENIA**.
- PELARGI**, vide **TYRRHENIA**.
- PELASGIA**, Tuscia antiquum nomen. Vide **ATHENÆ**, **ACHAIA**, **ARCADIA**, **ÆOLIS**, **DELOS**, **GRÆCIA**, **LARISSA**, **LESBOS**, **MAGNESIA**, **ISSA**, **PELOPONNESVS**, & **THESSALIA**.
- PELASGICVM ARGOS**, vide **ÆMONIA**.
- PELASGICVS Sinus**, sic à Ptolemaeo vocatur: à Plinio **PAGASICVS**, à Pagasa urbe adiacente. **PAGASÆVS** à Mela, & **IOLCIACVS** ab Ovidio: Aristophanis interpres (quod monuit Gerbelius) **PAGÆATICVM** nominat. Livio **DEMETRIACVS** est, lib. 28. quod idem Gerbelius annotavit. Golfo de Armiro à Castaldo nominatur.
- PELENDONES**, πελένδονες, Hispania populi, Plinio. Medina Celi, Pineto est.
- PELIA**, Tuscia amnis, Catoni in Originibus. Paglia hodie, Leandro ex Annio Viterbiensi.
- PELINNA**, vide **PELENE**.
- PELION**, πήλιον, Thessalia mons Ptolemaeo

- & alius; prope Magnesium ut Ioannes Tzetza tradit, Chiliade 6. numero 95. Idem nunc Petras, πέτρας, nuncupari ait.
- PELISTHIM**, vide **PALÆSTINA**.
- PELLA**, πέλλα, antea **BVNOMOS**, βένομο & βνόμεια, dicta; ut Stephanus tradit; Macedoniae urbs cuius situm pulchre describit Livius, lib. 44. Philippi & Alex. Magni regum natalibus celebris. Ieniza Sophiano; Zuchria Nigro hodie dici, video. Vide **BERENICE**.
- PELLA**, Cœlesyriae opidum, quod & **BVTIS**, βῆτις, vocabatur Stephanus.
- PELENE**, πελλήνη, Ptolemaeo Achaia Propriae urbs. **PELLINA**, πελλίνα, etiam legitur apud Stephanum; πελλήνη, simplici **L** scribit Gemistus: cui quoque **CERCOBA**, κέρκοβα, dicitur. Zaracha hodie vocari, refert M. Niger. Idem videtur, eam ab incolis Diacopton appellari, subiungere. Alia est **PELLINNA**, πέλινα, Stephano in Thessalia, Phthiotidis regionis. haec Livio **PELLINA**.
- PELLINA**, vide **PELENE**.
- PELLORIA**, vide **AZOTVS**.
- PELOPIA**, vide **PELOPONNESVS**, & **THYATIRA**.
- PELOPONNESVS**, πελοπόννησος & Ptolemaeo, Stephano, & Procopio, sic duplici **NN** scribitur. Graeciae peninsula est, quae hodie Morea appellatur. Olim Apollodoro & Plinio testibus **APIA**, ἀπία, & **PELASGIA**, πελασγία, vocata fuit. **ARGOS**, ἄργος, & postea **ARGOS ACHAEICVM** nuncupatum, tradit Strabo. **PELOPIA**, πελοπία, etiam Eustathio. & **INACHIA**, ἰναχία, Stephano.
- PELORVS**, πέλωρ & Ptolemaeo Siciliae promontorium. Cabo de la torre del Faro nunc, Castaldo teste.
- PELSO**, vide **PEISO**.
- PELTINVS** Campus, in Asia Minori; quem Strabo in calce lib. 13. scribit suo tempore **PHRYGIÆ** Campum vocatum.
- PELVSIUM**, πηλέσιον, Ptolemaeo Aegypti urbs, ad Nili fluminis ostium, quod ab ea Pelusiacum dicitur, sita. Hanc olim quoque **ÆLIOPOLIM**, ab Aelio principe, qui eam triplici muro cinxerat, dictam scribit Sabellicus. Platina in vita Honorij III tradit sic ap-

sic appellatam ab Aelio Pertinace. Sed illum HELVII, non Aelii, nomen habuisse; numismata antiqua docent eorum, HELVIOPOLIS, & non Aeliopolis diceretur. LIBNA, & SIN, in Sacris litteris est, Aria Montano teste. Olim CAPHTOR vocatam, scribit Benjamin. Huius mentio fit capite 9. Amos propheta. Clavem Aegypti cognominat Suidas. & eius incolas Pelusiotas, etiam CASIOS, κάσιοι, nominari addit, à Casio monte nimirum, illis vicino. Belbais hodie nuncupatur, teste Nigro; Bilbin Aug. Curioni; Damiatia Castaldo, & Zieglero. Nisi tabula fallunt, Pelusium hodie Tenefse dicitur. Petrus Gyllius ait Damiatia non esse Pelusium antiquorum; sed TAMIA-TIN, ταμίαι, Stephani. Guilandinus putat TANIS, τανίς, apud Strabonem dici, quae ad ostium Taniticum ab eo describitur; ubi hodie quoque Damiatia conspicitur, ut tabula edita docent; nec non quadam Aegypti tabula manu leviter delineata, quae apud me est; quam in ipsa Aegypto descriptam credo.

PEME, vide PTOLEMAIS.

PENEVS, πηνν, Macedoniae fluvius Ptolemaeo: ARAXIS nomen etiam habuisse, scribit Strabo, lib. 11. Tzetzia Chiliade 9. numero 280. tradit Peneum, πνευός, Onochonum, ὄνοχον, Spercherum, σπερχηρός, & Salambriam, σαλαμβρία, à Barbaris idiotis pro uno flumine haberi. Idem ferè Herodotus lib. 7. ubi scribit Apidanum, Onochonum, Enipeum, & Pamisum, omnes in Peneum defluere eundemque retento suo nomine, in mare evadere, & omnes ceteros innominatos relinquere. Peneum, Sophianus etiam hodie Salampria vocari ait: sed eundem quoque LYCOSTOME, λυκοστόμη, appellat. Pezin eum dici hodie tradit Thevetus.

PENEIVS, πένει, Ptolemaeo Elidis Peloponnesi regionis fluvius. qui à Thevero, & Mario Nigro Igliaco dicitur. Vide ARAXES.

PENINÆ, vide POENINÆ.

PENNE, locus est Antonino inter Augustam Pratoriam, & Augustam Rauracorum; Simlerus Neutwenstadt vocat, ad Lacum

Lemanum; Villeneuve appellant Galli.

PENNOCRUCIVM, Angliae opidum Antonino; quod, ut Talbotus coniecit, fortasse est Pencriche, ubi equorum celeberrimus mercatus.

PENTADACTYLVS, vide TAVGETON.

PENTAPOLIS, πεντάπολις, quae ante HEXAPOLIS, ἑξάπολις, vocabatur, auctore Herodoto in Clio; in Asia Minori est, circa Doridem. Vide ARMENIA, et CYRENE.

PENTEDACTYLVS, vide MONODACTYLVS.

PEPARETHVS, πεπαρήθ, Macedoniae insula, in Mari Aegaeo quondam fuit EVO-NVS dicta, ut Plinius tradit. Nunc Lemene vocatur, ut Niger scribit: Saraquino, ut Castaldus: vel Opula, ut Benjamin.

PEPERINA, πεπερίνη Ptolemaeo Indiae intra Gangem insula. Qualpenea Castaldo vocatur.

PEPYLYCHNVS, πεπυλύχν, Ptolemaeo fluvius est, quo Macedoniae ab Australi parte terminari scribit: hunc eundem postea in locorum enumeratione, videtur idem CELYDNVM, κελυδνον, vocare. Castaldus habet hoc loco in sua recentioris Graeciae tabula, amnem Salnich appellatum.

PERÆA, vide TRACHONITIDIS.

PERANTADES, vide SARMATIA.

PERASIA, vide CASTABALA.

PERCA, vide THRACIA.

PERCIS, vide BÆTIS.

PERCVS, vide PERGVVS.

PERGAMVS, πέργαν, Troadis urbs, in Asia Minori, Ptolemaeo. Olim TEVTHRANIA, τευθρηνία, dicta fuit, ut refert Pausanias. Pergamo etiamnum hodie vocatur, Sophiano. Galeni medicorum principis patria est. Hic charta usus primum inventus, quae inde nomen habet. Θευθρηνία, per θ, in prima etiam scribitur. Vide ICARIA.

PERGE, πέργην Ptolemaeo Pamphyliae mediterranea urbs. Pirgi hodie vocari, testatur N. Sophianus. Vide FREGENÆ.

PERGVVS, Lacus Sicilia, in finibus Ennae civitatis, ubi Plutonē Proserpinā rapuisse fabulantur.

bulatur. Hic circumseptus nemoribus describitur à Claudiano. PERCVS per C, habet Firmicus. Hunc locum, quia ad Ennensium nemus in medio insula est, VMBILICVM SICILIAE nominari Cicero in Verrem testatur.

PERIBOLVS, vicus iuxta Byzantium: Rodacinion hodie dictus. Pet. Gyllius in suo Bosphoro.

PERIMVLA, περίμυλα, Aurea Chersonesi urbs, Ptolemaeo. Iac. Castaldus Patane vocat. περίμυλα, per D habet Aelianus lib. 15. Animalium.

PERINCARI, περίνχαει, Candionorum urbs, Ptolemaeo, India intra Gangem. Pelagonga dicitur Castaldo.

PERINE, vide PARPARON.

PERINEVS, vide ERINEVS.

PERINTHVS, πέρινθος, quæ & HERACLEA, Thraciae urbs. Ptolemaeus, Marcellinus & Zosimus. Hac antea etiam MYGDONIA, dicta fuit, ab Hercule, ut Tzetzæ tradit, Chiliade 3. numero 100.

PERINTHERAS Antonino est. PARALIA quoq; vocata fuit, ut scribit Procopius de Aedificiis Iustiniani. interprete Arnol-do Vesulienfe. hoc addo, quia Craneveldius, qui idem opusculum Latinū fecit, παργλία, non tanquam proprium intellexit sed appellativè (ut Grammatici loquuntur) maritima, vertit. Pera, hodie dicitur Volaterrano; Rodosto, Bellonio; Pantiro, Castaldo; Heraclia, Procopio, Sophiano et Nigro. Item Ortelio, si meo fortasse suffragio opus habeant.

PERIPOLIVM, περιπόλιον, Thucydidi lib. 3. opidum Locrorum, ad Halecem est. hodie Amigdalia nominari scribit Gab. Barrius.

PERISIA, vide PERVSIA.

PERNITZA, vide BVRA.

PERONTICVM, περοντικόν, Ptolemaeo Thraciae urbs. Mercatori Verdifo est.

PERPERENA, vide PARPARON.

PERRANTHES, vide AMBRACIA.

PERRHAESION, vide PERVSIA.

PERSEPOLIS, πέρσέπολις, Ptolemaeo est Persidis urbs. quam Alph. Hadrianus Siras vocari ait. ELYMAIS in Machabeorum

libris dici, vult Reinerus Reinechius. Vide MIDEIA.

PERSIA, Ptolemaeo PERSIS, περσις, Asia regio, Imperio potentissimo olim famigerata. neque hodie ab eo admodum degenerasse, sub Sophis regibus, videtur. Persæ quondam à Scythis CHORSORI dicebantur, Plinio & Solino auctoribus. CEPHENES, κηφηνες, à Græcis à se verò ipsis, atq; ab incolis ARTÆI, ἀρταῖοι, ut Herodotus lib. 7. docet. ACHÆMENII, ἀχαιμένιοι, etiam ab Achemenia Persidis regione, Stephano teste. Hebræus ELAMITÆ sunt aut, ut Iosephus habet, ELYMÆI, ἐλυμαῖοι. Quod Regio hodie Farsi vocatur, cōtestantur mecum Tabula, & Mercator. Iovio vocantur Agamij, qui huius imperio subsunt. Azamij habet Niger. Atzamios eos appellari, etiam Chalcondilas auctor est. Azemia ab aliis regio dicitur. A Suida & Cedrena Magulæi, μαγυσταῖοι, nuncupantur. hic etiam eos ab indigenis Magog, μαγώγ, dici, addit. Pharsic regionem vocat Thevetus, & addit eam à Barbaris Chus, ab Arabibus Chub & Xaismael, ab aliis verò Seichayder nuncupari.

PERSICVS Portus, vide EVBOICVM Mare.

PERSICVM Mare, & RVBRVM, synonyma sunt Herodoto, & Straboni.

PERSICVS Sinus, Ptolemaeo & aliis; quod à Plutarcho in vita Luculli BABYLO-NIVM Mare appellatur; Sinus est Maris Rubri, Persiam & Arabiam Felicem interluens. Plinius lib. 6. cap. 26. Persæ (inquit) Rubrum mare semper accolere: propter quod is Sinus Persicus vocatur. Elcatif & Mesendin nunc nominari, ex Tabulis videmus. & idem testatur N. Nicolaius. Yumach-cama à Mesopotamiis nuncupari scribit Thevetus; et aliis Bein-el-naharin.

PERSIS, vide PERSIA.

PERVS, vide PIERVS.

PERVSIA, περυσία Ptolemaeo Tuscorum mediterranea urbs. PERRÆSION, πέρρασιον, eadem videtur apud Stephanum cum dicat eam esse unam ex duodecim Tuscie principibus urbibus. App. Alexandrinus πέρυσια, per i, in secunda scribit. Perugia hodie

hodie vocatur. Academiam habet celeberrimam.

PESICI, vide SCYTHÆ.

PESINES, vide ARABYZA.

PESLA, vide PASSALON.

PESSINVS, πεσσινός, Paphlagonia urbs Ptolemæo. Hanc Alex. Zardus, in suo de Moribus gentium libello, Tribanta vocat. Thevetus Possene.

PETELIA, πέτηλια Ptolemæo alijsq̃, PETILIA Virgilio & Silio; Magnæ Græciæ maritima urbs. Eam Niger Pelina, Leander Belicastro, Erythraeus Pitigliano appellat. Barrius autem in sua Calabria Policastro.

PETENISOS, πετενισός Ptolemæo Galatiæ opidum. Simlerus putat in Itinerario Antonini PARNASVM dici.

PETHROSIM, vide ARABIA Petraea.

PETINESCA, vel PRÆNESTICA, aut PIRENESTICA, sic enim vacillante lectione, habet Simlerus apud Antoninum. Burren Sequanorum urbem, ex eo facit idem Simlerus.

PETOVIO, Tacito opidum in Carnis est: ad Dravum fluvium situm. Beatus Rhenanus & Lazius Bettaw interpretantur. Villanovanus dicit Petovio quoque PATAVIVM, παταύιον Ptolemæi esse, quod in Pannonia Superiori statuit. PETOBIO per B, habet Ammianus. Inscriptiones marmoreæ antiquæ (nisi Appiani, & Amantij codex vitiosus sit) POETOBIO per diphthongon in prima legunt.

PETRA, πέτρα Ptolemæo Arabiæ Petrae urbs est. ARECEM, ἀρεκέμ, Iosepho appellatur & aliquando ARCHIM, ut inquit Wissemburgius. Novo vocabulo Arach dici, scribunt Volaterranus & Zardus. Bellonius tradit hodie Mecha vocari: cui, quia Mecha in Arabia Felice est, assentiri nō possum.

PETRA, Macedonia urbs, prope Dyrrhachium. ut Niger perhibet. quam hodie Lachi vocari dicit.

PETRA, Sicilia opidū, Ptolemæo. PETRINÆ habet Antoninus. & PETRINORVM meminit Cicero & Plinius. Hodie Petra partia dici, tradit Mar. Niger. Leander duas facit, quæ sublimior in monte est,

Petralia in monte; quæ valli insidet, Petralia sottana nominat. Vide FORVM TRVENTINORVM.

PETRA Deserti, in Moabitarum regione, cuius Esaias meminit. Brochardus scribit Itac vocari. Idem alibi Moseram appellat. Benjamin Kelaggeber nominat; & antiquis SELAGH MIDBERA dictam addit.

PETRÆ, vide SIRENVSSÆ.

PETRÆON, urbs Lazica: quæ etiam IVSTINIANA appellatur, à Iustiniano Imp. quod ex eiusdem Novellis annotavit Stuckius.

PETRAS, vide PELION.

PETRESSA, vide PYTHO.

PETROCORII Casari, (quos PETRAGORIOS dicimus, inquit Marlianus) Aquitaniæ populi, in Provincia Burdegalensi. Perigues, Orontio vocatur.

PETVARIA, πετραία, Parisiorum urbs, insula Albionis apud Ptolemæum. Peterboru dicitur, Humf. Lhuydo.

PEVCE, πέυκη Ptolemæo insula est, ad Danubij fluminis ostium. quæ Pizina Nigro est. Vide TEUTOBURGIVM.

PEVCES, Plinio unum ostiorum Danubij fluminis. Ptolemæo, Ammiano & Straboni hoc HIERON, id est Sacrum, vocatur.

PEVCETII, πευκέτοι, sunt Italiae populi, qui etiā PEDICVLI, ποίδικλοι, & Græco sermone AVDANII, ἀυδάνιοι, dicuntur, à Strabone. Hodie Terra di Barri vocari, tradit Niger. Stephanus habet PEVCETIANTES, πευκετίαντες, Oenoiriis vicinos. Sed idem habet etiam πευκέτοι. Vide

IAPYGIA, APVLIA, & DVDINI.

PEVCINI, vide BASTERNÆ, & SCYTHÆ.

PEVTHECIA, vide MEDIOLANVM.

PEZAVGVSTA, vide PAX IVLIA.

PEZINATI, vide SCYTHÆ.

PHABENTIA, vide FAVENTIA.

PHABIRANVM, φασίργων, Ptolemæo Germaniæ opidum est. Bremen Saxoniæ urbem, vocat P. Appianus, item Peucerus.

PHÆCIA, vide CORCYRA.

PHÆNIANA, vide FEBIANA.

PHÆNICHIA, vide BEZARDE.

- PHÆSTVS, vide PHRIXA.
 PHÆSLÆ, vide FESVLÆ.
 PHALACRÆ, vide IDA.
 PHALACRIVM, vide FALACRIVM.
 PHALACRVM, vide CASSIOPE.
 PHALANNA, vide HIPPIA, & OR-
 THE.
 PHALANTIADÆ, vide TAREN-
 TVM.
 PHALARIS, Tuscia urbs, Catoni. PHA-
 LERIVM, φαλέων, Straboni & Halicar-
 nasso. Falare hodie vocari scribit Lean-
 der; & addit PHALIRVM à Ptolemaeo
 nuncupari. quod ego apud Ptolemaum non
 invenio.
 PHALARIVM, vide ECNOMVS.
 PHALASARNA, φαλάσαρνα Ptolemaeo
 Creta insula urbs. Contarini, Pineto &
 Bordonio.
 PHALERICVM, vide PIRÆEVS.
 PHALERIVM, vide PHALARIS.
 PHALERVM, vide NEAPOLIS.
 PHALISCI, in numismatibus Græcis, per
 F digamma, & non per φ, scribitur. Vide
 FALISCI.
 PHAMIZON, vide PHAZEMONI-
 TIS.
 PHANÆA, φαναία, Ptolemaeo Chij insula
 promontorium. Cabo Masticho, Bellonio
 & Sophiano dicitur. Panale, Favoko, in suo
 Hódæperico Byzantino.
 PHANAGORIA, φαναγορία, Sarmatia A-
 siatica urbs, ad Bosporum Cimmeriū: Ma-
 triga hodie, si creditur (qui nemini credit)
 Theveto. Vide THEMYSKYRA.
 PHANESII, vide SATMALLI.
 PHANVM, vide FANVM.
 PHARA, vide PHERÆ, & SOPHTHA.
 PHARAX, vide CHARAX.
 PHARIA, & PHARITÆ, vide PHA-
 ROS.
 PHARMACIÆ Sinus, Europa ad Bospo-
 rum Thracium: Therapia hodie dicitur;
 Petro Gyllio: Ex Tripartita historia.
 PHARMACVSA, Maris Aegæi insula a-
 pud Plinium. Ham Bellonius Parmosa ap-
 pellat, φαρμακωσα, duplici s s scribit Ste-
 phanus, & duas insulas ex eo facit, prope
 Salaminen.

- PHARNACEA, φαρναία, Ptolemaeo &
 Plinio Ponti regio: qua Platena à Pineto
 vertitur. Vide CERASVS.
 PHARNASCA, vide APAMIA.
 PHARODENI, φαρδονοι Ptolemaeo sunt
 Germania populi. quos Gemma Frisius
 Mackelburg putat. Pharadenos Ptole-
 mai Svardones Taciti esse vult Peu-
 cerus. Vide OBOTRITÆ.
 PHAROS, Plinio Aegypti insula, ex aduerso
 Alexandria. IDOTHEÆ Specula, σκοπιὰ
 εἰς θῆρας, à Dionysio Alexandrino appella-
 tur. Farion hodie dicitur: sed Aegypto con-
 tigua est. Benjamin scribit ab incolis Ma-
 grah, & ab Arabibus Magar Alexandria
 (hoc est Alexandria Farum) nomen habere.
 PHARITAS, incolas vocat A. Hirtius.
 Vide ALEXANDRIA.
 PHAROS, que antè PAROS, ut Plinius
 tradit. Insula Illyrica, Hadriatici maris.
 PHARIA, φάρια. Ptolemaeo dicitur, φάρ-
 ρα & Straboni. Lesina vocat Sophianus, Le-
 xina habet Niger. Lisna Illyrico sermone
 appellari, scribit Hermolaus: addit q̄ in eo-
 dem Mari LISSAM Plinij & Antonini
 esse; & vulgo quoque adhuc sic dici. sed hoc
 parergon est.
 PHARPHARIADES, vide TAVRVS.
 PHARSALICI Campi, φαρσάλιον πεδῖον,
 Plutarcho, in Thessalia postea PHILIP-
 PICI dicti sunt; Floro teste.
 PHARSALVS, φάρσαλα, Thessalia urbs:
 qua etiam PHARRALIVS, φαρράλιος,
 per duo RR scribitur. auctore Stephano.
 PALÆOPHARSALVS apud Eutra-
 pium & Orosium est. Vide PHASELIS.
 PHARYBVS, vide HELICON.
 PHARYGÆ, vide SCARPHEA.
 PHASCENIVM, vide FESCENNIA.
 PHASELICVM, vide PAMPHY-
 LIA.
 PHASELIS, φασήλις, Plinio Pamphylia o-
 pidum. Stephanus scribit primo PITYV S-
 SA, πτύσσα, postea PHARSALVS,
 φάρσαλα, dictum.
 PHASIS urbs, à Nicolao Nicolatio, pro Tau-
 ris, Media urbe, sic hodie vocata, sumitur.
 Quis verò Phasidis in Media regione me-
 minit, ignoro. PHASIS, φάσις, urbs est
 in Col-

in Colchide; Media regioni vicina, Straboni & Plinio quam Villanovanus hodie Politonia vocari scribit. AMARATIVM ab ἄμαρατις populis, apud quos hic oritur, nominat Stephanus.

PHASIS, Colchidis fluvius, Ptolemæo: prius dictus ARCTVRS, ἀρκτῆρ, auctore Plutarcho de Fluminibus. BOAS circa fontem dici, videtur ex Procopio, lib. 2. de bello Persico. Hodie Fasso appellari, ex Tabulis apparet. Thevetus scribit Debba-fethca Scythis dici. Oritur Plinio teste, in Moschis; apud Ptolemæum ex Caucasus montibus manare videtur. Ego existimo montes HYRCANVM, ARMENIVM, CORAXICVM, CASPIVM, MOSCHICVM, AMAZONICVM, HENIOCHVM, & SCYTHICVM, apud Plinium & alios, omnes sub CAUCASIIS Ptolemæi montibus (qui inter Euxinum pontum, & mare Caspium sint; & à Plinio totum hoc mare cingi, describuntur) contineri. Vide CAUCASVS.

PHATVSÆ vicus, Zosimo: ANATHA Marcellini est. Euphrati flumine circumluit scribit.

PHAVDA, vide CHADISIA.

PHAZEMONITIS, φαζμονίτις, Ponti regio, quam Pompeius MEGALOPOLIM, μεγάλη πόλις, appellavit. Idem Pompeius ex eius pago PHAZEMONE, opidum condidit, quod NEAPOLIM nuncupavit: Strabo. PHAMIZON, φαμίζων, habet Stephanus, per metathesin; eamq; describit ad Amysum fluvium, sed versus Austrum.

PHEBOL, φεβόλ, Indici maris insula, prope Sinum Arabicum cuius Aristoteles, & ex eo Appuleius meminere. Vide DIOSCVRIDV.

PHEGIA, vide ERYMANTHVS.

PELLYS, φελύς, Lyciæ civitas est, ad Mascytum montem, Ptolemæo. Phello Sophiano, nunc.

HERÆ, φεραι, Peloponnesi civitas, ad Sinum Messeniæ, Ptolemæo. Sophianus Cheramidi vocat.

HERÆ, Ptolemæo & Livio Pelasgiæ regio-

nis in Macedonia urbs: Apud Nardum in suo Livio legitur eam hodie Sidro, aut Ierufat vocari. idem alio loco Ierufar legit.

HERÆ, Ptolemæo. Achaia Propria urbs mediterranea. S. Georgio hodie dici, scribit Niger. PHARA, φαρά, apud Strabonem legitur.

HEVGARVM, φεύγαρον, Germaniæ urbem habet Ptolemæus. Halberstadt Saxoniæ urbem eius loco ponunt Appianus, & Irenicus.

PHIALA, vide NILVS.

PHIALIA, φιάλια, Arcadiæ in Peloponneso, Ptolemæo. Plethon per I, in penultima habet. PHIGALEAM, φηγάλια, eam etiam vocari, tradit Stephanus, & Pausanias. Davia dicitur Nigro.

PHIDALIÆ Sinus, Europa ad Bosphorum Thracium. Suidas huius meminit. Sarantacopa nunc dici, ait P. Gylius.

PHIGALEA, vide PHIALA.

PHILA, Livio Macedonia urbs, media regione inter Dium Tempèque, in rupe anni imminente posita. Nardus in suo Livio Italico Fello nominari dicit. Vide STOECHEDES.

PHILADELPHIA, φιλαδέλφια, Syriae urbs, apud Ptolemæum. Olim AMMANA, ἄμμαρα, & ASTARTA, ἀστάρτη, dicta, teste Stephano. RABBA, vel RABBATH Hebrais, ut Zieglerus tradit. PHILADELPHIA etiam Arabia nobili urbs est, D. Hieronymo in locis Hebraicis quam dicit Hebrais AMMAN vocari. Eandem esse puto. Ptolemæus enim suam ponit, in ea Syriae parte qua Arabibus vicina est. & regionum confinia, nõ iisdem limitibus apud omnes distingui, auctoribus frequens est.

PHILÆNIVITIS, φιλαινώντις, Ptolemæo in Africa Propria est, ubi eorum etiam ARRÆ; quarum Sallustius & Valerius meminere. Licudia Castaldo, Hernich Zarão, Porto de Sabia Villanovano nominatur.

PHLEVM, Germaniæ urbem apud Ptolemæum, legunt Villanovanus & Appianus, quam Groeningen Frisicæ interpretantur. Sed PHLEVUM, φλέβον, sine I, aut diphthongo, est in Græcis codicibus.

PHIETO, vide MEGALEPOLIS.

PHILIPPI, φιλίπποι, Thessprotia urbs; quae etiam **GOMPHI**, γόμφοι, dicta fuit. Stephanus. Gomphi habet etiam Ptolemaeus; sed in Estiotide, Macedonia regione. Vide **THEBÆ**.

PHILIPPICI, vide **PHARSALICI**.

PHILIPPOS, Thracia urbs, in prae-rupto tumulo habet à Septentrione saltus, versus Meridiem paludem, quam mare excipit: ut tradit App. Alexandrinus, qui eius situm elegantè depingit. Is scribit hanc olim **DATVM**, δάτων, & **CRENIDEM**, κρηνίδες, appellatam: quod etiam Diodorus testatur: idem post eum Plethon. **PHILIPPI** est quoque apud Ptolemaum, at in Macedonia vicinam tamen Thracia ponit.

PHILIPPOPOLIS, φιλίππεποις, Thracia urbs Ptolemaeo; quam idem **TRIMONTIVM**, τριμόντιον, & **ADRIANOPOLIM**, ἀδριανέποις, vocat. Plinius scribit antea **PONEROPOLIS** appellatam. Idem Suidas, πονηρόποις. Sex. Rufus ait eam **EV MOLPIADAM** dictã. **CALYBEN**, καλύβη, à Strabone vocari, tradit Hermolaus. Eadem videtur à Suida **DOVLONPOLIS**, δελώνποις, nominari. **PVLENDENA** etiam dicta fuit, si sincerus est Iornandes. nam idem alio in loco **PVLPVDENAM** nuncupat. Auctor ceriè, si quis alius inter malè Latinos auctores, admodum in propriis nominibus corruptus. Philippopoli etiamnum nomen obtinere, testis est Volaterranus. Adrianopolis, & Philippopolis duae sunt urbes, Sex. Ruffo. Vide **THEBÆ**.

PHILISTHÆOS, Terra Canaan populos, Sulpicius in sua Sacra historia ubique **ALLOPHYLOS**, ἀλλόφυλοι, vocat: quasi alienigenas.

PHILISTINÆ Fossa, quod alij **TARTARVM** vocant, inquit Plinius. Vnum ex Padi ostiis, quae idem **SEPTEM MARIA** appellat. Fossone hodie dicit, Georg. Fabricius, & Leander tradunt: Pistrina, Rodiginus. Tartari fluminis etiã Tacitus meminit.

PHILIVS, vide **PHLIVS**.

PHILONIVS Portus, φιλωνίον, apud Ptolemaum, in Corsica insula. Vocatur hodie Porto vecchio, ut Leander & Niger aiunt.

Sed Porto Fauone, Moletio & Pineto. **NAVONIUS**, fortè malè apud Antoninum.

PHILOSOPHIANÆ, vide **GELA**.

PHILOTERA, vide **ÆNNVM**.

PHINNI, vide **FENNI**.

PHINOPOLIS, φινόπολις, Thracia urbs, apud Ptolemaum. Phinopoli Sophiano.

PHINTIA, vide **PINTIA**.

PHINTONIS, φίντωνον, insula inter Sardiniam & Corsicam, Plinio & Ptolemaeo. Isles de Figo, est Pineto. Mihi Mola rossa videtur ex Tabulis.

PHIRÆSI, φηραισί, Scandia insula populos habet Ptolemaus. ex quibus Turnebus **FRANCOS** facit: sicq; ibidem legendum censet. Sed hanc opinionem, tanquam à veritate alienissimam, reijcit Hotomannus, in sua Francogallia.

PHISCON MONS, vide **FALISCI**.

PHISERA, vide **FISERA**.

PHISON, fluvius in Sacris Bibliis notus, è Paradiso fluens. Hieronymus & Eusebius **GANGEM**, Salomon commentator **NILVM** interpretatur. Ex Apparatu Biblico Ar. Montani. **HYPHASIN** esse, scribit Niceph. Calistus, lib. 9. cap. 20.

PHITERNVS, φητέρων, Ptolemaeo Ferentanorum fluvius. Fortoro Leandro est. **TIFERNVS** Plinio, & Pomponio vocatur.

PHLA, vide **NYSIÆ Porta**.

PHLANITICVS, & **PHLANONICVS**, vide **FLANATICVS**.

PHLANON, vide **FLAVONA**.

PHLEGRA, vide **CHERSONESVS Thracia**, & **PALLENE**.

PHLEGRÆI Campi, sunt duo, unus in Italia; alter in Thessalia. Hunc Isacius Tzetzæ in Thracia collocat. Stephanus in Thracia Chersoneso. utrumque Diodorus **CVMÆVM** etiam vocat. Vide **FORVM Vulcani**, & **VESEVVS**.

PHLEGYÆ, vide **GYRTONE**.

PHLEGYANTIS, vide **ANDREIS**.

PHLEVVM, vide **PHILÆVM**, & **FLEVVM**.

PHLIASIA, vide **PHLIVS**.

PHLIVS, φλις, Ptolemaeo Sycionia opidum, in Peloponneso. Primo **ARANTIA**, ἀράντια,

ἀράνπα, postea **ARAETHYREA**, ἀρά-
 θυρέα, dictum fuit. Auctores sunt **Stepha-
 nus**, & **Pausanias** in **Corinthiacis**. **Gemistus**
 habet **PHILIVS**, φιλιῆς. Videtur eadem
PHLIASIA apud **Strabonem** vocari.

PHILIVS, urbs **Argiae** regionis, in **Pelopon-
 nesio**, **Ptolemao** teste. **Plethon** eam etiam
THERMIA, θερμία, appellat. **Foica**, **Pi-
 neto**; sed **Yri Sophiano** dicitur.

PHOCÆA, φώκαια **Ptolemao** **Aeolidis** opi-
 dum maritimum est; quod **Livius** **LAM-
 PTERA** quoque vocat. **Sophiano** nomina-
 tur **Foglia vecchia**.

PHOCEAS, vide **LEONTIVM**.

PHOCENSES, **Græciæ** populi, apud **Stra-
 bonem**. Hos scribit **Niger** **DRYOPES** à
Vibio nuncupari. Mibi non constare fateor.

PHOCRA, φώρηξ. **Ptolemao** mons est **Mau-
 ritaniæ Tingitanæ**. Idem videtur cū eo quem
Ioan. Leo **Ferream** vocat, & vulgo **Gebe-
 lelhadich** appellari ait. **Ammiano** quoque in
Mauritania Cesariensi **MONS FER-
 REVS** est, sed alius ab hoc; contiguus **Tu-
 busuplo** opido.

PHOEBÆA Palus; φοιβαία, æstuarium est
Argiæ regionis: quod postea **SARONI-
 DIS** palus, σαρωνίς, dictum fuit. **Pausanias**
 in **Corinthiacis**.

PHOENICE, φοινικῆ, **Syriæ** regio, quam
Stephanus prius **RHABBOTHE**, ραββώ-
 θη, & **COLPITE**, κολπίτη, dictam dicit.
 Item **CHNA**, χνὰ. Vide **PALÆSTI-
 NA**, **SYRIA**, **CARIA**, **IOS**, **TE-
 NEDOS**, & **STOECHADES**.

PHOENICVM insula, vide **PELAGIÆ**.

PHOENICVS Mons, in **Lycia**: etiam **O-
 LYMPS** dictus fuit. **Strabo**.

PHOENICVS Portus, vide **NAVSTATI-
 MVS**.

PHOENICVSA, φοινικῆσι, **Pomponio**, **Pli-
 nio** & **Straboni**: **PHOENICODES**, φοι-
 νικώδης **Ptolemao**: una ex **Aeoliis** insulis:
 quam **Leander** & **Fazellus** **Phelicure** vo-
 cant. **Niger** autem **Alicudiæ**. **Phoenicussis**
 duplici ss, habet **Stephanus** duas insulas,
 sed in **Sinu Carthaginiensi**.

PHOENIX, φοίνιξ, **Cretæ** insule urbs, **Ptole-
 maio**: quam **Niger** **S. Niqueta** indigitat.

PHOIBIA, vide **RHEGINVM**.

PHOLOE, φολῶν, **Peloponnesi** mons. **Xiria** à
Nigro dicitur. **Gemistus** eum **PHOLVS**,
 φολὸς, vocat. & suo tempore **ASTRAS**,
 ἀστὰς, dicit, addit.

PHORA, vide **EUPHRATES**.

PHORBANTIA, φορβαντία **Ptolemao** in-
 sula prope **Siciliam** est. Hanc **Niger** **Mar-
 tamo**, **Fazellus** **Lavenso** vocat.

PHORCA, vide **FVCINVS**.

PHORMIO, vide **FORMIO**.

PHORONICVM, vide **ARGOS**.

PHOSPHORIVM, vide **BOSPORVS**.

PHRADA, φράδα, urbs in **Drangis**: qua
 quoque **PROPTHASIA**, προφθασία
 dicitur. **Stephanus**, ex **Alexandrio**. **Proph-
 thasiam** **Sogdiana** ascribit **Plutarchus** lib.
 I. de **Fortuna Alexandri**.

PHRATERIA, vide **FRATERIA**.

PHREGENÆ, vide **FREGENÆ**.

PHRICONITIS, vide **CVMÆ**.

PHRIXA, φρίξα, **Peloponnesi** opidū, **PHÆ-
 STVS**, φαῖς, post appellatum: auctore
Stephano.

PHRIXIVM, vide **IDEESSA**.

PHRVDIS, φρῆδης **Ptolemao** **Gallia Belgica**
 fluvius. Some, à **Becano** **Sambre**, à **Cœ-
 nali** interpretatur.

PHRVRIVM, φρέριον, id est, presidium, sic
Cypri insule promontorium à **Ptolemao** vo-
 catur. **Cabo blanco** **Mercatori** dicitur.

PHRYGIA, φρυγία, **Asiæ Minoris** est regio.
 in **MAIOREM** & **MINOREM** divi-
 ditur apud **Ptolemaum**. item **Strabonem**;
 qui **Minorem** etiam **EPICTETVM** ἐπι-
 κτετ, & **HELLESPONTIACAM**,
 ἠλλεσποντίακα, appellat. **Livius** quoque alte-
 ram ad **Hellepontum**, alteram **Maiozem** ap-
 pellat. Hæc eadem **Minor**, **TROAS**, τρωαίς
 à **Ptolemao** dicitur. **Xenophon** etiam **Ma-
 iorem** & **Hellepontiacā**. **Diod. lib. 18. Ma-
 iorem** vocat qua ad **Hellepontum** est. sed
 male. **Strabo** **PARORIAM**, παραορία,
Phrygiæ Minoris partem, quoque nominat.
 atque hanc eandem esse puto cum regiuncu-
 la ea quam **Ptolemaus** sub nomine **Pam-
 phylia** comprehendit. **Suidas** scribit **Phry-
 giam** **ACHRYLIM**, ἀχρυλῖς, nuncupa-
 ri. **Castaldus** tradit hodie **Sarcum** dici, sed
 utram, non addit. **PHRYGIÆ SALV-
 TARIIS**.

TARIS meminit P. Diaconus; et lib. Notitiarum, qui etiam PHRYGIAM PACATIANAM habet: huius fit etiam mentio in Novellis. Iosephus aut Phryges THYGRAMMANES, θυεγμαῖνες, Hebræis vocari. Silio Italico CRENI sunt, eo versu lib. 8. Cùm fugeret Phrygios trans aquora Martia Crenos. Antiquitas eos BRUGES appellavit, ut docet Cicero, in suo Oratore. & Herodorus in Polymnia, qui addit, ἐρύες dictos, priusquam in Asiam transmigrassent. antea enim Phryges dicebantur. BRIGANTES eosdem ab Herodiano nominari tradit Stephanus. Sed & Strabo BREGES, & BREGI, ἐρέγες, & ἐρέγοι, habet; item Eustathius, sed per Y in prima syllaba.

PHRYGIA, ut Eustathius in Dionysium tradit, locus Europæus est, iuxta Oetam Trachinæ montem. sic dictus, eo quod ibi exustus fuerit Hercules. Hunc locum Livius lib. 36. PYRAM vocat.

PHRYGIÆ Campus, vide PELTIVS.

PHRYGIVS, vide HULLVS.

PHTHEIROS, vide LATMVVS.

PHTHIA, φθία, Marmarica Portus, Ptolemao. PLINIVM à Strabone dici, scribunt Zieglerus, Villanovanus, & Moletius. ipsi viderunt. Hodie del Patriarcha vocari addit idem Moletius.

PHTHIA, φθία, Suidæ & Plinio, Græciæ urbs in Phthiotide regione: Achillis patria. Pharfala nunc dici, scribit Rodiginus, non adducto teste.

PHTHINTHIA, φθινθία Ptolemao Sicilia civitas. Drilo apud Nigrum nominatur.

PHTHVTH, Mauritania Tingitanæ flumen. Hodie Tenfist Castaldo, sed Fez Varerio. Phthuth habet Latinus codex: sed THVTH, θήθ, in Græcis exemplaribus.

PHTIROPHAGI, vide SALÆ.

PHVPHENA, φάφνηα, Armenia Minoris urbs, apud Ptolemaum. In Itinerario Antonini, ut Simlerus monet, EVSPOENA vocatur.

PHVSCA, vide PHYSCVS.

PHVTI, vide AFRICA, & MAVRI-TANIA.

PHYCOLE, cuius, ut Leander refert, me-

moria est in Privilegiis (ut vocant) Ravennatis ecclesiæ. Vrbs Romandiola, quæ hodie novo nomine Cervia vocatur. Sic etiam Rubæus, in sua Ravennatum historia ubi nominis rationem quoque adducit.

PHYCVS, φυσῶς Ptolemao et Straboni Cyrenaica regionis promotorium, & castrum. quod Marius Niger scribit ab Italis nautis Cabo de Carena, & à Barbaris Raxasen dici.

PHYLACÆ HERMOPOLITANA, φυλακαί, in Aegypto: quæ hodie Beniwaif, Zieglero. cui etiam PHYLACÆ THEBAICA est, in eadem regione; quam Munia, dici ait. Huius Strabo meminit, lib. 7. Apud Ptolemaum non exprimi certum est. Simlerus putat Phylacæ Ptolemæi, CHVSSÆ Antonini, & CVSSA libri Notitiarum esse.

PHYSCE, φύσκη, Mæsiæ Inferioris Ptolemao opidum. Chofabet nunc dici, tradit Niger.

PHYSCVS, φυσῶς, Diodoro lib. 14. & Straboni Asia Minoris maritima urbs est, è regione Rhodi. PHVSCA, φυσῶς Ptolemao est. Eandem cum PYSTOS, πύσος Ptolemæi putat non sine errore Villanovanus. Phiesco nunc nominari, dicit Sophianus.

PIADA, πιάδα, Sericæ urbs, apud Ptolemaum. Peim apud Mercatorem est.

PIBESETH, vide BVBASTVS.

PICENTIA, πικεντία, Straboni Picentiorum caput. Leander tradit hodie Vicentia vocari. In Campania Felice est. PICENTVM quoque apud Stephanum legitur. πικεντία, est quoque Latij urbs, apud Halicarnassum lib. 5. Piculia autem vertit pro eo Gilenius.

PICENVM, πικόνιον, Italia regio, Ptolemao, aliisq. Marca Ancona, à primario eius opido, hodie dicitur. Firmiana aliquando nuncupatam, Blondus mihi testis est.

PICIS Montem, vocat Iornandes eum unde Natizo fluvius originem sumit. Hunc montem hodie Véfonie appellari, ex Blondo & Leandro intelligitur.

PICNESII, πικνήσιοι, Mysia Superioris populi sunt, apud Ptolem. Ertech Castaldo.

PICO-

PICONIA, vide **AQUA MARCIA**.

PICTI Ammiano Marcellino, nonnullis **PICTONES**, ut Lhuydus aestimat. Britannia insula populi sunt, qui ex Scandia Septentrionalibus regionibus, in hanc aliquando insulam appulsi, à Maurigo Britannorum rege, prælio victi, in Orcades & Scetlandia insulas se subtraxere. Hi hodie Scotica lingua Phichtiaid vocantur. Pictonū primus meminit Mamertinus in suo Panegyrico. Ex Humf. Lhuydi libello de Britannia. Am. Marcellinus eos in duas gentes divisos scribit, in **VECTVRIONES**, & **DEVCALIDONIAS**, aut **DICALIDONAS**, si mēdo vacet liber. Vide **AVGVSTORIVM**.

PICTONES, Gallie Aquitania populi sunt apud Ptolemaum. Sed **PECTONES**, πύκτωνες, habet Græcus codex. πικτωνες, habet Strabo. Hæc eorum regionem Poictou dici credo.

PICTONIVM Promontorium, Gallia est Aquitania, apud Ptolemaum. Sed in Græco legitur per E in prima, πικτωνιον, Voennoc, Ger. Mercatori est.

PICVENTVM, πικέντων Ptolemao Istria mediterranea urbs est. Pinguento nunc dici, ait Leander.

PIDNA, vide **CASSANDREA**.

PIERIA, περία, Macedonia urbs, apud Ptolemaum. A Nigro Veria nominatur.

PIERIA, Bœotia urbs vocatur à Ioanne Tzetza; quam postea **LYNCOS**, λυκός, appellatam tradit. Vide **MACEDONIA**, **SELEVCIA**, & **MAGNESIA**.

PIERVS, πέρη, fluvius Achaie Propria qui Pharas alluit. Maris accolæ eum **PEIRVM**, πέρη, vocant. Pausanias lib. 7. & Herodotus lib. 1. **TEVTHEAS**, τευθέας, vocatur quoque à Strabone, lib. 8.

PIGRVM Mare, vide **BALTICVM**.

PIGVNTIÆ, vide **PEGVNTIVM**.

PIHACHEROTH, vide **TRAIANVS** fluvius.

PILORACA, legit Clusius in antiquis Inscriptionibus; dici q̄ significare fluvium Castella veteris, in Hispania vulgò Pisverga dictum.

PINARA, πινάρα Ptolemao, Straboni, &

Plinio, Lycia urbs. Apud Stephanum hæc etiam **ARTYMNESOS**, ἀρτύμνης, vocatur. Idem addit omnia rotunda, Lyciorum lingua, pinara dici.

PINCIANÆ, vide **SEGESTANÆ**.

PINCIANA Porta, vide **COLLATINA**.

PINDARVS, vide **PYRAMVS**.

PINDVS, πίνδος, Græcia mons, apud Ptolemaum & Strabonem. Mezzovo nunc dici, tradit Sophianus. **LYNCOS** Livio est lib. 32. Eius verticem **LACMONIA**, λακμωνία appellari, scribit Isacius, in Lycophronem. Vide **THERMOPYLÆ**.

PINDVS, Straboni Doridis regionis urbs, quam nonnulli **ACYPHANTEM**, ἀκύφας, appellant: ut idem inquit.

PINNA, πίννα, Italia urbs, in Vestinis, Ptolemao. Leander tradit eam hoc ævo Penna dici.

PINNARVS, vide **PYRAMVS**.

PINON, πίνον Ptolemao Dacia opidum dicitur; quod Philtona à Nigro nominari video.

PINTIA, duas habet Ptolemaus huius nominis urbes, in Hispania Tarraconensi unam in Callaiciis πιντία, alteram in Vaccæis πιντία. Hanc Car. Clusius Valladolid; illam Villanovanus Cheroga vocat.

PINTIA, πιντία, Sicilia urbs Ptolemao, in qua olim Pollucis templum. & hodie Ioluci vocari, dicit Cl. Aretius: Terra di Pulici, Leander. Hic multa antiquitatis monumenta ostendi, idem subiungit. Niger Pintiam hanc, Saccam appellat. **PHINTIA**, φιντία, in numis Goltzij legitur. **PHINTIENSES** habet & Plinius. **PITHINIANNVM** videtur apud Antoninum nomen habere.

PIQVENTVM, vide **PICVENTVM**.

PIRÆVS, πειραιεύς, & **PIRÆEVN**, Athenarum portus; antea **PHALERICVM** dictus, Diod. Siculo auctore. Porlion hodie vocatur, Sophiano vel significantius, Porto Ione, ut Marius Niger habet; à Leone quodam marmoreo, ibidem in litore adhuc iacente. Thevetus addit eum Turcis & Arabibus Calen, & in celis Græcis Draquo nominari. Vide **ATHENÆ**, & **AMISVS**.

PIRENE, πειρήνη, Acrocorinthi fons, Strabone auctore. CABALLINVS Fons dicitur Persio, aliisq; Poëtis.

PIRESIA, πειρία, que olim ASTERION, ἀστέρων, Stephano. Thessalia opidum.

PIROBORIDAVA, προβορίδαινα, Mysia Inferioris opidum, apud Ptolemaum. Braialano nominatur à Nigro.

PIRVUM, vide PYRI Mons.

PIRVSTÆ, πρῆσαι, Casari & Ptolemao, item Livio, Ilyridis populi sunt, versus Macedoniam. Albanesi forte hodie: ut placet Vigenereo.

PISA, vide OLYMPIA.

PISÆ, πῖσαι, Straboni, Livio, & Plinio urbs Italiae, in Tuscia. qua hodie Pisa dicitur.

PISSÆ Colonia duplici s s habet Ptolemaus: ALPHEAS PISAS vocat Virgilius, lib. 10. Aeneid.

PISAVRVS, vide ISAVRVS.

PISCENA, Plinio Gallia Narbonensis opidum. Pefenas dicitur à Ioanne Poldo.

PISIDÆ, quondam SOLYMI appellati; Plinius lib. 5. cap. 27. In Asia Minori sunt.

PISINOE, vide SIRENVSSÆ.

PISISTRATI insulas tres habet Plinius, circa Ephesum. quas nominat ANTHINÆ, MYONNESOS, & DIAREVSA.

PISTORIA, πισορία Ptolemao Tuscia mediterranea urbs. PISTORIVM Plinio dicitur. & AD PISTORES Antonino. Pistoia hodie.

PISVERTES, vide PITVLANI.

PISYE, πῖυν, & per T, PITYE, Caria urbs, Stephano. quam & PITYVSSA, πτύσσα, vocat.

PITANE, πῖταιν, Troadis opidū, Ptolemao. hoc Alex. Zardus S. Georgio nominat.

PITANVS, πῖτανος, Corsica fluvius apud Ptolemaum: Talabo forte hodie. ut ex tabula Corsica Castaldi colligo.

PITHECVSA, vide INARIME.

PITHIVM, vide DOLICHE.

PITORNIVS, qui per medium Lacum Fucinum Marforum ita decurrit, ut aque eius non misceantur stagno, inquit Vib. Sequester. Hunc fluvium à Plinio IVVENCVM dici scribit Blondus, & eum secutus Leander.

der. Sed in emendatis Plinij exemplaribus pro IVVENCVS, in vectus legitur. Sic enim lib. 2. cap. 103. Vt in Fucino lacu in vectus amnis, in Lario & c. Hoc non est scribere, sed delere, synonyma.

PITVLANI, Plinio sunt Vmbria populi, quos cognominat PISVERTES, & MERGENTINOS.

PITYE, vide PISYE.

PITYEIA, vide LAMPSACVS.

PITYODES, vide PITYVSSÆ.

PITYVSA, vide CHIOS, LAMPSACVS, MILETVS, PHASELVS, & SALAMIS. Pityusæ vocem video apud auctores per simplex s, aut duplex s s indifferenter scribi.

PITYVSSA, vide PISYE.

PITYVSSÆ, πτύσσα, insula, ab Alemanno PITYODES, πτύδες, vocantur, inquit Stephanus. Vide EBVSVS.

RIZENACI, vide SCYTHÆ.

PLACENTIA, πλακεντία. Ptolemao Italiae urbs, in Gallia Togata. Piacenza hodie vocatur.

PLACIA, Plinio Mysia Europæ opidum est. hoc PALACVM, παλακόν, Strabonis est, ut credit Stukius.

PLACOTVM, vide FORVM CONSTANTINI.

PLADÆ, vide BESADÆ.

PLAGEREVN, sive CYMBA, locus est Sicilia, apud Antoninum, inter Agrigentum, & Syracusas.

PLANASIA, πλανασία, Straboni insula est post Stoehades. Fazellus eam Sarduni vocari ait. sed Ioannes Poldus in sua Nemausensi historia, urbem intelligit, & Pont S. Esprit indigitat. Vide STOECHADES.

PLANCTÆ, Apollonio Argonautico sunt insula circa Scyllā & Charybdim. CYCLOPVN Scopuli apud Plinium fortasse sunt, vide CYANÆ.

PLANETÆ, vide CYANÆ.

PLATÆA, vide ÆDONIS.

PLATAGE, vide AMORGVS.

PLANISTVS, vide MACISTVS.

PLAVIS, vide ANASSVS.

PLEMMYRIVM, Sicilia promontorium, Virgilio & Thucydidi. Stephano simplicim, πλεμμύριον.

- πλημύριον*, scribitur. Cabo Massa Vli-
vieri, à Fazello & Aretio hodie nomina-
tur. Idem Fazellus PLEMMYRIAM
insulam describit, quam nunc S. Martiani
appellari ait. Quis veterum huius insulae
meminerit, nescio. fortè est ORTYGIA,
quam Virgilius contra Plemmyrium pro-
mōtorium ponit. & quam Pausanias lib. 5.
& in calce lib. 8. Syracusarum insulam co-
gnominat. Vide SYRACVSÆ.
- PLESTINA, vide THRASVMENVS.
- PLEVMOSII, Gallia Belgica populi, sub
Nerviis; Casari in Commentariis. Flandri
sunt, Marliano. Sed Becano sunt propriè qui
Vuernam, Honfcotam, Dixmudam, &
Iperam Flandriae Occidentalis plagam in-
habitant. H. Leodio Cortrijck tantum est,
ad Legiam fluvium opidum, in Flandria.
- PLEVRONE, *πλευρώνη*, Achaia in Aetolia
urbs, Ptolemao. MELEAGRIAM Sta-
tius vocat. sic enim ille. Fletaq; cognatis a-
vibus Meleagria Pleuron, Et præcep̃s Ca-
lydon.
- PLEVRONIA, *πλευρωνία*, & CVRETI-
CA, *κερήτις*, eadem est, inquit Strabo. Ae-
toliae tractus.
- PLINTHINE, *πληθύνη* Ptolemao Aegypti
promontorium. Turris Arabum Italis di-
citur.
- PLISTARCHIA, vide HERACLEA.
- PLOTÆ, Plinio sunt duæ insulae Maris Ionij,
ante Zacynthum versus Eurum; eadem
STROPHADES, *στροφάδες*, dicuntur; eo-
dem auctore. STROMPHIDES, *στροφί-
δες*, eas appellat Suidas, describitq; inter E-
lidem & Zacynthum. Strabo etiã duas nu-
merat Strophades, & CYPARISSIO-
RVM insulas vocat. Stivali nomine ho-
die notæ sunt, teste Sophiano.
- PLOTINOPOLIS, *πλωτινόπολις*, Thraciæ
urbs, Ptolemao; Ploudin, Nigro.
- PLVBIVM, *πλεβίων*, Sardinia insula opidum,
ut Ptolemaeus habet. Saffari hodie nomina-
ri, scribit Niger.
- PLVITALIA, *πλεϊτάλια* Ptolemao una ex
Fortunatis insulis; quam Andreas Baccius
ex Alexandro Giraldino Insula del Ferro
vocari scribit. Lanzerotta Nigro dicitur.
- PLVVIALIA apud Plinium legitur.
- PLVMBARII, vide MEDVBRICEN-
SES.
- PLVMBEA, vide MOLYBODES.
- PLVTIA, Sicilia urbs; de qua Cicero in A-
ctionibus contra Verrem; Aretius eam Plaza
vocat.
- PODAMICVS, vide ACRONIVS.
- PODOCE, *ποδοκη*, India intra Gangem urbs
& emporium, Ptolemao. Podephetan nũc
appellari, tradit Niger.
- POEANTHE, *ποάνθη*, insula est Ponti Eu-
xini, iuxta Phasidis amnis ostium, ut eam
describit Orpheus. Hanc eandem puto quam
Sizismundus Satabella vocat, in suis Com-
mentariis Moscoviticis.
- POECILE PETRA, *ποικίλη πέτρα*, Cili-
cia opidum Straboni. Paxoli nominatur à
Mercatore.
- POECILASIVM, *ποικιλάσιον*, Creta insu-
la urbs, Ptolemao. Pentalo, Mercator. Se-
lino, Niger vocat.
- POEDICVM, vide IVVAVIA.
- POEESSE, vide RHODVS.
- POEMANDRIA, vide TANAGRA, &
THEBÆ.
- POENÆ Deorum, vide APOCOPI.
- POENI, vide CARTHAGO, & BAS-
TVLI.
- POENINÆ Alpes, Tacito, Straboni & Pli-
nio; POENÆ, *ποίναι*, sunt Ptolemao. Li-
vius PENINVM appellat. Vocantur à
Leandro & Scudo Monte Maiore de S.
Bernardo, aut Gross H. Bernhartt-
berg. Leander etiam Monte di Iove ha-
bet. Lupanus Mon Senise interpretatur.
Scudus habet quoque VALLEM POE-
NINAM, à quo auctore, nescio; nisi quod
eam in Goltzy Thesauro reperio. hanc Val
Pelinnaincolentium lingua, appellari, idem
scribit Scudus. Vide ALPES SVMMÆ,
& COTTIÆ.
- POEONÆS, vide PANNONIA.
- POEONIA, vide ARTAVNVNVM, & E-
MATHIA.
- POETOVIO, vide PETOVIO.
- POLA, vide IVLIA PIETAS, & OL-
CHINIVM.
- POLAS, vide ASTYRON.
- POLATICVS SINVS, vide FLANATICVS.

POLEMONIACVS, vide **PONTVS**.
POLEMONIVM, πλεμώνιον, Ptolemaeo
 Ponti Polemoniaci in Cappadocia opidum.
 Vatisa & Nigro dicitur.
POLENTIA, πολεντία, Ptolemaeo auctore
 Liguria urbs. duplici LL, apud Claudi-
 num & Silium legitur. Leander in Lom-
 bardia Cispadana ponit, & Palanza voca-
 ri dicit.
POLICHNION, Dionysio Byzantino: FA-
 NVM EVROPÆ BYZANTINO-
 RVM Straboni, & Polybio. Hodie Ieron
 Romelias appellant; ex eo. quia situm est
 opidum in ditione Europæ, quam vocant
 Romeliam. Est prope Byzantium. Hæc Gyl-
 lius, in suo Bosporo.
POLIEIVM, & **POLIVM**, vide **HE-**
RACLEA.
POLIS, vide **ALEXANDRIA**, & **PA-**
ROS.
POLITICEORGAS, Asia Propria regio
 apud Plinium, quæ postea **APHRODI-**
SIAS. Pintianus hoc loco legit **POLITICE**,
 & **ORGAS**; duasq; & diversas re-
 giones facit.
POLLENTIA, vide **POLENTIA**.
POLLVPICE, Antonino Liguria civitas,
 inter Vada Sabatica, & Albinganum. Fi-
 nale est Simlero. cui quoque **LOLLVPICE**
 legitur.
POLTIOBRIA, & **POLTYMBRIA**,
 vide **ÆNVM**.
POLYÆGOS, πολύαγρος Ptolemaeo & Pli-
 nio, insula maris Aegæi. Policandro So-
 phianus. Falconara Niger vocat.
POLYARRIS, vide **TAVRVS**.
POLYDEVCEA, Laconica fons, ad The-
 rapnem urbem hunc à priscis **MESSEI-**
DEM, μεσσηδέα, apud Strabonem lib. 9. vo-
 catum, sunt qui affirmant, ut inquit Pausa-
 nias, in Laconia; interprete Amaseo. Loe-
 scherus pro Polydeucea **POLLVCEV** sha-
 bet. Græcus codex non est mihi ad manus.
POLYDIPSIVM, vide **ARGOS**.
POLYMELI, vide **ORCHOMENI**.
POLYPERCON quoque regionem, quæ
BVBACENE appellatur, in ditionem
 redegit. sic Curtius lib. 8. de Alex. Magno.
 India regio est.

POLYPHENGON, vide **MYCENE**.
POLYPORVS, vide **HEPTAPORVS**.
POLYSTAPHYLON, vide **OREVM**.
POLYSTEPHANOS, vide **PRÆNES-**
TE, & **TIBVR**.
POLYTIMETVS, πολυτίμητος, Scythia
 intra Imaum fluvius, apud Ptolemaum: sed
 Sogdiana apud Q. Curtium: Amo, Nigro
 vocatur.
POMETIA, vide **SVESSA**.
POMPEIANVM, Ciceronis villa, sic dicta;
 duodecimo plus minus milliario à Neapoli di-
 stans; prope Nolam. Sallustius huius memi-
 nit in Oracione in Ciceronem. Hodie vicus
 est, nomine S. Maria Annunciata, inquit
 Blondus. Sed Amb. Leo dicit hodie Pom-
 lianum appellari. Mar. Niger verò **POM-**
PEIVM urbem, cuius Sallustius, Tacitus &
 Seneca meminere, hoc loco ponit. Straboni,
 Mela, & Xyphilino, in hoc tractu **POM-**
PEIOS urbs est. Plinius habet **POMPE-**
IANVM Municipium, lib. 2. cap. 51. An-
 omnes hæ voces, eundem locum designent,
 nec ne, mihi nondum constat.
POMPEIOPOLIS, πομπειῶν πολις, quæ &
SOLI, σόλοι, inquit Ptolemaeus, cui Cilicia
 opidum est, in Pisidia regione. **SOLOE** ha-
 bet Mela. **SOLIS** Civitas est apud Dionē,
 & Appianum. **SOLI**, Solorum, numero
 multitudinis, est etiam Cilicia civitas apud
 Livium, lib. 37. Præter hanc Pompeiopolem,
 quam Stephanus etiam σόλοι vocat, aliam
 habet Cilicia urbem quam **SOLVS**, σολῆς,
 vocat. Hoc citra synonymorum rationem
 hic addere volui, ut confusionem vocabulo-
 rum studiosis adimam. Vide **AMPSVS**,
EVPTORIA.
POMPELON, πομπηλών Ptolemaeo & Stra-
 boni Vasconū urbs, Hispania. Tarraconensis.
 Hodie Pampelona vulgo nominatur, Na-
 varre regni civitas primaria. **MARTVAM**
 etiam dictam nonnulli scribunt.
POMPONIANA, vide **STOECHADES**.
PONEROPOLIS, vide **PHILIPPOLIS**.
PONS MILVIIVS, in Tiberi, prope Romā;
 ubi Constantinus Maximus Imp. Maxen-
 tium tyrannū devicit. Hodie Ponte Molle
 vocant. Milvium nominant hunc pōtem Li-
 vius, Tacitus, Plinius de viris illustribus, Ci-
 cero ter-

sero tertia in Catilinam, & ad Atticū, Euzropius, Orofius, Aurelius Victor, in vita Maximiani Imp. De eo tamen hæc ad me doctiss. Victor Giselinus, De Molvio ponte consului manuscriptos meos, in quib. est MOLVIVS, MVLVIVS, MOBLIVS, & MOLBIVS; quæ postrema duo etsi falsa sunt, vocalem tamen O, vel V, disertè ostendunt: In nullo libro est MILVIVS. Vide Panegyricum dictum Constantini, ubi legi existimo, Et angustiis Molvi pontis exclusi, &c. Sic Giselinus.

PONS SARNIX, Germaniæ urbs; Sarburg, Divao. Antonini Itinerarium eam collocat inter Treviros & Argentoratam.

PONS SCALDIS, vide SCALDIS.

PONTES, Antonino Gallia Belgica opidum. ex quo Divaus Pontieu facit.

PONTES, Angliæ urbs, apud Antoninum. H. Lhuydus Reading eius loco poni videtur.

PONTES TESFENII, sic vocat Antoninus Vindelicorum in Germaniæ urbē; quam Simlerus Schoeflern interpretatur.

PONTIA, vide OENOTRIDES, & GÆA.

PONTICI, de iis sic Pomponius circa Pontum aliquot populi, alio alioq; sine; omnes uno nomine Pontici dicuntur.

PONTINA Palus, Plinio in Latio describitur. SATVRÆ Palus apud Virgilium esse, ex Hermolao putat Erythraus. Hodie Aufente palude vocari, scribit Leander Albertus. Vibius hanc SATVRAM, & STATVRAM vocat.

PONTVS, Asia regio Ptolemæo, quæ à Iustiano Imp. in Novellis in HELENOPONTVM, & PONTVM PLEMONIACVM dividitur. quas tamen ipse iussu in unam contrahit, atque ab omnibus HELENOPONTVM nuncupari, indicans pulchrius regionibus indere nomina Christianorum regum, quàm Polemi, quod bellum ac tumultum designat. Constantinus enim Imp. alteram à sua matris nomine Helena antea sic vocaverat. Vide BITHYNIA, CAPPADOCIA, & SARONICVS.

PONTVS CAPPADOCICVS, Ptolemæo est pars Cappadociæ, versus Colchidem. Arrianus in Periplo Euxini, vocat eam THI-

ANNICVM, Θρακιανῶν, cū scribit, Ophim fluvium Thiannicum regionem, à Colchide dividere.

PONTVS EUXINVS, πόντος ἠὲ εὐξείνου, quondam AXENVVS, id est, inhospitalis, Plinio. MARE GIMMERIVM vocat Herodotus, & Orofius. CAVCASEVM Apollonius, lib. 4. Mare PONTICVM nominat Plutarchus, in vita Pompeij, & Eumenidis. Ptolemæus etiam & Iordanes hoc nomine illud novere. Herodotus MARE BOREALE, & lib. 4. illud εὐξείνου, id est maximè spectatu dignum cognominat. Italis hodie Mar Maiore dicitur. Turci Maurothalassa, id est, Mare Nigrum appellant, ait Bellonius. Maurum à Grecis nautis nominari, tradit Marius Niger.

POPVLONIA Mele, POPVLONIVM Plinio, POPLONIVM, πηλοπόντιον Ptolemæo & Stephano. Urbs Tusciæ olim maritima. Hodie radicitus eversa est, neque ab hominibus habitatur. Eius verò promontorium, cuius Strabo & Ptolemæus meminere, Porto Baratto; & eius portum, Porto Ferrato hodie dici, tradit Leander Albertus.

PORATA, πορῆτα, vocatur à Scythis fluvius quidam, qui à Grecis PYRETON, πορῆτον, dicitur. Magnus fluvius est, ad Aurotam fluens, cum Istri aqua communicat. Hæc Herodotus, in Melpomene. Prut etiamnum hodie dici, putat Peuceus. Vide HIERASVS.

PORCIFERA, Plinio Liguria fluvius, Porzevera hodie dictus: ut Leander tradit.

PORPHYREVM, πορφυρεὸν, Polybio lib. 5. & Stephano Phœniciæ urbs. Eandem videtur Blondus etiam CAIPHAM nominare, urbs maritima, ad Carmeli montis radices sita. Hanc Caypham putat Postellus novam esse urbem, aut saltè antiquis ignoram; nisi sit Aca, quæ & Ptolemæo.

PORPHYRIS, & PORPHYRVSA, vide CHYTERA, & NISYRIS.

PORSVLIS, vide ABDERA.

PORTA AVGVSTA, vide AVGVSTANOVA.

PORTHMOS, vide FRETVM.

- PORTOSPANA**, πορτοσπάννα, *Carmania* urbs Ptolemaeo: **ORTOSPANA** Ammiano est.
- PORTVENSIS** Via, quæ ab Urbe ad Ostiã ducebat, s. FELICIS Martyris nuncupari, scribit Aethicus.
- PORTVNATA**, insula est Illyrici maris, apud Plinium. Hermolaus scribit hanc à Merula Viglia, seu Vegia interpretari. Vide eum in Castigationibus Pliniani.
- PORTVS ANNIBALIS**, Pomponio Lusitanie urbs. Albor, Taraphæ.
- PORTVS HERCVLIS**, Ptolemaeo Liguria urbs. Villa franca Leandro dicitur. Vide **PORTVS MONOECI**.
- PORTVS MAGNVS**, Mauritania Casariensis, apud Ptolemaum. Marzachibir, vocat eum Mercator. **MAGNVS PORTVS**, quem **SARDAM**, σάρδα, appellant, inquit Strabo.
- PORTVS MAGNVS**, μέγας λιμὴν, Albionis insula, Ptolemaeo. Humfredus interpretatur **Portsmouth**. Angliæ maritimum opidum.
- PORTVS MAVRITIVS**, vulgari Latino dicitur Liguria opidum, in littore maris quod Porto Moriso vocant, teste Leandro.
- PORTVS MENESTHEI**, vide **MENESTHEI**.
- PORTVS MONOECI**, μονοίης λιμὴν, Straboni & Ptolemaeo Liguria opidum est. Stephano etiam, μόνουκϑ, est. Monaco, Blondo & Leandro dicitur. Præter Ptolemaum, nemo quod sciam veterum geographorum, ex portu Herculis, & Portu Monæci, Liguria urbes duas facit. Tacitus enim & Plinius hoc loco Portus Herculis Monæci meminere. Strabo Portus Monæci, sed statim subdit Herculis Monæci ibi templum esse. Ex quo facile subdubitarim, utrumq; Ptolemæi vocabulum, unum, & eiusdem loci esse; eundemq; Ammianum lib. 15. Arcem & Portum Monæci vocare. Video etiam apud Blondum & Leandrum hæc admodum confusè tractari.
- PORTVS NAVONIVS**, vide **PHILONIVS**.
- PORTVS ROMATIVS**, apud Plinium Fori Iulij opidum est. Leandro Porto Gruaro nominatur.

- PORTVS VENERIS**. Vide **APHRODISIVM**. sic enim ferè interpretatur.
- PORTVS VLYSSIS**, vide **VLYSSIS**.
- PORVS**, vide **SARONICVS**.
- POSIDIVM**, Ptolemaeo Bithyniæ promontorium; nisi mentiatur Thevetus, hodie Cabo Fagona vocatur.
- POSIDIVM**, ποσειδέιον, Strabonis ad intimum recessum Sinus Arabici, ponit Zieglerus hodie ibi urbē esse Zues, sive Quez nomine, addit. Emporium quò solebāt merces Asiaticas exponere: ut inde per Cayrum & Alexandriam, Venetias perferri possent.
- POSIDIVM**, Promontorium Phthiotidis regionis Macedonia, Ptolemaeo. Selassis Theveto est.
- POSIDONIA**, vide **ATTICA**, **PÆSTVM**, **TROEZEN**, & **RHEGIVM Iulij**.
- POSIDONIVM**, ποσειδώνιον, Strabo, ποσειδωνία, habet Stephanus. Prope Rhegium est, ex aduerso Peloro Sicilia Promontorio. Strabo videtur hoc Posidonium etiam **COLUMNAM REGIAM** vocare. de qua suo loco. Vide **SESTVS**.
- POSONIVM**, vide **FLEXVM**.
- POSTROPÆA**, locus Calabria, cuius meminit Stephanus Byzantius; ut habet Gab. Barrius: qui urbem Tropea hodie dictam, interpretatur.
- POTAMIA**, vide **ÆGYPTVS**.
- POTANA**, vide **PATALA**.
- POTENTIA**, ποτεντία, Lucanorum opidum mediterraneum, Ptolemaeo. Potēza Leandro. Vide **CARREA**.
- POTIDÆA**, vide **CASSANDRIA**.
- POTIOLI**, vide **PTTEOLI**.
- POTNIÆ**, Magnesiæ urbs, Plinio. Stephanus scribit ποτνιας, aliquibus **HYPOTHECÆ**, ὑποθηκαι, vocari.
- PRÆDIVM MISSALE**, vide **SEXTVM PHILIPPI**.
- PRÆDONES**, vide **BESSI**.
- PRÆFECTVRA Mesopotamiæ**, vide **OSRHOENI**.
- PRÆNESTE**, Latij mediterranea urbs. Straboni πρηνεςϑ, quam **POLYSTEPHANOS**, πολυστέφανϑ, olim dictã scribit. **STEPHANEN** vocatam, etiã tradit Plinius,

Plinius. *Πραινεσόν*, habet Ptolemaeus. Leād. Albertus dicit hodie Pilastrina nominari. Prænestinos NUCVLAS esse dictos, tradit Festus.

PRÆNESTINA Porta, vide ÆSQUILINA.

PRÆPENISSVS, *πραιπένισος*, Phrygia Maioris urbs est, Ptolemao. Sed **PRÆPENESVS**, *πραιπένισος*, scribit Tzetza; qui tamē hoc loco ipsum Ptolemaum enarrare profitetur.

PRÆPESINTHVS, insula una ex Cycladibus, apud Plinium. Hæc hodie Arzentara dicitur, Nigro teste.

PRÆSAMARCI, vide **CELTICI**.

PRÆTORIVM, *πραιτώριον*, Pannonia Superioris urbs, ut legitur apud Ptolemaum. Simlerus putat ab Antonino **PRÆTORIVM LATVM VICORVM** dici; & hodie Pridanich nominari, auctore Moletio.

PRÆTORIVM, Antonino Angliæ opidum est. Talbotus in suo *Cōmentariolo* in hoc Antonini Itinerarium Britannicum nescit an Westchestre vel Coventre hodie referat.

PRÆVALIS, **PRÆVALITANA**, vide **MACEDONIA**.

PRASIA, & **PRASSIA**, vide **BRASSIÆ**.

PRASII, vide **MANDRALÆ**.

PRASSVM, *πρασόν*, simplicis, scribunt Ptolemaeus & Stephanus; apud quos est Æthiopia Interioris promontorium. Barrosus Mosambique interpretatur.

PRATITÆ, qui & **PAREDONI** appellati populi circa Hyrcanum Mare, ad Portas Caspias. Plinius.

PREBELIS, vide **TAVRESIVM**.

PRECIANI, Aquitaniae populi, versus Hispaniam, sunt apud Casarem. Bear hodie, aut Baionne, aliis placet Precins; ut Vigenereus habet in suis Annotationib. in Casarem.

PREPENESVS, vide **PRÆPENISSVS**.

PRENVSSVM, vide **ATHENÆVM**.

PRETANICA, vide **BRITANNICÆ**.

PRIAPVS, *πραιάπτος*, Straboni est Asia Minoris opidum. Laspi hodie vocari, scribit Niger.

PRIENE, *πριένη*, Ionia civitas: quæ hodie Palathia vocatur, auctore Mar. Nigro. Quibusdam **CADME**, *κάδμω*, dicitur, inquit Strabo.

PRILLE, Plinius Tusciae fluvium habet: Antoninus **APRILIS** Tusciae lacum, describit ad Mare Mediterraneum. Leander Fangoza palude vocat. Lago d'Orbitello Fl. **Blondo**, & **Nigro** dicitur; sed malè: cum Orbitello opidū, a quo denominari videtur, nō ad hunc lacum situm sit; sed ad aliū, prope **Mōtem Argentariū**: qui Lacus Marinus, *λιμνοθάλασσα*, à Strabone nominatur. Miror hoc à **Blondo** viro doctissimo, & in Italia describenda diligentissimo, non animadversum Lago di Castiglione hodie appellari ex Tabula Tuscana Hieronymi Bellarmati, luce clarius est.

PRIMA IUSTINIANA, dicta fuit urbs: quædam Illyrica, ab Iustiano Imp. quæ prius **ACHRYDVS** vocabatur. Niceph. Calistus, lib. 17. cap. 28. Vide **TAVRESIVM**.

PRISTHLABA, vide **OGYGIA**.

PRIVERNVNVM, *πριεριννον* Ptolemao Latij urbs: Piperno Leand. Alberto.

PRIVM, *πρίον*, Arabiae Felicis fluvius, apud Ptolemaum: **Prim** in recentioribus Tabulis vocatur.

PROBALINTHOS, vide **TETRAPOLLIS**.

PROCERASTIS, vide **CHALCEDON**.

PROCHONE, vide **PROCONNESVS**.

PROCLIDÆ, *προκλείδαι*, Laconum familia; quæ postea **EVRYTIONIDÆ**, *εὐρυτιωνίδαι*, ut Plutarchus in Lycurgi vita; vel **EVRYPONTIDÆ**, *εὐρυπώντιδαι*, ut Pausanias refert, dicti fuere.

PROCONNESVS, Propontidis insula est, ante Cyzicum, Plinio. *προκόννησος*, est Ptolemao. Hæc eadem quoq; **ELAPHONNESVS**, *ελαφόννησος*, & **NEVRIS**, *νευρίς* appellata, Plinio teste. item Stephano, qui eam etiam **ALONE**, *αλώνη*, & **PROCHONE**, *προχώνη*, nominat. Hinc marmor, quod inde Cyzicenum dicitur. & fortasse inde hodie adhuc Marmora nuncupatur. sic enim dici, scribit Bellonius, & ante eum Curopalates, Græcus auctor.

- PROECONNESVS**, vide **PROCONNESVS**.
- PROPHIASIA**, vide **PHRADA**.
- PROPONTIS**, *προποντις*, Sinus maris est inter Aegaeum pelagus, & Pontū Euxinum: per q̄ duas angustias (sive freta) Hellestoni nempe & Bospori, inter Thraciam & Bithyniam immissum. **BEBRYCIUM** Mare appellat Ioannes Tzetza, in *Varia historia*. fortè quod Bebryciam (que Bithynia est) alluat. Itali hodie Mar di Marmora vocant, ab eius insula, ni fallor, sic dicta.
- PROSCHIVM**, vide **PYLENE**.
- PROSELENI**, vide **ARCADIA**.
- PROSOPIS**, & **PROSOPITIS**, vide **NATHO**.
- PROTA**, *προτα*, huius meminit Stephanus. Insula est Bospori Thracij, quam P. Gyllius scribit hodie à Grecis **PROU** nominari. **PROTEN** eam etiam Diaconus vocat.
- PROTE**, *προτη* Ptolemao & Plinio, Ionij maris insula, è regione Messenia. quā **PRUDO** à nautis dici, refert M. Niger: cui etiam **SPHAGIA** Strabonis videtur. Ptolemao tamen **Sphagia** & **Prote**, due sunt insulae. Vide **STOECHADES**.
- PROTE IVSTINIANÆ**, vide **TAVRESIVM**.
- PROIROPi**, vide **ABELLINATES**.
- PRUSA**, *προσα*, Plinio & Ptolemao Bithynia urbs, ad Olympum montem sita. (alia namque est eodem ad Hippium fluvium.) Bellonius scribit hodie Bource vocari. **ZELLIAM** olim appellatam tradit Mar. Niger. hoc nescio: à Ziate Bithynorum rege conditam, scio: idq̄ ex Stephano.
- PRUSA** Straboni, quae **PRUSIAS** Ptolemao, Bithynia urbs, in ora Propontidis, **CIVS**, *κεις*, olim vocata, ut idem Strabo dicit, & cum eo Stephanus. *κίος*, habet Dionysius, & eius cōmentator Eustathius. Hanc Grecis Chersasia, & Turcis Cheris dici, à cerasorum copia, scribit Thevetus. Est etiam tertia Prusa Ptolemao, in eadem regione, ad Hippium flumen. Plinio ad Hippium montem describitur. Vide **DASCYLEVM**.
- PRYDAIN**, vide **BRITANNICÆ**.
- PSACVM**, *ψακον*, Creta insule promonto-

- rium Ptolemao. Spata Nigro dicitur.
- PSAMMITE**, vide **HECATES**.
- PSILLIS**, *ψιλίς* Ptolemao & Plinio Bithynia fluvius est. qui Fenelia Pireto vocatur. **Psilis simplicis** L. habet Stephanus.
- PSILTVCIS**, *ψιλτικίς*, India insula: quae & **SCILLVSTIS**, *σκιλύστις*, vocatur. Plutarchus in vita Alexandri Mag. **CILTIVTAM**, *κιλύτη*, appellat Arrianus. **Q.** Curtius eam non nominat: quadringentis verò stadiis ab Indi fluminis ostiis in mare remotam scribit.
- PSILVM**, *ψιλόν*, Danubij ostium, apud Arrianum in *Periplo maris Euxini*: hoc, ut annotavit Stuckius, erit **SPIKEOSTOMA**, vel **STENOSTHEMA** Plinij & Ammiani; quod haec ceteris minora sunt. ideoq̄ fortè alterutrum, *ψιλόν*, id est exile ab Arriano vocatur.
- PSOPHIS**, & **PSOPHTIS**, vide **ERYMANTHVS**.
- PSYCHIA**, vide **AMORGVS**.
- PSYCHIVM**, *ψυχιον* Ptolemao est Creta insule opidum: quod à Ger. Mercatore Sichino, & à Nigro **Priotiza** interpretari video.
- PSYLLIVM**, *ψύλλιον*, Bithynia urbs Ptolemao: **PSYLLA** Arriano est. Stuckius dicit Picello vocari.
- PSYRA**, *ψύρα*, Straboni insula sublimis Ciorum. *Suidas* vilem insululam dicit. **Psara** hodie vocatur.
- PTELEA**, vide **EPHESVS**.
- PTELEON**, vide **HELOS**.
- PTEROTON STRAPEDON**, vide **ALATA CASTRA**.
- PTIMYRIS**, vide **DELTA**.
- PTOLEMAIS**, *πτολεμαίς*, Aethiopia urbs, ad Sinum Arabicum. **EPITHERAS** à Plinio cognominatur. **THERON**, *θηρων*, cognominat Ptolemaeus, & Arrianus, in suo *Periplo*. Simlerus putat ab Antonino **PEME** dici. **Suachem** fortè hodie. An haec **SVACHE** sit apud Plinium adhuc delibero.
- PTOLEMAIS**, Pentapoleos Libya regionis urbs: quae etiam **BARCE**, *βάρχειν*, antea vocabatur. Strabo. Ptolemeta novo nomine eam appellat Olivarius.

- P**TOLEMAIS, qua olim ACE, ἀκκ, Strabone teste, Phœnicia urbs. Plinio quoque COLONIA CLAVDII dicitur. Postellus dubitat an hodie Caypha vocetur. Mercator Acon appellat. Nonnulli Acce habent. Akadin videtur eam Beniamin nominare. Vide PORPHYREVM.
- P**TYCHIA, πτυχία Ptolemæo Corcyra insula opidum. Palopoli, à Mario Nigro dicitur.
- P**VCIIVM, Castellum in Carnis, Plinio. Profecho hodie vocatur. In Foro Iulio situm est. Hinc vina à Plinio tantopere laudata, Pucina vocata; qua nunc à Germanis Heinfall appellantur.
- P**VLCHER Portus, vide ACHÆORVM.
- P**VLCHRVN Promontorium in Africa, Livio: CALON ACROTERRIVM, καλὸν ἀκρωτήριον, Polybius vocat. Carthagini adiacet, versus Aquilonem. Neque hoc sit synonymon; idem enim significat.
- P**VLENDENA, & PVLVDENA, vide PHILIPPOPOLIS.
- P**VLLARIÆ, sunt Plinio insula iuxta Istorum agrum. Blondus CAPRARIAM dictam scribit; in eaq; Iustinopolim conditam, à Iustino Imp. tradit.
- P**VMENTVM, πύμεντον, Straboni lib. 6. Lucanorum mediterraneū opidum est: Barrius hoc in Calabria describit, & dicit hodie Gerentio vocari. Xylander in suo Strabone hoc Pumentum, tanquam spurium rejicit: pro eoque Grumentum reponit; an iure, alij viderint.
- P**VMILI, vide PYGMÆI.
- P**VTEOLI, Campania Felicis urbs, Plinio & aliis. Puzzole hodie. POTIOLI, ποτίολοι, habet Stephanus. Antea DICÆARCHIAM, δικάρχεια, appellatam, scribunt Strabo, Pausanias, & Stephanus; qui eam quoque DICÆAM, δικάια, vocat. DICARCHIA apud Silium lego. DELOS MINOR etiam dicta fuit, ut tradit Festus.
- P**YDA, πύδα, Macedonia urbs, Stephano quam quoq; CYDNAM, κύδνα, vocat.
- P**YDARA, vide ATHYRAS.
- P**YDNA, πύδνα Ptolemæo Macedonia urbs;

- quam Nardus Platan, Thevetus Veria, Sophianus Chitro vocat. CITRON etiam nominat Strabonis Epitome. Fortè eadem cum PYDA.
- P**YGMÆI, πυγμαῖοι, genus hominum est minutum, ut Mela vocat. aut, ut Plinius & Strabo eos describunt, trium spatium statura: cum gruibus prælio certantes. Non longiores quam duos pedes esse & quadrantem, ait Gellius. Homerus & Pomponius eos in Aethiopia describunt. Plinius in Aethiopia circa Nili paludes, India, Caria; & Thracia: ubi eos CATIZOS vocari ait. Stadius lib. 1. Silvarum PYMILOS proprio nomine appellat. Ego eos cum cæteris antiquorum monstrorum hominum fabulis explodere ausim: nisi recentiores quidam nostra ætate eos adhuc in partibus Septentrionalibus inveniri, scriberent: inter quos Olaus Magnus est, qui eos Scetelinger (quasi unius passus dicas) vulgò nuncupari tradit. Scetere enim passum, Ainge longitudinem significat. Fides sit apud eundem.
- P**YLÆ, vide THERMOPYLÆ.
- P**YLÆGETHICÆ, veteribus dictus locus in Transsylvania, quem hodie Hungari Vascapu, Germani Epsuthoz appellant. Auctor Sambucus, in scedula quam Transsylvania sua tabula adiecit. Epsuthoz, portam ferream significat.
- P**YLÆA, vide ASTYPALÆA.
- P**YLÆEMENIA, vide PAPHLAGONIA.
- P**YLENEN, πάλιν, Actolia urbem, mutato nomine, PROSCHIVM, προσχίον, dixerunt. Strabo.
- P**YLVS, πύλοϛ, Messenia regionis, in Peloponneso urbs, Ptolemæo. Sed tres sunt huius nominis urbes, in ipsa Peloponneso, ut Strabo docet. Duas ad mare, quarum unam, in Elide regione, ad Scollin montem, alteram in Messenia, apud Coryphasium: tertiam in Arcadia sitam tradit. & singuli harum incolæ, Emathoentem dictam, patriam q; Nestoris esse, demonstrare conantur. Ipse autem Strabo docet Nestoris esse in Arcadia atque hanc LEPREATIVM, TRIPHYLIAIVM, & ARCADIVM cognominat. & EMATHOENTEM ab Homero

Homero nominari ostendit. Messeniaca ab Homero NELEA dicitur, Pausania teste. Eadem in Latinis Ptolemai geographiis ABARMVS vocatur. male ni fallor, pro ABARINVS, ἀβαρίν, sic enim Gemistus, & post eum, Sophianus habet. Stephanus hanc Pylum quoque CORYPHASIVM appellat. Coryphasium tamen & Pylus, duo sunt loca, invicem vicina: auctoribus Strabone, Ptolemaeo, & Pausania. Pylus Messeniaca, à Sophiano, ABARINVS, & Navarrino, novo nomine vocatur. Niger eam Zonichia nominat. Sed hoc minime reticendum duxi, quod apud Gemistum, Abarinus synonymon videtur Sela fluminis, eiusdem tractus. Sed vitio librariorum transpositum suspicor.

PYRA, vide PHRYGIA.

PYRAMIDES, πυραμίδες, in Aegypto, inter septem mundi miracula numerata, à Plinio, Herodoto & aliis luculenter descripta: Pharaoni Aegyptiis vulgo dici, scribit Bellonius. Granaria Iosephi, Europae dicuntur.

PYRAMVS, πύργον, Ciliciae fluvius Plinio. Olim fuit LEUCOSYRVS, λευκόσυρος, dictus, testis Stephanus. Malmistra hodie vocari scribit Niger. Pyramus à Polyb. lib. II. PYRVVS, πύρ, & à Plutarcho in Vita Alexandri PINDARVS, πινδαρος, dicitur: Theophrasto PINNARVS, πίνναρος, est.

PYRASVS, vide DEMETRIAS.

PYRENE, vide PYRENÆVS.

PYRENÆA VENVS, vide APHRODISIVM.

PYRENÆVS, πύρηννα Ptolemaeo & ceteris mons qui Hispaniam à Gallis dividit. Stephanus, πύρην, legit. Silius Italicus lib. 3. PYRENE. Ab Aemilio Probo nuncupatur SALTVS PYRENÆVS. Et si hodie varii, pro ratione locorum sortiatur nomina: Hispani tamen vulgò Los Pireneos vocant. Olivarius autem dicit in universum sic vocari: at partes montium particularia habere nomina. ad Templum Veneris enim appellari Pujigorda, dein Montes de Iacque, Roncevalles, iuxta Navarra regnū, demum Mons S. Adriani. Vide RHIPAI.

PYRENÆVS, mons Germania; huius meminuit, ut Beatus Rhenanus testatur, Plinius Cacilius, in Panegyrico. Hodie Wrenner Germanis vocatur.

PYRETON, vide PORATA.

PYRGI, πύργοι, Straboni & Plinio. Virgilius eos Veteres cognovit. Tuscia urbs est. S. Marinello hodie appellari. E. Albertus colligit, ex eo quod huius loci templum, adhuc vulgò S. Maria de territorio Purgano vocant.

PYRGVS, Marmarica urbem habet Mercator, in sua Europa tabula: quam novo nomine Barda vocat. Quis veteris vocabuli meminerit mihi ignotum.

PYRIMONS, apud Ammianum, interpretatur Ioannes Heroldus Πύριμος: Germania urbem, ad Rhenum episcopatu, & Camera Imperiali (ut vulgo loquuntur) decoratam. Eandem AD PYRVM vocat. Apud Ammianum ipsum, per I Latinum, & non per Y, Gracum scribi, video.

PYRISABORA, vide BERSABORA.

PYRPILES, vide DELOS.

PYRRHA, vide ASTYPALÆA, & MELITÆENSES.

PYRRHÆA, vide THESSALIA.

PYRRHIDÆ, vide EPIRVS.

PYRSVM, vide ABDERA.

PYRVVS, vide PYRAMVS.

PYRYNE, vide PYRENÆVS.

PYSTVS, vide PHYSCVS.

PYTHIA, vide PITHO.

PYTHO, πύθω, Phocida urbs, Homero Iliados B. Eustathius ab Homero PETRESSAM, πετρήςσα, appellatam scribit, ut Gerbelius annotavit in suis doctissimis Declarationibus, quas in Sophiani Graciam elaboravit. In quibus hac quæ sequuntur adiungit. Propemodum omnes auctores, maxime poetarum interpretes, PYTHONEM eandem cum DELPHIS faciunt: atq; eius rei gratia Delphos in tres partes distribuerunt: prior HYPAPE, ὑπάπη, altera MESE, μέση, tertia NAPE, νάπη, dicta sit, PYTHO scilicet nominata. Idem Gerbelius addit ex Homeri Scholiaste, Pythonem prius PARNASIA NAPE, deinde PYTHONEM, postea DELPHOS appellatam.

pellatam. Apud Pausaniam ego lego Delphos à finitimis Pytho nuncupari. PYTHIA, πύθια Ptolemai est.

PYTHOPOLIS, vide ANTIOCHIA, & NYSSA.

PYTNA, vide HIERAPYTNA.

PYXIRATVS, vide EUPHRATES.

PYXVS, vide BVXENTVM.

Q

QVADI, κσάδοι, Germania populi Ptolemaeo, Tacito, & alius. Hos ipsos Aultriacos, vulgo *Gessenreich* putat quidam. Sletier indigitat eos Dubravius. Aventinus *Marchfelders* (Austria tractus populos) vocat. QVADI quondam HELVETII dicti sunt, inquit Eutropius.

QVADRATA, Antonino Germania opidum: quod Wolfg. Lazius *Reunkirchen* vocat, Austria urbem. Quadrata meminit etiam Liber Notitiarum.

QVADRVRBS, vide ATHENÆ.

QVARI, vide CAVÆ.

QVERQVETVLAVS, vide COELIVS.

QVINQVECCLESIAE, vide TEVTOBURGV M.

QVINTANÆ, sunt in Itinerario Antonini. Opidum quondam ad Danubium fuisse, ait Aventinus, quod in pagum evanuit & *Kijntzen* vocatur. QVINTANORVM Coloniam Aventinus appellat. Eius meminit vetus lapis, Onuphrio teste.

QVIRINALIS Mons, Urbis Romæ. AGONVS dicitur, Festo Pompeio. Monte Caballo, hodie: à marmoreis caballis, ibidem extantibus.

QVIRINALIS Porta, vide COLLINA.

QVIRITES, vide ROMANI.

QVIZA XENITANA Plinio, BVIZA, βείζα Ptolemaeo, Mauritania Casariensis urbs maritima. Orano hodie est, Villanovano in suo Ptolemaeo; & Olivario in suo Pomponio, testibus.

R.

RABBA, vide PHILADELPHIA.

RABENNA, vide RAVENNA.

RACASTA, vide ALEXANDRIA.

RAEMSES, vide RAMESSES, & AVARIS.

RÆTI, vide RHÆTI.

RÆTIARIA, ῥατιαρία, Mysia superioris opidum, Ptolemaeo; Nicopoli à Nigro vocatur.

RAGA, vide RAGEIA, & RATAS.

RAGEIA, ῥάγεια, Straboni Media opidum, à Nicanore conditum: quam ipse EVROPVM, ἑυρωπὸς, nominavit; & Parthi ARSACIAM, ἀρσακία, appellant. Stephanus illud RAGA vocat. Ex hystria opida facit Ptolemaeus. quod monuit ante me, vir diligens Hermolaus.

RAGES, vide BAMBYCA.

RAHABOTH, vide NINIVE.

RAME, Antonino Italia opidum, in Alpibus. Porta rosans, Simlero.

RAMESSES, vel RAGMESSES, ut apud Beniaminum Tudelēsem legitur: quam Ghizkaal le Ghein al Zzemezz appellat: Diruta urbis ruinas ibi conspici idem scribit. In Aegypto civitas fuit. Ramessem BVSIRIS apud profanos scriptores dici, indicat Becanus.

RAPHANE, vide APAMIA.

RAPHIDIM, vide RHAPHIA.

RAPTVM Promontorium, ῥάπτων, Ptolemaeo Aethiopiae sub Aegypto. Stephano RAPTRA, ῥάπτρα, & metropolim Barbaria vocat. Magale interpretatur à Gerardo Mercatore, in sua Universali Tabula.

RARASSA, India intra Gungem urbs, apud Ptolemaum. hanc Castaldus ait Raracang appellari. Hoc loco in Graecis codicibus legitur CRAGAVSA, κρηγαύσα.

RASCIA,, vide DARDANIA.

RASENA, & RAZENVA, vide TVSCIA.

RATAS Antonino, RAGA, ῥάγην, Ptolemaeo est, Coritavorum urbs in Britannia, Civitas aliqua vetusta fuit circa Gutlandt, aut circa Ratiford, ut refert Talbotus.

RATIASTVM, ῥατιαστον, Ptolemaeo Linnicorum urbs, in Gallia Aquitania. Limoges, Villanovano. LEMOVICVM Casari est.

RATISBONA, vide AVGVSTA Tiberij.

- RAVCVS**, vide **DIANÆ Templum**.
RAVDI Campi, apud Velleium Paterculū, lib. 2. sunt. **CAVDIUM** Campum vocat Florus; eumq; in Venetia ponit; ibidemque **CLX.** milia Teutonum à C. Mario trucidata scribit. Caudia hodie, non longè à Pado, in Laemellini opidi tractu; ut Castillonius refert.
RAVENNA, urbs Italiae, in Boiis, Plinio auctore. **RABENNÆ**, ῥαβεννα Ptolemaeo. Stephanus ῥαβεννα, legit. idem dicit eam ab Hermippo quoque **RVENNAM**, ῥεβεννα, appellari. Zosimus eam **RHENE** vocatam scribit, quod aquae eam ab omni parte circumfluant. Aliquibus **NAVENNAM** dicit, à navibus, scribit H. Rubeus, in sua Ravennatium historia. Halucinetur Iornandes in sua Gothica historia, qui eam trinominem facit. Ravennam enim, Classem, & Caesaream (de quibus suis locis) vocari tradit, ex tribus vicinis unicam faciens. haec enim potius eius suburbia fuere.
RAVRICI, ῥαυροί, Ptolemaeo & Plinio, populi circa Rhenum sunt. **RAVRACI** per A, in media, apud Caesarem legitur. Bassi sunt Scudo, id est, Basiliensis territorij incole.
REATE, ῥεάτη, Umbriae in Sabinis opidum, Straboni. **REATINOS** appellat Plinius. Riete hodie vocari scribit Leander.
REATINVS Ager, Plinio. Campo pendente, dicitur ab And. Baccio.
REATIVM, ῥεάτιον, Italiae civitas Stephano: Meilurga indigitatur à Barrio, & in Calabria describitur.
REBLATA, vide **ANTIOCHIA**.
REDINTVINVM, ῥεδιντῆϊνον, Germaniae urbs, Ptolemaeo: quam Lazius Tein, Bohemia dicit.
REGETAM opidum trigesimo quinto ab Urbe lapide distantem, habet Blondus lib. 4. Decadis 1. quod nunc Ruglate vocari ait.
REGILLVS Lacus, Plinio in Latio est, in agro Tusculano, ut scribit Livius, lib. 2. Hodie Lago de S. Prassode dicit, tradit Leander. S. Severa Nardus. Regillum opidum Sabinorum quoque est, Halicarnassol. lib. 5. ut vertit Gelenius, in codice Græco à Rob. Stephano pro eo ῥεγίτων, legitur.

- REGIVM**, vide **RHEGIUM**, & **AVGVSTA Tiberij**.
REGNI, ῥηγνοι, Angliæ populi, quorum meminit Ptolemaeus. Hi olim habitabant ubi nunc Sudozhep, ut Lelandus testatur. Surrey alij pronunciant.
REMONIVM, ῥεμωνιον, locus munitus, in Aventino monte; qui à Remo Urbi destinabatur. Nunc **RIGNARIUM**, ῥιγναριον, dicitur, inquit Plutarchus in Romuli vita.
ROMORIA, ῥωμορία, apud Halicarnassense est. **REMRIVM** habet Cicero Philipp. 6. etsi quidam **SEMRIVM** ibi legant. Vide **ROMVLEA**.
RESEM, civitas magna inter Niniven & Kalah. Gen. cap. 10. Gehiagan dicitur, Beniamino auctore. Vide **NINIVE**.
RETROGRADVS, vide **MÆANDER**.
REVDIGNI, & **AVIONES**, Germaniae populi, apud Tacitum. Hos ex Rhenano scribit Althamerus Hollaros, vel Pomeros esse. Reudignos Taciti, eosdem facit cum **RVICLIIS**, ῥετικλεισι Ptolemaei: eosq; Cassubienfes putat.
RHA, ῥα Ptolemaeo Sarmatiae Asiaticae maximus fluvius, in Mare Caspium se exonerat. Volgha Rhutenicè, Edel Tartaricè vocatur. Glatach ab Ismaële Abylfedea nominatur. Armeni eum Thamar appellant: ut scribit Antonius Carchinus, in manuscripto exemplari, quod Haytonis Armeni dicitur. **ATEL** vocat eum Diaconus. Videtur **THERIODES** ab Aethico nuncupari.
RHABATHMOMA, vide **AREOPOLIS**.
RHABBOTHE, vide **PHOENICE**.
RHACOLA, vide **GERANIA**.
RHACOTES, vide **ALEXANDRIA**, & **ARAPOTES**.
RHADANVSIA, vide **LVGDVNVM**.
RHÆDESTVM, vide **BISANTHE**.
RHÆTI, ῥηῆτοι, populi Cisalpini & Transalpini; apud Strabonē & Pliniū, Churwalen/ & Graupuntner Germanicè, Grisoni Rhaticè vocantur: Scudo auctore Et cum Grau & Grja Germanis idem significet quod Latinus, canus; fortè Ann. Marcellinus posuit hoc loco **CANINOS** Campos: Sicq; pro Cimini, Cani legendum esse, videtur. Graupuntner enim nil aliud exprimit, quàm

rit, quàm Cani confederati. In Rhatia ad-
huc tractus est qui hodie Abiell nomen re-
tinet.

RHÆTICA Iuga, Tacito & Plinio; Sunt
Leandro Monte Braulio: & Scudo
Wurmserloch. Montes sunt Lombardia
Transpadana. Rhetica rura, quib. maximè
delectatum Augustum Cas. scribit Suetoni-
us, sunt (ut hoc loco extra oleas, ut dicitur
ferar) ea quæ hodie à Germanis Weltley-
ner/Passauner, Traminium, & Vernacio-
lum vocantur. ut scribit Althamerus in suis,
in Taciti Germaniam, Commentariis.

RHAGMA, vide **CARMANIA**.

RHAMITHA, vide **LAODICEA**.

RHAPHIA, ῥαφία, habet Strabo, Phœnicia
urbem. eandem esse cum **RHAPHIDIM**
(de quo in Sacris) vult Becanus. **RHA-
PHEA** Plinius legit.

RHAPTVM, ῥάπτον, Africa flumen, in Bar-
baria regione, teste Ptolemao. Hoc Barroso
teste Obij vocatur, sed circa ostium Quil-
manci. Vide **RAPTVM**.

RHAVRARIIS, ῥαύραϊς, Straboni, A-
RAVRIVS, ἄραυροι & Ptolemao, Gallia
Narbonēsis fluvius qui Pomponio ARAV-
RARIIS dicitur. Hodie à Poldo Aude, &
à Clusio Erhaud vocatur.

RHAZVNDÄ, ῥαζῦνδα Ptolemao Media
opidum. Rhemen à Nigro nominatur.

RHÆ SINUS, vide **IONIVM**.

RHEBAS, ῥήβας, Dionysio Asia Minoris flu-
vius, in Troade regione est; etiam **RHOE-
SVS** dictus est, Plinio teste. Demetrius a-
pud Strabonem suo tempore **RHEESVM**,
ῥήεις, **RHOELTEM**, ῥοείτις, dictum scri-
bit. **RHEBÆVS**, ῥήβαι &, Apollonio
Rhodio est. **RHEBANVS**, ῥήβαν &, Or-
pheo Oritur in Bithynia; inter Pontum Eu-
xinum, & Propontidem in mare effluit. Ri-
bas hodie vocari, tradit P. Gyllius.

RHEDONES, Gallia populi, sunt apud Ce-
sarem; ex iis qui Armorica vocantur. Rhe-
nez, in Britannia, Orontio.

RHEGIANVM, ῥηγίαρον Ptolemao, Mæsia
Inferioris opidum quod Nigey Rosi appellat.

RHEGINI, vide **ASCHANAXI**.

RHEGIVM IVLIVM, ῥήγιον ἱεῶνον,
Ptolemao Brutiorum urbs; quam Strabo

lib. 6. à Dionysio rege solo equatam, & à
Dionysio iuniore eius partem restauratam
scribit, & **PHOEBIA**, φοιβία, dictam. **A S-
CHENAZ** olim dictam, docet ex Iosepho
Gabriel Barrius. Idem addit eam ab Antio-
cho apud Halicarnasseū **NEPTVNIA M**
sive **POSIDONIAM** appellatam. Idem
ex Catonis originibus addit incolas **TAV-
ROCINOS** à flumine præterfluente no-
minatos. Hodie Rezzo vocatur, Leandro
teste. Cum aspiratione in prima scribi, vult
Manutius, in sua Orthographia.

RHEGIVM LEPIDI, Gallie Togata
urbs. Ptolemaus **RHEGIVM LEPI-
DIVM**, ῥήγιον λεπίδιον vocat. Hodie Reg-
gio à Leandro dicitur; in Lombardia Cissa-
dana sita est Sine aspiratione in prima scri-
bendum docet in sua Orthographia Ma-
nutius.

RHEGVSCÆ, vide **RVGVSCI**.

RHENE, ῥήνη Ptolemao & Plinio Maris Ae-
gaei insula est. A Strabone **RHENEIA**,
ῥήνηια, dicitur. Stephano ῥήνεις, ῥήνεις, & ῥή-
ναϊς, scribitur. Plinius eam quoque **AR-
TEMITEM**, & **CELADVSSAM**
appellat. Hodie Phermene nominari, testis
est Nicolaus Sophianus. Scholiastes Theo-
criti, ut scribit eius interpretes Winssemus, di-
cit hanc Rheneiam & Delum eandem esse.
iunctas enim fuisse à Polycrate Samiorum
rege ait. Vide **RAVENNA**.

RHENIS, & **RHENIVS**, vide **RHENE**.

RHENVS, ῥήνω &, nobilissimus Germania
fluvius; Rhijn vulgo vocatur. Virgilius Ae-
neid. lib. 8. hunc Bicornem cognominat. Asi-
nius apud Strabonem duo ei tribuit ostia re-
prehendūq; eos qui illi plura tribuunt. In
duos amnes dividi, apud principium agri
Batavi, Tacitus etiam auctor est, qui addit
eum & nomen & violentiam cursus, donec
Oceano miscetur, servare. Idem dicit ver-
sus Gallicam ripam ab accolis Vahalim dicit
moxq; id vocabulum mutare Mosa flumine.
Mela etiam ad dextram & sinistram spar-
gi, atq; ad dextram Flevo vocari ait. In plu-
res diffluere partes, & multas insulas effice-
re, multisq; capitibus in Oceanum effluere,
scribit Caesar: & cum Mosa confluere. Tria
olim ostia habuisse, quorum unum hodie ob-
structum

structum est, pro comperto habemus. quare-
tissime à Ptolemao OCCIDENTALE,
MEDIUM, & ORIENTALE vocan-
tur. Sed & optimè videtur ea descripsisse
Plinius lib. 4. cap. 15. qui duo eius ostia à Se-
ptentrione nominat FLEVVM, & HE-
LIVM: medium verò inter hæc, nominis
sui custodire alveum dicit. Idem cum Cas-
sare & Tacito in amnem Mosam spargi tra-
dit. Medium Rheni ostium Taciti, etiam-
num nomen servat. sed hoc est quod obstru-
tum esse dicimus. Hæc ostiorum nomina, vi-
de suis locis.

RHENVS, Boiorum in Flaminia fluvius.
Hunc non ineptè Parvum Rhenum appellat
Sil. Italicus lib. 8. Parvūq; Bononia Rheni.
Bononiam enim urbem & hodie persuere,
& Reno ab accolis vocari observavimus.

RHESVS, vide RHOITES.

RHETATAVI, vide ARABIA.

RHETICO, Germania mons, inter altissi-
mos à Pomponio numeratus. Scudus Wet-
tigouwerberg appellat: In Helvetia est.

RHIGODVNUM, ῥηγόδωνον, Brigantum
urbs, Ptolemao; in Albione insula. Rippon,
Hunf. Lhuydo.

RHINOCORVRA, ῥινοκορυρα Ptolemao
Aegypti urbs est. RHINOCOLVRA,
per L. in penultima, habent Strabo & Pli-
nius. Hæc Nigro Pharamica vocatur.

RHIPÆI, ῥιπαῖα, olim dicebantur, postea
OBII, ὀβία, nunc verò ALPES; ἄλπεα,
sunt autem Gallia. Sic Athenaus lib. 6. cap.
4. Videtur Pyrenæos innuere; ex historia,
quam de argenti rivis, ex incensa sua sponte
Silva, profluentibus, addit. ῥιπαῖα, in sin-
gulari, dixit Stephanus. Vide HYPER-
BOREVS.

RHIPHATÆI, vide PAPHLAGO-
NIA.

RHISINVM, vide RHIZINVM.

RHITTIVM, ῥίτιον Ptolemao Pannonia
Inferioris opidum. Salonchemen est Ma-
rio Nigro, & Simlero. Niger dicit situm ex
adverso Tibisci, in Danubium ingressus.
Simlerus putat RITTI ab Antonino, &
RICTI in libro Notitiarum dici.

RHITYMNA, ῥιτιμνα, Creta insula urbs,
Ptol. qua Rhetima Sophiano et Bellonio est.

RHIVM, ῥίον, & ANTIRRHIVM, ἀν-
τιρρῖον Ptolemao duo Græciae promontoria,
quibus clauditur Sinus Corinthiacus. Et
Stretto delli Castelli de Lepanto inter-
pretatur à Castaldo. Videtur tamen Fretum
intermedium sic potius dici debere, quam
ipsa promontoria. RHIVM in Locrensi
regione est, & RHIVM MOLYCRIVM,
ῥολυκρίον, nominari, scribit Strabo & Ste-
phanus. DREPANVM, δρέπανον, quoq;
vocatur, Ptolemao auctore. Hoc hodie Tra-
pani appellari, & ANTHIRIVM
Galata, scribit Niger. Pinetus autem tra-
dit Anthiorium nunc Cabo Scadreri no-
men habere. Pomponio, (ne hoc lateat lecto-
rem, RHIVM hoc loco non promontorium,
sed Fretum, quod est inter hæc duo promon-
toria, vocatur. Cui etiam Livius suffraga-
tur, qui dicit hoc fretum eo nomine ab incolis
indigitari. Ego hoc Fretum suspicor hodie
Stretto di Lepanto; & Promontoria, Ca-
stelli di Lepanto nominari.

RHIVSIANA, ῥιψιαῖα, Germania urbs
Ptolemao juxta Danubium. Genzen pu-
tatur, à Villanovano.

RHIZINVM Plinio, RHISINVM, ῥίσι-
νον Ptolemao, RHIZO, ῥίζον, Polybio &
Livio dicitur. BIRSIMINVM ab An-
tonino nuncupari, credit Simlerus. Hodie
Risano vocari, scribit Niger. Catharo ait
Volaterranus: qui etiam SINVM RHI-
ZONICVM, Golfo de Catharo no-
minat.

RHIZOPHAGI, ῥιζοφάγοι, Aethiopia popu-
li; Astaboram & Astapam fluxios accolunt
Diod. Siculo. ELII, ἔλιοι, quoque vocan-
tur, Straboni lib. 16. Hi Rhizophagi apud
Indos ad Estabaram fluvium (ut vertit Pet.
Gyllius) statuuntur ab Aeliano lib. 17. Ani-
malium. In Gesneri codice Græco excuso,
ἰσαμενδόν, habetur: sed Astaboras, ἀσταβόρας,
legendum esse, patet ex Plinio, Meta, Stra-
bone, & Ptolemao, qui ad hunc Astaboram,
qui pars Nili est, hos Rhizophagos quoque
describunt. Ex hoc Aeliani loco intelligitur
Aethiops qui ad Nilum fluvium habitant,
etiam Indos vocari: atque Virgilium lib. 4.
Georgicorum non citra veterum auctorita-
tem hos quoque coloratos Indos nominasse.

RHOAS,

RHOAS, vide **LAODICEA**.
RHOBASCI, vide **SCYTHÆ**:
RHODA, apud Livium Hispania urbs est.
 Rosas, Tarapha. **RHODOPEN**, ῥοδόπη, Strabonis, & **RHODIOPOLIN**, ῥοδίπολις Ptolemai esse puto Indigetorum, in Hispania Tarraconensi urbem. Villanovanus scribit **ALBAM** Plinij esse, & hodie etiamnum Roda appellari.
RHODANVS, ῥοδανός Ptolemao & aliis, Gallia celebris fluvius, non longè à Danubij & Rheni fontibus oriens, in Mare mediterraneum se exonerat. Rhosne hodie vulgo nominatur. **ERIDANVM** eū vocat Oppianus in *Alieuticis* lib. 4. Aeschylus apud Plinium scribit in Iberia, hoc est in Hispania **ERIDANVM** fluvium esse, eundemque vocari **RHODANVS**. Vide **ERIDANVS**.
RHODANVSIA, vide **LVGDVNVM**.
RHODIA, vide **RVDIAS**; & **RHODIORVM** Colonia.
RHODIORVM COLONIA, Lycia regionis opidum, quod nunc Machri. sic Mar. Niger. Eam vult, ni fallor, quam Ptolemaeus **RHODIAM**, ῥοδία, Plinius **RHODIOPOLIM**, & App. 4. Civilium Rhodiorum Castellum appellat.
RHODOPE, ῥοδόπη, Thracia mons, Ptolemaeo; Valiza, Rithaymero. Czernaniwertti, Lazio vocatur.
RHODVNTIA, vide **THERMOPYLÆ**.
RHODVS, ῥόδος, Carpathij maris insula; Apollini olim sacra. Hodie Rodo & Rodos etiamnum dicitur. Hæc prius **OPHIVSA**, ὀφίστη, & **STADIA**, σταδία, postea **TELCHINIS**, ταρχινίς, dicta fuit, Strabone auctore. Item, ut Plinius tradit, **ÆTHRÆA**, ἄθρα, Stephano, **TRINACRIA**, **CORYMBIA**, **POEISSA**, & **ATABYRIA**, à monte, ut puto, insula qui ἀταβύριος, dicitur. Sophianus eam quoque **CAPHYRIDA**, καφύριδον, appellat. Hebræis **DODANIM**, vel **RHODANIM**, Ar. Montano teste. In hac insula fuit Solis statua, colossi magnitudine, & inter septem mundi miracula celebrata à qua incolæ. (si Michiël Glicæ; Zonara, & Eustathio credendum sit.) **COLOSSENSIS**

dicti fuere. Alij enim scribunt Colossenses esse, qui Colossem Phrygia urbem habitant. Rhodos etiam regiuncula in Laconica est auctore Pausania. Vide **IALYSVS**.

RHODVSSA, vide **RHOSPHODVSA**.
RHOESVS, vide **RHEBAS**.
RHOETEVM, vide **SIGEV M**.
RHOT, vide **SCYTHÆ**.
RHOITES, vide **RHEBAS**.
RHOMBITES, ῥομβίτης, Sarmatia Asiatice fluvius, Ptolemao: Georg. Interianus scribit eum Copa vocari.
RHOMBVS, vide **HEBRVS**.
RHOPHEAS, vide **ALPHEVS**.
RHOSPHODVSA, Plinio insula est in Carcinite Sinu. Saline eam hodie vocari, ait Pinetus. Stephanus eā **RHODVSSAM** nominat, Pintiano auctore.
RHOSSICVS, ῥωσσικός, **SCOPV LV S**, Phœnicia, Isico sinui imminens: Ptolemaeo:
RHOSIORVM Montes Plinio: **CORYPHÆVS** à Polybio lib. 5. videtur nominari; ubi Seleuciam huic scopulo adiacentem describit, quam præter ceterorum geographorum morem Cilicia attribuit. Rhossicus Cabo Ganzir hodie dici, apud Nigrum legitur.
RHOSCYNVS, vide **RVSCINO**.
RHOTANVM, ῥοτανόν, Corsica insula fluvius apud Ptolemaum. Tavignani, Leandro auctore vocatur cui ego fidem facio, ex tabulis.
RHOTOMAGVS, ῥωτόμαγος & Ptolemaeo Gallie Lugdunensis urbs, in Veneliocasis. Roven, ad Sequanam fluvium.
RHV CANTII, ῥυκάντιοι, Straboni populi in Helvetiis; ubi hodie Prettigow, & Aspermont, ut Scudus scribit.
RHVNICATÆ, vide **THVNICATES**.
RHVSPINA, ῥυσπίνα, Africa Propria urbs, apud Ptolemaum, in littore maris. Calvetus subdubitatum Africa sit, à Carolo V. expugnata.
RHVSVNCORÆ, ῥυσυκόρα Ptolemaeo est Mauritania Cesariensis civitas quæ **RVSCVRIV M** fort. ff. Plinij.
RHV TANI, ῥυτανοί Ptolemaeo, **RVTHENTI** Cesari, Gallie populi, sunt qui hodie Rovergne regionem incolunt, ut ait Bolosora.

- loforestius. Rodes eius urbem, interpretatur Marlianus. Vide SEGODVNVM.
- RHYMNICI, vide SCYTHÆ.
- RHYMNVS, ῥύμνυς Ptolemæo auctore fluvius est Scythia intra Imaum. Tacit vocat eum Mercator. ROEMNVS Marcellino est.
- RHYNDACVS, ῥυνδάκων, Mysia fluvius, apud Ptolemæum. LYCVS antea dictus fuit, Plinio teste. Lartacho Nigro dicitur: Lupidi Castaldo. Sed alius est Lycus, in Mariandinis.
- RIBVARIII, vide RIPVARIII.
- RICINA, & RICNEA, vide EBVDÆ.
- RICINENSES, Plinio sunt populi in Piceno; quos hodie Recanati habitare, scribunt Blondus, & Volaterranus. HELVIAM RICINAM hanc urbem olim quoque vocatam, indicat inscriptio vetusta, quæ Macerati est. Sed malè ÆLIA, & HELIA, in nonnullis excusis libris legitur. A Pertinace enim Imp. cui Helvius prænomen fuit, Helviam, non Eliam nominari, quis tam obtusus, ut hoc non videat.
- RICTI, & RITTI, vide RHITTIVM.
- RIGIACVM, Ptolemæo Atrebatum urbs; quo loco nonnulla excusa exemplaria METACVM legunt. quod etiam monuit Divus, qui AFRAS (vel, ut Flandri pronuntiant, Atrecht) ex ea facit. In Græcis tamè Ptolemæi codicibus ORIGIACVM, ὀριγιᾶκων, habetur.
- RIGINIA, vide ERIGON.
- RIGNARIVM, vide REMONIVM.
- RIGODVLVM, de quo sic Ammianus in principio lib. 16. Per quos tractus nec civitas visitur, nec castellum: nisi quod apud Confluentes, locum ita cognominant, ubi amnis Mosella confunditur Rheno, Rigodulum opidum est. Ex hac descriptione posset quis Cobolentz indigitare, ut fecit Aveninus, & alij. Tacitus eius meminit lib. 20. ubi scribit hoc opidum montibus aut Mosella amne septum: ubi Cerialis Valentinum Belgarum ducem cepit. & idem Cerialem postero die hinc Coloniam Trevirorum ingressum scribit: ex quo Cobolentz illud non posse designare iudico, ut quæ à Confluentia quindecim milliaribus Germanicis distat. Hodie esse pagum Rigol dictum, persuasit

- loci situs, & nominis allusio: persuasionem confirmavit eiusdem loci Dominus Philippus Iacobus Hoesman: is enim, in prandio, quo nos eodem in loco suis adibus excepit, hunc pagum in authentico Dagoberti regis, Rigodulum etiamnum vocari testatus est. In eo authentico is rex donat hunc pagum cum aliis nonnullis Ecclesiæ Maximini apud Treviros, cui adhuc hodie subijcitur.
- RINVCI, vide SVNICI.
- RIOCHARVS, vide CHARISTVS.
- RIPA ALTA, Antonino Pannoniæ Inferioris urbs est, Tholna hodie. si Simlero creditur. RIPA ALTA, nunc CONRADCVZA, habet Liber Notitiarum.
- RIPAMPANE, vide PAMPANIS.
- RIPHEARMA, Arabia Felicis urbs, apud Plinium. Reama vocatur Pineto.
- RIPVARIII, vocantur à mediæ ætatis scriptoribus Latinis, Germaniæ Inferioris populi, qui tribus fluviorum ripis clauduntur, Rheni utpote, Moselle & Mosæ. RIBVARIII, per B, sunt qui scribunt. Cænalis etiam RIPARIOLOS, RIPVARIENSES, & RIPRIOS legit. Ripariolos habet Iornandes. Hi alio nomine aliquando NEVSTRII, & AVSTRASII appellantur. Althamero teste. Austrasij mihi videntur; Neustrij non item.
- ROCCEAS, vide DIANÆ Templum.
- RODA, vide NOVEM PAGI.
- RODOPA, vide THRACIA.
- ROEMNVS, vide RHYMNVS.
- ROETIVS, ῥοίτιον, mons Corsicæ insula, Ptolemæo. Cabo di muro, vocatur à Leandro: Monte di mezzo, à Pineto. Ex tabula mihi Monte rosso videtur.
- ROMÆ, ῥώμας, urbis totius Orbis primaria, sive, ut Athenæus eam vocat, Orbis compendij, synonymon non habemus. Alterum enim eius nomen dicere, arcanis cærimoniarum (ut Plinius inquit) nefas habetur. Hoc tamen ROMANESSVS fuisse, fabulatur Annius, in fabulosum Berosum. Idem ex Fab. Pictore & Varrone colligit ex quatuor locis & nominibus hanc urbem constare, atque Tetrapolim esse, ROMA videlicet, VELLIA, GERMALO, & FORO. Sed de eo alij videant. Nomen, & ut ita dicam, Numen, præ-

men, prater cetera gentium fata, & contra omnem temporis & fortuna iniuriam, haecenus retinet. Roma enim ubiq; terrarum nominatur. Etsi Festus eam primo VALENTIAM dictam, item auctore Gergithio CEPHALON appellatam scribit; hoc eius epitheton fuisse, illud eius nominis vim potius explicasse, reor. Fab. Pictor enim Romam, Valentiam sonare testis est. & Cephalon, quod caput significat, ex rei dignitate, quem admodum per excellentiam VRBS Poëtis dicitur, vocatam, quis dubitet. Quod verò apud Ovidium legitur FASTERUM sexto; A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est; hac credo de alia urbe ante Romam conditam dici. Ne quid verò hic quod ad eius nominis rationem desideretur, adjiciam hic Erythraei de ea sententiam; qui sic in suo Indice Virgiliano insit: Triplex Vrbi Romae fuisse nomen proditum est: unum hoc quo utimur, pervulgatum; alterum quod arcanum fuit, unde Amaryllida suam, quae amorem propriè significat, in Bucolicon carmen Poëta detorsit: Tercium sacrificiis debitum, de quo vocabulum Floralibus impositum; quod Anthusum Gracè Philadelphus interpretatur: à quo haec discimus. Id tu Latine vel Florentem, vel aptius fortasse, Florant; aut Florètiã vertes. sic Erythraeus. Sub Amaryllidis nomine eam Virgilium describere, annotavit Servius. GOTHIAM eam appellari, voluit Aetius Gothorum rex, ut Orosius prodidit. SACRA, ut ÆTERNA, in antiquis inscriptionibus nominatur. Sed neque hoc D. Hieronymi hic omittendum duxi: Romam nempe significari vocabulo BABYLONIS, à D. Petro, Epistola i. cap. 5. ubi scribit, Salutat vos ecclesia, quae est in Babylone. Sed & Vrbs Babylonis Romae non semel meminit liber de Limitibus. Vide VALENTIA.

ROMÆI, vide ROMANI.

ROMANDII, vide VEROMANDVI.

ROMANI, dicuntur QVIRITES, teste Plutarcho, Livio & alio. Stephano ΙΟΤΛΕΙΣ, & ΡΩΜΑΙΟΙ sunt.

ROMANIA, vide THRACIA.

ROMATINVM, Plinio Carnorum fluvius est: Hodie Venetæ ditionis esse; & Limino

dici, scribit Leander.

ROMORIA, vide REMONIUM.

ROMVLEA, Samnitum est Livio lib. 10. quam scribit à Decio captam & direptam. Stephanus ROMYLIAM, ῥωμυλία, vocat. An eadem sit cum ROMORIA, ῥωμωπία, Halicarnassæ, quam ad Tiberim conditã scribit, trigesimo ab Vrbe stadio, à doctioribus scire aveo. si enim eandem facias, falsa est distantia, longius enim multò ab Vrbe Samnites sunt: si cū Remonio Plutarchi synonymon putaveris, hoc multo propius est, in Aventino scilicet monte, Vrbi contiguo.

RONDA, vide GONDRAE.

ROPICVM, ῥωπικον, Corsicae opidum apud Ptolemaum. Hoc Pinetus Rogela vocat.

ROSCIANYM, vide RVSCIA.

ROSELLAE, vide RVSELLAE.

ROSETVM, vide RVSELLANA Colonia.

ROSTRVM NEMAVIAE, apud Antoninum, inter Augustam Vindelicoꝝ & Campodunum est. Simlerus Memmingen indigitat.

ROSVLVM, Antonino Tusciae mediterraneum opidum est; quod Morte rose ab Alb. Leandro interpretatur.

ROVESIVM, ῥεσσιον, Velaunorum opidum, in Gallia Aquitana, Ptolemaeo. S. Flour, Villanovano.

ROXOLANI, ῥωξολανοι, Sarmatia Europæe populi, apud Ptolemaum. BASTERNAS Tacito esse, scribit Willichius. Roxolanos hodie Latinis RVTHENIA, RVSSIA Alba & Meridionalis, vocari, mihi testatus est Mathias Nivius, Russus. Regni Polonici sunt, & Russen vulgò appellantur. Vide BASTARNÆ, & SCYTHÆ.

RVATES, vide OROATES.

RVBEAE Promontorium, cuius Plinius meminit; Gerardo Mercatori Livonia promontorium est, ad Mare Balticum, Dagroꝝ nomine. Becano autem Scandia promontorium Septentrionale est; versus Boream ultimum. quod hodie Warbhuss vocant. Idem dicit à Plinio DVMNA dici.

RVBEACVM, vide RVFACVM.

RVBICON, ῥωβικον Ptolemaeo, vel RVBICO Suetonio & Plinio, Flaminia flumine;

- Italiae quondam & Gallia terminus. Georg. Fabricius scribit hodie Runcone appellari: L. Albertus Pisatello. Hic hererem, nisi hunc nodum mihi solveret Blondus, qui ita scribit. Pisatellum nunc, qui sub Flaminia via, Ruconem qui supra accolunt, vocant. Sed paulo aliter tamen de eo Gaudentius, in sua Gallia Cisalpina. Is enim dicit hac aetate à circumvicinis populis materno idiomate Rugum, paulo inferius Rugosum; novissime, non procul à sinu Adriatico, in quem influit, Pisiatellum ingreditur, per duo millia, iuxta Cisenam.
- R V B O, ῤβον, Sarmatiae Europae fluvius, teste Ptolemaeo: qui hodie Duna nominatur: ut Peucerus autumat.
- R V B R E N S I S Lacus, Plinio; R V B R E S V S Pōponio: Strabo & Stephanus NARBONENSEM aut NARBONITIDEM Lacum vocant. Stagnum hodie videtur, ad Atacis fluminis ostia, in Gallia Narbonensi. Varrerius dicit lacus Perpiniiani, aut Vendres hodie nominari.
- R V B R I C A T V M, ῤβερκάτων Ptolemaeo & Pomponio Hispaniae Tarracoenensis fluvius, iuxta Barchinonem. Lobregat hodie dicit, ex Navagiero & Clusio habeo.
- R V B R I C A T V S, ῤβερκάτ & Africa Proprie fluvius, apud Ptolem. videtur à Plinio ARMVA appellari. Ladog hodie nominatur, si Castaldo credi fas est. ARDALIO & ARDEALIO vocatur hic Rubricatus apud Orosium Diaconum, & Freculphum.
- R V C O N I V M, ῤκόνιον, Ptolemaeo Daciae urbs est; quae nunc Roma nuncupatur: nisi erraverit Niger.
- R V D I A E, Calabriae urbs est, apud Melam, Ennio cive nobilis. RHODÆI, ῤωδαῖοι, apud Strabonem legitur.
- R V E N N A, vide R A V E N N A.
- R V F A C V M, & R V B E A C V M, video Latinè à Rhenano & Munstero appellari eam Germaniae urbem, Alsatie regionis, quam vernaculè Muffach vocant.
- R V F I A N A, ῤφριάννα Ptolemaeo Nemetorum urbs, in Gallia Belgica. Oppenheim ad Rhenum est, auctore Joanne Heroldo.
- R V G I I, Tacito sunt Germaniae populi, Guggenlaur, ad mare Balticum, Althamero est.

- R V G I V M, ῤγίον, urbem Germania quam Ptolemaeus in eius climate Septentrionali ponit, interpretatur Villanovanus Holmburg; Althameras verò Caminum, Pomeraniae Episcopalem urbem.
- R V G V S C I, Plinio, quos Ptolemaeus R H I G V S C A S, ῤγύσκαϊ, vocat; hodie sunt Rheintaler, & Rhingoewer, Schudo & Simlero testibus.
- R V M O N, vide A L B V L A.
- R V M V R I V S, vide A V E N T I N V S.
- R V N G O N I A, vide R V S T O N I V M.
- R V N I C I, vide S V N I C I.
- R V P E L L A E, vide S A N T O N V M Portus.
- R V S A D I R, vide R Y S S A D I R V M.
- R V S C I A, Thurinorum castellum est Procopio: Hoc Barrio Rossano vocatur, Calabriae opidum: Ruscianum appellat Leon. Aretinus. ROSCIANVM Antonini puto.
- R V S C I N O, Plinio, ῤσκιών, Straboni; R V S I N O, ῤσινών Ptolemaeo, Galliae Narbonensis urbs: Perpignan Pineto sed Roussillon Poldo & Varrerio dicitur. Ruscino Straboni fluvius est hoc eodem tractu, quem Ptolemaeus R V S C I O N, ῤσκιών, vocat. & Athenaeus ROSCYNVS, ῤόσκων & Hunc eundem esse cum THELIS Pomponij, & hodie Tet dicit, docet vir diligens Varrerius.
- R V S C I N O N A, vide R V S T O N I V M.
- R V S C I O, vide R V S C I N O.
- R V S C O N I A, vide R V S T O N I V M.
- R V S C V R I V M, vide R H V S V N C O R A E.
- R V S E L L A E, ῤσέλλα, Ptolemaeo & Livio Tusciae mediterraneum opidum: quod Leander scribit hodie Rosella nominari.
- R V S E L L A N A Colonia, Tusciae urbs, apud Plinium. ROSETVM à Catone dictam, scribit Leander. Grosseto nunc vocari, tradit M. Niger.
- R V S I B I S Portus, ῤσίβις, in Mauritania Tingitana, Ptolemaeo. A Plinio R V T I B I S vocari, tradit Mercator. Estezo nominat Castaldus.
- R V S I C A D A, ῤσικάδα, Africa Proprie urbs: Ptolemaeo. Stora Castaldo, vel Astora Olivario.
- R V S I N O, vide R V S C I N O.
- R V S P A E,

R V S P Æ, ῥῶσπαι, apud Ptolemaum *maritima* urbs est, in *Africa Propria*. Christoph. Stella scribit eam *Alfaques* nunc vocari.

R V S P I N A A. Hirtij est.

R V S P I N A, vide **R V S P Æ**.

R V S T O N I V M, ῥῶστονιον Ptolemao *Mauritania Casariensis* urbs. Breſca Jac. Castaldo. **R V S C O N I A** Colonia Plinio, **R V S C I N O N A** Afris, ut Livius auctor est: & **R V N G O N I Æ** Colonia Antonino est. sed hoc observavit Simlerus.

R V T H E N I, vide **R H V T A N I**.

R V T H E N I A, proavorum atate dicta fuit Flandria; Cœnalis & Lhuydus testes.

R V T I C L I I, vide **R E V D I G N I**.

R V T V B A, flumen Liguria apud Plinium quod Rotta Leandro, & Rodoria Blondo dicitur: cui quod assentiatur tabulae geographicae faciunt. Idem fluvius videtur à Pomponio **P A V L O N** nominari.

R V T V B I S, vide **R V S I B I S**.

R V T V L I, Italiae populi antiquissimi apud Livium, lib. I. **D A V R I** etiam vocantur Vib. Sequestri.

R V T V P I Æ, ῥῶτῆμα Ptolemao Cantiorum urbs, in Albione insula est. Lhuydo Repcheſtre, prope Sandricum, opidulum est. Lelandus scribit quondam sic dictum, nunc autem Richeborow appellari: idem Talbotus, sed eius nihil extare addit. Huius meminit etiam ille qui cecinit,

Rutipinove edita fundo

Ostrea callebat primo deprendere morsu.

R Y S S A D I R V M, ῥυσσάδιρον, Mauritaniae Tingitanae urbs maritima, Ptolemao. **R V S A D I R** habet Plinius. Arcudia Castaldo est.

R Y S S A D I V M, ῥυσσάδιον Ptolemao auctore Libya Interioris promontorium. Cabo de Verde, Nigro est.

S.

S A A N A, vide **G A A N A**.

S A B A, σαβή, Arabiae Felicis urbs Ptolemao; Sabaeorum metropolis est. **M A R I A B A**, μαρίαβα, videtur eam Strabo appellare. Vide **M E R O E**.

S A B A, Arabiae desertae urbs, quam, cum illic

versarer, vocari hodie Similcasac iudicavi: sex ad summum dierum itinere ab Hierosolymis distitam. sic Guilandinus, in suo de papyro Commentario. **S A V E**, σαύον, habet Ptolemaus in Arabia Deserta: quo loco Latina exemplaria quaedam Saba legunt.

S A B A D I B Æ, σαβαδαιβαι, anthropophagorum insulae tres sunt, in Mari Indico, sive Eoo, Ptolemao. Cainam insula cum duabus adiacentibus, sunt Mercatori, in sua Universalis tabula.

S A B Æ I, σαβαῖοι Ptolemao & Plinio Arabiae populi, apud quos tus provenit. **S E B A** Hebraeis est, Aria Montano teste. Vide **A R A B I A**, & **I N D I**.

S A B A L I N G I I, σαβαλίησιοι, Germaniae populi, Ptolemao auctore. **G V T Æ** & **V I T Æ** sunt, quos hodie Iudtlandos vocamus; ut placet Casp. Peucero.

S A B A N A, Ptolemao Aureae chersonesii urbs. quam Mercator Saendeban vocat, & in insula Iapan locat. Sed in Graecis non Sabana hoc loco, sed **S A R A**, σαρά, legitur: de qua vide suo loco.

S A B A R I A, huius meminit Plinius, Ammianus, & Antoninus; Plinius eam Norico annumerat, & Coloniam Divi Claudij cognominat. Lazio Austriae opidum est, ad Angrum fluvium, nomine Stain. Gaspar Bruschius dicit hic anno 1508. sepulcrum Ovidij Nasonis inventum, testudine magnificentum, & epitaphio ornatum. **S A V A R I A**, σαυαρία, à Ptolemao quoque dici puto. **S A B A R I V M**, vel **S A B A R I A M** fluvium habet quoque Laziis huic loco proximum, quem hodie Gunst appellari scribit. Vide **S A R A B R I S**, & **S A V A R I A**.

S A B A T A, σαβατα Ptolemao, & **S A B B A T I A** Pomponio, Vuada Nigro. Blondus hanc à Livio etiam **S A V O N A M** appellatam; & Plinio **S A B B A T I V M V A D V M** esse, tradit, σαββάτων ἕαδα, hic etiam habet Strabo. Iacet inter Apenninum & Alpes; impeditiſſimus locus ad iter faciendum, ut est lib. II. Epist. Cicer. ubi **V A D A** vocatur non addito Sabata. Niger nunc locum paludosum esse scribit, & **V æ** nominari. Vai habet Paradinus. Ex his omnibus duas diuersas Liguria urbes facit Leander,

- quartam unam Savona, alteram Vadi nunc nuncupari ait. Vide SAVONA.
- SABATHENI, σαβαθηνοί, qui Graecis dicuntur ASTABARRI, ἀσταβάρροι, Ioseph. lib. Antiq. 1. cap. 7.
- SABATHRA, σαβαθρα, Africa Propria urbs, Ptolemao; SABRATA Plinio est. Villanovanus ait vulgo Rakianabes appellari.
- SABATIA Regio, olim dicta fuit tractus Tuscia; si Animo fidem adhibeas; qui hodie Paese d'Anguillara & Braxena vocari, addit Leander.
- SABATVS, σαβάρ, Lacus Etrurie, proxime Romam ac mare, Straboni. SABATIA Stagna Silio; Lago de Braxiano eum appellat Leander. Idem dicit eum à Plinio LACVS TARQVINIENSIS vocari. Blondus Lago d'Anguillara nominat.
- SABBA, vide MEROE.
- SABBATOS Populos, hodie Sabaudienfes esse, scribit Volaterranus.
- SABBATVS, Italiae fluvius Antonino est, in Samnitibus: quem Leander nunc Fiume de Benevento vocari ait. & SAMNIVM à Floro dictum addit. Sed vide OCINARVS.
- SABELLI, vide SAMNITES.
- SABELLVS, vide VENVSIA.
- SABERI, vide VNNI.
- SABETVS, vide SEBETVS.
- SABI, σάβι, Phrygiae populi, Stephano, quos dicit à Phrygibus quoque BACCHOS, βάρχοι, vocari.
- SABINÆ Aquae, vide CVTILIAE.
- SABINI, Italiae populi; SEVINI dicti sunt; Plinio auctore.
- SABIONA, vide SABONA.
- SABIS, Caesari Galliae Belgicae fluvius, Mosam influens. Sambre hodie, Iacobo Lessabeo.
- SABLONES Antonino, Sambeck vicus, Simlero, circa Mosam, prope Traiectum Inferius.
- SABONAM, vocat Gaspar Bruschi, Brixen: Germania urbem, in Alpibus sitam, & episcopali sede decoratam. Hanc M. Niger tradit BRETINA, βρέτινα Ptolemaeo esse.

- SABIONA legit Simlerus in vita Inge-
nuini, & SEBATVM Antonini esse dicit.
atque Brixinam minorem designari, ubi
olim episcopi sedes; & non Brixinam, ubi
hodie eius sedes est; eam enim SVBLA-
VIO Antonini esse tradit.
- SABRATA, vide SABATHRA.
- SABRIANA, σαβρίνα, Angliae fluvius, a-
pud Ptolemaum. Sevarne Angliae dicitur,
& Haftern Britannis; Hunfrido teste.
- SABTHA, vide MESSABATÆ.
- SACÆ, σάκαι Ptolemaeo Asiae gens, vel regio,
Scythiae contermina. Belor desertum in eo-
rum loco ponit Mercator. Sas à Nigro ho-
rum tractus vocatur. Hanc SEBA in Sa-
cris litteris vocari, ait Ar. Montanus.
Vide BACTRIANA, & SCY-
THÆ.
- SACARBANTIA, Pannonia Superioris
urbs Ptolemaeo Latino. Lazius hanc Gur-
mendt vocat, eamque ad Narabonem flu-
vium statuit. Simlerus Scapping pro ea
accipit: Dixi Ptolemaeo Latino, nam in
Graecis codicibus SCARABANTIA,
σκαργάρτια, est. sic etiam Antoninus. Et
Plinius SCARABANTIAM IULIAM
habet, sed ab eo Noricis (gentibus vicinis)
attribuitur.
- SACCOPODES, vide ADIABENA.
- SACER fluvius, vide HIERVS.
- SACER Mons, vide HIERON OROS, &
& LYCÆVS.
- SACER Portus, vide DELPHI-
NIVM.
- SACHATEI, vide SCYTHÆ.
- SACRA, ἱερά, vocatur ab advenis vinea Ica-
riae insulae quae Pramnium vinum gignit: ab
Oenensibus autem, eius insulae enim urbs
Oenea est, DIONYSIAS nominatur. A-
thenaeus Dipnosophistarum lib. 1.
- SACRA Insula, vide HIERA.
- SACRÆ Via, vide EXAMPEVS.
- SACRVM Nemus, in quo Tacitus Civilens
Batavos vocasse scribit. Althamerus ait ex
Marliano, extare in Hollandia, in finibus A-
geducis vici. Video ab alio quoque Scaker-
bosch interpretari, quod in rivio est inter
Leydam, Hagam & Delfum nunc ferè ex-
cisum. lib. 4. Annalium apud Tacitum vide.
SACRVM

- SACRVM** Promontorium, *ἱερὸν*, Hiberniæ insula, apud Ptolemæum est. quod Salanga Olivario dicitur. Mōs Domini, postea vocatum, scribit Bacanius.
- SACRVM** Promontorium, Corsica insula Ptolemæo est: quod Cabo corso, Leander: Sege, Pinctus nominat.
- SACRVM** Promōtorium, habet Ptolemæus in Lycia regione. Hoc Sophianus Capo Chelidoni appellat.
- SACRVM** Promontorium, Ptolemæo, in Lusitania. Cabo S. Vincente hodie est.
- SACRVM** MONTEM nuncupat eum Columella, lib. 6. cap. 27. CAPVT EVROPÆ nonnullis vocatum, scribit Eustathius. Pythæa apud Strabonem videtur OSTIDAMNIORVM Promōtorium, *ὄσι-δᾶμνιῶν*, quod CALBIVM, *κάλβιον*, appellatur. Vide Strabonem, in calce libri 1.
- SADA**, vide SALIA.
- SADVCA**, vide SALDVBA.
- SÆNA**, *σᾶνα*, Tuscia mediterraneum opidum, Ptolemæo. Siena hodie dici, & COLONIAM SENENSEM à Tacito vocari, docet Casar. Orlandus, in nostro Theatro; item in peculi iri opusculo, de ea, à se edito. Sed SENIENSIS legit Lipsius apud Tacitum, ex exemplari Vaticano; ut ipse testatur.
- SÆNOS**, Synarū fluvius, apud Ptolemæum. Est LANOS Plinij, inquit Mercator, in sua Universal Tabula. Sed SENOS, *σένω*, habet Græcus Ptolemæus.
- SÆPINVM**, *σᾶπινον* Ptolemæo Samniton urbs. Leandro est Sepino.
- SÆTABIS**, *σᾶταβίς* Ptolemæo est Contestanorum urbs, in Hispania Tarraconensi. Hæc Xativa Florianus dicitur, in suo Hispaniæ Hispanico idiomate scripto chronico. SÆTABIS sine diphthongo, legit Strabo. SÆTABITANI, qui & AVGVSTANI. Plinius lib. 3. cap. 3.
- SÆTIANI**, vide SCYTHÆ.
- SAGÆ**, vide SCYTHÆ.
- SAGALA**, *σᾶγαλα*, India intra Gangem urbs. quæ EVTHYMEDIA, *εὐθυμέδια*, Ptolemæus.
- SAGALASSVS**, *σαγαλασσός* Ptolemæo Lyciæ urbs. Pisidia faciunt Stephanus & Sui-

- das, & SELGESSVS, *σέλγησος*, quod illis dicitur. Arriano SALAGASSVS est, ut refert Pinitianus.
- SAGARIS**, vide SANGARIVS.
- SAGIS**, Plinio. Padi ostium. Gorium vocat Fabricius, in Itinere Romano.
- SAGISAMEIVLIENSES**, vide SEGIMONENSES.
- SAGRA**, Plinio & Straboni Locrorum fluvius; qui à Leandro Sagriano, à Nigro autem Sucharanto dicitur: Sed Alaro à Gab. Bario. Vide LOCANVS.
- SAGRVS**, vide SARVS.
- SAGVNTIA**, vide SEGONCIA.
- SAGVNTVM**, *σαγόντων*, Hedetanorum urbs Ptolemæo, in Hispania Tarraconensi. quam ZACYNTHVM à Zacyntho Herculis Aegyptij comite dictam quondam, tradit Vascus. Stephanus videtur eandem ZACANTHAM, *σάκανθα*, appellare. Hodie Morvedre dicitur: CARTHAGINEM Spartariam (postquam ab Annibale direpta esset) vocatam, putat App. Alexandrinus. de quo vide CARTHAGO NOVA.
- SAGVTI**, vide EMPORICVS.
- SALII**, vide THRACIA.
- SALIS**, *σᾶίς*, Stephano & Straboni Aegypti opidum, in ipso Delta. hoc scribit Guilandinus hodie Sibnit vocari.
- SALITICVM**, vide TANITICVM.
- SAL**; posse Latinè vocari ille Lotharingie fluvius qui ad Metin urbem se in Mosellam confert; sic enim de eo Fortunatus libro septimo ad Gogonem, seu qui Metis adit de sale nomen habet. Accala hodie Selle appellant.
- SALA**, *σᾶλα*, huius nominis fluvios duos habet Ptolemæus, in Mauritania Tingitana; uterq; se in Oceanum Atlanticum exonerat. unum cis Atlantem minorem, alterum ultra eum describit. Qui cis Atlantem est, puto eundem esse cum Buragrag, quem Ioannes Leo lib. 3. habet. Augustinus Curio in sua Marocchensis regni descriptione scribit hunc à Ptolemæo SANEM appellari, Salam verd corrupta exemplaria præ se ferre: ipse viderit. mihi certe hætenus nullum tale exemplar neque Latinum, neque

Gracum vidisse contigit. Hoc scio, hunc eundem à Plinio & Pomponio quoque Sala, nominari. SALAM urbem habet etiam Ptolemæus ad huius fluvij ostium; hanc puto hodie Sella esse, ab eodem I. Leone celebratam.

SALACIA, σαλακία, Turdetanorum in Lusitania urbs; apud Ptolemæum, & Plinium; hic eã, VRBEM IMPERATORIAM cognominat. Setubal, Clusio: Sed Alcafar de sal, Varrerio. Vide OLYSIPPO.

SALÆ, gens Colchidis, antiquis PHTIROPHAGI dicti, inquit Plinius lib. 6. Vide TAPROBANA.

SALAGASSVS, vide SAGALASSVS.

SALAMBORIA, σαλαμβόρεια, Ptolemæo Cappadociae urbs est, praefectura Garsauria. Latini codices eam quoque SARABRÆAM vocant.

SALAMBRIA, vide SPERCHIVS.

SALAMINIACVS, vide SARONICVS.

SALAMINIDA, vide TOLMIDESSA.

SALAMIS, σαλαμίς Ptolemæo Cypri urbs: quæ Plinio SALAMINE. Stephanus eam CONSTANTIAM dici scribit. Idem D. Hieronymus tradit, & addit eam Traiani Imp. tempore à Iudæis deletam. interfectis omnibus eius accelus. Anton. Curchinus dicit eam sub Eraclio Imp. à Saracenis captam, funditusq; excisam, neque postea unquam habitatam. Eusebio auctore, in libro de preparatione Evangelica CORONIA, κορώνεια, antiquissimus temporibus vocata fuit. Stephanus quoque κορώνειαν, Cypri urbem habet, sed diverso accentu, ut hic videtur. Hodie Famagosta dicitur, ut Niger autumat. Vide TAMASSVS.

SALAMIS, Ptolemæo insula est prope Peloponnesum, in Sinu Saronico. Nigro & Sophiano testibus nunc Coluri appellatur. Hæc quondam, ut Strabo tradit, CYCHRIA, κυχρία, SCIRAS, σκίρας, & PITVSSA, πιτῶσα, dicta fuit. Item OPHIS, ὄφης, ut Eustathius refert. DRACONIS Insulam à Lycophrone appellari, scribit eius commentator Eustathius. quòd eam primò draco fera occupavit. SALAMINAM eam Hyginus, & dicit ab Apol-

onio ATTHIDA nominari. In hac Salamini BOCARVS, βόκαρος, fluvius est, qui & BOCALIAS, βωκαλίας, dictus, ut Strabo refert. Hunc BYRINA Italicè vocari, scribit Eustathius.

SALAPIA Plinio, SALAPIÆ, σαλαπίαι Ptolemæo, Apulie Dauniae opidum. Annibal's meretricio amore nobile. emporium quondam Argiripinorum. Hodie Salpi dicitur, ut Leander ait. SALAPINAM Paludem habet hoc tractu Lucanus lib. 5.

SALARIA, σαλαρία, Oretancrum urbs, Ptolemæo, in Hispania Tarraconēsi. Siruela C. Clusius vocat. Vide COLLINIA.

SALAS, σάλας, Straboni Germaniæ flumen; inter quod, & Rhenum, Drusus occubuit. Saal, hodie vocatur.

SALASSII, σαλάσιοι, populi sunt Italia, apud Ptolemæum, sub Insubribus. Eorum regio Germanis Augstall vocari, scribit Scudus. Val de Osta dicunt Itali. SALASSOS à Polybio ΛΑΟΣ, λαοί, appellari, tradit Gaud. Merula.

SALATIA, vide IAPYGIA.

SALDÆ Colonia, σάλδα, Mauritania Caesariensis urbs, apud Ptolemæum. Tadelis Mercatori Algier Castaldo. Mercatoris sententiam, Castaldi libenter præfero.

SALDVBA, Hispania Batice flumen esse, & hodie Guadalquivirejo vocari, Carolus Clusius mihi auctor est. Claudius etiam Aretius in suo de Hispania libellulo hoc loco etiam Saldubæ fluminis (quem ex Plinio lib. 3. cap. 1. Fæderatorum nominat) meminit. Ego ut verum fatear, quis ex veteribus huius Saldubæ fluminis mentionem faciat, ignoro. Saldubam urbem in hoc tractu à Ptolemæo, Plinio & Mela poni scio. item aliam, in Tarraconensi, eodem Ptolemæo. Melius mea opinione, hunc fluvium Guadalquivirejo SADV CAM, σαδκά, à Ptolemæo nominari, scribit Florianus del Campo. Item Pinitianus, in suis Pomponianis Castigationibus. Vide CÆSARAVGVSTA.

SALE, σάλη Ptolemæo; SOLE Ammiano; urbs Hyrcania.

SALECHA, quæ quoq; SELCHA dicitur, in lib. Deuteronomij, & Iosue cap. 12. postea Salcatha dictam, prodit Benjamin.

SALEM,

SALEM, vide **HIEROSOLYMA**, & **NEAPOLIS**.

SALENTINI, σαλεντινοι Ptolemao Italiae populi; **SALANTINI** per A, in secunda legunt vetusta numismata, ut patet apud H. Goltzium. Per duplex LL, scribi Tabulis Capitolinis, docet Sigonius. sic etiam Stephanus σαλεντινοι, qui etiam **SALIENTIAM** urbem habet in Messapiis. Terra d'Otranto hunc tractum hodie vocari, credit Leander. Vide **IAPYGGIA**, & **DOLATES**.

SALEN, & **SALENTINVM**, vide **IAPYGIVM**.

SALEPRONE, vide **ADHERCVLEM**.

SALESIA, vide **SALETIO**.

SALETIO, urbs Germaniae, sex miliaribus infra Argentoratum. Huius meminit Antoninus, & lib. Notitiarum. Hanc **SALESIAM** in Francorum annalibus dicit, & hodie Selza vocari, tradit B. Rhenanus.

SALEVMBRONA, vide **ITALIA**, & **TVSCIA**.

SALIA, Asturum in Hispania fluvius, apud Pomponium. **SANGA** Plinij est, ut Pintianus in Melam; opinatur: qui eum recentiori vocabulo Saia vocat. Sed **SADA**, in melioribus excusis Plinij exemplaribus legitur, lib. 4. cap. 20.

SALICA, vide **TAPROBANA**.

SALICES, vide **SALLYES**.

SALII, vide **SICAMBRI**.

SALINÆ, σαλινα Ptolemao Suetiorum in Alpibus maritimis opidum. Hodie Saluce aliquibus videtur, inquit Varrerius.

SALINVM, σαλινον, Pannoniae Inferioris urbs, Ptolemao. Niger eam Theth appellat. Simlerus Adom nominat. & eandem putat cum ea quae apud Antoninum **VETVS SALINAS** inscribitur.

SALISO, vide **SEBVSIANI**.

SALISSA, vide **BALA**.

SALLENTINI, vide **SALENTINI**.

SALLVII, vide **SALLYES**.

SALLYES, σαλλυες, Straboni sunt Galliae Narbonensis populi, circa Aquas Sextias. Poldo ij sunt qui Aix opidum inhabitant.

SALLYI Plinio sunt, & **SALICES**, σαλικες Ptolemao. **SALVIOS** vocat Li-

vius, & **SALLVVIOS** Ammianus Marcellinus.

SALMANTICA, σαλμαντικα, Ptolemao Vettonum urbs, in Lusitania. Hodie in Castella regno est: Salamanca vulgo vocatur. **SALMANTICENSES**, proprie **VICANOS** appellari, scribit Aggenus Urbicus. **HERMANDICAM** Livij, & **ELMANTICAM**, ἐλμαντικα, Polybij esse, non dico; sunt autem qui suspicantur.

SALMON, vide **ALMON**.

SALMONA, Ausonio fluvius, quem Mosella excipit. Salm hodie, Iosepho Scal. teste.

SALMYDISSOS, vide **HALMYDISVS**.

SALO, vel **SALON**, Martiali, eo versu, » Salone qui ferrum gelat. Prope Bilbilin in Celtiberia, ut mihi Arias Montanus communicavit, qui eum hodie Xalon vulgo dicit. Justinus ex Pöpcio lib. 44. hunc fluvium **BILBILIN** nominat: forte ab urbe adiacente, sic dicta. Nullum apud eos telum probatur, (inquit) quod non aut Bilbili flumine, aut Chalybe irrigatur. Antoninus quoque hoc tractu **AQVAS BILBITANO-**
FVM habet: quas vide suo loco.

SALO; σαλων, Dalmatarum navale Straboni; **SALONÆ** Colonia, σαλωναι κολωνια, Ptolemao. Favolius Arvinata, Salona Sophianus, Spalato Hermolaus nominat. Diocletianum Imp. hic quondam palatium habuisse, scribunt auctores. M. Niger dicit Salonas interuisse, lociq; nomen tamen manere esseq; verò ibidem arcem hodie, Clifsa nomine. **COLONIA MARCIA IVLIA SOLONA** vocatur in antiquo epigrammate, quod habetur apud Mazochium, fol. 28.

SALODVRVM, Antonino, et ex veteri eius loci inscriptione; Helvetiorum opidum. Solothurn incolis dictum. Scudus, et Rhenanus.

SALPII, vide **ALPES**.

SALSVBIVM, Latinis dictum esse illud Flaminiae (sive Romandiola) opidum quod hodie Castro caro vocant, scribunt Blondus & Leander.

SALSVLÆ, Antonino prope Narbonem Galliae; Varrerio Sallas est sub Pyrenaeis montibus. Non procul ab hac urbe est fons, quem

- quem Fonte de Sallas hodie vulgò nominant. is à Pomponio SALSVLÆ etiam dicitur. Idem Pomponius eodem loco hæc verba prodit. Ultra est Leucata littoris nomen. Varrerius scribit ibidem alium lacum quoque esse, quem hodie Leocata vocant. LEVCATA Pomponij, ut Navagierus prodit, hodie atx est Leucat dicta.
- SALVUM, A. Hirtio flumen Hispanie est, in Batica. quod Guadajor hodie dici, asserit Clusius. & addit in eum influere rivulum, qui hodie Rio Salado (quod falsum significat) vocatur.
- SALTUS CARMINIANENSIS, vide CALABRIA.
- SALTUS CASTVLONENSIS, Cicero & Casari in Batica tractus; qui Florianus Puerto Muladar dicitur. cui suffragatur Navagierus.
- SALTUS GALLIANI, quos AQUINATES cognominat Plinius. Tractus Flaminia est. Galeata nunc nuncupari, & tres pagos comprehendere, dicit Leander.
- SALTUS PYRENÆVS, vide PYRENÆVS.
- SALTUS TVGENSIS, vide ARGENTEVVS MONS.
- SALTVM Provincia Narbonēsis, vel SALTIVOSAM Provinciam, olim Latinis dictum; quem hodie Comitatum de Sault vocant, scribit Antonius Pinetus. Circa Avinionem est, in Delphinatu, ut hodie ea loca appellantur.
- SALVA, σαλία Ptolemæo Pannonia Inferioris urbs. SALVA MANSIO est Antonino. Scalmat LaXio est, duobus à Buda miliaribus, Austriam versus.
- SALVIA VRBS Plinio, VRBA SALVIA, ἑρβα σαλία Ptolemæo; VRBISALIA Procopio, lib. 2. Gothorum. Sic hodie etiam dicitur, ut Niger perhibet. aut Alia, ut Leander scribit.
- SALVII, vide SALLYES.
- SALVTARIS, vocatur pars MACEDONIAE, PHRYGIAE, PALÆSTINAE, SYRIÆ, & GALATIAE; teste Libro Notitiarum.
- SAMACHONITIS, vide MERON.
- SAMARA, vide TAMOS, & TAVROS.

- SAMARIA, σαμαρία Ptolemæo Iudææ tractus. Et in eo eiusdem nominis urbs, que ECHTENIAS, ut scribit Eusebius, & ab Herode restaurata tandem SEBASTE dicta fuit, auctore Strabone. MAREON, μαρέων, eam Iosephus vocat. nisi Samarion exemplaris menda admittat, inquit Wolsfg. Wissenburgius. NEAPOLIN quoque appellatam, scribit Stephanus non sine erroris nota fortasse, cum ex Ptolemæo & Plinio pateat Neapolim Samaria civitatem esse. at Samariam ipsam sic nominari, apud nullum auctorem me legisse memini. Postellus tamen videtur Stephani sententiæ suffragari: is enim eam à Samaritanis Iudæis Neapolim, aut Napolitza nuncupari tradit. Samaritanos Benjamin suo tempore Cuthæos appellat.
- SAMAROBRINA Casari, SAMAROBRYGA, σαμαροβρυγα Ptolemæo. Cicero eius quoque meminit lib. 7. Epistolarum ad Trebatium. Gallie Belgica urbs in Ambianis. Hæc Hub. Leodius Cambray, Pet. Divaus & Becanus Amiens; Bovillus S. Quintin vocat. Que Cambray incolis Gallis dicitur, eam Flandri Camerijck nominant. & est CAMARACVM Antonino.
- SAMATHO, vide MAGNA.
- SAMBRACITANVS Sinus, vide GALLICVS Sinus.
- SAMBROCA, σάμβροκα Ptolemæo est Hispanie Tarraconensis flumen, quod Sanbucha hodie dicitur, auctore Floriano del Campo.
- SAME, vide SAMOS, & CEPHALENA.
- SAMI, vide MACRONES.
- SAMICVS, vide ARENE.
- SAMNITÆ, vide SCYTHÆ.
- SAMNITES, SAMNIUM, & SAMNITIVM, populi & regio Italia, apud Livium & alios. Abruzzo hodie dici, ex Leandro docemur. Hos SABELLOS, & Græci SAVNITAS dixere, scribit Plinius. ταννί, etiam Polybio. Idem C. Sempronius. In Dictionariis Henr. Stephani, & Nebrissenfis, hi etiam SQUINCII dicuntur; quæ auctoritate, ego nescio. SAMNIUM à Ioanne Baptista Carrasa Val Beneventana no-

eana nominatur etiã Destretto à Leãdro.

SAMONIVM, σαμόνιον, Creta insula promontorium, in latere exortivo: Ptolemæo auctore. Salamone, aut Cabo Salomo hodie est; Sophiano & Mercatore testibus.

SAMORNION, vide EPHEVS.

SAMOS, σάμω, nomen trium insularum quarum synonyma, quia valde à recentioribus confundi video, ex ipsis clasibus sic distinguere didici. Primo SAMOS est Ionica, in Icaro mari, è regione Ionie posita. hac Samos vocatur Ptolemæo, Solino, Pomponio, & Straboni. Idem Strabo hanc olim PARTHENIAM, παρθενιάς, ab eius fluuio Parthenio, deinde ANTHEMV, ἀνθεμῖς, postea MELAMPHYLV, μελάμφυλον, nuncupatã scribit. Eadem DRYVSA, δρύσσα, Aristoteli. Apud Plinium quoq; CYPARISSIA, PARTHENOARVSA, & STEPHANE dicitur. Stephanus & Sophianus eã IMBRASVM, Ἰμβρασω, etiam nominat; & Hyginus IMBRASIAM, à fluuio huius insule sic dicto, ni fallor. cuius Plinius meminit. HEROSAM quoque dictam auctore Strabone, et si Pintianus scribat in Plinium, fidem meam adhibere nequeo. Hac Samos Ionica, Iunoni olim sacra fuit. Hinc Pythagoras oriundus. Hinc vasa illa fictilia, Samia dicta, à veteribus tantopere laudata. Hac hodie etiamnum Samo indigitatur. SAMOS altera, Thracica est, Maris Aegæi, & Thracie opposita. Hac Samos dicitur Straboni, & Diod. Siculo. SAMOTHRACIA & SAMOTHRACE, Ptolemæo, Pomponio & Plinio. Olim DARDANIA vocabatur, Plinio & Eustathio testibus. SERREION, σερρεῖον, à Sophiano dici video; sed qua auctoritate, ignoro. lego hoc nomine eius opidum vocari apud Stephanum. MELITA, antea Straboni. LEVCASIA etiam Aristoteli, ut Erythraeus habet, in suo Indice Virgiliano. vel LEVCANIA, eo quod albeat, ut Heraclides in Politis dicit, qui eam quoque THRACIAM, ab incolis Thraciis; septingentis verò post annis, à Samiis qui eam occupaverunt, Samothraciam dictam addit. SAMVM quondam appellatam fuisse Samothraciã, Græcus Schol-

iasles annotavit in Nicandrum. quod tamen nomen apud Geographos neque apud poëtas Latinos reperi. Plinius Saoce monte Samothraciam attolli dicit. qui an idem sit cum Sao, viderint Geographi & Antiquitatis peritiores, inquit Ioannes Gorræus in suis Annotationibus. quas addidit Nicandro, à se in Latinam linguam verso: σῶω, est mons Thracie, apud Isacium, in Lycophronem. Stephano etiam σῶω est, Saorum insule. Item Lycophroni Corybantum ædificium est. speluncam montis dicit eius commentator Isacius: Sed nimis multa fortasse de Sao. Hac eadem Samos ab Apollonio ELECTRÆ ATLANTIDIS insula nominatur; proprio enim nomine eam non designat. Hic Corybantes Cybeles sacerdotes, sacra Matris Deum sollempnia mysteria celebrabant. Hac nostra ætate Samandrachi nomine cognita est. SAMOS tertia, Maris Ionij insula est, prope Zacynthum; quæ & SAME vocata fuit, & postea CEPHALENIA, κεφαλενία: testes Strabo & Eustathius. Idem Strabo & Pausanias TELEBOANTEM, τελεβοῖς, nuncupatam asserunt. Plinius eam olim MELÆNAM dictam tradit. Hac vulgo nunc Cephalonia vocabulo innotescit. Est & SAMOS huius insule opidum, apud Strabonem quod interiisse tradit Marius Niger. locumque Porto-Guiscardo indigitari vulgo.

SAMVNIS, σαμνίς Ptolemæo Albania urbs, quæ Samachi vocatur. teste Nigro.

SANDALOTIS, vide SARDINIA.

SANDRIZETES populos Pannonie habet Plinius, per quos Dravum amnem defluere scribit. S. Andres opidum in hoc tractu, non malè hoc nomen imitatur.

SANDVS, vide INDVS.

SANGA, vide NOEGA, SALIA, & SANGARIVS.

SANGARIVS, σαγγάριος, Asia Minoris fluuius, Ptolemæo. SANGA, σάγγα, ab Apollonij scholiaste dici, annotavit Stuckius: & eundem ab Hesiodo in Theogonia SARCE-RIVS nominatũ scribit; sed hoc me latere libenter agnosco: Sangarium autè apud eum ut apud ceteros reperio. Idem SANGARIS dicitur, teste Solino. Acada in Tabu-

- lis eius decursum imitari videtur. Sangari autem Bellonio, & Zagari Nigro dicitur. XERABATES, Ξεραβάτης, quondam dictus est, teste Plutarcho de fluminibus. & idem cum Σάραεω vocat, ut Solinus. Sangarius etiam CORALIVS nominatur apud Plinium. Alius est in Græcia Coralius, Straboni. quem tamen vir quidam eruditus cum Plinij Coralio confundit. Vide CORALIVS & AGARVS.
- SANGIA, σαγγία, vicus Phrygia, unde Sangarius fluvius originem sumit. Nicephorus hunc vicum PAZVM vocari ait. qui PACHIVS, πάχις, fortè Appiani.
- SANGONA, vide ARAR.
- SANNI, vide DRILLÆ, & MACRONES.
- SANNIGÆ, vide SCYTHÆ.
- SANTONES, σάντωνες, Gallia Aquitanica populi, auctore Ptolemao & Cesare. LIBEROS & VBISCOSEOS cognominat Plinius, lib. 4. cap. 19. Xantoigne regio, aut eius urbs Xaintes Orontio, & Marliano. Vide VIBISCI.
- SANTONVM Portus, Ptolemao. Rochelle Villanovano. Hanc urbem Iuniores Latini RPELLAS vocant.
- SANTONVM Promontorium, Ptolemao. Blaye hodie dicitur Villanovano. sed Malvason Mercatori.
- SAOCORAS, vide BASILIVS.
- SAORVS, vide ELEVTHERÆ.
- SAOS, vide SAMOS.
- SAPÆ, & SAPÆI, vide THRACIA.
- SAPAVDIA regio, non semel inter Gallia Narbonensis provincias nominatur in libro Notitiarū. quam ego pro Savoia intelligo.
- SAPES, vide ESAR.
- SAPIS, fluvius in Piceno, prope Isaurum; Plinio auctore. Albs Leandro Alberto dicitur. Vide ISAPIS.
- SAPPINIA Tribus, vide VMERIA.
- SAPRA Palus, vide BYCE.
- SAPYSELATVM, σαπυσελάτων, mons Corinthiacus. ARACHNÆVM, ἀραχναίων, suo tempore appellatum, scribit Pausanias.
- SARA, σάρα, Aurea Chersonesi emporium, Ptolemao. Hodie Selungos vocari, vult

- Castaldus. vide SABANA.
- SARA, vel ZARA, Antonino urbs est, quæ Simlerus scribit apud Ptolemaum SAVRANIA vocari in Cappadocia. Sed SAVNARIS, σαυναρίς, hoc loco apud Ptolemaum legitur.
- SARABACVS Sinus, σαρβάκων, India extra Gangem, Ptolemao. Golfo Savolas, eum vocat Castaldus.
- SARABRÆA, vide SALAMBORIA.
- SARABRIS, σαραβρίς Ptolemao Hispania Tarraconensis urbs. Camora, Clusio; Toro ad Durium fluvium, Floriano del Campo est. Vaseus putat malè apud Antoninum SABARIA pro SARABRIS legi. Vide SISAPONE.
- SARACENI, qui olim AGARENI, & ISMAELITÆ dicebatur: teste Sozomono. Itè ARABES & SCENITÆ, auctore Ammiano. Hebræis CHASLVHIM, ut scribit Ar. Montanus. Vide TROGLODYTÆ.
- SARAPIDIS, σαράπιδος, insula, aut ZENOBII, ζηνόβιοι, insula, ea est quæ hodie Mazira dicitur, inquit Ramusius. Sunt Arabia Felicis, in Azanio mari, apud Ptolemaum, & Arrianū. Vide TVRGANA.
- SARAVVS, fluvius prope Augustam Trevirorum in Mosellam erumpens, uti describitur ab Ausonio, in sua Mosella. Sar hodie vocatur. Eundem antiquitus SARRA dictum, ostendit Iosephus Scaliger, ex antiqua inscriptione quæ Treviris extat.
- SARCERIVS, vide SANGARIVS.
- SARDA, vide PORTVS Magnus.
- SARDABALA, vide SERBETOS.
- SARDICA, σαρδική, Thracia urbs mediterranea, apud Ptolemaū: Triadizza Sophianus vocat. & ante eum Glycas & Europalates.
- SARDINIA, Mediterranei maris insula, quæ & SANDALIOTIS à Timæo, & ICHNVSA à Myrsilo vocatur. ut Plinius refert. Pro Ichnusa SIGNOSA Martianus habet, corruptè, ut ego suspicor.
- SARDO, σαρδών, Græcè dicitur, Ptolemao, Lycophroni, Stephano, & cateris. Incola IOLAI, sive IOLAENSES, ἰολαῖς, à Iolao appellantur; Straboni &

Diodoro. Strabo eos postea DIAGEBRES, Διαγέβρες, dictos scribit. Sardegnâ hodie nominant.

SARDIS, Asiæ Propria civitas; quæ à Meoniis HYDE vocitata est. Plinius. Vide GORDIE.

SARDO, vide SARDINIA.

SARDONIUS Sinus, vide TAPHROS.

SARDOPATRIS Fanum, σαρδοπάτεις ἱερὸν Ptolemæo, in Sardinia. Are à quodam interpretatur.

SAREA, vide CAPPADOCIA.

SAREPTA, Plinio Palestina urbs; Saphet hodie vocari, persuasus est Postellus. Locum hodie Sara dici, scribit Niger.

SARGARAVSENA, vide CAPPADOCIA.

SARGASIS Antonini, CORSABIA Ptolemæi est, Simlero. Armenia Minoris oppidum. Sed CHORSABIA, χορσαβία, legitur apud Ptolemæum.

SARGETIA, σαργεία, Daciæ fluvius, Dionii, in quo Decebalus rex thesauros suos occultaverat. Hunc Ioannes Tzetzes ARGENTIA, ἀργεντία, vocat. Strel Hungaricè, Astring Germanicè hodie nominari, scribit Sambucus, in scheda quadâ, quam Transilvaniæ suæ Tabula adiecit.

SARGVSENA, vide CAPPADOCIA.

SARMAGANA, σαρμαγανά Ptolemæo Ariæ regionis, in Asia urbs. quæ Nigro Samarchant est.

SARMATIA, σαρματία, EVROPÆA, & ASIATICA est apud Ptolemæum. Ego, si hac antiqua nomina recentioribus interpretari cogor, Europæam, Russiam vocabo; & Asiaticam, Tartariam. idque, ni fallor, ex opinione etiam Sigismundi ab Herberstein, & Pauli Veneti. ex quorum lectionibus, utramque hanc Sarmatiam ab his populis hodie occupari, observavi. Dominicus Niger tamen scribit Sarmatiam Asiaticam patria lingua Sargatia dici, quàm rectè, ego ignoro. Tartaros Asiaticos Mogores in India vocari, ait Garçias ab Horto, in suo de Aromatibus libello. Sunt tamen etiamnum nunc, ut olim de illis Plinius retulit, in multa genera divisi. Idem Plinius tradit incolas à Latinis SARMATAS, &

SARMATAS à Græcis dici. SYRMATÆ etiam, & IAZABATÆ, ἰαζαβάται, Ephoro teste, apud Stephanum. IAXAMATÆ quoque legitur apud Melam: Sauromatas Scythas, vocat Tzetza PERANTADES, περγυτάδες. Sarmatas ab Hebræis HASSARMAVETH vocari, Ar. Montanus scribit, in suo Apparatu. Sed has Sarmatias video apud Priscos admodum cum Scythiæ vocabulo confundi. Sarmatiarum Europæam in primis, quàm ab Herodoto totâ sub Scythiæ nomine descriptam legimus. Sarmatarum populi, qui Tainaim fluvium accolunt, apud Plinium sunt CICIMENI, CHOATRÆ, COSTOBOCCI, DANDARI, EVAZÆ, GYNÆOCRATVMENI, MESSENIANI, THVSSAGETÆ, TVRCÆ, & ZIGÆ. Vide SCYTHIA.

SARMATICVM, vide CRONIVM.

SARMISIAM Vallem, habet Sambucus, in sua Trãsilvaniæ Tabula: quam Haczag, vel Hatfaag, Hungaricè vocat.

SARNVS, σάρνυς Ptolemæo Pisentinarum in Italia fluvius. Sarno dicitur à Leandro. & ab eodem alio in loco, item ab Erythrao Scafato. Blondus scribit Scafati vocari: idque à scaphis, qui ibi tenentur, viatoribus, Nucerinum proficiscentibus, traicciendis.

SARON, Palestina urbs, in Sacris litteris: quam Pet. Laicstein S. Lamperti ait nominari.

SARONIA, vide TROEZEN.

SARONICA SYRTIS, vide CANTHI Sinus.

SARONICVS Sinus, Peloponnesi, Ptolemæo. Strabo dicit alius SALAMINIACVM appellari. itẽ PONTVM & PORVM, πόνρον, id est, traiectum. ELEVSIIVS apud eundem nominatur. Pinitianus scribit eundem à Strabone HERMIONICVM quoque vocari. Meo verò iudicio, Straboni lib. 8. Sinus est peculiaris inter Saronicum & Argolicum, ad Hermionem urbem. libro primo autem, idem Hermionicum sinum circa Methonem ponit. quod studiosis notare libuit. Saronicum sinum hodie Golfo de Engia Castaldo est.

- SARONIDÆ, vide BARDI.
 SARONIDIS Palus, vide PHOEBÆA.
 SARPEDON, vide TAVRVS.
 SARPEDONIA, vide GORGONES.
 SARPHATH, vide GALLIA.
 SARRA, vide SARAVVS, & TYRVS.
 SARSINA, *σάρσινα*, Straboni Flaminia urbs. SARSINATES habet Plinius. Plauti patria, ut nonnullis placet. Nomen hactenus retinere, scribit Leander. Sed FARSINA, non Sarsina in marmoribus legi, tradit Volaterranus.
 SARSVRA, Africa Proprie opidum, A. Hirrio. forte SASVRA, *σασέρρα*, Ptolemei. neq; hoc inter synonyma quis numeret.
 SARVNETES, Plinio Helvetiorum populi sunt qui apud Scudum Sarngansterlandt inhabitant.
 SARVS, *σάρπ* Ptolemao Pelignorum fluvius, in Magna Gracia. SAGRVS Straboni est. Hodie Sangro, vel Sagnino vocari, perhibet Niger.
 SARVS, Ptolemao Cilicia fluvius qui Adena dicitur M. Nigro. COERANVS, *κοίρα*, prius nominabatur, teste Stephano.
 SASO, *σασώ*, in insula Maris Ionij, apud Ptolemaum. Hac Saseno Sophiano est.
 SASONES, *σάσωνες*, Scythia populi sunt Ptolemao. Hos forte pridem ex Scythia in Germaniam venisse, atque ibi SAXONES dictos, ex aliorum sententiis, memorat Crantzius.
 SASVRA, vide SARSVRA.
 SATARCHI, vide SCYTHÆ, & TAPHRÆ.
 SATAROS, vide PATAROS.
 SATMALI, apud Melim sunt populi, quibus magna aures, & ad ambiendum corpus omne patule. FANESIOS hos vocat Plinius. PHANESII legit Solinus. In tractu Septentrionali sunt. Huius forme homines Strabo ENOTOCOETOS, *ἐνωτοκοίται*, appellat. & Ioannes Tzetza OTOLICNOS, *ὀτολίκνοι*, Chiliade 7. numero 144. Hoc nomen Satmali putat Pintianus ab aliquo imperito interiectum. Idem apud Plinium mallet pro Fanesis PANVSIOS, quasi toti auribus rekti, legere.
 SATORCHÆI, vide TAPHRÆ.
 SATRA, vide ELEUTHERÆ.

- SATRACHVS, *σάτραχος*, Lycophroni urbs & fluvius est in Cypro. Quidam SETRACHVS per e scribunt, ut tradit Isacius, eius Commentator.
 SATVRÆ Palus, vide PONTINA.
 SATVRNIA, ubi nunc ROMA est, inquit Plinius. Et SATVRNIA Porta Urbis Romæ, quam nunc vocant PANDANAM, scribit Varro & Solinus. Diod. Siculus tradit ad sua usque tempora, omnia loca editiora in Sicilia & Occiduis oris SATVRNIA dicta esse. eo quod Saturnus ibidem omnia eiusmodi loca, tanquam munitiora, sub imperio tenuerit. Vide ITALIA, & CAPITOLINVS.
 SATVRNIANA Colonia, *σατερπύλας*, Tuscia urbs mediterranea est apud Ptolemaum. Saturniana etiam hodie nominari, tradit Leander. Hoc est homonyma, non synonyma scribere.
 SATVRNI Columna, vide ALYBE.
 SATVRNINI, Italia populi, in Etruria, qui antea AVRININI vocabantur. Plinius lib. 3. cap. 5.
 SATVRNIVM Mare, vide CRONIVM, & HADRIATICVM.
 SATVRNIVS. Collis, vide MÆSIVS.
 SATYRIDES, vide GORGONES.
 SAVARIA, Hungaria fluvius. Die Saari Wolfgägo Lazio, in paginis Hungarica sua tabula adiunctis. In Tabula vero ipsa dicit. *Mucet* fluvium olim SAVARIAM vocatum. & sic etiam Ioannes Heroldus, in dialogo de rebus gestis Turcarum, in Interamensi Pannonia. Quis huius Savaria ex antiquis meminerit, me ignorare fateor. nisi sit Ptolemaeus qui eius mentionem facit, in Pannonia Inferiore. sed tantum aliquibus Latinis exemplaribus: nam in Græcis eius loco Savus est.
 SAVARIA, *σαβαρία*, urbs Austria. Lazius scribit hodie Lepbnitz vocari. In Pannonia Superiore est, apud Ptolemaum. A Villanovano Gretz interpretatur. Vide SABARIA.
 SAVATRA, *σαβάτρα*, Isaurie in Galatia civitas, Ptolemao. Souraseri Nigro appellatur.
 SAVCONNA, vide ARAR.

SAVIA PANNONIA, quæ & RIPA-RIENSIS, vide PANNONIA.
SAVIVS, vide SAVVS.
SAVLIVM, Liguria opidum, sic dictum iunioribus Latinis, ut Blondus refert. Sori, vel Soli incolis vocari, auctor est Lelandus.
SAVNARIS, vide SARA.
SAVNITÆ, vide SAMNITES.
SAVONA, nomen hodie retinet, Blondo auctore. Vide SABATA.
SAVROMATÆ, dicuntur uno nomine, populi ad Tanaim commorantes. ARVA SAVROMATVM apud Aufonium, in Mosella Idyllio, quidam interpretatur Hunds-ruck, circa Mosellam tractus. & verisimile est ab Aufonio Hunos, (à quibus hunc tractum nomen habere, plurimi existimant) Sauromatas .i. Sarmatas creditos ex Sarmatia enim eos originem habere, auctores classici testantur. Vide SARMATIA.
SAVROMATIDES, & SAVROPATIDES, vide AMAZONES.
SAVS, σαῦς, Plinio & Straboni; Ptolemæus SAVVS, σαῦς, & SAVIVS, σαῖς, habet. Pannonia fluvius est, in Danubium se exonerans. Hodie Sava dicitur, Lazio & aliis testibus. SALVS in Arriano Latino vocatur, sed corruptè, ut puto, nam in Greco σαῦς est. Videtur apud Strabonem quoque NOARVS, νῶαρς, appellari, cum scribat hunc præter Segesticam fluere. Segesticam urbem enim ad Saum pertinere, ex Plinio lib. 3. cap. 25. apparet; ubi dicit Colapin in Saum influere, ubi insulam efficit Segesticam. Sed idem Strabo in calce lib. 5. ut Xylander vertit) scribit Segesticam urbem à Sao præterflui. Ex eodem etiam Strabone NAORVS quoque alius est fluvius, cum inquit libro septimo, Corcoram fluvium in Savum influere, Savum in Dravū, & hunc in Noarum. Strabonem autem errare, in eo quod scribat Savū in Dravum influere, Bonfinius oculatus testis, & Tabula corographica coarguunt. Nos nihil hic affirmamus, de locis nempe nobis incognitis. hæc tantum in medium proferimus, ut studiosis huiusmodi penitus indagandi occasionem præberemus. Vide SAMOS.
SAXA, vide ÆGATHES.

SAXONES Ptolemæi, CATTOS à Tacito dici, vult Crantzius. Vide SASONES.
SAXONICVM Littus, videtur in libro Notitiarū, Cantij partem Orientalem designare; cum Dubrim, Rutupin & alia Cantij opida in eo describat. Itidem littora Germanie Inferioris, & Gallie huic Cantio obiecta sub Saxonici littoris vocabulo comprehendit. nam Armoricanos, Osismios, Abrinca-tes, Venetos, & Nervicanos populos: nec non Rhotomagum, Flaviam Constantiam, aliasq; urbes, in Saxonico littore sitas nominat.
SAXONIA Trāsmarina, vide ANGLIA.
SAXONVM Insule Ptolemæo, in Oceano Germanico, Albi fluminis ostiis obiecta sunt. Helych landt à Crantzio versas video.
BYRCHANIS, Συρρανίς, hæc fortè Strabonis est.
SCALABIS, vide IVELVM Presidium.
SCALÆ ANNIBALIS, apud Pōponium maritimus locus est, Hispania Tarraconensis, inter Tarraconem & Barchinonem opida. Ab Episcopo Gerundensi, & Olivario Costa de Garaf nominatur. Villanovanus scribit Scalas Annibalis, idem esse cum LVNARIO Promontorio Ptolemæi; & hodie Monjui dici. Locorum periti iudicent. Video hoc Lunarium prom. aliquanto Septentrionalius apud Ptolemæum poni.
SCALDIS, Gallie Belgicæ fluvius Cesari: aut potius, ut Plinius auctor est, Gallie & Germanie terminus. nam ad Scaldim usq; (ut ipse inquit) Germanicæ accolunt gētes. Ptolemæo etiam hucusq; Germania protenditur: sed huic TABVDA, ταβδα, nominatur. Hodie Teutonibus, & Germanis Sceldt, Gallis autem, apud quos originem sumit, Escault dicitur sed si demas primum elemētum, ferè idem sonat. Gallis enim hoc familiare est, vocabulis ab s incipientibus, E litteram in principio adijcere; ut pro schola, scribere, studere, Stephanus, stabulum, stella, alijsq; sexcentis; ipsi escolle, escrire, estudier, Estiène, estable, estoille, & scribūt, & pronunciant. Idem commune esse Hispanis, in dictione IBERIA ostendimus. Oritur Scaldis in Veromanduis, prope Abbatiam, ut vocant, D. Martini quo inter
 n 3 Castel.

Castelletum, & Bellivorum, duo Gallorum propugnacula, placidus incedens, versus Cameracum urbem Imperialem, & episcopali sede inelytam, pergit; eamque interluit. Hinc Hannoniam regionem petens, Bochonio opidulo salutato, aliquot torrentibus auctus, Valencenam urbem nobilem suis aquis dicit: nam hinc navigiis vehendis se idoneum praebeat. Hac relicta & Hama maximo Hannonia fluvio in se recepto, Condatum opidum in eius confluentis situm, praeteriēs; cum Scarpa amne, Tornacum, urbem & vetustate & episcopatus titulo illustrem, in duas partes distinguens, Flandros visitat. Hinc postea Oudenardam in duo opida dividit: amplissimamque & maximi nominis urbem Gandavum irrigat: in eaque, praeter aliquot minoris nominis rivulos, etiam Lisa uberrimus Flandriae amnis, suas aquas in Oceanum deferendas, cum eo communicat. In hac urbe Oceani reciprocantis aestum primam hic sentit fluvius, hucusque enim eius aqua, ex maris incremento restui, intumescentemque comprehenditur. A Gandavo sinuosis flexibus multisque meandris ad Teneramundam decurrit: ibique Tenera (a quo hoc opidum in eius ostio, quo Scaldim influit, situm, nomen obtinet) deinde Rupelaque fluminum aquis concepto, Brabantiam a Flandris discriminans, Antuerpia emporij moenia lambit; urbi que portum insignem, & tutam navium stationem efficit ad tria milliaria prolabens, in duo vasta cornua finditur: quorum unum Flandriam a Zelandis dirimes, inter Bierstetum Flandriae, & Flissingam Zelandiae urbeculas, amisso nomine, idque mutato in Honte, Oceanum intrat. alterum, Bergam a longinquo a dextra prospiciens, & versus Romerosualam a sinistra deflens, inter Zelandicas insulas diffunditur: & omnes eius urbeculas alluens, inter Walachriam & Schaldiam, (Schouwen vulgo vocant) retento Scaldis nomine, in Oceanum Germanicum se exonerat. Meminit Scaldis fluminis etiam Panegyricus Maximiano Imp. dictus, hac verborum formula: *Quanquam illa regio divinis expeditionibus tuis Caesar vendicata, atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit, &c. ut*

legit B. Rhenanus. in excusis enim a Frobenio codicibus, pro Scaldis, callidis legitur. Scaldis & Tabuda etymologiis si quis delectetur, in Becani Aavaticis eas reperiet.

SCALDIS PONS Antonini, est Valentiennes, Hannonia urbs; Iacobo Meyero.

SCAMANDRI Collis, vide DARDANIA.

SCAMANDRVS, *σκამάνδρος*, Mysiae fluvius, iuxta Hellepontum. Hodie Simoeres dicitur, Castaldo auctore; Paescamandria, Nigro. Vide XANTHVS, & INACHVS.

SCANDIA, & SCANDINAVIA, vide BASILIA. Scandia, *σκάνδια*, ut hoc praeter institutum hic adijciam, Stephano & Pausania Cytherorum navale, in Peloponneso est. Huius etiam meminit Lycophron.

SCANDIAE, vide HEMODES.

SCAPHIS, vide SCAPHE.

SCARABANTIA, vide SACRABANTIA.

SCARDONA, *σκαρδῶνα* Ptolemaeo Illyrici maris insula. Hodie Malconfiglio vocari, & Iadera civitati imminere, ex Blondo colligit Villanovanus. Vide LIBURNIDES.

SCARDONA, Illyrici opidum, Ptolemaeo. Nomen adhuc retinet apud Sophianum. Villanovanus autem Scardo vocat. Apud Strabonem SCARDO legitur. Habet Nigro SCARDONIVM Lacum hoc tractu, quem Proclian appellari ait.

SCARDVS, *σκαρδός* Ptolemaeo, qui SCORDVS Livio; Mons inter Dalmatiam & Mæsiam Inferiorem. Marinai hodie Villanovano.

SCARPHE, *σκαρφη*, Eubœa urbs; qua quodam ETEONOS, *ἑτεώνος*, dicta fuit, Stephano teste. Item Strabone; sed huic in Bœotia est. Pro Scarphe legit Hermolaus SCAPHIAS apud Strabonem. Vide Annotationes Xylandri, in locum hunc, lib. 9.

SCARPHEA, *σκαρφεία* Ptolemaeo in Locris opidum est, ad Sinum Maliacum. quod Strabo SCARPHE, *σκαρφη*, vocat, & suo tempore PHARYGÆ, *φάρυγαι*, appellatum subiungit. TARPHE, *τάρφη*, a Stephano vocatur.

- SCEA**, vide TRIPOLIS.
SCELERATA, vide CARMENTALIS.
SCENA, vide SENVS.
SCENITÆ, vide ARABIA, & SARACENI.
SCHEDIA, χεδία, Aegypti vicus, navale habens, inter Nilum flumē, & Alexandriam urbem. Strabo. Guilandinus Raschit nominari scribit. Vide ARAPOTES.
SCHERIA, vide CORCYRA.
SCIATHVS, σκιάθ, Maris Aegaei insula, apud Ptolemaum. Hac Sophiano Sciato appellatur. EINALIE, εινάλιν, appellata est ab Apollonio ut tradit Gerbelius.
SCILVSTIS, vide PSITVLICIS.
SCINGOMAGVS, σκινγόμαγ, Straboni urbs est in Alpibus sita. Sefanz, Scudo. Susana, quae & Seiufiana Castilionao dicitur.
SCIOPODÆ, Plinio monstrosum hominum genus, in India; singulis cruribus. Eisdem MONOSCELOS vocari, Plinius auctor est, lib. 7. cap. 2. Apud Gellium lib. 1. cap. 5. ubi hunc Plinij locum citat, pro Monoscelis, MONOMERI legitur. Itaque aut Plinius ex Gellio, aut hic ex eo castigandus videtur.
SCIRAS, vide SALAMIS.
SCLAVI, qui nostra consuetudine VVIELSI, sed sua lingua VVELATABI dicuntur. Sic Eginhartus, in vita Caroli Magni; item Regino qui & Sclavos quosdam VNCRANOS vocat. Witichindus eorum nonnullos VCHROS, HEVELLOS, LVSIKOS, LISICAVICOS, & VVLOINOS dici tradit. Vide VANDALI.
SCODRA, σκόδρα, Illyrici opidū, Ptolemao, & Livio, qui eam describit lib. 44. Scutari nostro saeculo dici, Sophianus & Volaterranus produnt. Scutari apud Nigrū legitur. Scanderia (quod idem sonat quod Alexandria) à Turcis vocatur ut scribit Mar. Barletius.
SCODRVS, vide SCARDVS.
SCOLLIS, σκόλλις, Mons Achaia, unde Larissus amnis effluit. Hic mons ab Homero OLENIA Petra vocatur: referēte Strabone.
SCOLOTI, vide SCYTHÆ.

- SCOMBRARIA**, σκομβραία, Hispania Tarraconensis promontorium, Ptolemao quod SATVNI à Plinio appellatur, ut Pinetus suspicatur. Hodie Cabo di Palos nominari dicit Clusius.
SCOMBROARIA, σκομβροαρία, quae & HERCVLIS, Ἡρακλέους νῆος, Insula dicitur, ut Strabo refert. σκομβραία, sine O, quidam legit. apud Carthaginem novam est. Hodie Esconbrera vocari, tradit Florianus.
SCOMIVS, vide HÆMVS.
SCOPELVS, σκόπελος Ptolemao maris Aegaei insula, prope Macedoniam. Scopulo nominatur Sophiano.
SCOPELVS, Maris Ionij insula, Ptolemao: iuxta Cephaleniam. Bordonio S. Maura nuncupatur. Vide LEVCAS.
SCOPIA, σκοπία, Extrema, Ptolemao Doridis promontoriū est. quod Straboni TERMERIVM, τερμέριον est, ut Villanovanus scribit.
SCORAS, vide ARAR.
SCORDISCI, σκορδίσκοι Ptolemao Pannoniae Inferioris populi. quos Strabo etiam SCORDISCAS vocat, & SCORDISSOS Sex. Rufus, qui eos in Thracia vicina regione ponit. Rasciam eis attribuit hodie Castaldus. Ipsi se vocant nunc Boznachi, inquit Dom. Niger: hoc est Boffen Germanicè. Scordiscorum etymologiam vide in Britannia Humfredi Lhuydi. Quid si sine SCORDISTÆ, κορδίται, apud Athenaeum lib. 6. quos Galatos ex iis facit qui cū Brenno Delphicum templū spoliaverant. SCORDISCOS Gallos nominat Posidonius, apud Strabonem qui eos duplices facit; cis & ultra Istrum incolentes. SCORDISCI cis Istrum fortasse ij sunt, quorū regio Nicetas Choniata Francochorium vocat. sic enim apud hunc legitur: Zeugminum, quod nunc Sirmium, castellum in Francochorio situm: quae regio non minima Hungaria pars est, sed habitatoribus infrequens, inter Istrū & Savum fluvios; in ea hoc Sirmium. Hæc ille. Vide tabulam Ptolemæi in Europa quintam. Is hoc loco Sirmium, & Scordiscos habet.
SCORDISCVS Mons, σκορδίσκον Ptolemao in Cappadocia quem Strabo SCY-

- DISSEM** vocat. Marcellinus **ARMONIVM** appellat.
- SCOROBAS**, vide **HORMINIUS**.
- SCORTON**, vide **MINTHE**.
- SCOTHERA**, vide **CYTHERA**.
- SCOTI**, quorum Ammianus primus inter Latinos scriptores meminit, Britannie insule Septentrionales populi qui ex Hispania Cantabria oriundi, atq; inde in Hiberniam migrati, tandem in Scotia sedem fixere. Britanica lingua Guydhyl appellantur. Humfred. Lhuydus.
- SCOTIA**, Borealior Britannie insule pars quondam à Latinis scriptoribus **ALBANIA** dicta & incolis adhuc Albayn dicitur. Humfr. Lhuydus. Ego cum B. Rheno contenderim hanc Scotiam, à Tacito in vita Agricola **CALEDONIAM** vocari.
- SCOTICVS** Oceanus, vide **CALEDONIVS**.
- SCRITIFINI**, vide **CREFENNÆ**.
- SCVL TENNA**, fluvius Flaminie, apud Livium & Plinium. Panaro hodie dicitur, scribit Leander. Infra sic vocari, at supra antiquum nomen retinere, tradit Blondus.
- SCVPI**, σκῆπι Ptolemaeo Mysie Superioris urbs; quæ Tzetza & Sophiano Scopia, σκόπια, appellatur.
- SCVRGV M**, σκῆρρον, Germania opidum Ptolemaeo quam Villanovanus Schyneben vertit.
- SCYDISSES**, vide **SCORDISCVS**.
- SCYLACI V M**, vide **SCYLLETIV M**.
- SCYLÆV M**, σκύλαειον, apud Ptolemaum, Brutiorum promontorium est. quod Garofilo Leandro vocatur sed Voli, Nigro. Strabo, sublime saxum, Plinius opidum esse scribit. **BRVTIV M** Pomponij esse, putat Villanovanus. **BRETTIV M** legit Barrius apud Sallustium, ex Servio: & Subarum ab accolis vocari subiungit. Vide **SCYLLÆV M**.
- SCYLLA**, Plinio scopulus in Freto Mamertino, inter Sicilia & Italiam. Hodie Scyllio dicitur, auctor mihi est Fazellus.
- SCYLLA**, Brutiorum opidum, apud Melam, quod hodie Siglio nuncupatur, ut Leander tradit.

- SCYLLÆV M**, Promontorium Peloponnesi, in Argia regione, Plinio teste. Hec apud Ptolemaum **SCYLLIV M**, σκύλλιον, vocatur. **SCYLÆV M** unica L, legit Plethō. Hodie Cabo Sygillo dicitur, scribit Favolius. Cabo Scylli autem Sophianus. Villanovanus Damala appellat.
- SCYLLETIV M**, σκυλλέτιον, quod et **SCYLACI V M**, auctoribus Strabone & Plinio. Atheniensium Colonia est, in Locris, Italia regione. Squilacci hodie nominatur, ut refert L. Albertus. Scyllatium habet Barrius; voce magis Latina, ut ego existimo.
- SCYLLIV M**, vide **SCYLLÆV M**.
- SCYRV S**, σκῆρρον Ptolemao maris Aegei insula, medio ferè itinere inter Lesbion & Euboeam. Scyro nominatur à Sophiano.
- SCYTHIA**, σκυθία, apud Ptolemaum duplex est, quæ Imao monte distinguitur. Inde **INTRA** & **EXTRA IMAV M** cognominatur. Regnum Cathay has Scythias obtinere, scribit Villanovanus, in suo Ptolemaeo. Quæ intra Imaum est, videtur mihi magnam partem Tartaria occupare. Quæ extra Imaum sita est, à barbaris Mongal, & à iunioribus Tartaria antiqua dicitur, tradit Marius Niger. Scythiam intra Imaum, Ar. Montanus **DICLA** Hebrais esse putat, in suo App. Biblico. Iornandes scribit Gothos Scythiam regionem (Europæam innuens) ut ego puto, **OVI M** eorum lingua appellare. Pro Ovum legit ex hoc auctore **OCIM NIM**, Conradus à Lichtenau.
- SCYTHIACA** Regio, Aegypti tractus, apud Ptolemaum. Campo Charmeli, fortè hodie vocatur. Sic ego colligo ex schedula topographica Aegypti, quæ apud me est, quam in Aegypto à quodam studioso delineatam censeo.
- SCYTHÆ**, à Persis **SAGÆ**, ut Mela habet, vel **SACÆ**, ut Plinius, Solinus & Eustathius scribunt, vocantur. Idem Plinius tradit eos antiquitus **ARAMÆOS** dictos. & primū **NOMÆOS**, νομαῖοι, addit Stephanus. Iosephus tradit **MAGOGAS** dictos, à Magog. Tzetza Chiliade II. prodit **ABASGOS**, **ALANOS**, **SACAS**, **DACAS**, **RHOOS**, παῖς, **SAVROMATAS**, & omnes Borealium cardinum gentes

gentes, communi vocabulo Scythas dici. Idem Childe 8. numero 224. Scytharum gentes in tres dividit, in MÆOTAS, CAUCASIOS, & OXIANOS. Scytharum historiam lege apud Nicephorum Gregoram; qui eos ab Homero CIMMERIOS, à Plutarcho CIMBROS, & TEVTHONES, & ab aliis aliter, veluti MELANCHLÆNOS, MASSAGETAS, SARMATAS, &c. secundum temporis vicissitudinem, & migrationes ab eis factas, nominari ait. PATZINACOS πατζινάκοι, nuncupat eos Ioannes Curopalates, Zonaras, & Michaël Glycas, qui inter eos quoque VSICAM nationem nobilissimam numerat. PIZENACOS habet Lhuiprandus Ticinensis: & PEZINATOS Regino, litterarum fortè errore, qui à scriptoribus in vocabulis, ab ipsis non intellectis, facile committitur. Eadem est huius nominis etiam in Grecis codicibus inconstantia. Suidas etiam auctor est eos suo tempore PATZINACITARVM nomen habuisse: & quidam eorum CHRVTINGOS & DACOS, (qui sunt Scythæ Europæi) appellatos. SACHATEOS illos indigitat Chalcondilas. ABARI sunt ex gente Scytharum qui Hamaxobij vocantur, inquit Evagrius Scholasticus. Horum etiam meminit Nicephorus Callistus, qui eos ABARES vocat. Herodotus prodit omnibus nomen esse SCOLOTIS, σκολότις. Hodie autem, uti Herbersteinius testatur, Tartari ab exteris dicuntur, se ipsos verò Befermanos nominant. Dist, se ipsos sua lingua vocare, Marius Niger perhibet: Theveto auctore ab Arabibus Ator Albacara nuncupantur. Scytharum nationes plurimæ cnumerantur à Plinio, uti ALANI, AMORDI, APELLÆI, AORSI, ANTARIANI, ARIMASPI, qui antea CACIDIRI, ARIACÆ, AROTERES, ASÆI, CAMÆ, CAMACÆ, COTIERI, DACI, DAHÆ, EDONES, ESSEDONES, EVCHALÆ, HISTI, GETÆ, HAMAXOBII, MASSAGETÆ, NAPÆI, OETEI, PESICI, ROXOLANI, RHYMNICI, SACÆ, SARMATÆ, & SA-

TARCHOS. Apud Ptolemaum hi leguntur, GRINÆI, ABII, AGATHYRSI, AZANI, AORSI, ARIACÆ, ANAREI, ASCATANCÆ, ASPISII, CHÆTÆ, CHARAVNI, CORASPPI, CACHASSÆ, GALACTOPHAGI, HIPPOPHAGI, IORDII, IOTÆ, IAXARTÆ, MASSÆ, MOLOGENI, MACHAGENI, NOROSI, NOMASTÆ, OROSBES, ORGASI, RHOBASCI, SAMNITÆ, SASONES, SVEBI, SVSOBENI, SÆTIANI, THACES, TAPVREI, TABBINI, TIBIACÆ, & ZARETÆ. Trebellius Pollio in vita Claudij Imp. hos quoque Scythiæ populos habet, PEVCINI, TRVTVNGI, AVSTROGOTHI, VIRTINGVI, & SIGIPEDES. In Stephani de urbibus Lexico has legimus, APSILAS, BVDINOS, DAIAS, DASAS, HELVROS, EVERGETAS, EDOS, IAMOS, BECHIR, IAMAS, ISEROS, LAZOS, MATYCETAS, MÆOTAS, MYRGETAS, PARTHYEOS, SANNIGAS, & TYRMENIOS. Mela eorum quosdam NOMADES ponit. Item Suidas, qui eosdem HAMAXOPHORETOS vocari dicit. Plinius conqueritur in his describendis auctorum inconstantiam, propter, ut ipse addit, innumerasq; gentes aded ut eorum nomen, ut alio in loco inquit, usquequaque transit in Sarmatas & Germanos. Strabo scribit lib. I. omnes cognitæ regiones versus Septentrionem uno prius nomine, vel Scythas, vel, ut ab Homero, Nomades appellatas. Item lib. II. refert veteres Græcorum scriptores universas gentes Septentrionales Scytharum & Celtoscytharum nomine affecisse. His autem antiquiores ita diviserunt eos, ut qui supra Euxinum, Istrum & Adriam incolerent, eos omnes Hyperboreos, Sauromatas, & Arimaspos appellarent. qui trās mare Hyrcanum, Sacas & Massagetas.

SCYTHIA Minor, & Thracensis, vide MOESIA.

SCYTHIAS, vide DELOS.

SCYTHICVM Mare, vide EVROBORVM.

SCY-

SCYTHICVM Promontorium, Hispania in Cantabris; Mela auctore. Ab Olivario vocatur Cabo del figo.

SCYTHICVS Mons, vide PHASIS, & TAVRVS.

SCYTHON, vide THRACIA.

SCYTHOPOLIS, σκυθόπολις, Ptolemaeo, qua NISA antè, ut Plinius refert. Cavæ Syriæ urbs est; qua BETHSAN, Βηθσαάν, Hebrais dicitur, ut scribit D. Hieronymus. BETHAMES habet Iosephus: eamq; in Tribu Manassis ponit. BASAN, Βάσαν, antea vocatam scribit Ceirenas. Vide Annotationes Xylandri in hunc auctorem.

SEBA, vide SABÆI, & SACÆ.

SEBASTA, Asia urbs, non longè ab Euphrate describitur à Sabellico sed cuius regionis, aut à quo auctore eam habuerit, nescio. Eamq; addit hodie Suas dici. Vide SAMARIA; & DIOPOLIS, hanc enim eandem esse suffior. Vide quoque ALEXANDRIA, & CÆSAREA Cilicia.

SEBASTA ALTERA LEGIO, δευτέρα Σεβαστή, Albionis insula urbs, apud Ptolemaum. Aethera appellatur Villanovano.

SEBASTOPOLIS, Colchidis urbs, Ptolemaeo & Arriano in suo maris Euxini periplo; cuius enarrator Stuckus dicit hanc apud Plinium CAMPSEON SIN vocari. Plinio enim flumen est lib. 6. cap. 4. his verbis: Flumina Campseonisis, Nogrus, Bathys. quo loco (sit hoc parergon) Pintianus libenter legit, Acampsis, Acinasis, &c. idq; auctoritate Arriani qui hoc tractu Acinasin habet. Vide DIOSCURIAS, & MYRINA.

SEBENNYTICVM, σεβεντυτικόν, ostium Nili, Ptolemaeo. Sturioni hodie vocari, tradit Niger.

SEBETHIS, vide SEBETVS.

SEBETVS amnis describitur ab Erythraeo in suo Indice Virgiliano: qui inter Vesevū montē & Neapolim decurrens, vulgo Fiume della Maddalena vocatur. Vicatim per Neapolim delabitur, omnibus civibus usum præstans; & populariter Fornello nominatur. Huius amnis meminit Statius, lib. 1. Silvarum. item Columella in suo Horto, hoc car-

mine, Doctaq; Parthenope Seberhide rosida lymphæ. Cum adspiratione scribendum in ultima, docet ex lapidibus Manutius. Sed video etiam per A in prima SABETVS, σαβητός, legi.

SEBINVS Lacus, in Italia, Ollium fluvium emittens. Huius meminit Plinius lib. 3. cap. 19. Eūdem SEVINNVNVM nominat lib. 2. cap. 103. Lago d'Isèo hodie dici, Erythraeus & Leander tradunt.

SEBVSIANI, Sunt Gallorum populi, quos Caesar Aeducorum clientes dicit. Marthianus eos Bellicentes interpretatur: Pinetus & Vigenereus Bressantz. Scudo autem videtur potius ea Sabaudia pars qua hodie Burgo presso dicitur. Vigenereo Pais de Bresse.

SEBVSIANI, citantur à B. Rhenano ex Marcellini lib. 16. dicitq; eo vocabulo Wiltenburg opidulum denotari; quod est inter Argentinam & Spiram. Idem suadet primo Commentariorum libro, apud Casarem, (ubi sic habetur; Triboces, Vangiones, Nemetas, Sedusios, &c.) pro Sedusios, Sebusios legendum. Meus codex Marcellini à Frobenio excusus, eo loco quo Rhenanus Sebusianos legit, SALISONEM habet. Hoc hic addere volui, ut studiosis probata lectionis investigandi ansam præbeam.

SECANI, vide SEQVANI.

SECERRÆ, Antonino Hispania Tarracoenensis urbs. S. Celloni, Varrerio, qui dubitat num eadem sit cum ASCERRIS, ἀσκηρῆς Ptolemaei. hæc Marinus Cervetta indignat.

SECOANVS, vide SEQVANA.

SECONTIA, Celtiberie urbs est apud Antoninum; inter Bilbilin & Cesaraugustam. Varrerius Muela vocat.

SECOR, σηκωρ, Gallie Aquitanica portus Ptolemaeo. Luson est Villanovano.

SECVNDA IVSTINIANA, vide VLIPIANVM.

SECVSIANI, Casari sunt Gallie populi, quos Ant. Pinetus Forest pays interpretatur.

SECVSTERO, opidum Gallie Narbonensis, Antonino. Sesteron Simlero.

SEDECVLA, locus cuius Cicero meminit in epistola ad Atticum, ut tradit Gab. Barrius; in-

rius; incole Segiolam vocant. Ad mare est non longè à Picio opidulo novo, ubi thynnorum piscatio est.

SEDETANI, Vide HEDETANI.

SEDVNI, Gallie populi, Alpibus vicini, apud Casarem; Vallelia Superior. & VERAGRI Casaris, Vallelia Inferior. Item SEDVNVM, horum metropolis, Sion Sabaudica lingua, & Sitten Germanica dicitur. Ex Scudi Commentarius.

SEGALAVNI, vide SEGOVELLAVNI.

SEGEDA, quæ AVGVRIANA cognominatur, inquit Plinius, Hispania Batiæ urbs. SEGIDA, Σεγίδα, habet Strabo & Stephanus. M. Niger scribit eam S. Stevan vocari. Sed circa Caceres eam fuisse, tradit Beutherus. Urbem amplam & potentem Celtiberorum qui Belli cognominatur, describit App. Alexandrinus.

SEGEDVNVM urbem, ponit Wolfgangus Læzius in Hungaria, ad Tibiscum fluviū, & Seged vocat. SINGIDONENSIS meminit Aurel. Victor, in vita Iovini. Imp.

SEGELOCVM, Antonino Angliæ opidum est. aliàs apud eundem AGELOCVM dicitur, ut annotavit Simlerus; & ante eum Talbotus, qui se ignorare fatetur quo hodie hoc nomine dicatur, nisi fortè Aulerton in Shenwode.

SEGESSVS, vide SAGALASSVS.

SEGESTA, vide EGESTA.

SEGESTA TIGVLIORVM, Liguria urbs, Plinio. Sestri de Levate, vocatur à Leandro Specia Blondo. Vide TIGVLLIA.

SEGESTANORVM Emporium, Vide EGESTEORVM.

SEGESTANAS Aquas, sive PINCIANAS habet Antoninus, in Sicilia; inter Drepanum & Panormum.

SEGESTICA Insula, in Savo est. quam Plinius describit iuxta confluentiam Colapæ, in Savum. Zigea Hungaricè dicitur, ut Læzius tradit. Pinetius Wandspurg vertit.

SEGESTICA, Σεγιστα, Pannonia urbs, describitur à Strabone lib. 5. & 7. iuxta Savum, ad multorum annuum confluentes non procul à Sirmio & Sysci opidis. Bonfinius tradit huius Segestica vix vestigia

existare, locumq; hodie Segesd, aut Segestum vocari. Eadem videtur mihi cum Segestica insula Plinij.

SEGETHVSA, vide ZARMISOGETHVSA.

SEGIDA, vide SEGEDA.

SEGIMONENSES, Hispania populi apud Plinium. quorum locum Pinetius Segutam vocat. & addit SEGISAMONCVLVM, Σεγισαμόνκλον, Ptolemæi esse. Plinius Segimonensibus immediatè iungit SAGISAMEIVLIENSES. hos puto à Ptolemæo SEGISAMAM IVLIAM, Σεγισαμαϊβλια, appellari. SEGESAMAM Σεγισάμα, Vaccaorū habet Strabo; & SEGISAMAM urbem Cantabrie habet Orosius lib. 6. cap. 21. quam à Casare captam scribit. hanc eandem cum Ptolemæi Segisamonculo putarim.

SEGISAMA, & SEGISAMONCVLVM, vide SEGIMONENSES.

SEJNI, Germaniæ populi inter Eburones & Treviros, Casari nomen eos retinere scribit Marlianus. Vocantur enim Sincy, ut Leodius aut Segney, ut Divæus tradit. Ambourg à Vigenereo interpretantur.

SEGOBRIGA, Σεγόβρυγα, Ptolemæo & Straboni, Celtiberorum in Hispania Tarraconensi urbs. Item Plinio, qui eos SEGROBICENSES vocat. Segorbia hodie dicitur testibus Vaseo, Clusio & Tarapha.

SEGODVNVM, Σεγόδουνον Ptolemæo Germaniæ civitas. quam Pirchaimerus Furnberg nominat, Germaniæ umbilicum, & emporium celebre.

SEGODVNVM, Gallie urbem, in Rutanis, habet Ptolemæus. Rhodes Villanovano & Appiano est. RVTHENI Casaris sunt, de quibus vide suo loco.

SEGONCIA, urbs Hispania, inter Complutum, & Casaraugustam, medio ferè itinere. Siguença nunc dicitur Varrerio. Huius Livius, Strabo, & Plinius meminere. Altera fuit SEGONCIA in Batica versus Fretum à Plinio nominata: visuntur eius ruinae non longè à Lethæi fluminis ripa hodieq; Gisgonça loco nomen est. Hoc Amb. Moralib. Apud Plinium tamen SAGVN-TIA, & Strabonem SERGVN-

- TIA, *σεργυντια*, legi video.
 SEGONTIACI, Casari sunt Angliae insu-
 lae populi. à Glareano Sengerer nominatur.
 SEGOR, vide BALA.
 SEGORTIALACTA, *σερορτάλακτα*,
 Arevacorum, in Hispania Tarraconēsi urbs,
 Ptolemaeo. Sepulveda Villanovano.
 SEGOVELLANI, Plinio qui fortè SE-
 GALAVNI, *σεγαλαυνοί*, Ptolemaeo, Populi
 Gallia Narbonensis. Valentinois Pineto.
 SEGOVIA Plinio, SEGV BIA, *σεγεβία*
 Ptolemaeo, Arevacorum urbs, in Tarraconēsi
 Hispania. Segobia, Vaseo.
 SEGV BIA, vide SEGOVIA.
 SEGVNTIVM, Antonino Angliae urbs; qua
 Cilcester Anglis, & Carrlegent Britan-
 nis dicitur; H. Lhuydo auctore.
 SEGVSIANI, *σεγυστιανοί*, Galliae Narbo-
 nēsis populi Straboni; Lionnois hodie. Nam
 vocat Lugdunum, Segusianorum urbem
 Ptolemaeus. Bresse eos vertit Villanovanus,
 qui etiam in Gallia Lugdunensi sunt.
 SEGVSIO, Italiae Transpadanae urbs est a-
 pud Plinium quam hodie Susa dici, scribit
 Leander. Huius meminit etiam Antoninus,
 qui quoque, ut Simlerus annotavit, REGV-
 SIO in nonnullis exemplaribus legit. SE-
 GVSIVM, *σεγύσιον* Ptolemaei est, in Se-
 gusianis.
 SELAMBINA, *σελάμβινα*, Hispaniae Bati-
 cae urbs, Ptolemaeo. Salobreña Floriano.
 SELAMPVRA, Indiae extra Gangem urbs,
 teste Ptolemaeo ut habet G. Mercator: quam
 Lampuraa vocat. Sed in Graecis Ptolemaei
 LAMPVRA, *λάμπυρα*, tantum legitur,
 non Selampur.a.
 SELAS, vide PAMISSVS.
 SELCHA, vide SALECHA.
 SELENES, vide LVNA, & LVNÆ
 Portus.
 SELEVCEIS, vide OLMI.
 SELEV CIA, *σελεύκεια*, ad Belum Plinio
 quam aliquando (ut Hermolaus ait) SE-
 LEVCOBELON nominant. In Cava
 Syria est. Scio Stephanum SELEVCO-
 BELVM, *σελευκόβηλ*, in Syria descri-
 bere, quam SELEVCEVM, *σελευκευς*,
 non Seleuciā ad Belum, à Pausania appella-
 ti addit. Eadem tamen sit.

- SELEV CIA, quam TRACHEAM, *τεγ-
 χεία*, sive Asperam cognominat Ptolemaeus.
 TRACHIOTIM Plinius, qui addit eam
 ante HORMIAM dictam. Hac etiam, si
 Stephano creditur, prius OL BIA, *ολβία*, &
 HYRIA, *υρία*, dicta fuit. In Cilicia est,
 supra Calicadnum fluvium. Hodie Salefi-
 ca dici, Niger ait: Seleuca: Ios. Barbarus.
 Suidia ab Abylfedea vocari, aestimat Ra-
 musius. Vide O L M I, eandem enim esse,
 sub dubito.
 SELEV CIA, Babyloniae regionis, prope flu-
 vium Hediphontem prius SOLOCE, *σολό-
 κη*, nūcupabatur, teste Strabone. COCHE.
 fortè à Marcellino lib. 24. & MENZO-
 CHASA à Zosimo lib. 3.
 SELEV CIA, ad Tigrim flumen describitur
 à Pausania: qui eam à Seleuco conditam
 tradit. Plinius eam Parthorū cognominat,
 lib. 5. cap. 25. Hac Baudras à Pineto voca-
 tur. Sed Gueset Diacono auctore ab incolis
 appellatur.
 SELEV CIA, Syriae Cave, in littore Maris
 Mediterranei, apud Ptolemaeum: qui eam
 PIERIAM, *περία*, cognominat. Soldi vo-
 catur ab Olivario. Soldino à Nigro. Puto
 hanc ipsam esse quam Mela in Phœnicia
 regione contermina describit. Alia est ab ea
 quam Plinius ad Belum locat.
 SELEV CIA, Pisidiae regionis, ut Niger scri-
 bit: qui eam nunc Charazafar dici ait. Sed
 Pisidiae eam non rectè attribuit, ex corrupto
 Ptolemaei exemplari. Pamphyliae enim est,
 Phrygiae regionis.
 SELEV CIA, à Seleuco Nicanore condita, in
 confluyente Euphratis, & Tigris. atque BA-
 BYLONIA dicta: ut Plinius & Strabo
 referunt. Niger eam Bachad vocari scribit.
 Ego, an haec eadē sit cum ea qua ad Tigrim
 appellatur, an alia, me dubitare fateor. Vide
 ANTIOCHIA, GADARA, &
 TRALLIS.
 SELGA, *σέλγη* Ptolemaeo Pamphyliae civitas.
 Philadelphia hodie dici, ait M. Niger.
 SELINVNTIVS, vide APESANTVS.
 SELINVS, *σελινῆς*, Portus Marmaricae re-
 gionis, in Africa: Ptolemaeo. Porto Alber-
 to, vocatur Castaldo; Salonef, Mercatori.
 SELINVS, Plinio & Straboni, Siciliae urbs.
 SELY-

SELYNON apud Siliam legitur. Hodie Aretio Salemo dicitur, sed Terra de Publici Fazello. Hodie Mazara vocari tradit Volaterranus. Errat Leāder, qui scribit eandem Mazara à Ptolemaeo dici: cum fluvij nomen sit Mazara, non urbis, apud Ptolemaum. Strabo scribit suo tempore Selinuntem interijisse.

SELINVS, Cilicia civitas, quae postea, (quod Traianus Imp. ibi vitam finierit) **TRAIANOPOPOLIS**, τραιανόπολις, dicta fuit. Xiphilinus.

SELINVS, Siciliae flumē; Ptolemaeo & Straboni; hodie Madiuni dicitur; Fazello teste; & Salemi Leandro. Sunt autem plures alibi huius nominis fluvij; Strabo enim alium in Achaia describit, Aegium urbem perfluens. Alium in Cilicia. Item alium in Elide. Alium qui Ephesi praeter templū Dianae labitur de quo Plinius lib. 5. cap. 29. duos facit, sic enim apud eum legitur: Templum Dianae complexi ē diversis regionibus duo Selinuntes. Et capite sequenti scribit Selinuntem intermeare Pergamum urbem. Sed hic forte idem erit cum Ephesiorum. Vide **SOLVS**.

SELLI, vide **DODONEI**.

SELYBRIA, σελυβρία Ptolemaeo Thraciae urbs. **SELYMBRIA** apud Plinium est. Strabo tradit antea **SELYN** dictam, postea addita **BRIA**, quod Thracum lingua urbs significat, Selybriam appellatam.

SELYMBRIA, vide **SELYBRIA**.

SEMANA Silva, σημάρα Ptolemaeo in Germania est. Düringerwaldt videtur Pyramio: Vide **BACENIS**, & **HERCYNIA**.

SEMANTHINI, vide **IMAVS**, & **TAVRVS**.

SEMIRAMOS, vide **THYATIRA**.

SEMIRAMIDIS Mons, vide **ZAGRI** Pyla.

SEMNONES, vide **SORABI**.

SEMNOTHEI, vide **BARDI**.

SEMPRONIVM, à Sempronio Secundino sic nuncupatum. Austriae opidum est; hodie Gedenburg dictum. Sic Lazius, in paginis quas Tabulae suae Austriae adiunxit.

SEMPRONIVS, vel, ut alij volunt, **S. C. I.**

PIONIS Mons, dicitur à Latinis, quem Marlianus Brigam à proximo viculo appellat. Simpeler à Vallesianis nomen habet, & ab Italis Sempronio. Hæc Iosias Simlerus, in suo de Alpibus Commentario.

SEMPVRIVM, vide **REMONIVM**.

SENA, vide **SÆNA**.

SENA GALLICA, σήνα γαλλική, Ptolemaeo Semnonum in Italia urbs maritima. Straboni **SENEGALIA** simplici L, & per E, in secunda est. Plinius **SENOGALLIAM** per O, in secunda appellat. **SENE** nominat Silius. Senonum de nomine Senes sed idem quoque **SENA M GALLICAM**, ut Ptolemaeus vocat, hoc versu, qua Sena relicta, Gallorum à populis traxit per secula nomen. sed hoc Pintianus ante me annotavit. Aliquibus **SENA** dicitur, sed improprie, ut docet Casar Orlandus, in nostro Theatro. Senigaglia hodie vocatur.

SENARIA, vide **CAPREÆ**.

SENE, **SENEGALIA**, & **SENOGALLIA**, vide **SENA GALLICA**.

SENTA, vide **SÆNA**.

SENS, vide **CÆNIS**.

SENOESSANI, vide **SINVESSA**.

SENONES, σένωνες, Straboni sunt Galliae populi, Nervis vicini, versus Occasum. Sens hodie vulgo. Horum Casar etiam meminit, & Plinius; item Ptolemaeus, qui eos in Gallia Lugdunensi describit. Horum regionem vocat Suidas **ALBANORVM Terram**, ubi ait, Celtas (quos Germanos dicit) incursionses fecisse in Albanorum terram, quos Senones vocant. Vide **CONSVANETES**, & **SORABI**.

SENOTS, vide **SÆNOTS**.

SENTICA, σεντική Ptolemaeo Vaccæorum urbs, in Hispania Tarracconensi. Florianus dicit Zamora esse ad Durium fluvium. Hæc Zamoram scribit Vasau post Arabum vastationem Medina Zamorrathi appellatam.

SENTII, vide **EBRODVNTII**.

SENTINVM, σέντινον, Straboni & Ptolemaeo, Umbriae urbs, quam Leander Sento vocat; in Tuscia sed Cerece Niger nominat. **SENTINATES** Plinius habet.

SENTINVS, Piceni fluvius est, Blondo & Leandro

- Leandro testibus: quem Sentino hodie vocari tradunt.
- SENVS, σὺν Θ. Ptolemaeo Hibernia fluvius. Videtur SCENA Orosij. Shenija nunc nominari suspicor.
- SEPHAMA, vide APAMIA.
- SEPHAR, vide SEPHER.
- SEPHARAD, vide HISPANIA.
- SEPHATH, vide HARMIA.
- SEPHER, mons in Sacris litteris, illum designat qui hodie à Fretto Magellano Septentrionem versus totam Peruvianam regionem transit. Mons totius orbis maximus. Hodie Andes dicitur Hispanis. Ar. Montanus, in suo App. Biblico. SEPHAR verisimile est esse IMAVM, scribit Postellus.
- SEPIAS, σπηάς, Macedoniae promontorium, Ptolemaeo. Cabo Monastier, Sophiano nominatur. item ZAGORA, Ζαγορά, Sepianum litus est apud Diem. Cretensem lib. 6. sic vocatum addit propter saxorum difficultatem.
- SEPIVS, & SEPVVS, vide SIPONTVM.
- SEPPHORIS, σερφορίς, Galilæa civitas, quam Iosephus scribit ab Herode EUTOCRATORIDA appellatam. Egesippus lib. 1. cap. 30. dicit DIOCÆSAREAM postea nuncupatam.
- SEPTEM FRATRES, ἑπτὰ δέλφοι, Mauritania Tingitana mons, Ptolemaeo, ad Fretum Gaditanum. à simili altitudine sic dicti, ut refert Plinius. Antoninus eorum quoque meminit. SEPTENSEM ARCEM habet hoc loco Procopius, ad alteram Herculis columnam. eamque sic vocatam addit ob septem ibidem apparentes montes. Quid si hodie opidum quod vulgò Septa, Ceuta, & Aceuta vocant, antiquum locum & nomen referat?
- SEPTEM MARIA, appellant indigena paludem per quam Eridanus fluvius septem ostiis in mare precipitatur, Herodiano auctore. Sic ea appellat etiam Antoninus Aug. ἑπτὰ ὕδατα, Dion. Halicarnasseo. Blondus putat ea à Virgilio describi eo versu, Vnde per ORA NOVEM vasto cum &c. & Stagni di Vinetia hodie dici addit. Vide GALLICVS Sinus, & ATRIANORVM Paludes.

- SETEMPEDA, σεντέμπεδα Ptolemaeo Picenorum urbs mediterranea. S. Severino nomen habet apud Leand. Albertum.
- SEPTIMANCÆ, Antonino Hispania urbs: quam Clusius Simanca vocat, in Castellæ regione.
- SEPTIMANIA, vide GALLIA.
- SEPTIZONIVM, à Severo Imp. fabricatum, ut refert in vita eius Spartianus. meminit huius etiam Ammianus lib. 15. Hoc hodie Settisonio incolæ Urbis Romæ dicitur. Lupanus in hunc Spartianum, scribit hoc à nonnullis SEPTODIVM vocari. idem à Plinio SEPTISOLIVM nominari tradit. Hoc autem mihi non persuadebit; eius enim auctorem Sep. Severum, Plinii tempore nondum fuisse natum constat.
- SEQVANA, σικάνα Ptolemaeo & Casari, SEQVANVS, σικάνων, Straboni. SECOANVS, σικόνων, Stephano. Oritur, ut Marlianus tradit, in Ducatu Burgundiæ, in Alsti regione, non longè à vico Monasterij S. Sequani. versus Parisios lapsus, eorum urbem bisariam dividens, & Rhotomagum secans, in Mare Britannicum erumpit. Hodie Seyne dicitur incolis. Siban eum Beniamin vocat.
- SEQVANI, Casari & aliis; σικανὸν Ptolemaeo, σικωνοὶ, Dionii Cocceio, Gallie Lugdunensis populi sunt. Bourgognons eos interpretatur Marlianus. sed illos tantum qui Comitatum incolunt, Ducatum non item. Munsterus in sua Tabula Basiliensis territorij, hos Sequanos dividit, in CISOVRANOS, quos in Obern Elfas & Suntgoew statuit: & TRANSIVRANOS, quos Comitatum Burgundiæ inhabitare dicit. De Sequanis Cisuuranis puto Eutropium lib. 6. hæc verba scribere, HELVETII qui nunc SEQVANI appellantur.
- SERA, σήρα, Serica regionis metropolis, apud Ptolemaum. Hanc Niger Cambalech, sed Mercator Sindinfu appellat.
- SERABIS, Hispania Tarraconensis non magnus fluvius, ut Mela scribit. Segura autem Zinira est, ut Clusius mihi narravit.
- SERBETOS, σέρβητος, apud Ptolemaum est Mauritania Cesariensis fluvius. Miron eum vocat Castaldus. SARDABALA à Plinio

- Plinio dici, putat Villanovanus.
- SERBI**, Plinio sunt Gentes circa Meotim, quos Dubravius scribit postea Lusatiam Germaniae reginem occupasse. Hec hodie Lausnitz dicitur. Sed **SYRBI** ille habet, vitio forte exemplaris, aut typographi. idem cum **SORABIS** videntur.
- SERBIA**, vide **DARDANIA**.
- SERBONIS**, vide **SIRBONIS**.
- SERESOLA**, vide **TOLETVM**.
- SERGIVM**, vide **DAPHNE**.
- SERGVNTIA**, vide **SEGONCIA**.
- SERIA**, vide **IVLIA FAMA**.
- SERICA**, $\sigma\epsilon\rho\iota\kappa\acute{\alpha}$, Asia regio Ptolemæi. **Cataio**, **Castaldo** & **Nigro** est; **Cambalu**, **Girava**.
- SERICVS**, vide **TAVRVS**.
- SERIPHVS**, $\sigma\epsilon\rho\iota\phi\acute{\omicron}$, insula maris Aegæi, Ptolemæo. Serphone hodie, ut **Sophianus**, vel **Serphena**, ut **Niger** habet, vocatur. Una ex **Cycladibus** est.
- SERMIO**, vide **SIRMIO**.
- SERNICVS Vicus**, **Antonini**: est **Sermito**. **Leandro**. **Opidulum Lombardia Cispadana**.
- SERRA**, vide **ALBULA**.
- SERREPOLIS**, $\sigma\epsilon\rho\rho\acute{\epsilon}\pi\omicron\lambda\iota\varsigma$, Ciliciae urbs Ptolemæo. **CASSIPOLIS** à **Plinio** vocari, vult **Villanovanus**.
- SERRION**, vide **SAMOS**.
- SERVONIA**, vide **SIRBONIS**.
- SERVS**, $\sigma\epsilon\rho\upsilon$, India extra Gangem fluvius, Ptolemæo qui **Mercatori** est. **Coromaran**.
- SESAMVM**, vide **AMASTRIS**.
- SESSITES**, **Plinio** **Lombardia Transpadana** fluvius est. **Leander Senza** vocat. & **Scudus Sefia**.
- SESTIARIA** **Extrema**, $\sigma\epsilon\sigma\tau\iota\alpha$, **Mauritania Tingitana** urbs, Ptolemæo: quæ apud **Castaldum Galba** nominatur.
- SESTIVM**, $\sigma\epsilon\sigma\tau\iota\omicron\nu$, **Stephano** **Oenotriæ mediterraneum**; **Seracena** hodie dici creditur **Gab. Barrio**, in sua **Calabria**.
- SESTVS**, $\sigma\epsilon\sigma\tau\omicron\varsigma$, & **ABYDVVS**, $\alpha\beta\upsilon\delta\upsilon$, Ptolemæo aliisq; sunt opida ad **Hellepontum** sita, **Leandri** & **Herus** amoribus nota. **Abydus** in **Asia** est, **Sestus** in **Europa**. **Alex. Zardus** dicit ea à **Turcis** **Bogazoffar** nominari. sic enim, inquit, appellant ipsi opida

- in maris faucibus posita. **Mario Nigro** **Bogassar** est; sed hic tradit **Sestum** nunc disiectum; locumq; à nautis **Malido** nuncupari. **Abydum**, vocat **Castaldus Aveo**. **Sestum** quoque **POSIDONIVM** dictum, auctor est **A. Gellius**.
- SESVNII**, populi maritimi, inter **Celtas**, **Cæsare** auctore. **Marlianus** scribit eos à quibusdam pro **Exifinos** haberi; quæ civitas est episcopalis, provincia **Turonensis**. **Exifinis** vulgo.
- SETABIS**, vide **SÆTABIS**.
- SETELSIS**, $\sigma\epsilon\tau\epsilon\lambda\omicron\varsigma$, **Iaccetanorum** urbs Ptolemæo in **Hispania Tarraconensi**. **Astarelid** putat dici **Marineus** cui non suffragatur **Varrerius**.
- SETIA**, $\sigma\epsilon\tau\iota\alpha$ Ptolemæo & **Livio** **Latinorum** urbs mediterranea. **SETINAM** **Coloniã**, eandem vocat **Onuphrius**. **Sezza** **Leandro**.
- SETIVM**, vide **SIGIVM**.
- SEVATVM**, habet **W. Lazius** pro **Austria** urbe, **Schwatz** dicta. Nescio quis alius eius meminit.
- SEVENE**, vide **ZZEVENE**.
- SEVERIANOS** vocat **Hunfredus Lhuydus** eos **Anglia** populos qui incolæ **Wijlshyrienses** appellantur.
- SEVINI**, vide **SABINI**.
- SEVINNVS**, vide **SEBINVS**.
- SEVO**, vide **CARPATES**.
- SEX**, $\sigma\epsilon\zeta$ Ptolemæo **Batica** civitas, ad **pelagum Ibericum** quam **Florianus Motrel** esse scribit. Hanc **Sex** puto eandem esse cum ea quam **Mela** **HEXI**, & **Plinius** **SEXFIRMVM** cognomine **IVLIVM** vocat. **Strabo** **EXITANOS**, $\epsilon\zeta\iota\tau\alpha\nu\omicron\delta$. Sed hæc **Velez Malaga** dicitur à **Pineto**. **Pincianus** legit hoc loco **HEX** apud **Ptolemæum**, nescio quo iure.
- SEXTVM PHILIPPI**, quod **PRÆSIDIVM MISSALE** appellatur. Hoc **Aethicus**, qui vocat sic tractum territorij **Romani**, inter **Vrbem** & **Ostiam**, quo se **Tiberis** findit, & **insulam** facit.
- SIAGVL**, $\sigma\iota\alpha\gamma\upsilon\lambda$, apud **Ptolemæum** est urbs **maritima**, in **Africa Propria**. **Susa** hodie dicitur, si **Christofero Stella** creditur.
- SIALETÆ**, vide **COELAIETÆ**.

SIBERENA, Calabria urbs, auctore Barrio, hodie ab imperito vulgo S. Severina dicta. In eius numismatibus antiquis dicit, $\sigma\iota\beta\epsilon\rho\nu\eta$, scribi. Stephanus eius meminit. Vina hinc provenientia tradit à Plinio lib. 14. cap. 6. Siveriniana vocari; etsi Servitiana nonnulli mendosè legant.

SIBI, vide **IBI**.

SIBY, Arabia Felicis opidum; quod Graeci **APATEN** vocant. Plinius lib. 6. cap. 28.

SIBYLLÆ Antrum, vide **CIMMERII**.

SICAMBRI, Caesari sunt Gallia populi. Olim fuisse videntur (ut Marliano placet) ubi hodie Geldria Ducatus est, inter Mosam nempe & Rhenum fluvios. Ptolemao tamè (qui eos **SYNGAMBROS**, $\sigma\upsilon\gamma\alpha\mu\beta\rho\varsigma$, scribit) sunt ab altera parte Rheni. Zanthanica Comitatum eos obtinuisse, nonnulli volunt. **SYGAMBROS**, $\sigma\upsilon\gamma\alpha\mu\beta\rho\varsigma$, legit Strabo, lib. 4. Ipsos postea **FRANCOS** vocatos (sub quo nomine eorum meminit Orosius & Treb. Pollio, in vita Probi Imp.) scribit Rhenanus, & Hermannus Nuenarius: seq; in intimam Germania regionem contulisse. ubi etiam hodie Francken appellantur. **FRANCIAE** meminit Ausonius in Mosella. De Sicambri sic Sigebertus: Valentinianus Imp. eorum virtute delectatus, eos qui prius vocati erant **TROIANI**, deinde **ANTENORIDÆ**, postea **SICAMBRI**; **FRANCOS** Attica lingua appellavit quod lingua Latina interpretatur feroces. Francos etiam **SALIOS** nuncupatos, auctor est Marcellinus, lib. 17. & hos Salios hodie **Oldesael** nominari, in Transisulana provincia, Tabula Frisia antiqua indicat. Sed vide Francica Ioannis Goropij.

SICAMBRIA, Alt Offeu hodie, Lazio. Huius meminit vetus Inscriptio, quae est in libro Appiani & Amantij, quae haec est: **LEGIO SICAMBROVVM HIC PRÆSIDIO COLLOCATA, CIVITATEM AEDIFICAVERVNT, QVAM EX SVO NOMINE SICAMBRIAM VOCAVERVNT.** Mathia regis Hungariae tempore in Buda veteri hic lapis effusus fuit, dum fundamenta iacerentur aeternum Beatricis reginae. Vide **LEGIO AVXILLATRIX**.

SICELIA, vide **SICILIA**.

SICHEM, opidum duabus leucis à Samaria distans. A Beniamino Nebilas dicitur. Vide **NEAPOLIS**.

SICILIA, quae & **SICANIA**, & **TRINACRIA**, aut **TRIQUETRA**, Plinio teste. **SICELIA**, $\sigma\iota\kappa\epsilon\lambda\iota\alpha$, Graeci scribunt per Epsilon. **TRINACRIS** eam vocat Ovid. lib. 4. Fast. **TRINACIA**, $\tau\rho\iota\gamma\omega\alpha\iota\eta$, habet Dionysius Alex. & $\theta\rho\iota\gamma\omega\alpha\iota\eta$, Suidas, nisi vitiosus sit codex. (quo nomine etiam eiusdem insula urbem habet Diod. Siculus.) Insula maris Mediterranei est celeberrima. Sicilia etiamnum vocatur. **CYCLOPVV** Terram, eam Homerus nominat. Tricervicem Lycophron, & Tricuspidem Pindaria. sed haec potius epitheta, quam synonyma sunt. Sicilia, ut parergon addam, etiam terra tumulus est, non longè ab Athenis, Pausania teste. Item locus Romae, in Palatio; ut patet ex Iulio Capitolino, in vita Pertinacis Imp. Est etiam alia Sicilia insula, circa Peloponesum, ut refert Stephanus. Siciliae partem, quae Italiam respicit, **BRVTIA** vocatur à Statio lib. 1. Silvarum, ad Vopiscum. Vide **BRVTII**.

SICILIA Minor, vide **NAXOS**.

SICILIAE VMBILICVS, vide **PERGVVS**.

SICINIA, vide **NEAPOLIS**.

SICINVS, $\sigma\iota\kappa\iota\nu$ & Ptolemao, **SICENVVS** $\sigma\iota\kappa\iota\nu$ & Straboni, & **SYCINVS** Plinio; cui eadem **OENOE** dicitur, $\delta\iota\omega\eta$, etiam Stephano. Maris Aegaei exigua insula est, cui Sicino adhuc nomen, ut Sophianus docet.

SICONII, vide **VOCONTII**.

SICORIS, $\sigma\iota\kappa\omega\epsilon\iota\varsigma$, Hispania fluvius, Plinio, & Dion; Segre, in Cathalonia regno est, Navagiero & Clustio. Beuterus scribit Cathalonica lingua Agua naval vocari.

SICVLETVM, vide **TIBVR**.

SICVLVM Mare, vide **AVSONIVM**.

SICVM, $\sigma\iota\kappa\iota\nu$, Illyridis urbs, apud Ptolemaum, ad Mare Hadriaticum. quam Sophianus & Favolius Sebenico interpretantur.

SICYON, $\sigma\iota\kappa\omega\acute{\nu}$ Ptolemao est Sicyonia regionis, in Peloponneso urbs. quae apud Suidam quoque **HELLAS**, $\epsilon\lambda\lambda\alpha\delta\iota\varsigma$, vocatur.

TELCHINIA, $\tau\epsilon\lambda\chi\omega\iota\alpha$, autem, & **MECON**,

- CON**, μήκων, Stephano. Antea eadem quoque ÆGIALIA, αἰγιαλία, & IONIA, ἰωνία, dicta fuit; ut scribit lib. 8. Strabo. Basilica hodie nominari tradit Sophianus; itē ante eū Gemistus. Vide DEMETRIAS.
- SIDA**, σίδα Ptolemæo Pamphylia urbs, qua Chitifonda à Nigro appellatur; sed Candalor Theveto.
- SIDEN**, stagnum in India, habet Ctesias apud Plinium, lib. 31. cap. 2. in quo omnia merguntur, nihil innatat. In nonnullis codicibus SIDERIN lego. Hermolaus annotavit idem SILIA, σιλία, à Strabone: & SILLA, σίλλα, à Diodoro appellari. Simplicius L, apud Arrianum scribitur σιλία.
- SIDENI**, σιδωνοί, sunt Germania populi Ptolemæo. A Willichio, Peucero & Wolfgango Iusto in Stetinerlandt statuuntur.
- SIDICINVM**, vide TEANVM.
- SIDOLEVCVM**, sic legit Petrus Pithecius ex Antonini Itinerario; pro SEDE LEVCORVM apud Ammianum lib. 16. in principio. Gallia Lugdunensis urbs est.
- SIDON**, σιδων, Palestina urbs maritima, apud Ptolemæum & alios; Said hodie vocatur, Nigro & Postello testibus. Siada habet Benjamin.
- SIDONES**, vide BASTERNÆ.
- SIDRONA**, σιδρωνά, Illyrici urbs Ptolemæo qua nunc Belas dicitur, ut Nigro refert. Vide STRIDON.
- SIDYMA**, vide SOLYMA.
- SIGA**, σίγα, Mauritanie Casariensis fluvius, apud Ptolemæum. Tenne à Castaldo interpretatur.
- SIGA Colonia**, Mauritanie Casariensis urbs, Ptolemæo. Syphacu regia quondam, ut Plinius refert. Humain, Castaldo; La Guardia, Olivario dicitur.
- SIGANIA**, Plinio fluvius est Colchidis: forsasse SINGAMES, σινγάμης, Arriani.
- SIGEVM**, σίγειον, Ptolemæo Troadis promontorium, è regione Tenedus insula. Ianizzari video appellari, à Nigro, Sophiano, & Bellonio. Sigeum quoque RHOETEVM, ροίτειον, appellatum scribit Canterus in Lycophronem.
- SIGGAMES**, vide SIGANIA.
- SIGIA**, vide TROIA.

- SIGINDVNVM**, σιγίνδωνον Ptolemæo Mysia Superioris opidum: quod Niger Siindro vocat.
- SIGIPEDES**, vide SCYTHÆ.
- SIGIVM**, σίγιον, Mons, Straboni: qui SEATIVM, σήπιον Ptolemæo. In Gallia Narbonensis ora maritima est. Clusius dicit nunc Cap de Sete vocari. Hermolaus putat MESVAM collem apud Pomponiū esse et hodie Pullerium dici, ferè credit.
- SIGMANVS**, vide IGMANVS.
- SIGNOSA**, vide SARDINIA.
- SIGOTA**, vide GANGES.
- SIGRIVM**, vide ARGENNVM.
- SIGVS**, vide ESIGVS.
- SIHOR**, vide NILVS.
- SILA Silva**, σίλα, Straboni in Brutiis, prope urbem Mamertinum. Plinius huius etiam meminit. SYLA est apud Virgilium & Vibium. RHEGINORVM SALTVM à Solino vocari annotavit Barrius. Brutianum vocant, inquit Nigro. Vide SIDEN.
- SILARVS**, σιλαις, Plinio & Straboni Campania fluvius. D. Nigro Sili nuncupatur.
- SILIA**, & SILLA, vide SIDEN.
- SILIMNVS**, vide LYMNOS.
- SILOE**, vel SILOAH, aut SILVHA, rivus Hierosolymitanus; dicitur quoque, ut vult in suo Paradiso libro secundo sui Chronici Beroaldus, GEON, vel GEHON, GION, GIHON, & GVIHON in Sacris litteris nominatur. sed hunc alium asserit esse ab eo quem Paradisum rigare scribunt.
- SILVRES**, Tacito & Antonino sunt Britannia insula populi, ea Anglie parte ubi hodie Wencelande est: Ioanne Lelando teste. Silurum σίλυρες, meminit etiam Strabo, & Ptolemæus.
- SILVRVM** Insulae, describuntur sic à Solino, ab ora quam gens Britannica Dumnani tenent. sic legit Delrio: nisi quod pro insula, insula numero singulari habet. Sed hoc loco apud Solinum magna est exemplariorum varietas, ut videre est apud eundem Delrio, & Camertem, ubi in hunc locum commentatur. Si pro Dumnani, (ut Delrio) vel Dumnioni (ut Beroaldo placet) Damonij possit restitu;

restitui. ego eas esse dicerem qua hodie à nostris nautis Sorlinges, à Britannis aut Anglis Silley vocantur. tum quòd obiaceant Damonij promontorio Ptolemæi: tum quòd vocabuli sonus non malè alludat: nec non, quòd, ut Tacitus in vita Agricola dicit, contra Hispaniam positi, & proximi Gallis. Sed malo doceri ab aliis quàm meam sententiàm doctioribus pro indubitata substituere. Ioannes Camers ait ex Geographis non bene percipi, quæ sint hæc insula, nisi NESIADVM insulas intelligamus, de quibus hoc tractu Dionysius. ACMODÆ sorte Phæij sunt, quas septem numero describit. totidem enim alicuius nominis hodie sunt Sorlingæ.

SILYS, Scytharum lingua uterq; fluvius dicitur; ille nempe qui Latinis TANAIIS vocatur, & Europam ab Asia dividit: & IAXARTES, qui in Hyrcanum mare effunditur auctor Plinius. Non mirum ergo si decepti homonymia Alexandri Magni milites, cum ad Iaxartem appellassent, ad Tanaim se pervenisse putabant maxime, si verum est, quod Arrianus scribit, hunc nempe IAXARTEM, in Græco ὄξείτης est, etiam TANAIM appellari. nam duos ille eius nominis fluvios facit. Sed Iornandes etiam duplicem Tanaim habet, distinguens inter eum qui ex Rhyphæis montibus, in Mæotidem paludem: & alterum, qui ex Chrinorum montibus, in Caspium mare dilabatur. Idem serè Strabo, lib. 9. Vide TANAIIS, & IAXARTES, suis locis.

SIMÆTHVS, σιμαθ̄ Ptolemæo Sicilia fluvius. hodie S. Pauli nomen habere, scribit Fazellus. Sed à Ptolemæo non rectè, inter Catanam & Taurominium poni, addit.

SIMBRIVIVM, & **SIMBRVINVM**, vide **IMBRINIVM**.

SIMENI, σίμωνι, Albionis insula populi, apud Ptolemæum: quos Lelandus Avonianos appellat. Hamshirenses sunt Nevyllio.

SIMPRIVIVM, vide **IMBRINIVM**.

SIMVNDI, vide **TAPROBANA**.

SIMYLLA, σιμίλλα Ptolemæo India intra Gangem emporium; quod idem lib. 1. cap. 17. ab incolis TIMVLA, τίμυλα, nuncupari scribit. **S. DE COLA I.** Castalæus vocat.

SIN Desertum, hodie Arenas Arabiæ dicunt, inquit Postellus. Vide **PELVSIVM**.

SINÆ, σιναι, arum, Ptolemæi; Asia populi sunt, & regio: quam Castaldus & Molerius China neminant. Barbaris Sin dicit, tradit Mar. Niger.

SINÆVS, & **SINAI**, vide **MELANI**.

SINDÆ, insula tres maris Egi: ut Ptolemæi Latini habent. Hæ Celebes, Gilolo, & Ambon, à Gerardo Mercatore interpretantur. In Græcis codicibus, hoc Sinda vocabulum non reperitur; sed eius loco, **ANTHROPOPHAGORVM** insula tres.

SINDI, σινδοί, populi sunt ad Mæoticam paludem Stephano & Dionysio: quos Eustathius etiam **ZINCHOS** appellatos addit. **ZINGOS** hoc tractu habet Plinius.

SINDICENVM, vide **TEANVM**.

SINEAR, vide **BABYLONIA**.

SINGARAS, σινγάρας Ptolemæo Mesopotamia mons. Atalib ex Tabulis videtur. Niger tradit eum Simadici.

SINGAS, vide **MARSYAS**.

SINGIDONVM, habet Pannonia urbem, Aurel. Victor in vita Ioviniani Imp. Hanc puto in Lazij Hungaria Fabula Zenderin nominari. In Servia est, ad Danubium. Apud Antoninū **SINGIDVNVM** legitur.

SINGITICVS, σινγιτικός, Sinus, apud Ptolemæum, Macedonia est. **ELIACVS**, ἐλιακός, videtur à Diodoro lib. 11. nominari. Golfo de Monte Santo, dicitur à Castaldō.

SINGILIA, vide **SYNGILIA**.

SINGVLIS, fluvius in Batim influens, Plinio. Xenil, Clusio & Morali interpretatur.

SINIS, vide **SIRIS**.

SINONIA, Ligustici maris insula, apud Plinium. qua Ianuti à Pineto dicitur.

SINOPE, σινώπη, quam Dionysius epitheta ἀλίανος, id est, marisona, ornavit. Asia Minoris urbs est, in Paphlagonia, ad Pontum Euxinum sita; Ptolemæo, & aliis, teste. Dionysio verò in Cappadocia videtur: cum dicat Assyriam (cuius incolæ Cappadoces & Leucosyras vocat) eousq; protendi.

CHERSONESVS antea dictam, tradit Herodotus, in Melpomene. **CASOS**, κάσος, Non ergo vocari, dicit Tzetza. Pordapas hodie

hodie nominari, testatur Chalcondilas.

SINOUSA, vide **ARNE**.

SINTHVS, vide **INDVS**.

SINTIR, vide **THRACIA**.

SINVESSA Plinio, **SOESSA**, σόεσσα Ptolemaeo, per **O**; per **V** enim alia ab hac est; Campanie urbs est maritima. Livius lib. 10. scribit eam Græcam urbem fuisse & **SYNOPE** dictam. dein à colonis Romanis **SINVESSAM** appellatam. Sinuella hodie adhuc nominari, tradit Leander; & oculatus testis Hub. Goltzius. qui totam interiisse mihi affirmavit: tantum superesse inter eius ruinas, exiguum opidulum, Rocha de Monte dragone dictum. **SENOESSANOS**, σενουεσσανοι, habet Stephanus, ex Polybio.

SINVESSANÆ Aqua, vide **SVESSANÆ**.

SINYVIA, σινυία, Parthia urbs, Ptolemaeo: videtur apud Ammianum **GENONIA** vocari.

SINVS, vide **CNECIVS**.

SION, vide **HIEROSOLYMA**.

SIPHÆ, σιφαί Ptolemaeo & Plinio, Bœotia opidum, ad Sinum Crisseum. Rosa Sophiano dicitur.

SIPHNOS, σίφνος, Ptolemaeo exigua insula inter Cyclades. Quondam **ACIS**, & **MEROPIA** dicta, teste Plinio. μερόπη, habet Stephanus. Hodie Siphano vocari, scribit Sophianus. Vide **MELOS**.

SIPONTVM Straboni, & Plinio; **SIPVNTVM** Mele, qui addit **SIPYVS** à Græcis dici. **SEPIVS**, σιπιός, habet Strabo. **SEPVVS**, σιπύς Ptolemaeus. **SIPVS**, σιπύς, Stephanus. Apulia Dauniae urbs est. Siponto adhuc hodie dici, scribit Leander.

SIPPHARA, σιπφάρα, Mesopotamiae urbs, Ptolemaeo. Castaldus tradit hanc hodie Vissaopatan dici.

SIPYLVVM, quod antè **TANTALIS** vocabatur: caput Mæoniae ubi nunc est stagnam Sale. Plinius lib. 5. cap. 29.

SIPYLVVS mons, σιπύλα, Asiae Minoris, ad Mæandrum fluvium: prius **CERAVNIVS**, κεραύνιον, dicebatur: auctore Plutarcho, in libello De fluminibus & montibus.

SIRACI, σιρακοί, populi ad Caucasum ha-

bitantes, Straboni. Syroen vocat Marius Niger.

SIRBES, vide **XANTHVS**.

SIRBONIS, σιρβωνίς, Palus, Ptolemaeo inter Aegyptum & Palaestinam. **SIRBON** σιρβων, dicitur quoque à Stephano. Per **E**, in prima scribitur apud Herodotum, et Diodorum **SERBONIS**: sed **SERVONIA** vertit, qui Diodorum Latinum fecit. Idem Diodorus addit quoque **BARATHRVM** cognominari. **BATHRA**, βάρθρα, legit Polybius lib. 5. Stephano etiam, βάρθρον, locus est prope Casium montem, qui huic lacui incumbit. Plutarchus in vita M. Antonij, tradit Aegyptiis hunc locum **TYPHONIS EXPIRATIONES** appellari. Golfo de Tenele interpretatur à Pineto. Marius Niger verò dicit Sirbonidem, Stagnone à nautis: & **Barathra**, ab incolis Bayrena nūcupari. In **SACRISTORRENS AEGYPTI** vocari, scribit Postellus.

SIRENVVM SAXA, vide **SIRENVVS Æ**.

SIRENVVM PROM. Vide **ATHENÆVM**.

SIRENVVS Æ, σιρηνῶσαι Ptolemaeo, Straboni & Stephano, Italiae insula, in Sinu Cumanò. Pomponius eas **PETRAS** vocat, quas Sirenas habitare. **SIRENVVM SAXA** Solinus. Tres numero sunt, Aristoteli, Straboni & Stephano; nominatae **PARTHENOPE**, παρθενόπη, **LEVCOSIA**, λευκοσία, & **LIGIA**, λίσσια. Videntur Plinij **ITHACESIÆ**. Isacius in suis Lycophronianis commentariis tradit eas **PISINOE**, **AGLAOPE**, et **THELXIEPIA** vocari. Hermolaus vult eas quoque à Plinio Sirensas dictas. lib. 3. cap. 10. ubi in impressis codicibus vulgo Tyrus, Eranusa, legitur. Sirensae ab Apollonio lib. 4. **ANTHEMOESSA**, ἀνθεμεῦσσα, appellatur. Duas numerat Carrasa in suo Chronico Neapolitano. easq; **Il Gallo**, & **S. Pierro** nominat. Alias Syrenarum insulas describit Cretensis lib. 6. inter Calypsonem insulam, & Charybdin.

SIREON Phœnicibus, **SANIR** Amorrhæis, vocatur mons **HERMON**, in Palestina. Wolfg. Wissenburgius. Postellus putat **Hermon** à Ptolemaeo **ALSADAMVS**, ἀλσαδάμω, & **HIPPVS**, ἵππος, dici.

- SIRIS**, Magna Gracia fluvius, apud Pliniū: qui hodie Sino dicitur, ut Leāder testis est. Sed Nascarus novo nomine vocatur à Barrio. Sirim, σίρις, hunc Chonia fluvium facit Lycophron; sed **SINIS**, σίνις, apud eundem etiam habetur; incerta lectione. Vide **FANEVS**, **HERACLEA**, **METAPONTVS**, **NILVS**, **POLIEIVM**, & **SYENE**.
- SIRIVS**, vide **HERACLEA**.
- SIRMIO**, cuius Catullus meminit hoc versu, Peninsularum Sirmio insularumq; Ocelle. Sermione hodie nuncupari non dubito. opidulum est in peninsula positum, ad Lacum Benacum. de quo hæc Scaliger ex Parthenio; nunc quidem est angustum cum theatri latericij reliquis opidū, &c. **SERMIO** est apud Antoninum; inter Brixiam & Veronam ab eo descriptum.
- SIRMIVM**, Straboni & aliis urbs Pannonie, Probi Imp. natalibus inclyta. **SIRMIS** à Iornande dicitur. Puto hodie Sirmisch vocari. **SIRMIENSIS** Ager, qui inter Savum, Dravum, & Danubium, medius interiacet, & vino nobili celebris est, genuina Hungarica lingua Syinigijs dicitur; Lazio auctore. Vide **SCORDISCI**.
- SISAPONE**, σισάπων, Oretanorum civitas, Ptolemao; in Hispania Tarraconensi. Beuterus scribit hanc eandē, cum **ASTAPA** Livij esse. Carolus Clusius dubitat num sit Xeres de la frontera. Villanovanus facit Zamoram, ad Durij Septentrionalē ripā: Situs verò nō congruit. nam Zamora potius est, ubi Ptolemaeus **SARABRIM** describit.
- SISAR**, σίσαρ, Mauritanie Cesariensis fluvius, Ptolemao. **VSAR** est Plinio, ut Villanovanus indicat.
- SISCIA**, vide **SYSCIA**.
- SISILISCI**, vide **ZYDRITÆ**.
- SISMII**, vide **OSISINI**.
- SISYRBA**, vide **EPHESVS**.
- SITHONIA**, vide **OLYNTHOS**.
- SITIOENTA**, σιτιόντα, Ptolemao Mysia Inferioris opidum. Tulza, Nigro est.
- SITON**, σιτών, Thessaliae urbs quā & **ITON**, ιτόν, dicit, scribit Stephanus.
- SITONES** Taciti, sunt Willichio Scandia populi, in Finlandia. Althamerus dicit hos

- quibusdam **GANIPOTES** vocari. deq; illis Saxonem Grammaticum scribere addit.
- SITTACENE**, σιτακηνή Ptolemao est Assyriae regiuncula, iuxta Susianam. Hæc, ut Plinius habet, **ARBELITIS**, & **PALÆSTINE** dicta est. Etiam **APOLLINIATIS**, Strabone auctore. Rabia nunc eam Castaldus nominat.
- SITTIANORVM** Colonia, vide **CIRTA**.
- SIZARA**, vide **LARISSA**.
- SMYRALEA**, vide **CÆSAREA**.
- SMYRNA**, σμύρνα Ptolemao Ioniae regionis civitas olim, ut Stephanus ait, **NAVLOCHVS**, ναύλοχος, dicta. Lamira, Villanovanus; sed Smirne, Sophianus hodie nominat. Zmyrneos populos, per z. scribi, & non per s, in lapidibus & libris vetustis, docet in sua Orthographia, Aldus.
- SMYRNÆVS** Sinus, vide **MELETI**.
- SOANA**, σοάνα, Sarmatia Asiatica fluvius, apud Ptolemaum. Vocatur Terchin, à M. Nigro.
- SOBANNVS**, σολάννος Ptolemao teste est India extra Gangem fluvius. Sian, qui & Menan, inquit Castaldus.
- SOCIATES**, vide **SONTIATES**.
- SODERANI**, & **WITINI**; ubi Berlin & Brandenburg hodie. sic Peucerus in suo Chronico. Mihi ignota sunt hæc Latina nomina.
- SOESSA**, vide **SINVESSA**.
- SOGDIANA**, σαρδίανα, Asiae regio, Ptolemao. Maurenhaer, Mercatori dicitur: Corasnia, Girava. Sogdiani, etiā **OXIANI** vocantur, ab Oxo flumine, eorum regionem interluente. Tzetzæ teste. Vide **BACTRIANA**.
- SOLCI**, vide **SULCITANI**.
- SOLE**, vide **SALE**.
- SOLETVM**, Plinio Magna Gracia urbs, quæ Soletum hodie, ut Leander tradit.
- SOLI**, vide **ÆPIA**, & **POMPEIOPOLIS**.
- SOLICINIVM**, Ammiano Germania urbs, quæ ab Heroldo Solms interpretatur: Vrbs inter Trevirim & Moguntiam.
- SOLIS** Civitas, vide **POMPEIOPOLIS**.
- SOLIS** Fons, in Troglodytu, Africa regione; Plinio. Huc hodie Cançaron de Mahoma appellari,

appellari, habetur in Dictionario Nebrisfensis.

SOLIS Insula, quæ & **NYMPHARVM** **CVBILE**, Solino, & Plinio; qui eam describit inter Colaicum promontorium, & Taprobanam insulam, medio itineris cursu. Hanc **NOSALAM**, νόσσα, putat Vadianus; cuius Arrianus meminit, in Nearchi navigatione. Idem credit Pintianus, sed **NASACALA** habet ille, nescio an probata lectione. Eandem **NOSORAM**, νόσο-eg, nominat Stephanus. Sed aliam hanc Nosalam, à Solis insula esse, ex ipsius Nearchi navigatione ostenditur. Nosala enim multo Occidentalior, nempe inter Indi fluminis ostia, & Sinus Persici initium statuitur.

SOLIS MONS, ad Indum fluvium describit Plutarchus in Libello de montibus. Hic postea **ELEPHAS** dictus fuit, quòd in eo elephas, qui Perum, ne contra regem Alexandrum arma sumeret, monuerat, interierit. eodem auctore.

SOLIS Mons, ἡλίε, Mauritania Tingitana promontorium Ptolemæo: ad Oceanum Atlanticum. Cabo Cantin, vocatur Castaldo; Cabo de Bojador, Florianò.

SOLIS opidum, vide **HELIOPOLIS**.

SOLLAX, vide **TIGRIS**.

SOLOCE, vide **SELEVCIA**.

SOLOES, vide **SYLOES**.

SOLOENATEM, σολοένατα, Sicilia urbem, Thucydidis: Solano vulgo dici, scribit Aretius.

SOLOGORGOS, vide **HERÆA**.

SOLONA, vide **SALO**.

SOLVA, vide **SOLVENSE**.

SOLVENSE Opidum, Plinius inter Noricos civitates numerat. Vidimus nos inter **S. Viti**, & **Clagensurt**, Carinthia opida, (olim in Noricis sita) campum spatiosum, ruderibus oppletum: ubi etiam nū hodie antiqua marmorea fragmenta, numismata, aliãq; ad genus vetustæ supellectilis effodiuntur. **Solveldt** incolæ locum vocant, quasi dicas, Solcampum. **SOLVA** fortè in libro Notitiarum est.

SOLVS, Plinio Sicilia opidum: ubi Hermolaus **SELINVS** legit. **SOLVNTVM** habet Antoninus. **Leandro** hodie Solanto dicitur.

SOLVS, vide **POMPEIOPOLIS**,

& **SOLVNTVM**.

SOLYMA, Lycia urbs Plinio. Villanovanus putat **SIDYMA**, σίδυμα Ptolemæi eandem esse.

SOLYMVVS, vide **SVLMO**, **LYCIA**, & **PISIDÆ**.

SOMONOBRIA, vide **AMBIANI**.

SONAVTES, & **SOONAVTES**, vide **ACHERON**.

SONABA, vide **OSSONABA**.

SONTIATES, Cafari Gallia populi sunt, inter Aquitanos: Vigenereus eos ex coniectura Lavedan vocat. Ful. Ursinus **SOCIATES** legendum putat, ex Orosio manuscripto. Athenæus lib. 4. **SOTIANOS**, σωτιανὸι, eosdem nominat. Idem eorum regem (licebit hoc in studiosorum gratiam præter institutum adiungere) quem Cæsar **Adcantuannum**, hic **Adiatomum**, ἀδιάτομοϞ, & eius **Soldurios**, hic **Silodunos**, σιλιδῦνοι appellat.

SOPHENA, & **SOPHANINA**, vide **SYRIA**.

SOPHTHA, σὄφθα Ptolemæo Persici sinus insula est. **PHARA** Marcellini est, ni fallor.

SOPHITIS, vide **CTYLINDRINE**.

SOPIANÆ, vel **SVPPIANÆ** Antonini: **Zeeblack Simlero** dicitur. **Pannoniæ Inferioris** urbs.

SOR, vide **TYRVS**.

SORABOS, & **SENONES**, Suevorum populos: olim habitasse Misnensium civitatis Saxonie territorium. quod quondam **Dalemincia**, & à Bohemis **Sirbia** vocatum fuit. scribit Georgius Fabricius, in suo **Misnicarum rerum** libro. **Sorabos** meminit **Eginhartus** & **Ammonius**. Horum reliquias hodie vocat **Peucerus Dobec** & **Serbestein**. **SEMNONES**, σέρμωνες Ptolemæo Tacito, & Straboni sunt, qui eos maximam Suevorum gentem vocat: quos **Althamerus** hodie **Lausnitzer** putat. **SENONVM** nescio quis hoc tractu meminerit. Vide **SERBI**.

SORACTES, Tuscia mons apud Plinium. Hunc hodie **Monte di S. Silvestro** appellari, **Leander** & alij scribunt. Item **Monte S. Tresto**, corruptè, ut tradit **Erythraeus**.

SORNAGVS, vide **ORTHVRA**.

- SOSICVRÆ, σοσίκρου, Careorū opidum, in India intra G. mgem, Ptolemao auctore. Iacameuri Castaldo vocatur.
- SOSINGITES, vide ARSENA.
- SOSIPPVS, σοσίππῳ, Portus, Ptolemao in Arabia Felice, ad Sinum Arabicum. Niger estimat Plinij BECARE esse, quem incolis NECANIDON appellari scribit. Sed Ptolemao quoque Becares esse, scribit Pintianus. ego BACARE, Βακάρη, apud eum inuenio. at eandem esse cum Plinij Becare, nescio. Videtur etiam errare Niger qui hunc Sosippum credit Necanidion Plinij esse. ego potius assentiur Ramusio, qui Necanidion hoc idem esse cum NELCYNDA, νελοκύδα, Arriani putat.
- SOSSIVS, σοσίως, Sicilie fluvius Ptolemao. Caltabellotta Fazello dicitur, Pulici Leandro.
- SOTIANI, vide SONTIATES.
- SPANIA, vide IBERIA.
- SPARTA, vide LACEDÆMON, & THERAMNÆ.
- SPARTARIA, vide CARTHAGO.
- SPASINE, vide CHARAX.
- SPEDIA, Latinis dici Ligurie opidum, quod incolis Specie vocatur; scribunt Blondus, & Leander.
- SPELLVM, vide HISPPELLVM.
- SPELVNCE Locus, Plinio teste in Italia. Sperlunga à Pineto appellatur.
- SPERCHÆA, σπέρχεια, Macedonia promontorium, ad Sinum Miliacum, Ptolemao. Comen, Nigro sed Phthelia Sophiano auctore nominatur hodie.
- SPERCHIVS, σπέρχις, Phthiotidis regionis in Macedonia fluvius, Ptolemao. Comen Theveto, sed Agriomela Sophiano dicitur; item XERIAS, Ξέριος, SALAMBRIA suo tēpore dici, tradit Isacius Tzetza. qui eum videtur SPERCHERVUM, σπέρχερς, nominare, nisi mendosus sit codex. Sperchium fluvium Apollodorus BORVM, βώρη, cognominat. Sed vide PENEVS.
- SPHÆRIA, σφαίρια, Peloponnesi insula, Træzeniorum continenti ad eam proxima, ut pedibus serē in eam trāsiri possit. Hæc postea HIERA, sive SACRA dicta fuit. Pausanias.

- SPHAGIA, σφαγία, quæ & SPHACTERIA, σφακτερία, Messeniaci sinus insula, Straboni & Stephano. Vide OENVVS, & PROTE.
- SPHECIA, vide CYPRVS.
- SPHEN, vide CVNEVS.
- SPILVM, vide ACHILLEA.
- SPINÆ, Antonino Britannia insula opidum quod hodie Neuburi vocari, tradit Humfredus Lhuydus.
- SPINETICVM, Padi ostium Plinio, qui quoque VATRENI Portus. idem antea ERIDANVM OSTIVM vocatū fuit, eodem teste. A Pomponio videtur MAGNVS PADVS appellari. σπινήτη στόματων, & ποταμῶν, Halicarnasseus vocat. Hieronymus Rubens & Fabricius Primero nuncupant.
- SPIRACVLA vocant, alij CHARONEAS SCROBES, mortiferū spiritum exhalantes. sic Plinius, lib. 2. cap. 93. ubi ea in Sinuessano et Puteolano tractu describit. Bucu velenoso vocat Leander in sita Italia. quod interpretatur antrum venenosum.
- SPIREOSTOMA, vide PSILVM.
- SPLEDGN, vide ASPLEDON.
- SPOLETIVM, σπολήτιον, Vilumbrorum urbs, Ptolemao, in Italia. SPOLENI sunt Plinio. Spoletto hodie.
- SPORADES, σποράδες, insulae in Aegeo Mari sparse; quas ab Homero CALYDNAS, καλύδνας, appellari putant; inquit Strabo. Vnam harum STRYBIAM, στρυβία, vocat Stephanus. Vide CYCLADES.
- SPVRII, vide TARENTVM.
- SQVINICII, vide SAMNITES.
- STABARENI, vide TIBARENI.
- STABIAE, opidum in agro Cumano, memoratur à Plinio. qui illud à Sylla deletū, & in villas abiisse ait. Hodie ibidē Turris nunciatae esse, scribit Amb. Leo. Castello al mar di Stabie, Leandro dicitur.
- STABVLVM Diomedis, vide TINDA.
- STACHYRIS, vide TRACHIRIS.
- STADIA, vide CNIDVS, & RHODVS.
- STAGIRA, σάγειρα, Stephano, & Plinio, STAN-

STANTIRA, *σάντιρα* Ptolemaei, ni fallor, Macedonia urbs est, circa Athon montem, Aristotelis patria, ut Laërtius tradit. Libanona à Sophiano dicitur. apud eundem etiam ORTHAGORIA, ὀρθαγορία, vocatur.

STALIA, vide GENVA.

STALIOCANVS Portus, *σαλιόκων*, Ptolemaeo est Galliae Lugdunensis, ad mare Britannicum; S. Paul. hodie dici annotavit Villanovanus. Saliochanus legunt Latina exemplaria, cui accinit malè Cœnalis, eumque à sale conficiendo sic nominari putat peius.

STANTIRA, vide STAGIRA.

STATELATES, vide AOVÆ Statorum.

STATONES, Plinio Tusciae populi, hodie Scarfino Leandro & Volaterrano.

STAVRA, vide PONTINA.

STEMPHYLOS, vide STYMPHALOS.

STENA, vide THERMOPYLÆ.

STENOSTHEMA, vide PSILVM.

STEPHANE, vide SAMOS.

STEPHANI FANVM, vide ONOGVRIS.

STEPHANOPOLIM, et CORONAM, vocat Sambucus urbem Daciae, Cronstatt vulgò dictam, Germanis; & Brassò Hungaris. Aventinus hanc eandem antiquitus SEGETHV SAM dictam scribit. ZARMISOGETHV SAM dicere vult, ut ego opinor.

STENEI Iovis Ara, vide THESEI Ara.

STEREONTIVM, *σέρεοντιον*, Germania urbs, Ptolemaeo: quæ Castell à Pyramio dicitur. Hastie urbs, nota.

STISSVM, opidum Citerioris Hispania ubi Livius lib. 21. scribit Hannanem à Cn. Scipione captum. CISSA, *κίσσα*, vocatur à Polybio, lib. 3.

STOBI, *σόβοι*, Macedonia urbs, in Pelagonia, Ptolemaeo. huc Nardus in suo Livio Italico Starachinonovo vocabulo nuncupat.

STOECHADES, *στοιχάδες* Ptolemaeo, quas LIGVSTIDES, *λυγυσίδες*, etiam vocat Stephanus; item Apollonius lib. 4. Galliae Narbonensis insula. Camergas Paradurus

vocat. Isles de hyperres, vel d'or, appellari puto. Stephanus tres numerat: ut etiam Plinius: quarum primam PROTEN, secundam MESHEN, & POMPONIANNAM, tertiam HYPÆAM vocat. Martianus primam THEMISTAM nominat. Ptolemaeus quinq; dicit esse, sed eas singularim non nominat: quod neque Mela etiam facit; qui eas sparsas scribit à Ligurum ora, ad Massiliam usque in quo spacio comprehenduntur etiam quæ Plinius addit, STVRIVM, PHOENICE, PHILA, LERO, & LERINA; (quæ Ptolemaeo LERONE, *λερών.*) In hoc tractu videtur à Strabone PLANASIA numerari. Pinetius in suo Gallico Plinio, vocat Sturium, Ribaude: Phœnice, Porte croix: Phila, Bonhomme: & Lero, Larina.

STORAS, vide ASTVRA.

STORIYNGA, vide IACINIVM.

STRAGONA, *σεγγονα*, Germania urbs, Ptolemaeo: Polnavia, Polonia regni, Petro Appiano auctore.

STRATONICA, *στρατονίκη*, Ptolemaeo est Macedonia civitas, ad Sinu Singiticu. HASADRIANOPOLIM, ἀδριαπόλις, postea dictam scribit Stephanus. Franco castro hodie nominari, tradit Nic. Sophianus. Vide IDRIS.

STRATVS, Straboni & Plinio Acarnaniae urbs. Nō dubitem (inquit Gerbelius) quam Ptolemaeus ASTACVM, ἀστακός, nominaverit, in Epiro nempe eam à Plinio & Strabone Straton appellari. Vide DYME.

STRIDON, D. Hieronymi patria, ut ipse met fatetur, de qua urbe sic Marianus Victorius in eius vita quam huius Hieronymi operibus præfixit. Hoc opidum à Gothis eversum, Dalmatia quondam Pannoniaq; confinium fuit; Strignam id vulgus nunc nuncupat. intra Petram pilosam, Portulam, & Primentum positi. Blondus Strigna vocat. SIDRONAM, *σιδρόνα* Ptolemaei esse scribit Villanovanus.

STRIGONIVM, Hungaria urbs ad Danubium. Gran, Wolfsg. Lazio.

STRIGVIA, Albionis insula urbs est, auctore Lelando: quam hodie Chepestaw vulgò dici scribit.

STROBILVS, vide CAUCASVS.
 STROMPHIDES, vide PLOTÆ.
 STRONGYLE, Plinio & aliis, insula una
 ex Aeolis. quam Leander Stromboli vo-
 cat. Vide NAXOS.
 STRONGYLVVS Mons, Techifanda Ca-
 staldo. Vide TAVRVVS.
 STROPHADES, vide CYCLADES,
 ECHINADES, & PLOTÆ.
 STRYBIA, vide SPORADES.
 STRYMON, στρυμών, Ptolemao est Mace-
 donie fluvius. antea PALÆSTINVS,
 παλαίστιν & CONOZVS, κόνοζ &
 appellatus; ut scribit auctor opusculi de mon-
 tibus & fluminibus, Plutarchus. EIONEVM
 eundem vocatum, ex Tarasij scriptis, quæ
 Geopius lib. 1. Francicarum inseruit, co-
 gnoscitur. Sophianus Stromona: Bellonius
 Marmara vocat: Nardus Radni. Ischar
 Lazius, in sua Græcia tabula, & Rhedive
 Thevetus, strepens anser, ut dicitur, inter
 olores.
 STRYMONII, vide BITHYNIA, &
 THRACIA.
 STRYMONIS, vide ASIA Minor.
 STRYMONIVM, vide MIEZA.
 STRYMONICVS Sinus, Ptolemao. A So-
 phiano nominatur Golfo de monte San-
 to: à Castaldo Golfo de Contesa.
 STYCIA, στυκία, Albionis insula fluvius, a-
 pud Ptolemaum. Seiont nunc videtur Vil-
 lanovano.
 STYRA, vide ASTYRA.
 STYRII, Plinio Batavorum populi, qui ster-
 nuntur inter Helium & Flevum. Stave-
 ren urbem Frisiae maritimam, quidam no-
 vo nomine eos vocat.
 STYRIVM, vide STOECHADES.
 STYBARENI, vide TIBARENI.
 STYLIDA, vide COLUMNA Regia.
 STYMPHALVS, στυμφάλ & Ptolemao
 Peloponnesi mons altissimus: qui Dom. Ni-
 gro Poglisi dicitur. STEMPHYLOS
 habet Gemistus, per E in prima, & Y in se-
 cunda. Idem addit eum ZEIRIA, ζείρια,
 & CYLENE, κυλήνη, vocari.
 STYMPHALVS Ptolemao, & STYM-
 PHALVM Plinio, Arcadiae urbs in Pe-
 loponneso. Vulsi, Pineto: Longamico Ni-

gro nuncupari video. ZARACA, ζάρακα, recentiori nomine vocat Gemistus.
 STYMPHALVS, Arcadiae fluvius; qui in
 Argolico agro defluens, ibi nomine mutato
 ERASINVS, ἐράσιον & dicitur. Pau-
 sanias.
 STYMPHELVS, vide ALPHEVS, &
 CHALCIS.
 STYRA, vide ÆGIALIA.
 STYX, vide AVERNVS.
 SVACHÆ, vide PTOLEMAIS.
 SVANETES Plinio, & SVANITÆ,
 σβανίται Ptolemao, in Helvetiis populi. Ho-
 die Landt bogt, Scudo. Idem alio in loco
 Schwaben by Gadenpurg vocat. Sim-
 lero videntur Algoeu, & Schwaben.
 SVARDONES, Tacito teste, sunt Germa-
 nie populi. Coniectantur Misniam tenuisse,
 inquit Althamerus. Vide PHARODENI.
 SVASA, σάσα, apud Ptolemaum est Sem-
 nonum mediterranea urbs in Italia. Leander
 dubitat num sit VRBINVM Taciti-
 quos Plinius VRBINATES METAV-
 RENSES vocat: & nostra etas Urbino.
 SVBI, Plinio Hispania fluvius est, in Cosseta-
 nia regione. Belos fortè hodie dici, putat
 Clusius.
 SVBLACVM, ut Hermolaus ex Frontino
 legendum putat. SVBLAQUEVM est
 apud Tacitum, & Plinium. Sollago hodie
 dici, ex Leandro liquet. Latij mediterraneum
 opidum est.
 SVBLANTIA, vide LEGIO Septima.
 SVBLAVIO, Antonini; Brixen est Simle-
 ro, episcopalis civitas in Alpibus. Horum po-
 pulos Ptolemaeus BRIKANTAS, βε-
 ξάντας, & Plinius BRIXENTES vocat.
 SVBLICIVS Pons, postea AIMILIUS
 dictus fuit; auctore P. Victore. Item LE-
 PIDVS, & à plebe abusivè LAPIDEVS,
 si Aethico credimus.
 SVBMONTORIVM, vide SVRMON-
 TORIVM.
 SVBRITA, σάβριτα Ptolemao Cretæ insulae
 urbs. Sandioia, Pinetus vertit.
 SVBSICINVM opidum, citat ex Itinera-
 rio Antonini, Barrius; qui hoc in Calabria
 iuxta Medamam fluvium describit, sub no-
 mine novo Belforte.

SVBVENTANA, vide **TRIPOLITANA**.

SVBVR, σββρ, Ptolemao teste, est fluvius Mauritania Tingitana, qui se in Atlanticum Oceanum exonerat. Castaldus Subu, Augustinus Curio Sus vocat.

SVBVR, σββρ, Hispania Tarraconensis civitas apud Ptolemaum & Melam. Villanovanus dicit hodie Siges appellari.

SVCCVBAR, quæ & **TVBVSVPTVS**, Mauritania Casariensis Colonia Augusta, est Plinio. **THV BV SCVM**, ni fallor, Tacito. Simlerus estimat **SVGVBARRITANVM** Municipium, apud Marcellinum esse; sed falsò; nam & Tubusuptus apud eundem Marcellinum est, lib. 19. Villanovano iudice, vocatur **ZV CHABARI** apud Ptolemaum. At hoc vocabulum in Grecis codicibus non reperitur. sed eius loco **BV CHAMBARI**, βεχάμβωροι, legitur.

SVCCVSANI, qui & **LIRINATES**; Italiae populi. Plinio lib. 3. cap. 5.

SVURO, σέυρω Plinio & Ptolemao; Hispania Tarraconensis fluvius. Xucar C. Clusio dicitur. Est etiam **SVURO** Straboni urbs, eodem tractu. quæ hodie Cullera à Christoph. Stella nominatur.

SVDERNVM, σδέρνον Ptolemao Tuscorum mediterranea urbs. quæ auctore Leandro Muderno dicitur.

SVDERTINI, Plinio Tusciae populi, qui hodie Souretto habitant; ut scribunt Volateranus & Leander.

SVDETI, sic habent omnia exemplaria Latina, cum tamen Græcè σάδιτοι, **SVDI TI** sit. Germania montes Ptolemao. Pyramis in sua Germania tabula indigitat **Fiechtelberg**, qui est in medullioferè regionis; unde quatuor flumina originem trahunt. Ioach. Cureus vocat **Eisenberg**, partem montium eorum qui Bohemiam à parte Boreali claudunt.

SVDITI, vide **SVDETI**.

SVEBI, vide **SCYTHÆ**, & **SVEVI**.

SVEL, σέλ, Hispania Bética urbs, Ptolemao, ad Ibericum pelagus. Molena episcopo Gerundensi.

SVESSA, σέσσα Ptolemao, Campania mediterranea urbs. **SVESSA POMETIA**

Plinio, Tacito & Halicarnasseo est, Volscorum in Cāpania caput: quod, ut Livius tradit, ab Auruncis civitatem suam metu deserentibus, & in hanc comitantibus, **AVRUNCIA** dictum fuit. **SVESA**, simplicis, in numis antiquis scribitur, ut patet in Goltzii opere.

SVESSANÆ Aquæ Tacito lib. 17. Torre dei Bagni hodie nominari, Leander auctor est. Video nonnullos hoc loco apud Tacitum **VESUVIANAS** pro **Suessanas**, habere. **SINVESSANAS** legit doctissimus Lipsius. Sinuessana aquæ, etiam apud Livium sunt lib. 22.

SVESIONES, Gallie Belgicae populi, apud Casarem. Soisson est apud Marlianum. **VESSONES**, βυέσσωνες, à Ptolemao vocari, annotavit Aldus Manutius.

SVESITANI, sunt Hispania citerioris populi, Livio. Florianus del Campo putat Sanguesa hodie nominari; ex archivis enim se intellexisse scribit hanc priscis temporibus Suesa nuncupatam, in Arragonum & Navarrensiū confinibus sita est. **SVESTASIUM**, σβεσσάσιον, hoc tractu Ptolemaus habet.

SVESSVLA, Campania opidum, Livio. nunc Sessula, & aliquibus Scafaro vocari ait Leander.

SVESTASIUM, vide **SVESITANI**.

SVEVI, Germania populi; qui hodie Schwaben sunt. Olim verò Septentrionalē Germanie magnam partem inhabitarunt; ut liquet ex Tacito, & aliis item ex Ptolemao. apud quem **SVIBI**, σκιβωί, vocantur. Idem habet **SVEBOS ANGILOS**, σβέβωι ἀγγέλοι, qui hodie, ut Peucero videtur, Angleem in Pomerania habitant.

SVEVICVM Mare, vide **BALTICVM**.

SVEVVS Tacito, **SVEBVS**, σβέβωι Ptolemao; Germania fluvius, qui hodie Spre Willichio est. Oritur in Bohemia montibus, et in Albim se exonerat. Becanus Oderam esse scribit; an rectè, ipse viderit. Vide **VISTVLA**, & **CARPATES**.

SVFFENATES, vide **MVTVSCÆ**.

SVGAMBRI, vide **SICAMBRI**.

SVGDIANA, vide **SOGDIANA**.

SVGDIVS, vide **TAVRVS**.

- SVIBI, vide SVEVI.
 SVIMONTIVM, vide BALISTA.
 SVINVM, Picens flumen, Plinio. Salmo, Leandro Alberto.
 SVIONES, videtur ad Sweden alludere. Vide BALTHIA.
 SVLCITANI, Sardinia insula populi, apud Plinium. Solo Pinetus interpretatur. SOLCI, σόλκοι Ptolemao; & SYLCI, σύλκοι, Stephano sunt.
 SVIGAS, vide ORGE.
 SVLLONIACA, SVLLOMACA nonnulla exemplaria habent apud Antonium. In Anglia locus est inter Londinum et Verulamium Barnet / vel Eggewozth potius; ut annotavit Talbotus.
 SVLMO, σαλμων, Ptolemao & Livio Pelignorum urbs est. SOLYVM primò dictam fuisse, ex Siliij lib. 9. constat. Ovidij patria. Hodie Sulmona est, ut scribit Leander. Aliquibus Sermona dicitur.
 SVMERE Castellum, Marcellano libro 25. SVMA vocatur à Zosimo, & Ptolemao; σμα, cui in Mesopotamia est.
 SVMMÆ ALPES, Gotthardt hodie vocari scribit Scudus. Quas Cesar Summas Alpes appellat, sunt Straboni & Plinio POENINÆ Alpes, ut Rhenanus scribit. Sunt qui putant Casarem summas Alpes non proprie, sed appellativè dixisse, tanquam Alpium summas. Vide Simlerum.
 SVMMVRANVM, vide SYPHEVM.
 SVMOTRIGES, vide MVROT RIGES.
 SVNAM, urbs, in Tribu Zachar. Torondolos Gabraletis eam nominat Benjamin F. Iona.
 SVNI, vide ZANI.
 SVNICI, sunt apud Tacitum Germania populi. Sunt à Petro Divao interpretatur. opidum est ad Rhenum, infra Coloniam Agrippinam. Hub. Leodius subdubitatur eodem esse cum RINVCIS. Plinij, & utrobique Rinuci legèdum putat. dicit q; eos hodie regiunculam Guncherlant d. et. am, obtinere. qua est inter Batavos, Frisios, & Bethasios.
 SVNIVM, σέ. iv, Atticum promontorium. Ptolemao. Cabo delle colonne, à Sophiano appellatur. Idem dixit ante eum

- M. Niger, à multis ibi extantibus columnis. Vide ATHENÆ.
 SVNONENSIS Lacus, vide ASCANIA.
 SVPERVM Mare, vide HADRIATICVS Sinus.
 SVPHHA, σφθα, Parthia regionis urbs. Nunc Gestie nuncupatur: nisi fallit Thevetus.
 SVPIANÆ, vide SOPIANÆ.
 SVR, vult Geropius vocatã in Sacris urbem, ad Sinum Arabicum; quam hodie Tor appellant.
 SVRA, fluvius qui aquas suas in Mosellans evomit; Aufonio. Saur, nunc.
 SVRA, σρα, Ptolemao Syria urbs, iuxta Euphratem. FLAVIA FIRMA SVRA in lib. Notitiarum est.
 SVRDAONES, sunt Hispania Tarraconensis populi, Plinio, lib. 3. cap. 3. ubi dicit, Ilerdenses Surdaonum gentis. Sed SARDO NVM putat legendum Cassar Varrerius. & locum esse hodie hoc tractu dicit, qui Campos de Cerdania, id est, Sardonium campus, vulgò nominatur.
 SVRENTVM, vide SVRRENTVM.
 SVRIGA, σερια, Mauritania Tingitanae urbs, ad Oceanum Atlanticum; Ptolemao. Abet, Castaldo. Goz portto Augustino Curioni vocatur.
 SVRRENTIVM, vide BARCE.
 SVRRENTVM, Straboni & aliis: Ptolemao. SVRENTVM, σέρπεντον, simplici R, Picentinorum urbs, iuxta Tyrrhenum mare. Leander Surrento nominat. Vix synonymia nomen meretur.
 SVSA, σσα, Susiana regionis metropolis, Ptolemao. MEMNONIA, μεμνονεια, Herodoto & Aeliano cognominatur. Castaldus Sultra vocari tradit. Susij, etiam CISSII, κισσιι, dicuntur, inquit Strabo.
 SVSIANA, σισιανη, Asia regio, apud Ptolemaum. Hec M. Nigro Cus, Molatio Zaqueismael, Zirbo. Susay, Mercatori Custistan interpretatur. ARPHASSAD in Bibliis dicitur, scribit Montanus, in suo Apparatu.
 SVSICANA, vide MVSICANA.
 SVSOBENI, vide SCYTHÆ.
 SVSVDATA, σβσδδτα, Germania civitas
 apud

apud Ptolemaum. *Willnath* / in *Marchia*
Brandenburgica est, *Petro Appiano* censore.

SVTRIVM, *σῦτρειον*, *Ptolemao* *Tuscorum*
urbs: quae *Sutri* hodie nomen retinet; teste
Leandro. In *Goltzij* *Thesauro* huiusmodi
extat antiqua *inscriptio*, COLONIA IV-
LIA SVTRINA.

SYAGROS, *σῦαγρος*, *Arabia* *Felicis* pro-
montorium, *Ptolemao*. *Cabo* *Rifalgate*,
Ioanni Barrio est: *Sfacalhat* / *Ramusio*;
Fartacam Varrerio.

SYBARIS, *σῦβαρις*, *Straboni* *Brutiorum*
fluvius; qui *Leandro Cochile* dicitur. Vide
LVPIA, & THVRIVM.

SYBOTA, *σῦβοτα*, *insula* *Siculi maris*, ante
Epirum; *Thucydidi* & *Straboni*. *Syuita* *So-*
phiano nominatur.

SYCÆ, vide CORNVBYZANTIVM.

SYCAMINOS, *συκάμινος*, *Phœnicia* *urbs*,
Ptolemao. Hanc *Niger* *Cabo Carmelo*
vocat.

SYCODES, vide CORNVBYZAN-
TIVM.

SYCTA, *σῦκτα* *Ptolemao* *Persidis* *urbs*. qua
Syra, *Nigro*.

SYDERIS, vide SIDEN.

SYENE, *σῦήνη*, *Aegypti* *urbs*, *Ptolemao*: quam
SIRIM, *σῦεις*, *Aethiopibus* vocari, *Eusta-*
thius tradit: qui eam *funditus* *eversam*, &
nomen tantum extare ait. ZZEVENE
Hebrais dici, scribit *Ar. Montanus*. Alij SE-
VENEH habent. Hac *etate* appellatur
Guegere, *Iovio*; & *China*, *Nigro*. sed
Asna, *Zieglero*: in cuius *sententiam*, si non
pedibus, ut dicitur, saltē *calamo* transeo: *As-*
na enim *urbs*, quemadmodum à *Ioanne*
Leone describitur, in *Syena* *Ptolemai* locum
incidere *mibi* videtur.

SYLA, vide SILA.

SYLAX, vide TIGRIS.

SYLCI, vide SVLCITANI.

SYLINA, *Sulpicio Severo* *insula* est ultra
Britanniam sita. Sunt qui eo *insulas* *Sor-*
lingas, vel *Sylley* denotari putāt. vide HI-
BERNIA.

SYLOES, *σῦλοεις*, *Herodoto*, apud quē etiam
σῦλοεις, legitur. *Africa* *promontorium* est;
quod *Sataspes*, postquam ex *Aegypto* sol-
vit, ad *Columnas* *Herculis* navigans, cir-

cumvectus in *Meridiem* *cursum* tenebat. I-
dem alio in libro scribit, hoc *promontorium*
Libyam terminare. In *Hannonis* *Periplo*
eius etiam *mentio* est. Fortē ubi *Ptolemaus*
post *Cotes* *promontoriū* (quo *Africa* ad *Me-*
ridiem inclinare incipit) ZYLIÆ, *ζυλεία*,
fluminis ostium describit. *Ramusius* *subdu-*
bitans C. *Cantin* hoc loco ponit.

SYMÆTHVS, *σῦμαιδος* *Straboni* & *Plinio*
Sicilia *fluvius*. *Lazaretto* *Leandro* dicitur.
Vide TIMETHVS.

SYMBOLON Portus, *συμβολων*, *Arriano*,
Straboni, *Plinio* & *Ptolemao*, in *Taurica*
Chersoneso est: *Mercatori* *Sibula* dicitur.
Vetus *Strabonis* *interpres* *Pactorum* *por-*
tum ex *Symbolon* fecit; quod *Marium* *Ni-*
grum sefellit, qui in sua *Geographia* duo di-
versaq; loca ex his fabricatus est; unum
Symbolorum, alterum *Pactorum* nominans.
Ego qui *propria* *nomina* *secundum* eorum si-
gnificationē *interpretantur*, *laudare* *nequeo*.
appellativa *enim* ex *propriis* vidētur *facere*.
Ex *Arriani* et *Strabonis* huius portus descri-
ptione videtur castigandus *Ptolemaus*, qui
eum ad *Sinum* *Carcinitem* ponit: cum ad
Pontum *Euxinum* locandus esset.

SYME, *σῦμη* *Ptolemao* *Carpathij* *maris* in-
sula, inter *Rhodum* & *Gnidum*. Hanc *Ste-*
phanus AGLLEN, *ἀγλη*, & METAPON-
TIVM, *μετάποντος*, vocatam tradit. Vide
NAXOS.

SYMPLEGADES, vide CYANEÆ.

SYNADA, vide SYNNAADA.

SYNDICVS, *σύνδικος*, *urbs* *Scythiae* con-
termina, cum portu: ut *Stephanus* ait: qui
eam ab aliquibus GORGIPEN, *γοργίπων*
vocari dicit.

SYNEVS, vide MELANI.

SYNGAMBRI, vide SICAMBRI.

SYNGILIA habent *marmorea* *Inscriptio-*
nes, ut *mihitestatus* est *Car. Clusius*; ibi, u-
bi hodie *Antiquera* est; *Hispania* *Betica*
urbs. SINGILIAE meminit *Plinius*.

SYNNAADA *Straboni*, *σύνναδα*. SYNNA-
DA per simplex N, scribit *Ptolemaus*. *Phrygia*
Maioris *urbs* est. *Incolis*, ut *Stephanus* re-
fert, DOCIMIA, *δοκίμεια*, & DOCI-
MITE, *δοκίμιτη*, item primum SYNNAEA,
σύνναεία, vocabatur.

SYNNÆA, vide **SYNNADA**.

SYNOPE, vide **SINVESSA**.

SYNORMADES, vide **CYANÆ**.

SYPETES, vide **VSIPETES**.

SYPHEVM, Brutiorum opidum Livio; ex huius ruinis putat Gab. Barrius illud opidum extractum, quod Antoninus **SYMMVRANVM**, quo nomine adhuc appellatur, vocat.

SYPONTVM, vide **SIPONTVM**.

SYRACVSÆ, Sicilia urbs amplissima. Duplici **R** eam scribit Ptolemaeus, **συρρακῶν**. Hanc Cicero lib. 4. in Verrem, & Plutarchus in vita Marcelli, quatuor urbibus constare tradunt; **NEAPOLINEMPE**, **ACHRADINA**, **ἄχραδῖν**, **TYCHE**, **τύχη**, **ITYCA**, **ἰτόχη**, Diodorus libro II. & **INSVLA**. Livius Achradina & Tica scribit. Quinque urbes intra moenia continere, perhibet Strabo, lib. 6. Ea pars qua Ciceroni Insula est, Straboni **ORTYDIA** dicitur. Hanc Insulam quoque incolis **NASON** vocari, Livius auctor est, lib. 25. Eandem **HOMOTHERMON** ab initio appellatam, scribit ex Nicandro, Fazellus. Haectenus haec urbs Siracusa nominatur.

SYRASTRA, **συρᾶσα**, India intra Gangem vicus, apud Ptolemaeum. Sauxac Iacobo Castaldo vocatur.

SYRI, vide **CAPPADOCIA**.

SYRIA, **συρία**, Asia regio, Sacris & profanis historicis celebratissima. Amplia est, & multas regiones comprehendit. Hebrais **ARAM** dicitur, D. Hieronymo teste. **Syros** **ARIMOS**, **ἀριμοί**, nominari ab Homero, Posidonius auctor est, apud Strabonem; in calce lib. 16. Idem Strabo lib. 13. scribit Arimos suo tempore **ARAMOS**, **ἀραμοί**, vocari. Syros Iosephus **ARAMÆOS** appellat. Strabo dicit à se ipsis sic nominari sed is habet **ἀραμαί**, duplici **M**. Sobaldici, scribit Brocharus. Diodorus lib. 19. eius partem qua versus Taurum motem est, Superiorē nominat. meminuit Xenophon lib. 5. Cyropædie, Syrie inferioris. Hodie Soria nomen obtinet. Syriam nonnulli in quinque partes dividunt, inquit Eustathius, in **COMMAGENAM**, **SELEUCIDEM**, **COELESYRIAM**, **PHOENICIAM**, &

IUDÆAM *Mediterraneam*. Plinius terrarum maximam, & pluribus distinctam nominibus scribit. hasq; undecim regiones sub ea comprehendit ait: **PALÆSTINA**, **IUDÆA**, **COELE**, **PHOENICE**, **DAMASCENA**, **BABYLONIA**, **MESOPOTAMIA**, **SOPHENE**, (**SOPHANINA**, **σὺφανῖν**, hac Arriano est) **COMMAGENE**, **ADIABENE**, & **ANTIOCHIA**. Idem serè Mela, lib. 1. cap. II. Ab alius verò in alioribus limitibus constringitur. Hoc etiam observavi apud classicos auctores, Syriam cum Assyria sepius confundi. Consulte Wolfg. Wissenburgium. Vide **SYROS**, & **EUPHRANTIS**.

SYRIACVS, vide **HYLLVS**.

SYRIÆ Porta, vide **AMANICÆ**.

SYRMATÆ, vide **SARMATIA**.

SYROS, **σὺρῶν**, maris Aegæi insula, quam Homerus **SYRIAM**, **σὺρία**, vocat, in *Odyssæa* ut Strabo & Stephanus testatur. Syro, Sophiano adhuc dicitur.

SYRRACVSÆ, vide **SYRACVSÆ**.

SYRTES, **σὺρτῖς** Ptolemaeo **MAGNA** & **PARVA**, circa Africam in Mari Mediterraneo. Loca sunt vadosa, & navigatoribus noxia. Hodie Secche de Barbaria vocari, scribit Lel. Caranus. Baxos de Barbaria (quod idem significat) appellat eas Olivarius. Haec recentia nomina non videntur mihi propria, sed communia potius. sic enim nos Belgæ, eadem significatione, vocamus **Blaten** / **Wancken** / **Droochten** / omniaque maris brevia, locaq; arenosa. Syrtim minorem video Golfo de Caps nominari. Vide **CHARYBDIS**.

SYSGIA, **σὺσγία**, Straboni urbs, iuxta Colapis confluentiam in Saurum: in Pannonia Superiori, Ptolemaeo teste. quæ eam **SISCIA** **σῖσκια**, per 1, in prima scribit; ut quoque Velletius. Huius urbis adhuc multa, pulchraque monumenta extare, tradit Bonfinius. Hodie mihi Sisseg videtur, ex Tabula Illyrica, Sambuci. Nigro indice, Modruffa nunc vocatur. Lazius autem in sua Vienna dicit eius rudera sub ditione Austriaca apparere; in consuetibus Hungaria, Stiria, Slavonia, & Windorum Marchiæ incolasq; locum appellare Soffed. Antoninus etiam huius Siscie memi-

meminit. Et Simlerus (qui in eum scholia scripsit) addit eius loco in manuscriptis aliquando Siloia nominari.

T.

TABAS, vide **BONTAS**.
TABEINI, vide **SCYTHÆ**.
TABERNÆ, Antonino Germania opidum quod Simlerus Zabern vocat sub episcopatu Argentoratensi.
TABIANA, ταβάρια, Persici sinus insula, apud Ptolemaum: **TIBIANA** est Marcellini.
TABII, vide **GABII**.
TABIS, vide **TAMOS**.
TABRACHA, vide **THÁBRACA**.
TABVDA, vide **SCALDIS**.
TABVLEIVM, Monasterium in Vosagi montis eremo situm, sic vocatū antiquitus, quod sectis instar tabularum lapidibus, primo aedificatum fuerit. Hoc postea **THEOLOGIVM** dictum fuit. Surius in primo tomo de SS. vitis.
TABVRNVS, Campania mons, apud Virgilium. Hic Leandro Taburno vocatur.
TACAMPSO, vide **METACOMPSO**.
TACAPE, Plinio Africa Propria urbs. Capes Nigro appellatur.
TACHEMPSO, vide **METACOMPSO**.
TACINA, vide **LACINIUM**.
TACOLA, τάκολα, Aurea Chersonesi emporium, Ptolemaeo. quod Malaca, ab Alphonso Adriano; sed Tavay à Iacobo Castaldo vocatur.
TADER, vide **ESTABERVVS**.
TÆNARIA, ταινάρια Ptolemaeo Peloponnesi promontorium, ad Messeniacum Sinum. Cabo Matapan, & Maini à Sophiano dicitur. Etiam Maimè Gregoræ vocatur.
TÆNARIUM, ταινάριον Ptolemaeo Eacónica opidum; antea **CÆNEPOLIS**, καίνηπολις, dicitur; Pausania auctore: sed ταινάριον, habet sine I, in fine. Ptolemaeo diversa sunt ταινάριον & **CÆNE**, καίνη. Tænarium, quæ nūc **CEREAPOLIS** cognominatur, inquit Procopius, lib. 3. de bellis Wandalicis. Tænarium hoc dicit Niger hodie Porto de Qualeis vocari. Vel, ut alius quidam, Porto delle Quaglie, ob cotur-

nicum ibidem copiam.

TÆNIOLONGA, ταινιολογγα, Mauritanie Tingitana opidum; ad Mare Ibericum, Ptolemaeo. Melenna Castaldo est.
TAGEIRA, vide **ARSINOË**.
TAGRVM Montē Lusitania, citat Damianus Goësius, ex Varrone: quem hodie Sintra appellari ait. In Varronis lib. 2. cap. 1. Opidum Olysippo in monte Tagro, legitur.
TAGVS, τὰγος, Ptolemaeo & ceteris, Hispania fluvius aurifer, si veteribus creditur. Oritur in Celtiberis; dividit Lusitaniam. & ultra Ulysiponam in Oceanum prorumpit. Accolis Tayo vocatur.
TALZALOS, & **VERNICONES** legit Humf. Lbuydus apud Ptolemaum, Albionis insule populos: quos hodie in Northumberland ponit. **VENICONTES**, οὐσινόντες, & **TEXALOS**, τέξαλοι, lego in Grecis Ptolemai codicibus.
TALABRIGA, ταλάβρυγα, Lusitanorum urbs, Ptolemaeo. Hæc hodie Talavera della reina vocatur, ut æstimat Cl. Aretius. Varrerius hoc negat, ex dimensione. sed Cacia esse docet.
TALANTIA, vide **OREVM**.
TALANTII, vide **TAVLANTII**.
TALAVS, vide **LAVS**.
TALBIACVM, vide **TOLBIACVM**.
TALÉTON, vide **TARGETVS**.
TALGA, vide **TAZATA**.
TALLIATES, horum populorum meminisset lapis antiquus, in vico Ripsdorff inventus, in Exsalia regiuncula Germania. Hæc vicoadiacet Dominium & arx vetus Tollenendorff vel Tallendorff aut Tallédorff/variè enim scribunt; sed indifferenter pronunciant Germani. Idem significat Tallendorff, quod Talliatium pagus. Ipsam Inscriptionem, quia hæctenus minime publicatam æstimo, his subiungam. eam enim habeo studij communicandi erød; ab humanissimo & docto viro D. Chrysanto Boiss. **MARTI ET GENIO TALLIATIVM. CLAVDIVS VERINVS AD PERPETVAM TUTELAM ÆDIS TALLIATIB. DEDIT XCL. QVAM ÆDEM L. MARCVS SIMILIS DE SVO POSIT.**

- TAMARE**, ταμαρή, Albionis insula urbs, apud Dumnios, auctor Ptolemaeus. Tanerstock Villanovano est. Tamerton ego malim.
- TAMARICI**, vide **CELTICI**.
- TAMARVS**, τάμας, fluvius, Ptolemaeo Albionis insula, in latere Meridionali. Tamer hodie ex tabulis censeo.
- TAMASEVS**, vide **TAMASSVS**.
- TAMASSA**, vide **TEMESA**.
- TAMASSVS**, ταμασός, Ptolemaeo Cypri insula urbs. Famagosta Ger. Mercatori, hodie. Hermolaus ex Stephano scribit quoque **AMAMASSVS**, ἀμαμασός, dictā. Idem Stephanus eam **TAMASEVM**, ταμάσε, appellat. & **TAMESIAM**, ταμεσία, à Polybio nominari addit.
- TAMESIA**, vide **TAMASSVS**.
- TAMIATHIS**, vide **PELVSIVM**.
- TAMNVM**, vide **FORVM Segusianorum**.
- TAMOS**, Pomponio Tauri montis promontorium est, ad Oceanum Eoum. Mercator credit ab Orofio **TAMARA** dici. Pintianus pro Tamos, **TABIS** apud Pomponium legit. Vide **TAVROS**.
- TAMVADA**, Pomponio Mauritania Tingitana fluvius. qui Bedia ab Olivario nominatur.
- TAMVSIGA**, ταμέσιγα Ptolemaeo Mauritania Tingitana opidum. Hoc Tefeltner Castaldo, Fessa Nigro dicitur. Fessam credit Peucerus **VOLOBILIN**, βουλοβιλίς, Ptolemai, esse.
- TAMYRACA**, vide **CARCINITES**.
- TAMYRAS**, ταμύρας, Straboni fluvius est inter Berytum & Sidonem, in Phœnicia. Zieglerus scribit eū à Plinio **NAGORAS** vocari. sed **MAGORAS** legēdum est. Ptolemai **LEON**, λέον, haud dubiè est.
- TANAGRA**, τανάγρα, urbs est Bœotie, apud Ptolemaum. Hanc Stephanus dicit ab Homero **GRÆAN**, γράια, & prius **POEMANDRIAM**, ποιμανδρία dictam. & ab Aristotele **OROPVM**, ὄρωπος, appellatam. Idem Stephanus eandem alibi **GEPHYRAM**, γέφυρα, vocat. Strabo quoque eius incolas **GEPHYRÆOS**. i. pontanos nominat. Hodie Anatoria vocari, Castaldus auctor est.

- TANAIS**, τάναις Ptolemaeo & ceteris omnibus, est fluvius qui Europam ab Asia dividit. **SILYS** Scythis dictus, ut Plinius tradit. Item **AMAZONIVS**, ἀμαζόνιος, antea, si fides est apud auctorem de fluminibus & montibus. Incolis hodie Don, & Italis Tana dicitur. Hunc fluvium quoque **DANVBIVM** dictum, ut scribit Acron in Horatium, eo minus miror, quòd videam utrumque, & Danubium, & hunc Tanaim à suis accolis eodem nomine hodie indigitari. Vide **ALOPECE**, **HYPANIS**, & **SILVS**.
- TANAIS**, urbs ad Tanai fluminis ostia, Ptolemaeo teste. **EMPORIVM**, ἐμπορεύον, apud Stephanum vocatur. Asoph, Mercatori est. Niger scribit Europæis Tana, incolis autem Azac dici.
- TANARVS**, Plinio Lombardia Cispadane flumen. Tanaro hodie dici, scribit Leand. Albertus.
- TANATA**, vide **THANATOS**.
- TANATIS**, τανάτις, Mæsia Superioris opidum, Ptolemaeo, Terriana Nigro.
- TANCHARI**, vide **TENCTERI**.
- TANETOS**, vide **THANATOS**.
- TANETVS**, Livio Boiorum vicus. Ptolemaeo **TANITVM**, τάνιτον, in Gallia Togata. Plinius **TANETANOS** populos habet. & Antoninus **TANNETVM**, inter Regium & Parmam. Leandro Tandedo est.
- TANFANÆ** Templum, Tacito, celeberrimum in Marsis. Bentheimer-berg hodie locum dici, auctor mihi est Georgius Bruno, in Calcaria Clivia ducatus opidi descriptione.
- TANIS**, τάνις, metropolis in Aegypto, Ptolemaeo teste. In Sacris litteris **TAPHNIS** est, pro quo in Hebraeo **ZOAN** legitur. Vide **PELVSIVM**.
- TANITICVM**, τανιτικόν, Ostium Nili fluminis est apud Ptolemaum. Hoc nonnulli **SAITICVM**, σαιτικόν, vocāt, teste Strabone, libro ultimo. **TANICVM** habet Mela, vitio librariorum fortè. Hodie Calixtine, à Bonacciolo & Tanes à Nigro nominari video.
- TANTALIS**, vide **SIPYLVM**.
- TANYM**,

- TANVM**, vide **FORVM Segusianorum**.
- TAOCA**, ταόκη Ptolemao Persidis urbs est: quam Thevetus Thimar vocari ait. utinam verè.
- TAOCHI**, ταόχοι, populi & regio iuxta Pontum; Stephano. Aliqui **TAVS**, ταύς, vocant, inquit.
- TAPHIÆ**, ταφίαι, eadē qua **TELEBOIDES**, τηλεβοί, insula inter Achaiam & Leucadiam. Ex Strabone, Plinio, & Stephano.
- TAPHIS**, vide **TASITIA**.
- TAPHNIS**, vide **TANIS**.
- TAPHRA** Plinio, **TAPHRÆ** Melæ, Africa Minoris urbs. Fachs ab Olivario vocatur.
- TAPHRÆ** Plinio, **TAPHROS**, ταφρ & Ptolemao, opidū in angustiis Taurica Chersonesi situm. Mercatori Przewop est. Huius incolæ Stephanus **SATORCHÆOS**, σατορχαῖοι, vocat. qui fortè **SATARCHI** Plinij sunt.
- TAPHROS**, fretum Sardiniam & Corsicam insulas interluens, vocat Plinius. Idem videtur Eustathius **SARBONIVM** Sinum appellare. & Antoninus **FRETVM GALLICVM** vocat, si locus integer est.
- TAPHVS**, ταφϑ, maris Ionij insula, quam Strabo scribit suo tēpore **TAPHIVSAM**, ταφίσσα, appellatam. duplici **SS**, scribit Stephanus. Vide **CEPHALENIA**.
- TAFORI**, vide **BARDULI**.
- TAPROBANA**, ταπροβάνη, insula qua Ptolemao teste olim **SIMVNDI**, σιμύνδης, & postea **SALICA**, σαλική, dicta fuit. Megasthenes apud Plinium scribit eius incolæ **PALÆOGONOS** appellari. & Ptolemao teste **SALÆ**, σάλαι, Maris Eoi insula maxima est. Hodie Zeilan nominatur, Barrio, & Cosalo testib. quod idē constanter affirmat Varrerius in suo, de Ophyra regione, opusculo. Mercatori tamen Sumatra dicitur. Nonnullis Iamboli insula videtur; à Diod. Siculo descripta, in fine lib. 2. Taprobanam Arabibus Azebani, & Africanis Achamba vocari, dicit aut fingit Thevetus, auctor valde munificus, vocibus incognitis.
- TAPSVS** Virgilio, **THAPSVS**, θάψϑ, Thucydidi, Sicilia p. ninzula. Hodie Man-

- ghisi appellari, scribit Fazellus.
- TAPVREI**, vide **SCYTHÆ**.
- TAPVRIVS**, vide **TAVRVS**.
- TAPYRI**, vide **APYRI**.
- TARAS**, vide **TARENTVM**.
- TARASCO**, vide **TARVSCVM**.
- TARBELLA**, aliquando simplici **L**, legitur in Antonini Itinerario. **TERREBELLI** idem interdum etiam habet. opidū est Gasconia, in Gallia: quod Tarbe dicitur, Rob. Constantino iudice, in suo Supplemento. Hanc sententiam explodit Iosephus Scaliger in suis Ausonianis lectionibus. dicitq. non Tarbe designare, sed eam civitatem quam hodie **AQS** vulgo vocant; ad ostia Aturri; eandemq. ab Ausonio **AQVÆ TARBELLÆ** nominari. Hæc etiam postremò Civitas Aquensium dicta fuit, eodem teste. **TARBELLORVM** tractū scribit Navigerius hodie Terra di Labor nominari.
- TARBELLI**, τάρβελλοι, Gallia Aquitanie populi, apud Strabonē & Ptolemaum; item Plinium, sed ille simplici **L** scribit. Circa Baionam eos ponit Orontius, in sua Gallia tabula. Meminit Tarbellorum etiam Ausonius in Epistola 10. & in Idyllio 9. de Mosella amne. Hos Herodotus in Eyffalia locat, regione Germania, circa Mosellam. Sed hoc non est toto calo, ut aiunt, sed tota potius terra errare.
- TARENTASIA**, Antonino Centronum opidum. quod Moustier appellatur, teste Schudo. **DARANTASIA** per **D** in prima, & **A** in secunda, apud eundem Antoninum etiam reperitur.
- TARENTINVS** Sinus, Magnæ Graciæ, apud Plinium. **THRINVS** vocatur ab Ovidio lib. 15. Metamorph. ut observavit Barrius. Mar grande, Leandro.
- TARENTVM** Plinio. **TARAS**, τάρας, Straboni & Ptolemao, & in numismate antiquo, quod apud me est. **OEBALIA** à Virgilio vocatur; teste Servio. item Ovidio, ut annotavit Scopas. Taranto hodie dicitur. Leander testis est. Tarentini aliquando **SPVRRII** vocati sunt, ut scribit ex Trogo Iustinus, lib. 20. Item **PHALANTIADÆ**, φαλαντιάδαι, à quodam cive eorum celeberrimo ut tradit Stephanus. Magnæ Graciæ urbs est.

- urbs est. Vide ALBVLA.
- TARGINES, fluvius in Locris, apud Plinium: Barrius dicit opidum iuxta eum etiam sic dici, quod vulgo Vernauda vocant.
- TARICHEA, Plinio Iudææ urbs. Ieffekin vocatur Petro Laickstein.
- TARICHIAE, vide PELAGIAE.
- TARIONA, Liburnie castellum Plinio. Dom Niger dicit nunc Tuina vocari.
- TARNADÆ, vide AGAVNUM.
- TARNE, Plinio atque Ausonio est Gallie Aquitanica flumen. Dordona hodie nuncupari vult Navagierus.
- TAROS, vide TIRISCVM.
- TARPEIVS, vide CAPITOLINVS.
- TARPHE, vide SCARPHEA.
- TARQVINIENSIS Lacus, vide SABATVS.
- TARQVINIVS Ager, vide TIBERNIVS Campus.
- TARRABENI, ταρραβῆνοι, Corsicæ insulae populi, auctore Ptolemao. Horum tractus Bastilica paese, à Leandro appellatur.
- TARRACINA, vide ANXVR.
- TARRACON, ταρρακόν Ptolemao in Hispania Tarraconensi; qua Clusio & aliis nostra etate Tarragona vocatur. inde TARRACONENSIS Hispania, qua & CITERIOR, Plinio teste.
- TARRAS, τάρρας Ptolemao Sardinia opidum. Simlerus scribit THARBOS Antonini esse. Large Mario Nigro appellatur.
- TARSATICA, ταρσατική, Illyridis urbs, Ptolemao, & Antonino, qui Tharsaticum habet. Hodie S. Maria de Transiarch, Simlero teste. Idem putat ARSIA apud Plinium dici. Sed Arsiam fluvium apud Plinium & alios novi Arsiam urbem, nō item.
- TARSVRAS, ταρσύρας, Arriano est Colchidis fluvius: TERSOS fortè Plinij, ut Stukius credit.
- TARSVS, τάρσος Ptolemao Ciliciae urbs. Hæc olim CRANIA, κρανία, & HIERA, ἱερά, nuncupata fuit, ut Stephanus testatur: Cuietiam THARSVS, TERSVS, & TERSIA, τερσός, τερσία, τερσος, dicitur. Idem hanc quoque sub nomine ANTIOCHIAE comprehendit. Dion lib. 47. scribit Tarsenses urbem suam IV-

- LIOPOLIM, in gratiam Iul. Caesaris vocasse. Terassa nunc dici, scribit Thevetus. Bellonius dicit eam nostro tempore Hamma, & Hamla vocari. Benjamin eam Malmistras nominat. Vide ANCHIALA, & CILICIA.
- TARTARVS, vide PHILISTINÆ Fossæ.
- TARTESSIDEM, ταρτησίδα, Regionem Hispanie, circa ostium Batis fluminis, describit Strabo quam TVRDVLI, τερδύλοι, inhabitabant suo tempore. Idem ex Erratothene, ait Calpa terram contiguam, & ERYTHIAM insulam fortunatam, etiam TARTESSIDEM vocatam. Idem ex Silio lib. 16. patet, qui dicit, Nam repeto Herculeas Erythrea ad littora Gades. Hunc Tartesiicum tractum, à Sidonio CAMPI ARGANTONINI dici, scribit Scaliger, in Ausonium: ab Argantonio regulo, quem ibi regnasse, veterum historiae testantur.
- TARTESSVS, nomen civitatis Hispanie, quam nunc Tyrj mutato nomine GADDIR habent. sic Priscianus ex Sallustio. An eadem sit cum Carpeia, Carpia, aut Gades, doctioribus disputandum relinquo. Vide BÆTIS, CARPIA, CARTEIA, & GADES.
- TARVANNA, ταρβάννα Ptolemao & Antonino in Morinis opidum. Quosdam TARBANVM vocare, Borillus testis est. Nostro tempore, Terwanen, & Terrenbozch Flandris, Terovenne Gallis dicebatur. Sed Carolus V. Imp. eam radicitus excidit; ita ut nomen tantum supersit.
- TARVESEDE, Antonino Helvetie vicus, quem Scudus S. Iacob in Clavenerthal appellat. Aliquibus Speluga videri, scribit Simlerus.
- TARVIDVM, ταρvidύμ, & ORCAS, ὄρκας, Ptolemao Albionis insulae promontorium, lateris Septentrionalis. Diodorus ORCHAM vocat. Hodie fortè Dungisbehead.
- TARVISINVM, vide EVGANEI.
- TARVS Plinij, Lombardia Cispadana fluvius. Leander Taro dici, ait.
- TARVSATES, Caesari Aquitanica Gallie populi sunt. Marlianus scribit ex coniectura esse Turse

esse Turfa urbis incolae; quae civitas est episcopalis, in provincia Aufcitana.

TARVSCON, ταρσκών Ptolemaeo Galliae Narbonensis opidum: TARASCON, τάρσκων, Strabo legit. Hodie quoque Tarascon nominari, scribit Poldus Albenas.

TASITIA, τασίτια Ptolemaeo Aethiopiae sub Aegypto vicus. TAPHIS Antonini, aut alia lectione TASIS est, ut Simlerus vult.

TASVS, sic in Latinis Ptolemai Geographiis. sed vide TAZVS.

TAVCHEIRA, vide ARSINOE.

TAVGETON, τάυκετον Peloponnesi mons, Ptolemaeo. qui Portes Nigro interpretatur.

TAVGESTON, τάυγεσον, habet Gemistus. & eundem PENTADACTYLV M, πεντάδακτυλον, vocat.

TAVIVM, ταίιον, Ptolemaeo Galatiae urbs.

TANIVM malè legit Simlerus, & addit Antonino TABIA, aut TADIA, vel TAVIVM, variante lectione, dici.

TAVLANTII, ταυλάντιοι, Macedoniae populi, Plinio & Appiano: Illyrici & Epidamno finitimi Thucydidi. Regio eorum hoc tempore Tamoriza vocatur, si Castaldo creditur. Niger Musachia appellari scribit. TAVLANTIOS nūcupat Procopius, nisi mendosum sit exemplar, Pintiano teste.

TAVNAIS, vide TAVRICA Chersonesus.

TAVNVS, vide TAVRVS.

TAVRANIA, vide TAVRIANVM.

TAVRASIA, vide AVGVSTA Taurinorum.

TAVRENTIVM, ταυρέντιον, Straboni Galliae urbs est, prope Massiliam, ad Mare Mediterraneum. Tolon, Canali, & Albenai. TAVROENTIVM, ταυροέντιον, legit Ptolemaeus. Vide TAVRISCI.

TAVRESIVM, ταυρήσιον, urbem apud Dardanos ponit Procopius, lib. 4. de aedificiis Iustiniani Imp. scribitque eam Iustiniani natalem esse; ab eo instauratam, & quatuor turribus munitam: eumque effecisse, ut TETRAPHYGIA, τετραφυγία, esset, & vocaretur. Et proximè apud eam, urbem edificasse, quam PRIMAM IVSTINIANAM vocavit. Agathias lib. 5. de bellis Gothorum, tradit hunc Iustinianum

in Illyrico natum, (sed Dardanos Illyriae populos esse, ex Strabone, aliisque auctoribus doceri potest) ex urbe BEDERINA, deinde IVSTINIANA denominata. Nicephorus Callistus lib. 16. cap. 37. patriam huius ACHRIDVM nominat; & IVSTINIANAM PRIMAM eam appellasse, etiam addit. eandemque describit in excelso tumulo, prope lacum maximū Lychnidum nuncupatum, & antiquitus Dascaritum dictum. Atque haec proculdubio est LYCHNIDVS Ptolemai, quam video à Sophiano, in ea scheda quam Graeciae suae tabula adiecit, etiam LYCHNIDION, PREBELIS, & PROTE IVSTINIANE nominari; et hodie Lochrida dici. Swalenbergius in suis, quas in Procopij libros de Aedificiis Iustiniani Imp scripsit, Annotationibus putat aut Procopium, aut Agathiam, in huius Iustiniani patria designanda, hallucinatū esse. ego utrumque vera prodidisse autumo: omniaque haec esse unius & eiusdem urbis synonyma, contiguarum enim regionum limites confundere saepe auctores, norunt omnes; saltem ij qui eos non oscitanter legunt. Ita hanc Lychnidum Ptolemaeus in Macedonia statuit. Stephanus in Illyria. & Strabo in via quae inter Illyricum & Macedoniam est.

TAVRIANVM, Brutij opidum Mele, item Plin. lib. 3. cap. 5. et si TAVROENTVM ibi nonnulla exemplaria legunt. Stephanus TAVRANIA, ταυρανία, habet: Barrius Tauriana legit: qui dicit in huius reliquiis hodie Seminara opidum extare.

TAVRICA CHERSONNESVS, ταυρικὴ χερσόνησος Ptolemaeo Scytharum regio. nam & SCYTHICA Straboni vocatur. TAVRORVM PÆNINSVLAM Latine dixit Plinius, lib. 2. cap. 96. Stephanus scribit eam aliquibus TAVNAIN, ταυναίν, ALOPECIAN, ἀλωπεκία, et MÆOTIN, μαϊώτιν, vocatam. CHERSENAM eam ubique vocat Pet. Diaconus. Huius accola TAVROSCYTHÆ nuncupantur, à Tauro monte qui ibidem ab Herodoto et Dionysio describitur. (sed alius ab eo qui polynomus totam Asiam discriminat, Eustathio teste.) Haec Taurica Cher-

Chersonesus nostra atate *Perocopska* & *Gefara* dicitur, ab *Anton. Pineto*. *Gazaria*, à *Iacobo Castaldo*. *Marius Niger* eam dividit; dicitq; eius partem Septentrionalem dumtaxat *Gazaria*, Meridionalem vero *Gothia* nominari. In *Moscovia* tabula *Antonij Wied*, video eam quoque *Perocopska* vocari.

TAVRINA, vide ITALIA.

TAVRINI, Italiae populi, apud *Plinium*; quos hodie *Piamonte* habitare, ait *Leander*. Vide AOVENSES.

TAVRIS, vide TRAGVRIVM.

TAVRISCI, ταυρίσχοι, *Pannoniae* populi, *Plinio*. Hodie *Stiermarck* habitant, significat taurus Latine, quod *Stier* Germanice aded ut *Stiermarck* nil aliud denotet, quã taurorum limitem. TAVRISCOS, & TAVRINOS, *Stephanus* eosdem facit, *Alpium* accolas. additq; eos ab *Eratosthene* TERISCOS, τερίσχος, & aliquibus TROIOS, τρωοί, dictos. MAGISTRICAM, μαγιστρικήν, *Tauriscorum* regionem, iuxta *Alpes*, vicinam *Germanis*, idem habet. *Tauriscis*, LIGVRISCARVM & TAVRISTARVM nomen tribuunt, inquit *Strabo*, lib. 7. ubi eos circa *Thraciam* et *Mysiam* (*Pannoniae* consinia) locat. TAVRISCORVM reliquia *Polybio* non longè ab ortu *Rhodani* sunt: Vren ab *Aegidio Scudo* interpretari lego. Hanc regionem aestimo, apud quam à *Stephano* statuitur TAVROIS, ταυροῖς, urbs *Masiliensium*. quam eadem habeo cum TAVRENTIO *Strabonis*, & TAVROENTIO *Ptolemai*. Vr, quoque *Germanis* epitheton est taurorum magnitudine aut feritate praestantium. Vide CARNI, & TAVRENTIVM.

TAVRISTÆ, vide TAVRISCI.

TAVRIVS, vide HYLICVS.

TAVROCINI, vide RHEGIVM *Iulij*.

TAVROCINIVM flumen *Calabriae*, habet ex *Catonis* originib. *Gab. Barrius*; quod nunc *Calopinacum* vocari addit.

TAVROIS, vide TAVRISCI.

TAVROENTIVM, vide TAVRENTIVM, & TAVRISCI.

TAVROENTIVM, vide TAVRIANVM.

TAVROMENIA, *Sicilia* Colonia prisca NAXYS vocata; ut *Plinius* & *Solinus* testantur. TAVROMENIVM, ταυρομένιον, habet *Ptolemaeus*. *Vibius* dicit aliter EVSEBONEORA nuncupari. *Schison* hodie nominari, scribunt *Fazellus*, & *Aretius*.

TAVROMINIVS, *Vib. Sequestro* *Siciliae* amnis est. qui hodie *Cantara* dicitur, ut tradit *Aretius*, & *Leander*.

TAVRORVM Peninsula, vide TAVRICA Chersonesus.

TAVRVNVNVM *Plinio*, TAVRVRVVM, ταύρρον *Ptolemaeo*, *Pannoniae Inferioris* urbs, ad confluentia *Savi*, in *Danubium*. *Arrianus* dicit locum, quo *Danubius* & *Savus* (quem corruptè *Salum* *Latinus* interpret *Facius* vocat) confunduntur, TAVRVNVNVS, ταύρρον, appellari. Hodie *Germanis* *Gricch* *Weissenburg* / *Hungaris* *Nandor alba*, & *Italibus* *Belgrado*, vocatur. *Latinis* *Junioribus* etiam *BELGRADVM*, & *ALBAGRÆCA* interpretatur.

TAVRVS, ταύρος, mons *Asiae*, totius orbis terrarum maximus sic dictus, ut *Dionysio Alexandrino* placet, quod instar tauri elato capite incedit: vel, ut *Eustathius* eius *Commētator* putat, ob eius magnitudinem nam ταύροι, inquit, veteres omnia grandia atq; robusta vocavere. Hic universam *Asiam* ab *Eoo Oceano*, ubi *Tamos* promontorium à *Pomponio* statuitur, (& *Samara* ab *Orosio* vocatur) ad *Aegeum* usque mare: aut, ut nonnullus videtur, *Pamphylum* in duas partes, in Septentrionalem scilicet & Meridionale discriminat. Multa brachia, maria tentanti similis, subinde emittit: quin etiam confractus, quasi maria quaque effugiens, plurimis se gentium nominibus hinc et illinc impertit. Pro gentium ac linguarum varietate (inquit *Solinus*) plurifariam nominatur: vel, ut *Plinius* tradit, numerosis nominibus, & novis, quacumq; incedit, insignis. Apud ipsum hac eius nomina habentur: *IMAVS*, *EMODVS*, *PAROPAMISVS*, *CIRCIVS*, *CHAMBADES*, *PHARPHA*, *RIADES*, aliter *PARIADES*, *CHOATRAS*, *OREGES*, *OROANDES*, *NIPHATES*, *CAVCASVS*, *SARPEDON*, *CORACESIVS*,

SIVS, CRAGVS, HYRCANVS, CASPIVS, PARIEDRVS, MOSCHICVS, & SCYTHICVS. Etiam ubi debiscit, seque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans, alibi ARMENIÆ, alibi CASPIÆ, alibi CILICIÆ Pylæ vocantur. Apud alios alia sunt quoque nomina. Strabo PARCHOATRAM, MAZIVM, POLYARRIM, ZAGRIVM, et GORDIÆVM inter eius nomina refert. Orosius habet ARIOBARSANEM, MEMARMALIM, PARTHAVM, & OSCOBAREM. MENALIVM etiam inter eius brachia numerat Aethicus, monstrorum vocabulorum auctor. Horum eius nomina meminit in eo describendo Ammianus, ASCANIMIA, COMEDVS, TAPVRIVS, ARIA, NAZAVITIVM, ASMIRA, & OPVROCARRA. Dionysio ARMENIVS. Videntur quoque apud Ptolemaum huius Taurini capitibus (ut sic dicam) cornuum hæc peculiariter vocabula: SEMANTHINVS, SERICVS, BEPYRRVS, DAMASSVS, PARSVETVS, CORAX, SARIPHVS, MASDORANVS, CORONVS, IASONIVS, STRONGVLVS, ORONTES, CHABORAS, VDACESPIS, PARYADRES, ABVS, MASICYTVS, CELÆNVS, PHOENIX, HIPPICVS, SVGDIVS, AMANVS, & ANTITAVRVVS. Plinius hos montes dicit in universum CERAVNIOS Græcis vocari. Mela etiam sub eodem vocabulo maximam eius partem comprehendit. Q. Curtius videtur eum sub duobus nominibus tantum designare, Tauro, & Caucaso. In Sacris litteris ARARATH appellatur, Ar. Montano, & Becano testibus. TAVRVVS proprie dicitur eius pars quæ Pamphyliam & Ciliciam ab Armenia Minore & Cappadocia distinguit: ubi hodie Canibel, Bacras, & Givlich nomē habere videtur. Ramusius Caraman quoque appellari putat. Corthestan etiam, Iosepho Barbaro. Circa Euphratē, indigenarū lingua Mūzzarum; & alicubi quoque in Asia Minori, Maurum nuncupari, ex Cyropalate de-

prehenditur. Singula huius nomina vide etiam suis locis.

- TAVRVVS, Germania mons altissimus, & maximus, quem Iornandes etiam SCYTHICVM cognominat; eumque circa Maotidem paludem, Mare Caspium, & mare Septentrionale describit: Herodotus & Dionysius eum ad Tauricam Chersonnesum statuunt. Tacitus apud Catos. Pomponius in Germania, sed peculiarem locum ei non assignat. Fortè inter Alpes, in Archiepiscopatu Salisburgensi, ubi hodie multa loca Thauru vocantur, uti sunt, Hornthauru / Krumlekthauru / Ghadstatterthauru, &c. Rhenanus tamen, pro Tauro, Germania monte, TAVNVVS legendum scribit, apud Pomponium, & Tacitum. Ipse viderit.
- TAVRVVS, Ptolemao Sicilia promontorium; quod Fazello & Aretio hodie Cabo de S. Croce appellatur. TAVRVVS quoque, ut hoc citra institutum adducere liceat, alveus quidam maris est apud Alexandriam Aegypti: ut Plinius tradit.
- TAVS, Britannia fluvius, Tacito. Hodie vulgo Duthesk dici, & omnium Scotiæ fluminum præstantissimum esse, scribit H. Boethius.
- TAXANDRI, vide TOXANDRIA.
- TAXGÆTIVM, ταξγαίτιον, Rhætia opidum, Ptolemao; ad Rheni fluminis caput. Gotwyl, Irenico.
- TAYGETVS, ταύγετον, Plinio & Stephano Pelopōnesi mons, in Lycania. AMYCLEVVS, ἀμύκλιον, antea dictus, Plutarcho de fluminibus teste. Huius verticem TALETON dictum, scribit Gerbelius.
- TASATAM Plinij, TALGAM Pomponij, & CHALCAM ἡ χάλκη Ptolemai, eandem esse insulam, docet in suis Annotationibus Hermolaus. ubi quoque dicit, pro Chalka, TALCA apud Ptolemaum legendum. TACHALCA legit Pintianus (copulato articulo, ut videtur, cum nomine.) Pomponius suam in Caspio mari describit. Ptolemaeus suam Hyrcaniæ attribuit eoque etiam Caspii maris sit, necesse est. Plinius suam in Scythico Oceano alicubi sitam vult. An eadem, an diversa sit, alij extiment.
- TAZVS, ταζός, Taurica Chersonnesi opidū,
1 2 apud

- apud Ptolemaum . Theodoro vocatur Nigro : qui illud Gothorum opidum vocat.
- T A Z V S**, τάζϞ Ptolemæo Sarmatia Asiatica urbs . Sufaco , à Mercatore interpretatur.
- T E A N V M**, cognomine **S I D I C I N V M**, Campanie opidum ; Plinio lib. 3. cap. 5. Thiano hodie nominari, ait Erythraeus in suo Indice Virgiliano . **S I N D I C E N V M** legit Pintianus, à Sindicenis populis . σιδικενών, tamen habet Strabo . Teanum flumen est hoc tractu, apud Orosium, lib. 5. cap. 18. Aliud **T I A N V M** est Pomponio, in Apulia . Hoc Cicero **T H E A N V M** vocat . Ptolemaeus, Strabo, & Livius, utrumq; per **E**, τείανον, scribunt . ex quo Melam errare pronuntiarem, nisi haberet quæ illi suffragarentur numismata antiqua, in quibus **I** expresse ostenditur .
- T E A R I**, qui **I V L I E N S E S**, Hispania Citerioris populi . Plinio lib. 3. cap. 5 .
- T E A R V S**, τείρηςϞ, Pomponio Thracia fluvius . Herodotus eum scribit ex duodequadraginta fontibus effluere . qua **C A P I T A**, κεφαλαί, vocat .
- T E A T E A**, τεατέα, Ptolemæo Marucinatorum urbs, sive caput, ut Plinius habet, qui eos **T E A T I N O S** vocat . Leander scribit nunc Chieto dici . Idem affirmat Nigro .
- T E B E R I S**, vide **A L B V L A** .
- T E C O L A T A**, vel **T E T O L A T A**, Gallie Narbonensis urbs, in Itinerario Antonini . S. Maximiani nomen hodie habere, scribit Simlerus . Vide **T I G V L I A** .
- T E C T O S A G E S**, τεκτοσάγες, Plinio et Straboni, Gallie Narbonensis populi sunt . **T O L I S T O B O G I** dicuntur à Floro . Hi etiam **T O L I S T O B I I**, τολισόβιοι, Stephano sunt . Eorum urbs apud Plinium **T O L O S A** vocatur . Hodie Toulouse, Ioanni Polido . Pro his Tectosagibus Narbonensibus, quidam **T E V T O S A G E S** legunt apud Ausonium, in Descriptione eius Narbonæ .
- T E C T O S A X**, τεκτόπιξ; numero singulari, habet Stephanus . Idem multitudinis etiam **T E C T O S A G A E** .
- T E C T O S A G E S** Cesaris Germanie populi sunt, circum Hercyniam silvam . Ad Nicri fluminis ripam eos accoluisse putat Rhena-

- nus; ubi adhuc hodie vetusta arx est, Teck dicta . Caesar eorum meminuit lib. 6. belli Gallici, sic : Germanie loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni, & quibusdam Grecis fama notam esse video, quam illi Orciniam appellant, vulgo, Tectosages occupant . Pro vulgo, Fulvius Ursinus **V O L C A E** legendum pronunciat . idq; ex Ptolemæi auctoritate . Scio non solum à Ptolemæo sic legi, sed etiam Plinium & Strabonem : sed hi omnes eos in Gallia Narbonensi statuunt, & non ad Hercyniam silvam, ubi Caesar suos describit . Puto tamen eosdem esse, ex ipsius Cesaris traditione; qui eos ex Gallia in Germaniam transmigrasse dicit .
- T E C V M**, vide **T E L I S** .
- T E D A N I V M**, Illyrici flumen, Plinio, quo finitur Iapygia . Odria, Mario Nigro dicitur .
- T E G A N V S A** Plinio, **T H I G A N V S A**, θηγανύσα Ptolemæo, in insula in Sinu Laconico . Caurea, ut Sophianus; vel Caurea, ut Bordonius habet : hodie vocatur .
- T E G E A**, τέγεια, Arcadiae urbs, Stephano, & Ptolemæo . A Nigro Muchli nominatur . Gerbelius scribit à Pausania **G E N E A**, γενεά, vocari : sed fallitur . nam Geneam, ut & Strabo, Corinthiacum vicum dicit . Sed **T E N E A** legit Strabo, ex quodam Oraculo, ubi Stephanus Genea habet .
- T E G E S T R A**, et **T E G E S T R A E O R V M** urbs; vide **T E R G E S T E** .
- T E I V M**, vide **A M A S T R I S** .
- T E L A M O N**, vide **A R G E N T A R I V S** Mons .
- T E L C H I N E S**, vide **R H O D V S**, & **C Y R E T A E** .
- T E L C H I N I A**, vide **S I C Y O N** .
- T E L C H I R** Ptolemæo, sed **T E L L Y R**, τέλλυρ, in Grecis codicibus habetur, India intra Gangem urbs est . Triminava Castaldo dicitur .
- T E L E B O I S**, vide **S A M O S** .
- T E L E B O I D E S**, vide **T A P H I A E** .
- T E L E G O N**, vide **T V S C V L V M** .
- T E L E S S I A**, τελεσσία Ptolemæo Samnitum civitas . Thelese nunc, Leandro vocatur . Thelesi simplicis, legit Livius .
- T E L I S** Plinij, ut putat Navagierus in suo Itinerario . hodie Les dicitur . **T H E L I S** Pliniani

Pliniani codices habent; alij TECVM, lib. 3. cap. 4. Gallie Narbonensis fluvius est.

TELMISSVS, vide OROPVS.

TELO MARTIVS, Antonino Gallie Narbonensis portus: Telon Paradinus interpretatur. alij Tolon, & Toulon scribit.

TELVS, τῆλος, Carpathij maris insula, Straboni. Hæc quoque AGATHVSSA Callimacho, apud Plinium vocatur. Sophiano Episcopi dicitur.

TEMBROGIVS, Phrygie fluvius, in Sangarium fluens, Plinio teste: THYMBRVS Livio vocatur: Orpheus TEBRIVM, τέμβει, nominat.

TEMERIANI, vide MARIANI.

TEMERINDA, vide MÆOTIS.

TEMESA, τέμεσα, nunc TEMPSA, τέμψα, Straboni, Brutiorū urbs. TEMESIA, τέμεια, Polybius & Stephanus habent. A Lycophrone aliquando TAMASSA, τέμασσα, & TEMESSA, τέμιασσα, vocari scribit eius Commentator Isacius. THEMESQVE metalla, Ovidius lib. 15. Metamorphoseos. Gab. Barrius eam Melivium dictam aliquando docet, sed nunc S. Marco nominari.

TEMMICI, vide BOEOTIA.

TEMPE, τέμπη, sunt in Thessalia; item Sicilia sed quæ in Bœotia sunt, etiam TEVMESSIA, à monte Teumesso, & CYGNEIA, ab Ovidio vocantur. Ex Lexicis. Epitheta potius, quàm synonyma sunt.

TEMPSIS, vide TMOLVS.

TENCHATERI, vide TENCTERI.

TENCTERI Tacito; alij THENCTERI; Appiano TANCHARI, τάνχαροι, Plutarcho in vita Iulij, TENTERIDES, τενπερίδες; Ptolemæo TINGRI; τίγγροι: TENCHATERI Epitome Livij: Germania sunt populi. Apud Willichium sunt, qui hodie prope Rhenum, Luppiam. & Lonnam fluvios habitant ubi sunt pleriq; Helli, & nonnulli Franci.

TENEA, vide TEGEA.

TENEAS, vide TINIA.

TENEBRIVM, τεπέβειον, Hispania Tarraconensis promontorium, Ptolemæo. Cabo de Alfaques, fortasse.

TENEDOS, τένεδοσ, insula Asiatica, in

Helleponto, Ptolemæo auctore. Tenedo adhuc à Sophiano vocatur. Eustathius scribit eam olim quoque CALYDNAM, κάλυδνα, & LEVCOPHRYN, λευκόφρυον, appellatam. cui Diodorus & Pausanias suffragantur. PHOENICE, & LYRNESVS, etiam Plinius nominat. TENNES ante bellum Troianum nuncupatam scribit Heraclides. CALYDNÆ numero plurali, Troiana insula sunt, ut scribit Isacius: sunt enim duæ prope hanc Tenedum; quæ hodie Maure dicuntur, Nigro teste. Aliis prope Rhodum sunt. Vide Strabonē, in calce lib. 3. CALYDNAM postea CALYMNAM nominatam ab Ovidio, tradit Camerarius, eo versu, Fecundaq; melle Calymna.

TENISSA, τένισσα, Mauritania Cesariensis opidum, Ptolemæo. Tremissen Nigro.

TENNES, vide TENEDOS.

TENOS, τήνωσ, una ex insulis Cycladibus. apud Ptolemæum. Tina hac tempestate à Sophiano indigitatur. Plinius tradit propter aquarum inopiam, ab Aristotele HYDRVSAM vocatam: & à nonnullis OPHIVSAM.

TEOS, τέως, Ionia opidum, Ptolemæo: Sufor, nunc nominari dicit Theverus. ATHAMAS, ἀθαμάς, antea dictum, ab Anacreonte, scribit Strabo, & Stephanus.

TEPVLA Aqua, Urbis Roma; etiam IVLIA vocatur, apud Frontinum.

TERACATRIÆ Campi, τερακατρίας, Germania, iuxta Danubium; Ptolemæo. Wolfg. Lazius dicit eos hodie Kunigwitzer & Marchfelder vocari.

TERBISSI, vide DERBICES.

TEREAS, vide TERIAS.

TEREBELLI, vide TARBELA.

TEREBVS, τέρεβος, Hispania Tarraconensis fluvius, circa Carthaginem, Ptolemæo. TVDER à Plinio vocari, scribit Villanovanus: Ego Tudet apud Plinium non agnosco. TADER lib. 3. cap. 1. habet. Vide de eo in ESTABERVS.

TEREDON, τερέδων, urbs Ptolemæo ad Euphratis ostium, in Sinu Persico. Balsera hodie dici opinor. DIRIDOTIS, διρίδοτις, apud Arrianum, qui vitam Alex. Magnæ descripsit, vocatur. Videtur ab Arriano, cuius

- Periplum Maris Rubri habemus, (an idem sit auctor, dubito.)* APOLOGVS, ἀπολόγος, dici. AVGE apud Aethicum (si huic ulla fides) est. Vide CHARAX.
- TEREI, vide ZARABI.
- TERGESTE, Plinio, Fori Iulij opidum.
- TERGESTVM, τέργεςον Ptolemæo nominatur. TEGESTRA, τέργεςα, vocat Stephanus; & TEGESTRÆORVM urbs, τέργεςαίον, Diodoro dicitur. Hodie Trieste. Leandro & Lazio testibus.
- TERGESTIVS Sinus, Plinij; vocatur ab Eustathio & Stephano A QVILEIVS Sinus. Intimus maris Hadriatici recessus est. & sic eum Ptolemæus etiam nominat. Hodie Golfo de trieste appellant.
- TERIAS, Sicilia Fluvius Plinio. TEREAS, τέρεας, Thucydides legit. Iarretta Fazello dicitur.
- TERINA, τερινὰ, Diodoro & Straboni Brutiorum urbs. Mantea, Nigro vocatur. Nuceria, circa Terina reliquias statuitur à Gab. Barrio.
- TERINÆVM Scopulum, cuius meminit Plinius, Navem vocant nauta. sic Gabriel Barrius, in libello suo de Calabria ubi eum iam in sicco esse addit.
- TERINÆVS, vide HIPPONIATES.
- TERISCI, vide TAVRISCI.
- TERMERIVM, vide SCOPIA.
- TERMILÆ, vide LYCIA.
- TERNESIA, vide HISPANIA.
- TERSOS, & TERSIA, vide TARSVS, & TARSVRAS.
- TESSVINVM, Piceni urbs, apud Blondum et Nigrum; qui addit eam hodie Trassimo appellari. Sed Murotrassino habet Leander. Cum hoc vocabulū diu apud varios auctores querens, nusquam invenissem, incidi tandem in locum Plinij, lib. 3. cap. 13. ubi hoc modo legitur; Flumina Albulates, Sui-num, Helvinum, &c. Statim me deprehendisse videbar huius vocabuli officinam, ubi conflatum videbam; nempe ex postrema syllaba Albulatis, & vocabulo sequente. Ex sesquifluvio opidum extructum quis non miretur? immo incolis Murotrassini, tam vacillanti solo habitantibus, quis non condoleat?

- TETOLATA, vide TECOLATA.
- TETRACHORITÆ, & TETRACOMI, vide BESSI.
- TETRAGONIS, Plinio Arachostia opidum est, sub Caucaso; quod antea CARTANA dictum fuit.
- TETRANAVLOCHVS, vide NAVLOCHVS.
- TETRAPOLIS, τετράπολις, Pars Syria est, teste Strabone: quatuor principes urbes comprehendens. Antiochiam nempe apud Daphnen, Seleuciam in Pieria, Apamia, & Laodicia. Idem alibi, alias Tetrapoles habet. inter quas unam in Attica, quam Stephanus Attica Tribum dicit. eiq; quatuor quoque urbes attribuit; OENOE, οἰνόν, PROBANTHOS, προβάλινθος, TRICORYTHOS, τρικώρυθος, & MARATHOS, μάραθος. Hanc Attica TETRAPOLIM, idem addit antea HYTTENIAM, ὑττινία, appellatā. Et Diod. Siculus lib. 4. eam TRICORYNTHVM per N, in penultima antea nomen habuisse, ait.
- TETRAPYRGIA, vide ANTIPYRGVS, & TAVRESIVM.
- TERTRIONENSIS, vide DERTONA.
- TETRISIA, vide TIRISTRIA.
- TEVCHEIRA, vide ARSINOE.
- TEVCRISSA, vide TROIA.
- TEVDASIA, vide THEODOSIA.
- TEVDERIVM, τευδέριον Ptolemæo Germania urbs est. Padelboyn à P. Appiano appellari video.
- TEVMESSVS, vide TEMPE.
- TEVRIOCHÆMÆ, τευριοχάμαι Ptolemæo sunt Germania populi. Düringer videtur, in Tabula Mansveldia Stella: cui suffragatur Peucerus.
- TEVRNIA, τευρνία, Ptolemæus Norici urbem habet: quam Lazius in suo opere de Gentium migrationibus, Nachstat nominat. Pernau verò, ad Lacum Chimse, est Pirchaimero.
- TEVTHEAS, vide PIERVS.
- TEVTHRANIA, τευθρανία, Galatia opidum: quod & THYMÆNA, θυμωνα Ptolemæus. Tripoli vocat novo nomine Thevetus. Vide PERGAMVM.
- TEVTHRAS, vide THRASYLLVM.
- TEV-

TEVTHRONE, τευθρών Ptolemæo Laco-
nica urbs. Scopio, Nigro appellatur.

TEVTOBURGENSIS SALTUS, Ger-
mania locus, apud Tacitum; clade Roma-
norum sub Quintilio Varo nobilis. Ho-
die Teute/vel Teuteberg; silva est, sic di-
cta. prope quam locus qui Winfeld, id est,
campus victoria dicitur. Tractus hic patet in
longitudine 400. passus, & 200. latitudi-
ne. non longè ab arce Falkenburg, & o-
pidulo Horn: in itinere quo itur Padeborna
Bylsfeldum, & Monasterium. Ex chronico
Mansfeldæ, à Cyriaco Spangebergo Ger-
manicè scripto. GERMANICI SAL-
TUS vocatur hic locus à Livio, lib. 9. nisi
quis malit hic Livium communi vocabulo,
de Germanorum saltibus, quam de Ger-
manici Imp. intelligi.

TEVTOBURGIUM, τευτοβούριον Ptole-
mæo & Antonino Pannonia Inferioris urbs.
Funfkirchen interpretatur à Volaterra-
no: Erdenwud Simlero: QVINQUE EC-
CLESIIENSEM vocant Latini Iuniores
Funfkirchen. Hanc MURSIAM olim di-
ctam putat Avētinus cuius meminit Anto-
ninus & Aurel. Victor. Bonfinio PEUCE,
πύζν, videtur. Eius fortè cuius mentio est
apud Strabonem, lib. 7. quam in Danubio
sitam tradit. Wolfsg. Lazius credit TEV-
TOBURGUM Ptolemæi, AMANTIA
Antonini, & QVINQUE ECCL-
ESIÆ, in eundem situm sive locum incidere.

TEVTONES, ut Casar & ceteri: TEVTO-
NI, ut Plinius & Paterculus: Germania In-
ferioris populi, ad Mare Germanicum. ab
omnibus enim auctoribus cum Cimbru iun-
guntur. Teutsche patria lingua interpreta-
tur. Ptolemæo etiam τεύτονες sunt.

TEVTOSAGES, vide TECTOSAGES.

TEVTRIA, vide DIOMEDEÆ.

TEXALI, vide TAIZALOS.

THABOR, Galilæa mons; Christi transfigu-
ratione clarus. THABIRIVS aut ITHA-
BIRIVS Latinè dicitur. Ex Egesippo. Hic
mons à Polybio lib. 5. MASTOIS, μασοῖς
nominatur: & addit eum stadiorum quin-
decim ascensum habere. & in eius iugo ur-
bem, ἀπὸ τεύρον nomine.

THABRACA, θάβραξ Ptolemæo, TA-

BRACHA Plinio, TABRACA Pom-
ponio; τάβραξ, habet Stephanus. Africa
Propria urbs. Bugia vocat Fazellus. Sed
hanc Bugiam putat Castaldus IGILGI-
LE, ἰγίλιαν, Ptolemæi esse: & Sabellicus
VZICATH Pro VZicath, nonnulla Pto-
lemæi exemplaria THVZICATH, θηζί-
καθ, legunt.

THACES, vide SCYTHÆ.

THADAMVS, vide PALMYRA.

THÆNA, θάνα, Straboni urbs Africa est,
circa Syrtis Parvæ initium. THEÆNÆ,
θίανα Ptolemæo dicitur. In Golizij The-
sauro vocatur COLONIA ÆLIA AVG.
MERCVRIALIS THÆNIT.

THALAME, θάλαμη, Laconica opidum,
Ptolemæo: quod à Nigro Vasilopotamo
nuncupatur. CALAMATA, κλαμάτα,
novo nomine vocat Gemistius.

THALASSIA, vide THASSVS.

THALLVSA, vide DAPHNUSA.

THAMAR, vide PALMYRA.

THAMESIS Casari, & Orosio, IAMIS-
SA, ἰάμισσα Ptolemæo, Albionis in sula ma-
ximus fluvius; ad cuius ripam Septentrio-
nalem, Londinium urbs sita est. Incolis ho-
die etiamnum Thames scribitur. sed
Themis pronunciant.

THAMMATA, urbs Palaestina, cuius me-
morata est 1. Machab. cap. 9. Timineam
nominat Benjamin.

THANATOS, insula Britannica, sic de-
scribitur à Solino. Alluitur Fretto Gallico, à
Britannia continente æstuario tenui sepa-
rata. Polydorus eam Cantij insulam esse, &
Tanetos appellari ait. scribit quoque ad Ortum
spectare, paucis quoque ab hinc annis, excluso
parvulo aquæ meatu, quo à continente
dividebatur, bona ex parte terra coniun-
ctam esse. Eam insule videlicet partem in-
sula insinuans, quam incolæ hodie Tenet
vocant. Peda TANETOS dicitur. Humf-
Lhuydus scribit antiqua & vera Britan-
nica lingua Ynis Ruochijm vocari.

Magna est in huius Thanati vocabuli
lectionis inconstantia; uti apud Camer-
tem & Delrio patet. In Aldinis exempla-
ribus ATHANATIS habetur. Ioannes
Camerus subdubitat num eadem sit cum

ETTA Antonini, aut (nescio quo seductus errore) AGATHA, ἀγάθη Ptolemæi, Gallia Narbonensi obiacente. Hæc enim in Mari mediterraneo est. illam Britannia insula Oceani, ferè adherere, ex Solini verbis, luce clarius est.

THAPSACVM, Syria urbs: quæ antea EVROPVM, postea AMPHIPOLIS dicta fuit. Plinius lib. 5. cap. 24.

THAPSVS, vide TAPSVS.

THARBOS, vide TARRAS.

THARSATICVM, vide TARSATICA.

THARSIS, cuius in Sacris frequens fit mentio; apud profanos scriptores TARTESVS urbs, aut TARTESSIACA regio (quæ Batica est) vocatur: ut credit in sua Hispania Goropius. Matth. Beroaldus Tarsim CILICIAM regionem, & omnem Oceanum significare. Vide CARTHAGO.

THARSVS, vide TARSVS.

THASSVS, Straboni, Plinio & Stephano; quidam simplicis, θασος, scribunt. Insula maris Aegæi est, Thracia proxima; inter Nesbi, & Strymonis fluminum ostia. Hæc olim ÆRIA, ἄρια, & ÆTHRIA dicta fuit, Plinio auctore. Dionysius eam OGYGIAM, ὀγγυγία, cognominat. Eustathius eius commentator addit ex Arriano, eam CHRYSAM, χρυσῆν. fortè THALASSIA, θαλασσία Ptolemæi est. Hodie Taso nominatur, Lazio, Nigro & Sophiano testibus. Sed hic eam etiam Θιάσο, & ἀσερία vocat. Cum Chryses hoc loco fiat mētio, libet parergi loco hic attexere, quod Pausanias in Arcadicis refert: fuisse nēpe hoc tractu olim insulam CHRYSEN nuncupatam, in quam à Lemno modicus navigationis cursus erat; sed eam suo tempore æstus alluvie ad ima maris depressam.

THATICES, vide METACOMPSO.

THEANVM, vide TEANVM.

THEBÆ, Θῆβαι, Macedoniae urbs in regione Phthiotidis, ad Sinum Pelasgicum; Ptolemæo. PHILIPPOLIM vocatam, refert Polybius, lib. 5. Stephanus PHILIPPI; qui eā in Thessalia ponit. Hodie Ziton dici, ait Sophianus.

THEBÆ, Ptolemæo in Aegypto urbs. HE-

CATOMPYLOS, ἐκατόμυλος, Stephano cognominata. Item DIOSPOLIS, δίοσπολις, & BV SIRIS, βύσιρις, Diodoro Siculo. (Diospolim vocat Ptolemæus Thebaidis metropolim.) D. Hieronymus in epistolam ad Galatas scribit suo tempore THEBESTIM nominatam. Hodie nomen Thebarum retinere, ex Ioanne Leone videtur. Vide ÆGYPTVS. Stives à Barbaris appellari scribit Stukius, malè: sic enim Thebas Bæoticas hodie nominant.

THEBÆ, Ptolemæo Bæotia urbs mediterranea. Ab Ætne auctore (sive is sit Virgilius, sive alius) OGYGIA appellatur. DIRCÆA, & HEPTAPYLOS quoque vocari observavi. ECTONOS Lycophrō eius incolas nominat. Hodie Stibes dici, scribunt Niger & Zardus. à Sophiano Tiva nuncupatur. Idem ἐκτῆνεα, & πιμανδρία, indigitat.

THEBÆ, quæ CORSICÆ cognominantur, sunt Plinio in intimo Sinu Corinthiaco, iuxta Heliconem montem. Hoc loco THISBE, θῆβη, à Ptolemæo ponitur.

THEBÆ Lucanæ, sic dicta à Plinio, quod in Lucanis sint, quas ex Catonis sententia interisse scribit. S. Lucij hodie dici, tradit Barrius.

THEBAIS, vide ÆGYPTVS.

THEBE, Troica urbs; quam Strabo ab Homero EETIONIS urbem vocari dicit. In campo sita erat, qui inde Thebes Campus dictus fuit.

THEBESTIS, vide THEBÆ.

THECHES, vide HIERONOROS.

THELDA, Θέλδα, Assyriae opidū, Ptolemæo quod Niger Bachdad vocari ait.

THELIS, vide RVSCINO, & TELIS.

THELLYR, vide TELCHIR.

THELXIEPIA, vide SIRENVSSÆ.

THEMESA, vide TEMESA.

THEMIDA, vide TVRMODIGI.

THEMISCYRA, Θემίσκωρα, Straboni lib. 12. Ponti planities est, & regio; Amazonū olim domiciliū. Est PHANAGORIA Campus, φαναγορία πεδίων, apud Ptolemæum; in quo ipse THEMISCYRAM urbem describit: quam Niger Lirio vocat, & Pinetus Favagoria; Thevetus autem Simiso.

Simiso. sed idem quasi sui oblitus dicit Amisum fluvium hodie sic dici.

THEMISCYRIUM, vide **HERACLEVM**.

THEMISTA, vide **MESSE**, & **STOECHADES**.

THEODONIS Villa, vide **DIVODVRVM**.

THEODORIAS, vide **BAGA**.

THEODOROPOLIS, vide **EVCHANIA**.

THEODOSIA, Θεοδοσία, Taurica Chersonesi urbs, Ptolemaeo & Straboni; **THEVDOSIA**, Θευδοσία, est Stephano. Hanc à Demosthene **TEVDASIA** dici, scribit Ioach. Cureus; an rectè, nescio. Cassa hodie vocatur, Genuensium quoddam, in hoc tractu emporium celeberrimum. In Itinerario Beniamini (nisi me coniectura fallit) Armilon nominatur. Meminit etiam Suidas Theodosia, Scythiae provincia. Vide **GANGRE**.

THEODOSIOPOLIS, vide **APRI**.

THEON TRAPEZA, vide **ASTYPALÆA**.

THEOPOLIS, vide **ANTIUCHIA**.

Thera, θήρα, insula prope Cretã: qua cum primum emersa esset, ut Herodotus, Strabo, Plinius, & Pausanias produnt, **CALLISTE**, καλλίστη, dicta fuit. Gozi hodie nominatur, si Nigro fides est.

Theramnae, Θέρμωνα, Laconica urbs, Stephano; quam aliquibus **SPARTEN**, σπάρτη, vocari dicit. **THERAPNE** forte Pomponij.

THERAPNE, vide **CYRNOS**.

Therasia, Θηρασία, Maris Aegaei insula, iuxta Atticam, Ptolemaeo teste. qua Sophiano Santorino dicitur. Vide **HIERA**.

THERIODES, vide **RHA**.

Therma, Θέρμα, locus Prusia, (ut Stephanus narrat) qua & **BASILICA**, βασιλική, i. regia dii ur. Vide **THESSALONICA**.

Thermae, sine cognomine, apud Melam; Siciliae urbs, inter Pachynum & Lilybaeum promontoria. Plinio **Thermae Colonia** est. Sacca hodie, apud Fazellum. Vide **AMATHVS**.

Thermae Himeræ, Θέρμαϊ Ἱμεραι, Siciliae civitas, Ptolemaeo; qui eam inter Lilybaeum & Pelcrum promontoria statuit. Cl. Aretius vocat Termini.

Thermae Stygianae, Tuscia urbs in Itinerario Antonini. Bagni Sabatini sunt Leandro Alberto.

Thermae Sinus, Straboni & Solino Maris Aegaei est, iuxta Macedoniam, in quo Axius fluvius suas aquas evomit. Hodie Golfo de Salonichi nominatur, Nigro & Sophiano testibus. **Thermaicum** eum vocat Plinius. **Mecybernæus Flexus** apud Pöponium est. Mecyberna per P, habet Strabo. Pintianus in suis Castigationibus Pomponianis, scribit eum Sinum qui à Mela Mecybernaeus dicitur, esse **Toronicum** Ptolemai: an rectè, ipse viderit. Mela enim Axiu & Peneu fluvios, quos Ptolemaeus in Thermaeo sinu describit, in Mecybernaeae evolere facit quod Toronico Sinus minimè congruit.

Therma, vide **PHLIVS**.

Thermisa, vide **DIDYME**, & **Therasia**.

Thermodon, Θερμώδων, Cappadociae fluvius, Ptolemaeo. Hodie ab accolis Pommon vocari scribit Niger. idem & cum eo Stukius, addit eum à Plutarcho in libello de Fluminibus **Hermonium** appellari; quod mihi non liquet: meus certe codex hoc non habet. **Araxen** quoque appellari ab Apollonij Scholiaste scribit Stukius. Est etiam Thermodon, Scythiae fluvius; quem antea **Crystalium**, κρύσταλλον, vocatum, scribit Plutarchus in Libello de Fluminibus & Montibus. Puto eundem esse, idè ex Eustathio. Vide **Hæmon**.

Thermopylae, Θερμοπύλαι, angustiae sunt, ut à Strabone lib. 9. describuntur, Oetae montis; qui est inter Macedoniam & Thesalsiam. Aditus huius, inquit, **Pylæ**. i. Porta, vocatur item **Stena**, sive angustia: ac Thermopylae, à calidis lauacris. Thermopylas ab aliis Graecis, Pylas verò ab incolis, & vicinis dici, scribit Suidas. Tremoto nostra tempestate vocari, tradit Bonacciolus, in suo Strabone, ex Graeco in Latinum verso. Bocca di lupo, Nardus in suo Livio Italico. Latius tamen interdum Thermopylarum vocabulū extendi apud alios auctores constat. Livius lib. 36. tradit Thermopylarum iugo mediam Graciam, velut Apennino Italiam dirimi.

f Idem

Idem postea hoc iugū à Leucade & mari ad Occidentem verso, per Aetoliam ad alterum mare Orientem obiecto tendi, dicit. Comprehenditq; hoc modo montes apud Ptolemaum ΠΙΝΔΟΣ, ΠΙΝΔΟΣ, ΟΘΡΥΟΣ, ὄθρυος, & ΟΕΤΑ, ὄητη, dictos. Sed quæ Livio Thermopylae sunt, Strabonis ΟΕΤΑ videtur: sic enim de eo Aenianes Oetam acculerant. Is mōs à Thermopylis & Ortu porrigitur usque ad Sinum Ambracium, & Occasum. His descriptionibus si quis Graecia tabulam adhibeat, perspicue videt Livij THERMOPYLAS, & Strabonis ΟΕΤΑΜ synonyma, eiusdem montis esse. Item PYLAS horum partem, nempe ubi eorum transitus patet, ad Sinum Maliacum. Oeta etiam Livio, extrema pars Thermopylarum Straboni, ad Orientem. Et huius Oeta altissimum iugum, Livius CALLIDROMVM vocat. καλλίδρομον, et TICHIVNTEM, τειχιούνητα, habet Appianus in Syriacis, ubi eas accuratè describit. sed his RHODVNTIAM etiā addit Livius. Hic Theveto Caliar est.

THERON, vide PTOLEMAIS.

THEROTO Æ, vide TROGLODYT Æ.

THESEIARA, sic dicta, quæ antea STENEI, σενί, IOVIS ara dicebatur: ut tradit Pausanias, in Corinthiacis. In via erat, quæ ducebat à Troezenè Hermionem.

THESPROTIS, & THESPROTIA, θεσπρωτία, Epiri regiuncula, Plinio & Stephano. Thesproti & Thesprota, incolæ, Ptolemao & Straboni. Idem apud Stephanum ÆGESTÆI, ἀγέσταῖοι, & AMYMNÆI, ἀμυμναῖοι, dicuntur. Niger Vaielitia appellat.

THESSALIA, Θεσσαλία Ptolemao Græcia regio: Solino & Halicarnasseo etiam AMONIA ἀμωνία, vocatur. DRYOPIS, Plinio. DORIS, & HESTIÆOTIS, Straboni, (ut Xylander vertit, nam in Græco ÆOTIDA, αἰώπηδος, habetur.) Idem Strabo eam quoq; PANDORAM, πανδώρα, PYRRHÆAM, πυρραία, & NESONIDEM, νέσωνος, dictam scribit. THETTALIA, θετταλία, legit Stephanus, qui eandem PELASGIAM; idem Diodorus lib. 4. qui addit eam ÆOLIDEM prius appellatam.

PELASGICON ARGOS vocatur apud Homerum, & Solinum: quod malè legens Lilius in suo Orbis Breviario, dicit Conargos nuncupari vocabulo Argos, ultimam precedentis nominis syllabam, connedens. PETRAS à Tzetza nominatur, Chiliade 6. numero 95. hodie Comenolitari indigat Castaldus, Thumenesia Ant. Genfraus.

THESSALIS, vide ASIA.

THESSALOE, vide MAGNESIA.

THESSALONICA, Θεσσαλονίκη, Macedonia urbs, Ptolemao, in Amphixitide regione. Prius HALIA, ἅλια, dicta fuit, inquit Stephanus. Tzetza scribit eam olim THERMA, θερμα, appellatam. Idem asserit Sophianus; qui eam quoque EMATHIAM vocat. Plinio tamen Thessalonica & Therma, duæ sunt. Hodie eius nomen Salonichi est.

THESTIVS, vide ACHELOVS.

THETTALIA, vide THESSALIA.

THEVDOSIA, vide THEODOSIA.

THEVDVRVM, Antonino Germania Inferioris opidum. Simlerus Teuderum, vicum vocat, prope Sittardum.

THEVTHRANIA, vide PERGAMVM.

THIAGOLA, vide HALMYRIS.

THIANNICVM, vide PONTVS Capadocicus.

THICIS, Hispania Tarraconensis flumen, Pomponio, ad Rhodam urbem. Hodie dicitur Ter. Varrerio teste. Alius est eiusdè nominis in Gallia Narbonensi, apud eundem Pomponium: de quo vide in dictione ILYBIRIS.

THIGANVSA, vide TEGANVSA.

THINÆ, θειναι, Sinarum metropolis Ptolemao. Tenduc, fortè nunc, ait Mercator.

THINISSA, vide TVNES.

THIRÆ, vide THRACIA.

THISBE, vide THEBÆ.

THISBOA, vide MEGALEPOLIS.

THOANA, vide TYANA.

THOAS, vide ACVTÆ, & ACHELOVS.

THOBELI, vide HISPANIA.

THOETIS, vide ARSENA.

THOLOBI, Hispania Tarraconensis fluvius, Mela,

Mele, ut Clusius putat, cui Tardera appellatur. Mibi opidum, non flumen designare apud Melam videtur.

THOME, vide ITHOME.

THONIAS, vide THYNIAS.

THONITIS, vide ARSENA.

THORINGIA, vide TVRINGI.

THORNAX, vide COCCYGIUS.

THORONVS, Plinio insula est prope Coryram: qua Phanu, Nigro dicitur.

THORSVS, Θόρσος, Sardinia fluvius, insulam mediam interfluens. Pausanias. Fortè idem cum THYRSO, Θύρσος, Ptolemaei.

THOSPITIS, vide ARSENA.

THRACESIVM, vide BITHYNIA.

THRACIA, Θράκη Ptolemaeo & ceteris Europa regio celebris; ad Pontum Euxinum.

ARIA, ἄρια, & PERCA, περκῖ, etiam dicitur, Stephano. ODRYSE, ὀδρυση, Suida. CRESTONA, κρησωνῆ, etiam Isacio, ex Lycophrone. SCYTHON quoque, ut Erythraeus perhibet. Trachia, pro Thracia saepius apud mediae aetatis auctores, scriptum deprehendimus. Iosephus Hebraicè THIRAS, Θείρας, nominari scribit. Huius Thraciae incolae variis nominibus indigunt antiqui scriptores. Herodotus scribit eos BITHYNOS dictos, postquam in Asiam transfretassent. prius enim STRYMONII dicebantur. BARDI à Maritimo, & DOLONGI, δολογῖς, à Lycophrone & Stephano appellantur. Olim BRIGES, βριγες, nominati fuere, ut tradit Eustathius. AVTONOMOS eos Arrianus nuncupat. Quidam eorum apud Strabonem SAPÆ & SAPÆI; σάπαι, ἢ σαπαῖοι. Item SAI, σάϊ, SINTI, & SINTIÆ, σίντοι, ἢ σίντιοι. Paulus Diaconus duas Thracias facit: utrasque enim ab Attila devastatas scribit, sub Valentiniانو minore Imp. liber Notitiarum, et Ammianus lib. 26. eius sex provincias nomine numerat. item Sex. Rufus: sunt quoque haec: THRACIA, MOESIA SECUNDA, SCYTHIA, EUROPA, RHODOPA, & HÆMIMONTVM. Hodie uno nomine Romania nuncupatur. & sic eam quoque semper appellat Diaconus, Conradus à Lichtenaw. item Iornande sin libro de Regnorum successione. THRACIAM

quondam esse in Australibus partibus Africa, supra Alexandriam, testatur Eustathius. sed hoc parergon. Vide BITHYNIA.

THRASYLLVM mons, Θράσυλλον, in Mysia Asia regione Caico amni vicinus. qui Plutarcho in Libello de fluminibus teste, postea TEVTHRAS, τευθρας, dictus fuit.

THRAVSI, Thracum gens, Livio lib. 38. quos Stephanus quoque AGATHYRSOS vocat; ut Sigonio in suis Livianis Scholiis videtur. Sed TRAVSOS per T, τραύσοι, non per θ, legunt Livius & Stephanus: neque Thracum gentem, sed Celticam dicunt. Vide DROSICA.

THROANA, Θρόανα, Latronum regionis urbs, in India extra Gangem: Ptolemaeo. Taigin Castaldo.

THRYOS, & THRYOEISSA, vide EPITALIVM.

THYBAL, vide IBERIA.

THVBVSCVM, vide SVCCVBAR.

THVLE, Θέλη, Straboni, Plinio, Ptolemaeo, Oceani Septentrionalis insula supra Orcaides. Islandt/ Ger. Mercatori. Vide BASILIA.

THVNICATES, pro RHVNICATÆ, θυνικται, legit Avetinus, apud Ptolemaem. Vindelicia populi sunt, quos Im Thunca (Bavaria tractus est) idem interpretatur. Hos VIRVCINATES Plinij esse, putat Scudus.

THVNNI, vide VNNI, & TVRCÆ.

THVRÆ, vel, ut alia exemplaria habent, THYRRA & THYREA, apud Plinium, Messenia urbs: qua postea LOCVS dicta fuit. Pausanias scribit eam ab Homero ANTHEAM nominatam. Hæc Nigro Calamata est, vulgari vocabulo. Stral onem eandem THVRIAM appellare, & Ptolemaem THVRIVM, Θέρον, vult Hermolaus: qui eam quoque ab Homero ÆPEAS vocatam putat. Est Straboni quoque THYREA, Θυρέα in Peloponneso, de qua controversiam fuisse inter Argivos, & Spartanos scribit in calce lib. I. Hanc Thucydides CYNVRIAM, κυνυρία, cognominat: addit quoque eam agrum Argium & Laconicum determinare. Eandem THVRIVM, Θέρον Ptolemaei in Laconica crediderim, quã Nigro Bur-

ger Burdugua nomen hodie habere ait. Est ergo alia à superiore. Vide THVRIVM.
THVRIA, fons prope Thurium Magna Græcia urbes: Aqua che favella hodie dicitur Leãdro, & THVRIVM: vide THVRE.
THVRINVS SINVS, vide TARENTINVS.
THVRIVM, Θάρειον Ptolemæo Magna Græcie urbs; in Sinu Tarentino. Hi etiam THVRRI Stephano, cui quoque SYBARIS, Συβαῖς, & COPIÆ, κωπία, dicta fuit. Idem addit eandem à Pausania ANTHEA vocari; sed malè, ut etiam Hermolaus, qui eum sequitur. Pausanias enim hoc de Thure Messeniaca dicit; & non de hac Italica. SYBARI, qui nunc THVRRI, inquit Varro, de re rustica, lib. 1. cap. 7. alii tamen Thurium & Sybaris, duo diversa sunt opida. De hac urbe Diodorus lib. 12. scribit eam prope fontem Thuria dictum, conditam, & ab eo Thuriam nominatam in quatuor fora, secundum eius longitudinem distinctam; quorum unum HERACLEAM appellant, alterum APHRODISIADEM, tertium OLYMPIADEM, & quartum DIONYSIADEM. In latitudinem verò, tribus foris distributam, quorum nomina sunt HEROA, Ἡρώα, THVRIA, Θυρία, & THVRINA, Θυρίνα. Hoc Thurium hodie Terra nova dicitur Gab. Barrio: qui dicit Seb. Corradum somniare, ubi hanc Rodium vocat. Vide THVRE.
THVRIVM, cacumen asperum, in meta formam fastigiatum: quod ORTHOPAGOS, ὀρθόπαγος, à nobis vocatur, inquit Plutarchus, in vita Sylla. In Bæotia est.
THVSCVS VICUS, vide COELIVS.
THVSSAGETÆ, vide SARMATIA.
THVSSIA, vide TVSCIA.
THVTH, vide PHTVTH.
THVZICATH, vide THABRACA.
THYAMIS, Θύαμις, Epiri promontorium Ptolemæo. Nostra ætate Nista appellari scribit Niger. Strabo & Thucydides habent hoc tractu Thyamum, Θύαμος, annē: Thucydides etiam mōtem eiusdem nominis. Strabo item Thymiatim, Θυμιάτις, annem. Hunc annē scribit Thevetus hodie Calama dici.
THYATIRA, Θυατείρα Ptolemæo Lydia opidum, Plinio aliquando PELOPIA, &

EVHIPPA cognominatur. Stephano etiam SEMIRAMIS, Σεμίραμις, & MYSORVM ESCHATE, μυσοῶν ἐσχάτη, dicitur. Hanc Thyatiram à Lyco flumine abluī, tradit Plinius. Ptolemæo autē ad Hermaum fluvium sita est.
THYBRIS, nomen fluminis est, in agro Syracusano, auctore Theocrii interprete. eundem à Servio FOSA dici, scribit Fazellus, in Sicilia historia. Sed THVMBRIS per M, habet Theocritus. Vide ALBVLA.
THYELLA, Θυέλλα, Oenotria urbs Stephano. Barrius eam recētiori nomine Gineto, sive Thyeto appellat.
THYMÆNA, vide TEVTHRANIA.
THYMBRE, Θύμβρα, Plinio Troadis opidum, quod & ZYMBRAM vocabant, per Z; item DYMBRAM, per D, ut Hellenicus tradit, apud Stephanum.
THYMBRIS, vide ALBVLA, & THYBRIS.
THYMBRVS, vide TEMBROGIVS.
THYMIATERIVM, Θυμιατίειον, Libya civitas littoralis, ad Oceanum Atlanticum. Θυμιατήρια, Stephano dicitur. hodie Azamor dici, Ramusius conicere videtur.
THYNE, vide THYNIAS.
THYNI, vide BITHYNIA.
THYNIAS, Θυνιάς, Apolloniarum, Straboni Thracia locus, ad mare; qui hodie Nigro auctore Sagora dicitur. Vide APOLLONIA.
THYNNIAS, Θυννιάς, insula Ponti Euxini, adversa Bithynia; quam Barbari BITHYNIAM vocant, inquit Plinius, lib. 5. cap. 32. Idem lib. 6. cap. 12. eam quoque APOLLONIAM appellat. DAPHNYSIA, Δαφνυσία, quoque dici, Ptolemæus auctor est, qui eam Thyniā, simplici L, scribit. Videtur THONIAS, Θυνιάς, Stephani, quam etiam THYNE & THYNIS, Θύνν & Θυνίς, nominat. Hodie Farnasia nūcupari, tradit Niger.
THYREA, vide THVRE.
THYRSVS, vide THORSVS.
THYSDRVS, Θύσδρα, Africa Propria urbs mediterranea, Ptolemæo. TISDRVS & TISDRA scribitur apud A. Hirtium. sit hoc varia lectio, non synonymon.
TIANVM, vide TEANVM.

TIARANTVS, πᾶραυτος, Herodoto Scythia fluvius, in Istrum aquas suas evolvens. Incolis Seretus dici, ait Pencerus.

TIBARENI, τῖβαρηνοί, Plinio, Herodoto & Mela, populi Chalybibus proximi, quibus in visu lusuq; summum bonum est. **TIBRANOS**, nos vocamus, inquit Eustathius. **STABARENOS** ab Orpheo in Argonauticis nominari, monuit Pintianus in Mela. Idem **TIBARANOS** per A, in panultima frequenter nuncupari addit. Ego non Stabarenos, sed **STYBARENOS**, στυβαρηνοί, apud Orpheum lego.

TIBERIACVM, opidum est prope Ravennam: quod aliquando **AD CABALLOS** dictum fuit, & hodie Bagnacavallo. Auctores sunt Blondus, Sabellicus & Niger.

TIBERIACVM, Antonino opidum est, inter Iuliacum & Coloniam Agrippinam. Berchem opidulum est, haud dubie.

TIBERIAS Lacus D. Ioanni, GALILÆÆ D. Matthæo; quod & Stagnū **GENESARETH**, & **CHINERETH**, vel **CENERETH** in Sacris Bibliis vocatur. Glareanus subdubitat num idem sit cum eo quod Iustinus, ex Trogo, **ASSYRIVM** Stagnum appellat. Nunc Tabarie ab accolis dici scribit Niger.

TIBERIAS, τῖβερίας, Galilæa urbs, in Sacris literis nota. Prius fuit ab Hebrais **CENERETH** dicta. Sita est ad Mare, quod ab ea nomen recepit.

TIBERINA Castra, Peringen pagus, in Vindeliciis; haud procul à Dingelsingum Bavaria opidum. Lazius, in sua Vienna.

TIBERINA Insula, ut Vitruvius eam vocat, quam Tiberis fluvius in urbe Roma ambit. **LYCAONIAM** quondam dictam, scribit Blondus, & Viterbiensis: à Iove videlicet Lycaone, ibidem templum habente. Aesculapio sacram, scribit Halicarnassens.

TIBERINVS Campus, Urbis Romæ: postea Campus **MARTIVS** dictus fuit. Martiano teste. Idē à Livio, lib. 2. **TARQUINIUS** Ager antea vocatus.

TIBERIOPOLIS, τῖβερίοπολις Ptolemaeo Magna Phrygia urbs. Stromizza, à Sophiano appellatur.

TIBERIS, vide **ALBYLA**.

TIBERTINI, vide **TIFERNVM**.

TIBESIS, vide **PATHISSVS**.

TIBIACÆ, vide **SCYTHÆ**.

TIBIANA, vide **TABIANA**.

TIBISCA, τῖβισκα, Mæstia inferioris opidū, Ptolemaeo. Niger illud Sophia vocari tradit.

TIBISCVS, vide **PATHISSVS**.

TIBVR, τῖβυρ Ptolemaeo Latij urbs. **TIBYRIS**, τῖβυρις, Stephano. Tivoli hodie. Olim **POLYSTEPHANON**, πολυστέφανον, vocatam, prodit, idem Stephanus. Huius pars **SICVLETVM**, (σηκλιών, in Græco est) dici scribit Halicarnassens, interprete Gelenio.

TIBYRIS, vide **TIBVR**.

TICANA, vide **ABSORVS**.

TICANOVA, vide **CO**.

TICARIVS, τῖκαριός, Corsica fluvius, apud Ptolemaum. Grosso, Leandro.

TICHIVS, vide **THERMOPYLÆ**.

TICINVM, τῖκινον, Insubrum in Italia opidum, Ptolemaeo. Pavia nunc. Urbs est Academia nobilis; & memorabili Gallorū strage, & Caroli V. Imp. victoria incluta. **PAPIAM** recentiores Latini vocant.

TICINVS, τῖκινός, Gallia Cisalpina fluvius, Plinio & Stephano. Tesino nunc vocatur.

TIEIVM, vide **TIOS**.

TIELLA, vide **HYBLA**.

TIFATA, Livio Campania Felicis mons, Capua urbi imminens, ut Dion tradit. Silius & Festus eius quoq; meminere. Monte di Capua hodie nominari, tradit Leander.

TIFERNVM, vel **TIPHERNVN**, τῖφερνον, Umbrosum in Italia opidum, Ptolemaeo. Citta di Castello hodie nominatur, Blondo & Leandro testibus. Tifernates, Plinius **TIBERTINOS** cognominat.

TIFERNVS, vide **PHITERNVS**.

TIGNIA, dicitur Latinis Piceni fluvius, quem incolæ Tinea vocant: ut Blondus & Leander produnt.

TIGNIVM, Casari Piceni opidum. Hodie S. Maria in Georgio Leandro.

TIGRANAANA, τῖγρᾶνάνα, Ptolemaeo Armenia Maioris urbs. Tauris est Nigro: item Theveto: sed is eandem à Georgianis Simolacach vocari addit.

TIGRANOCERTA, τῖγρᾶνοκέρτα Ptolemaeo Ar-

in eo Armenia Maioris opidum est. Appianus in libro de bellis Mithridaticis scribit Græcè TIGRANOPOLIM sonare. Hoc Iovius Sulthania, Bonacciolus Safa vocat.

TIGRES, τίγρις, Peloponnesi fluvius qui HARPVΣ, ἄρπυιᾶ, postea dictus fuit; à demerso in eo una Harpyiarum. Apollodorus lib. I.

TIGRIS, τίγρις; Ptolemæo & omnibus Asia flumen celebre. SYLAX, σύλαξ, quondam vocatum, scribit Eustathius. SOLLAX, σόλλαξ, habet Plutarchus, in opusculo de fluminibus. HIDEKEL Hebræis dicitur testis Ben. Ar. Montanus. Tegil hodie nominari, scribit Castaldus; & Sit, Pinetus: Set autem Ioseph. Barb. Thevetus vult accolis Hidecel, & aliis Detghele dici. DIGLATH, δίγλαθ, vocat eum Iosephus. DIGLITO eum appellari, ea parte nempe, qua tardior fluit, Plinius auctor est. PASITIGRIS, πασιτίγρις, à Plinio & Arriano dicitur, eo loco quo bifidus factus, insulamq; circumiens, denuo in se redierit. Eustathius quoque TIGRIM alium in Paphlagonia esse, ait ex Xenophonte: Tertium etiam alibi, ex Herodoto. sed hoc est homonyma, non synonyma scribere & præter nostrum institutum.

TIGVILLIA, τρυλλία, Liguria urbs, maritima apud Ptolemæum. Plinius simplici L scribit. Laula vocatur à Leandro. sed Tuscia eam annumerat, & inter mediterranea ponit. eritq; fortè SEGESTA TIGVLIORVM, de quo Plinius lib. 3. cap. 5. sic, Tigulia, intus Segesta Tiguliorum. Tigulliam Ptolemæi, scribit Simlerus ab Antonino TECOLATA dici. Duas enim Tecolatas habet Antoninus; hanc nempe Liguria, & aliam in Gallia Narbonensi.

TIGVRINVS Pagus, Casari in Helvetiis est. Rhellicanus credit hodie Zurich nominari.

TIL, Asia amnis, quem gens Sogor accolit. Turci NIGRV M vocant: & antiquissimi principes VER, & CVNI nominarunt. Niceph. Callistus libro 18. cap. 30.

TILAVENTVM MAIVS, & MINVS, Venetorum regionis flumina apud Plinium sunt. TILAVEMPTVM, πλατέμπτωρ,

Ptolemæus habet. Leander ea hodie in Foro Iulio describit. dicitq; MAIVS, Tagliamento: MINVS Stella vocari, ab indigenis.

TILLIVM, τίλλιον, Sardinia insula civitas, apud Ptolemæum. S. Reparata fortè hodie.

TILOGRAMMON, πλόγραμμον Ptolemæo India intra Gangem urbs est. Catigan à Castaldo vocari video.

TILOX, τίλοξ, Corsicæ insula promontorium, teste Ptolemæo. Cabo revelar, vel Chevelar, ut putat Pinetus.

TIMAVVS Fons, vel fluvius, aut lacus Plinio, Virgilio & Livio. In Venetia regione est. MARE vocatur à Varrone, ut scribit Servius in Virgilium. MARIS FONTEM ab incolis appellari, Polybius apud Strabonem auctor est. Hodie in Foro Iulio describitur à Leandro, dicitq; Timavo vocari. Niger verò eum Larechia nominat.

TIMETHVS, τίμηθς, Ptolemæo Sicilia fluvius; quem Traina Leander, & Pacti nominat Fazellus: qui dicit eundem à Strabone & Plinio SYMÆTHVS, σύμαιθς nuncupari; sed fallit sunt enim duo diversa flumina Ptolemæo Symæthus, et Timethus.

TIMII, vide OSISIMI.

TIMICA, τιμικη, Mauritania Casariensis urbs Ptolemæo: Tremisim, vel Telefin Peucero est.

TIMOLVS, vide TMOLVS.

TINDA, fuit opidum Thracie, Diomedis equorum stabulis dirum. Plin. lib. 4. cap. 11. Apud Antoninum STABVLVM DIOMEDIS nominatur.

TIMVLA, vide SIMYLLA.

TINGA, vide TINGIS.

TINGERI, vel TINGRI, vide TENCERI.

TINGIS, τίγρις, Ptolemæo est Mauritania Tingitana urbs. Cui etiam CÆSAREA, καισαρεία, vocatur. Strabo scribit eam à Barbaris TINGA, τίνγα, ab Artemidoro LINGA, λίνγα, & ab Eratothene LIXVM, λίζων, nominari. Ptolemæus tamen & Plinius ex Tingo & Lixo duas faciunt. Sed miror Hermolaum Barbarum virum diligentissimum, & cuius in Plinium labores ego maximi facio, in iis ipsis tradidisse, nemo veterum

veterum nedum scripsisse, sed ne cogitasse quidem, Lixum eandem esse cum Tingi cum ex Strabone hoc secus pateat. Plinius hanc Tingim dicit à Claudio Imp. IULIAM TRADVCTAM appellatã. Hodie Tanger à Castaldo, & Tangia à Mercatore vocatur. Vide MAVRITANIA.

TINGRI, vide TENCTERI.

TINIA Plinio, qui & TENEAS, τενας, Straboni; Umbriae fluvius, in Tiberim influens. Topino nunc dici, scribunt Leander & Fabricius.

TINNA, vide TINVS.

TINNETIO, Vicus Rhatorum, Antonino. Tintschon Germanis, ut Scudus vult. Tinnezono Rhatis, ut Simleroplacet.

TINNI Straboni, & TVNIATVS (cuius meminit Cato & Antoninus) sunt Tusciae montes Leandro; quos hodie Montuniata appellari ait. Sed Thynni, non Tinni legitur apud Strabonem lib. 5. ubi Populonium describit. Aut admodum hallucinatus est hoc loco Leander, aut magnus prestigiator fuit, qui ex piscibus montes fecerit. Sed nec Tuniatum apud Catonem aut Antoninum lego, sed TVMNIAS, & TVNNIAS cuius iuga hodie Radacofani, & S. Flora vocari, scribit Ann. Viterbiensis.

TINVRTIVM, urbs Gallie; Spartiano, in vita Severi Imp. Robertus Constantinus dubitat num sit Tournon, prope Lugdunum.

TINVS, fluvius est in partibus Angliae Septentrionalioribus, Neubrigesi, quem Piu-dehou vocari ait. TINNA, τίννα, habet hoc tractu fluvium Ptolemaeus.

TIORA, vide TVDER.

TIOS, τίος, Paphlagonia urbs Stephano. à Strabone TIEIVM, τίειον, dicitur. Vide AMASTRIS, eadem enim est.

TIPASA, τίπασα Ptolemaeo Mauritaniae Caesariensis opidum. Tenet Castaldo, Taves Mercatori est.

TIPHERNVN, vide TIFERNVM.

TIQVADRA, apud Plinium est Maris Balearici insula. Apud nonnullos TRIQVADRA legi, ab eius forma, scribit Hermolaus. Hodie Conejera dicitur, Beutero & Floriano testibus.

TIRISCVM, τίεισκον, Dacia urbs, apud

« Ptolemaum. Quod nunc TAROS dicitur. « hoc legitur in Latinis exemplaribus.

TIRISTRIA, τειστρία, promontorium Mysiae Inferioris, apud Ptolemaum. TIRISTRIS legit Hermolaus & dicit à Strabone CETIRIZIS, κητιειζις, vocari; & LYSIMACHI, in promontorio, cognomine. Vide ipsum Strabonem lib. 7. TETRISIA, τετερισία, dicitur apud Arrianum sed hoc etiam Pintianus ante me observavit.

TIROPOLIS, vide MACELLA.

TIRYNS, τίρυνς, Peloponnesi urbs, apud Stephanum quam scribit in principio HALIES, ἀλιεις, vocatam.

TISARA, vide ANTITISARA.

TISDRVS, vide THYSDRVS.

TISSA, τίσσα Ptolemaeo Siciliae urbs: quam Dominicus Marius Niger Randazo vocari tradit.

TITARESIVS, vide EVROTAS.

TITARVS, vide CITARIVS.

TITHORAEA, τιθοραία, Phocidis urbs, quae antea NEON vocabatur. Pausanias. Vide PARNASSVS.

TITIVS, τίπιος, Illyrici fluvius, Ptolemaeo & Plinio. Cercha vocat eum Favolius; Variecha ab accolis dici, tradit Niger.

TITTHION, vide MYRTION.

TITVACIA, τιτβακία, Carpetanorum urbs; Ptolemaeo, in Hispania Tarraconensi. Xetafe hodie forte.

TMARVS, τμαρς, Thesprotiae in Epiromons: qui & TOMAROS, τομαρς, dicitur Strabone teste.

TMOLVS mons, antea TIMOLVS dictus, Plinio. In Phrygia Maiori situs. Huius cacumen TEMPSIS ab eodem Plinio lib. 7. cap. 48. vocatur. TYMOLVS per Y, in prima, τύμωλς, scribit Stephanus. Idem CARMANORIVS, καρμανωείς, fuit antea dictus, teste Plutarcho, in libello de fluminibus. Vide ATLAS.

TOBIVS, τόβις Ptolemaeo Albionis insulae fluvius. Lhuydus eum Towyn appellat.

TOBRVS, τόβρς, Africae Propriae urbs, apud Ptolemaum. Eandem cum TVBVRBO Antonini esse, credit Simlerus. Beroaldus pro CAPPADOCIA interpretatur.

TOGARMA, vide TVRCÆ.

TOGA.

- TOGATA**, vide GALLIA.
TOGENI, vide TVGENI.
TOGIENSES, vide COGIENSES.
TOGISONVS, Venetae regionis fluvius, apud Plinium. Sciocco ab Leandro vocatur. Hermolaus legit VIGISONVS, additq; in hodiernum diem quoque lacum esse, eodem in agro, Visigiolo cognomine.
TOLBIACVM, Gallie Belgicae opidū, cuius Tacitus in sinibus Agrippinensium meminit. Zulpich à Petro Divao dicitur. Nonnulli **TALBIACVM** legunt, **COLBIACVM** scriptum quoque offendisse, ait Lipsius, in suo Tacito. **TULPIACVM** per V, non semel legitur in Chronico Reginonis. **TOLPIA** forte Antonini ut suspicatur Simlerus, qui hoc Zulg vertit. Vide **CALCIACI**.
TOLETVM, τῶλαντον Ptolemao Carpitano- rum urbs, in Hispania Tarraconensi, Toledo, hodie. **SERESOLAM** dictam, scribit Villanovanus, in suo Ptolemao.
TOLIAPIS, τολιάπης, & **COVNOS**, κῶονος. Harum duarum insularum meminit Ptolemaeus; easq; describit in Mari Germanico, iuxta Trinoantes Angliae populos, è regione Iamissa fluminis. Hodie non extant. In eo verò maris tractu quaedam syrtis, aut arenae potius vorago sub Oceano latet: in qua si nauta, aut tempestate, ventorumq; vi, sive naucleri somnolentia inciderint, ad eò in praecipitum feruntur, ut eorum reliquia nunquam appareant. Hanc nostrum vulgus nauticum **Goepinge** vocant: voce à **Couno** non omnino dissona. Postquam haec scripsi, incidi in locum Hectoris Boëthij, libro 12. rerum Scoticarum: eum, quia meam corroboret opinionem, hic adiuciam: sic enim ille: Anno supra millesimum septimo & nonagesimo Agri Godovini, haud procul à Tamesis fluminis ostiis, arena obruti sunt; quae & nostra memoria Godovini arenae appellantur, vulgo Godvisandis.
TOLISTOBII, & **TOLISTOBOGI**, vide **TECTOSAGES**.
TOLMIDESSA, τολμίδεσσα Ptolemao Syriae urbs, in Chalcidica regiuncula. Simlerus scribit **SALAMINIDA** apud Antoninum dici.
TOLOSA, vide **TECTOSAGES**.

- TOMADAEORVM**, τομαδαίων, id est, Deorum generatio: Ptolemao est Arabici sinus insula. In recentiorum Tabulis hoc loco Soridan insula describitur.
TOMARVS, vide **TMARVS**.
TOMIS, τῶμις, Straboni; **TOMI**, τομοί Ptolemao, **TOMEVS**, τομεύς, Stephano. & **TOMOS** Plinio, Maesia Inferioris opidum. **TRITONICE** eadem in Lexicis nomen habet; sed unde petitum ignoro. Scio Tritonice hoc tractu apud Pomponium. Constantia apud Marium Nigrum vocatur.
TONEISA, vide **TVNES**.
TONICA, τῶνικη, emporium Africae ad Sinum Barbaricum, Ptolemao lib. 4. Idem hoc lib. 1. cap. 17. **NICI**, νίκι, appellat. **NICONIS** Dromon, νικων, vocat Arrianus in Periplo maris Erythraei. Hodie hoc emporium Zazella nuncupari, ex Belloforesto annotavit Stuckius.
TONOSA, vide **ORSARA**.
TOPIRIS, τῶπις, Thraciae urbs, Ptolemao. Sophianus eam **PUSIO** appellat. Ab Antonino **TOPINIUM**, & alio loco **OTOPTISIVM** ab eodem nominari, credit Simlerus.
TORINGI, vide **TVRINGI**.
TORNACVM, Antonino Gallie Belgicae urbs; ad Scaldim sita est, & incolis Gallis Tournay dicitur. Teutones **Doornijck** nominant. Episcopalem habet sedem. Per Ap- pianus dicit **BAGANVM** Ptolemaei esse.
TORONAIQVS Sinus, Macedoniam aluens, Ptolemao notus est. Golfo de Rampa à Jacobo Nardo, in suo Livio Italico, Golfo de Aiomana à Castaldo nominatur. Vide **THERMAEVS**.
TORONE, τῶρων Ptolemao Epiri urbs, quae Parga Nigro.
TORONE, Macedoniae urbs, Ptolemao, ad Sinum ab ea Toronaeicum dictum. Castellum rampo, vocat Pinetus: Longo, Sophianus: & Reinero castello, Niger: Agiomamma, & aliis Rampa dici scribit Nardus.
TORRENS AEGYPTI, vide **SIRBONIS**.
TOXANDRIA Plinio, quod & Ammiano **TAXANDRYM** Hub. Leodio Weset est opidum ad Mosam, inter Traiectū & Leodium, medio itinere. P. autem Divao **Tessanders**

Tanderloo est . cuius sententia subscribit Becanus in suis Atvaticis , qui Tassanders ex Toxandris facit , innuens omnes illos qui Brabantia Campinam inhabitant, nempe naers vulgo dictos . Plinius etiam Toxandros plurimis nominibus esse dicit .

TRACHEA, vide EPHEVS.

TRACHIA, vide THRACIA.

TRACHIN, vide HERACLEA.

TRACHINA, vide ANXVR.

TRACHIRIS, τράχιρ, Libye Interioris flumen est apud Ptolemaeum; quod Ioannes Barrosus recentiore nomine Gambia vocat. sed STACHIRIS ille habet, male, ut codices Latini Ptolemaici quoque legunt.

TRACHIOE, vide CILICIA.

TRACHONES, τραχῶνες, duo colles sunt prope Damascum, Straboni. Hos HIPPIVS, ἵππῳ Ptolemaei esse, & GILEAD Hebraeus dici, opinatur W. Wissenburgius.

TRACHONITIS, τραχωνίτις, regio Palaestina, quae ITVRAE vocatur Straboni, velut Graece est, ἰσραήλ. Eadem ab Hegesippo PERAEA dicitur. περαία, Peraa Arabia & Aegypto proximam, & à ceteris Iudaeis Iordane amne discretam, scribit Plinius, lib. 5. cap. 14.

TRAMENOTHVRITAE, Τραμενοθηρίται, Troadis populi: hos TZETLAGRIMENOTHVRITAS, τραμενοθηρίται, vocat.

TRAGVRIVM, τραγυρίον, Illyridis insula, apud Ptolemaeum; Dalmatiae adiacet. Trau, B. Bordonio dicitur. TAVRIS videtur A. Hirtij, in bello Alexandrino.

TRAIANA, τραϊάνα, Picenorum urbs, apud Ptolemaeum. Antonino TREAE est, ut scribit Simlerus. Vide APPIA Via.

TRAIANA LEGIO, τραϊανή λεγίων, Galliae Belgicae urbs, Ptolemaeo; inter Bonnam & Mogontiacum civitates. Villanovanus Cobolétz putat. Sunt qui Drechshausen credunt. ad Rhenum opida.

TRAIANI Munimentum, cuius Ammianus meminit libro 17. Rhenanus putat opidulum eius loco esse, quod prope Francofordiam, vulgo perperam Cronburg, pro Tranburg appellant. Goropio autem videtur pagus in

Rheni ripa Moguntiaco oppositus, quod hodie Kassel nominant.

TRAIANI PONTEM, in Inscriptionibus antiquis, eam urbem vocari liquet, quae hodie Ponte de Alcantara nominatur, teste C. Clusio. Hispania urbs est, super Tagum fluvium.

TRAIANOPOLIS meminit Vlpianus, Titulo 15. de Censibus. Hanc putat Fazellus eam esse Siciliae urbem, quam vulgo Troynavocat: & à Curopalate Dragina dicitur. TROYANOPOLIS autem legit Fazellus; an rectè, videant studiosi. Vide TRANVM.

TRAIANVS, τραϊανός, fluvius Aegypti apud Ptolemaeum. Huius ostium apud Moysem PIHACHEROTH vocari, dicit Becanus.

TRAIANVS PORTVS, τραϊανός λιμὴν, Tusciae apud Ptolemaeum. Hodie Pescara dici, Niger auctor est.

TRAIECTVM, Antonino Germania Inferioris urbs. Beato Rhenano Maestricht est, urbs ad Mosam; inter Rurmondam, & Leodium. Lamberto Hortensio Utrecht videtur, Batavorum urbs episcopalis est, ad Rhenum. Vide TRICESIMAE, & VTRICESIVM.

TRALLIA, τραλλία, Illyria pars: quae etiam TROALICIDA, τραλλιίδα, & TRALLA dicitur. Stephanus.

TRALLIS, τραλλίς Ptolemaeo Phrygiae urbs, in Lydia: quae quoque EVANTHIA, SELEVCIA, & ANTIOCHIA dicta fuit, ut Plinius tradit. EVRYMNA, εὐρυμνα, etiam vocata est, sed prius ANTHIA, ἀνθεια, Stephano teste. Chora hodie, quod annotavit ex Agathio, Villanovanus. Vide CHARAX.

TRANSLVCVM, Daciae Ripensis locus est, in lib. Notitiarum. Hodie Landt uberwaldt/ni fallor.

TRANSSILVANIA, vide DACIA.

TRANVM, Latini vocant urbem Peucetiae Apuliae, quam vernaculè Trani dicunt. Volaterranus scribit nonnullis Plinij TRINIVM dici. (Plinio tamen Trimum fluvius, non opidum est.) Quondam TRAIANOPOLIM nomen habuisse, Leander testatur,

- testatur, ex Pandulpho Colleenutio.
- TRAPEZVS, τραπεζοῦς, mons in Taurica Chersoneso, Straboni. Lustia vocatur Nigro.
- TRAPEZVS, Cappadocia urbs, apud Ptolemaeum; qua hodie Trebizonda vocatur. Waccamach à Barbaris nominari auctor est Thevetus. OEZENIS, οἰζηνίς, quoque olim dicta fuit, ut Stephanus tradit.
- TRARON, τράρων, montem habet Lycophron. Isacius dicit Troiana regionis esse. Scaliger hoc loco TRERON, τρήρων, legit, quem sequi mavult Canterus.
- TRASVMENVS, Livio & aliis, Tuscia lacus. Hodie Lago de Perugia dicitur. Marius Niger scribit AGYLLINA vocatum. THRASIMENA, Vada appellat Silius, lib. 11. Idem de hoc lacu plura lib. 5. Appianus in Annibalicis, eum PLESTINAM, πλεστίνην, nominat.
- TRAVSI, vide THRAVSI.
- TREA, vide TRAIANA.
- TREBIA, Gallia Cisalpina fluvius, Livio, & Plinio. Videtur à Witichindo Sesterrio dici. Vide MVTVSCÆ.
- TREBVLA, vide MVTVSCÆ.
- TRECASSES, vide TRICASSINI.
- TRERON, vide TRARON.
- TRERONES, vide CIMMERII.
- TRETVM, τρητόν, Promontorium Ptolemaeo, TRITVM Straboni, in Africa Propria. Cabo ferrato, Castaldo: Brucramel, Mercatori vocatur.
- TREVA, τρηνα, Ptolemaeo Germania urbs. P. Appianus Hamburch ex ea facit: Emporium, ad Albis fluminis ostium.
- TREVIRI Casari, TRIBORI, τριβόροι, Ptolemaeo, Gallia Belgica populi; qui hodie Tricrische possunt appellari, ab eorum metropoli Trier.
- TRIBALLI, τριβαλλοί, Sarmatia Europae populi sunt; testibus Ptolemaeo, Plinio, & Strabone. SERVII dicuntur à Niceta. sed Bulgaren à Sophiano, Lazio, & Bonacciolo.
- TRIBIRI, vide TREVIRI.
- TRIBOCES Casari, TRIBOCCI, τριβοκκοί Ptolemaeo, Germania populi hodie;

- qui Eltasser Pyramio, Straesburger ab eorum metropoli, Rhenano nominantur. Oswaldo autem Molitori Tzum dreyen buchen/ vocantur. pagus est Alsatia: non malè ad Triboccos alludens.
- TRIBVLA, vide MVTVSCÆ.
- TRIBVLIVM, Liburnia castellum, P. R. praelius nobilitatum, Plinius lib. 3. cap. 22. Nunc Tribuniensis praesul in Codice descriptus, inquit Volaterranus.
- TRICADIBA, τρικάδεβα, India intra Gangem urbs; in Colchico sinu: Ptolemaeo teste. Queilloa, Castaldo.
- TRICASSINI, Lugdunensis Gallie populi, quorum mentio est apud Ammianum, & in Panegyrico Maximiano, item ab Aeduis Constantino dictis. Ptolemaeo TRICASSII, τρικάσιοι, dicuntur. Horum urbs primaria TRICASSIVM nominatur apud Antoninum, & alios posterioris seculi scriptores. Tandem TRECAS etiam vocatum, à Sigeberto & Aimonio monacho, & Gregorio Turonensi. Hac ex Petri Pithoei Adversariis. Hodie hac urbs incolis Troies appellatur. TRECASSES populos, nominat Plinius, lib. 4. cap. 18. Urbem TRECASSA à Beda nuncupari lego.
- TRICASTINI, vide AVGVSTA.
- TRICCA, τρικκα, Estiotidis Macedoniae regionis urbs, Ptolemaeo. A Bellonio & Sophiano Tricala vocatur.
- TRICESIMÆ, apud Am. Marcellinum sunt: Germania urbs, quam Petrus Divaeus putat eadem esse cum LEGIONE TRICESIMA VLPIA, λεγίων λ' ἑλπία Ptolemai. & an ea Ultraiectum in Hollandia designetur, se nolle contendere ait. Vide VTRICESIVM.
- TRICHIA, vide EPHESVS.
- TRICORIVM, Plinio Gallia Narbonensis opidum. Craux, Pineto. Tricorios populos habet Livius.
- TRICORNESII, τρικορνήσιοι, Mysia Superioris populi, Ptolemaeo. Topliza vocatur eorum regio à Castaldo.
- TRICORNIVM, τρικόρνιον, Mysia Superioris opidum, apud Ptolemaeum. Golumbatz,

- batz, Nigro vocatur. Hoc Tricornium Ptolemæi, ab Antonino TVRIVM, aut DORIVM vocari, suspicatur Simlerus.
- TRICORYPHVS, vide MEROS.
- TRICORYTHOS, vide TETRAPO-
LIS.
- TRIDENTE, τριδέντε, Cenomanorum urbs Ptolemæo, qui sunt TRIDENTINI Plinio. hodie hæc urbs Italis Trento, Germanis verò Triendt appellatur.
- TRIERON, vide CEPHALAS.
- TRIFERNVS Mons, Livio: Hunc Blondus malè nominat TIFERNVS, & Leander FITERNVS qui eum hodie Bisano vocari scribit.
- TRIGABOLI, populi sunt Gallia Cisalpina, ut Leander scribit, inter duo Padi fluminis ostia habitantes: quos postea TESALIOS vocatos ait. τριγαβόλοι, apud Polybium sunt lib. 2. Tesaly nescio quid sit.
- TRIGEMINA Porta, Urbis Romæ. quam Marcellinus OSTIENSIS nomine appellavit, ut ait Marlianus. qui eam hodie Porta S. Pauli vocari ait. Idem testatur Aethicus.
- TRIGLYPTON, τριγλυπτον, Ptolemæo India extra Gangem urbs. regia Randamarcotte regiuncule. Pegu hodie dicitur; Castaldo censore.
- TRILEVCVM, vide LAPATIA
CORI.
- TRIMERVVS, vide DIOMEDEÆ.
- TRIMONTIVM, vide PHILIPPOPOLIS.
- TRINACRIA, vide SICILIA, &
RHODVS.
- TRINESIA, τρινησία, India intra Gangem insula, in Colchico Sinu, Ptolemæo. Rhesiphe, Castaldus interpretatur.
- TRINIVM, Plinio Italiae fluvius, in ora Frentanorum. Trenio, Leandro Alberto. Vide TRANIVM.
- TRINOVANTES Tacito, TRINO-
BANTES Cesari, TRINOANTES, τρινοάντες Ptolemæo: Albionis insule populi. Hodie sunt, ut Lelandus & Lhuydus affirmant, Territorij Londinensis. Alexan-

- dro Nevyllo sunt Estsaxones & Mediosaxones: Middelsex vulgò. Vide LONDINVM.
- TRIOPALA, qui & ASSORVS, iuncta Albo Megarensum. Sic Vib. Sequester.
- TRIOPIA, vide CNIDVS.
- TRIPARADISVS, vide PARADISVS.
- TRIPHYLIA, vide ELIS.
- TRIPHYLIACVS, vide PYLVVS.
- TRIPOLIS, τριπολις, Arcadiae urbs. CALLIA nomine. Pausanias in Arcadicis. Vide NEAPOLIS, & PELAGONIA.
- TRIPOLIS, Phœniciae urbs, Ptolemæo. Eadem Trabelos, inquit Beriamin.
- TRIPOLIM habet Livius, lib. 42. inter Larissam, & Peneum fluvium: quam SCEAM vocari addit. Vide DOLICHE.
- TRIPOLITANA Regio, Africa ad mare Mediterraneum. Hæc Orofio & Aethico etiam SUBVENTANA, & ARZVGVM regio dicitur. Hodie fortasse Garel-gare vocatur.
- TRIQVADRA, vide TIQVADRA.
- TRIQVETRA, vide SICILIA.
- TRISANTONIS, τρισάντων, fluminis ostia, describuntur à Ptolemæo, in Albione insula. Nunc Southampton, antiquum retinens nomen, inquit Lhuydus.
- TRISCENEN, id est Tres tabernas urbem, in Calabria habet Gabriel Barrius; quam hodie Taberna vocari ait.
- TRISITIDES, vide ORISTIDES.
- TRISMIS, τρισμίς, Mysia Inferioris opidum. Nigro Trachina vocatur.
- TRITIVM TVBORICVM, τριτιον τριβόρικον Ptolemæo, Vardalorum in Hispania Tarraconensi urbs. Simlerus putat ARITIVM vocari apud Antoninum.
- TRITIVM METALLVM, τριτιον μέταλλον, Beronum opidum Ptolemæo, in Tarraconensi Hispania. Tafalla, Episcopo Gerundenfi nominatur.
- TRITOLINVS Mons sic vocatur à Georgio Fabricio, qui vulgò Salviai dicitur. Inter Baias & Puteolos.
- TRITON, palus Africae Propria: qua & PALLANTIAS dicitur Plinio. MI-

NERVÆ cognomen ei inditum esse, scribit Pomponius. Ptolemao autem hoc loco duæ paludes sunt; una TRITONITIS, τεῖτωνίτις, altera PALLAS, πάλλας, dicta. In hac palude Phla insulam ponit Herodotus de qua in dictione NYSIÆ PORTÆ. Alia est Triton palus ad Montem Atlantem, proximè Oceanum, Diodoro lib. 3. Eidem lib. 5. Triton fluvius quoque est in Creta insula. Vide NILVS, & TRETVM.

TRITONICE, vide TOMI.

TRIVIÆ LACVS, Virgilij; vocatur ab Erythraeo Lago di Nemo. Blondus scribit hunc Trivie lacum à Tranquillo NEMORENSEM, & Servio SPECVLVM Dianæ vocatum. In Latio est. distat ab Aricia circiter quatuor mille passus. inde quoque ARICINVS Lacus à nonnullis dicitur.

TRIVMPHALE, vide IPASTVRGI.

TRIVMPILINI Plinij, sedem habent iuxta Lacum Cumanum. suntq; Euganeorum reliquia: & vocantur hodie Triplever. Aeg. Scudus.

TRIZEN, vide TROEZENA.

TROALICIDA, vide TRALLIA.

TROAS, vide TROIA, & PHRYGIA.

TROEZENA, τροίζην Ptolemao, TROEZEN, τροίζην, Straboni, cui olim POSIDONIA, ποσειδωνία, dicta fuit. Idē Pausanias: qui addit eam ex ANTHIA, ἀνθεια & HYPERIA, ὑπέρεια, opidis, à Pithæo in unam conflata, & Træzena nūcupatam. Stephanus cui etiam Træzen est, scribit hanc quoque SARONIAM, σαρωνία, APHRODISIAM, ἀφροδισιάς, APOLLONIAM, ἀπολωνιάς, & ANTHANIM, ἀνθανίς, appellari. Peloponnesi urbs est, ad Sinum Argolicum. Damala Nigro: Pleda Castaldo, indigitatur. TROEZEN τροίζην, altera est Ptolemao, etiam in Peloponneso, sed Mediterranea, Messenia regionis: quæ Trezina à Nigro vocatur. Hanc Plethon TRIZEN, τροίζην, vocat.

TROGILORVM Portus, Sicilia locus est, prope Syracusas, teste Livio, lib. 25. Aretius scribit hodie Stinctino appellari. & ipsa

urbs TROGILVM, τρώγιλον, Stephano Tergia est.

TROGLODYTARVM, τρωγλοδυτων, Regionem, in Africa ponit Plinius: quam quoque olim MICHOE, & MIDOE dictam scribit. Hodie Syria appellatur Castaldo. Mihi Arabia à recentioribus scriptoribus dici videtur. Hos Troglodytas olim quoq; EREMBOS, ἐρεμβοί, & SARACENOS vocatos, auctor est Eustathius. MOLGII, μόλγιοι, appellantur etiam à Diod. Siculo, lib. 1. sed variat lectio: legitur enim & BOLGI, βόλγιοι, & BOLPI, βόλπι, in codice Græco, ab Henrico Stephano excuso. ICHTHYOPHAGOS, ἰχθυοφάγοι, ab Isacio Tzetza etiam nominari video. In Sacris litteris GHANAMIM sunt, ut habet Ar. Montanus, in suo Apparatu. TROGODYTAS, sine L, semper scribi apud Strabonem, tradit Pintianus: fides sit apud illum. Troglodytarum gentes scribit Iuba apud Plinium, THEROTOAS vocari, & venatu.

TROGLODYTICVS Sinus, vide ASPERVM Mare.

TROGODYTÆ, vide TROGLODYTARVM Regio.

TROGYLIVM, τρωγύλιον, promontorium Ionie, apud Ptolemaum: Gatonsi à Sophiano vocatur.

TROI, vide TAVRISCI.

TROIA, τροία, Asia Minoris regio; quæ & TROAS, Ptolemao, Straboni, & Plinio vocatur. TROIAS, τροιάς, Stephano. Ptolemaus eandem PHRYGIAM Minorem appellat. Stephanus eam antea dictam IDÆAM, ιδέα, & XANTHEN, ξάνθην, deinde TEVCRIN, τευκρίς, refert. Apud Apollonium & Diodorum DARDANIA, δαρδανία, nominatur. Huius metropolis & caput ILIVM quondam fuerat, quæ inde TROIA, per excellentiam à Poëtis vocatur. Sed alia est huius regionis urbs, ad maris littus, quæ propriè TROIA dicitur, & à Ptolemao ALEXANDRIA cognominatur: Livio non semel ALEXANDRIA TROAS dicitur: Plinio TROAS, (ut regio) & ANTIGONIA, & suo tempore

tempore ALEXANDRIA, ut ipse referi; & Coloniam Romanorum factam addit. quod ex hac Inscriptione patet, ubi legitur, COL. TROIAS ANTIGONIA ALEXANDRIA LEGIO XXI. Idem locus prius SIGIA, σῆλια, nomen habebat, Strabone teste. CEBRENIA M, κεβρηνία, hanc aliquando nuncupatam, scribit Niger an rectè, quis videat. Cebrenios civēs ab Antigono in hanc urbem traductos, tradit Strabo, lib. 13. at civitatē nomen inde sortitam, non addit. Meminit huius Cebreniæ Plinius, lib. 5. cap. 30. Alexandriæ urbis in Troade, est quoque memoria apud Pausaniam, lib. 10. & Strabonem, lib. 13. Hæc ego potius putarim hodie Troia dici, quam Ilium illud in mediterraneis situm, & bello decenniali nobilitatum: cuius tempore Strabonis (ut ipse fatetur) nullum extabat vestigium. At ex eodem Strabone videtur hæc Alexandria, etiam ILLIVM ante Alexandri ibi adventum, vocitatam. Vide Strabonem, in principio lib. 13. Est apud Belgas in litore Rheni urbs, quam Santen vocamus: hanc Otto Frising. dicit olim Troiam vocatam: fabulosè, ut puto.

TROIA, vicus in Attica; qui etiam XYPETE, ξυπητή, vocatur: auctor Stephanus. TROIA item (ut hoc parergo loco hic adjiciam) pagus est in Aegypto, ad Troicum montem. auctor Strabo lib. 17. Item apud Henetos, in intimo maris Adriatici sinu & in agro Laurente Latij, ut ex Livij libro primo liquet.

TROPÆA AVGVSTI, τρῶπαια σεβαστῆ Ptolemæo Liguriæ maritimum opidum est. quod Blondus & Leander Torbia vocant: Cenalis verò & Paradinus Villa franca vocat.

TROSSVLM, Plinio circa Volsinios opidum est. Leandro Trossulo dicitur. In Tuscia mediterraneis est.

TROYANOPOLIS, vide TRAIANO-POLIS.

TRVENTVM Plinio, TRVENTINVM, τρευντινον Ptolemæo, DRVENTVM, per D legit Pomponius Mela. Picenorum in Italia fluvius est. Tronto nunc, ut Leander

ait. Truentinum castrum habet hoc tractu Cicero lib. 8. ad Atticum.

TRVNOVS, vide VOMANVS.

TRVTVNGI, vide SCYTHÆ.

TRYPHA, vide HELICE.

TVBAL, vide DVBAL, & HIBERIA.

TVBANTI, τὲλαντοί, Germaniæ populi, apud Ptolemæum. Twendat, Pyramio; Frisii contermini.

TVBVRBO, vide TOBRVS.

TVBVSVPVS, vide SVCCVBAR.

TVCCI, τέκκι, Ptolemæo Turdulorum, in Batica urbs AVGVSTAM GEMELLAM cognominat Plinius. TVCIS, τέκκισ, Straboni est. Vasæo ignoratur ubi sit. Martos, Morali, & Clusio est.

TVDE, vide TYDE.

TVDER, τῆδε, Straboni, Plinio & Silio.

TVRDE, τῆρδε Ptolemæo. Plutarchus in Crassi vita TVRDEIA, τερδετία, habet. Apud Strabonem quoque τῆρδερελκίς est, quid significet, ignotum. sed hoc ante me monuit Xylander. Umbriae opidum est; quod Todi Leandro dicitur idem dicit MATIERA, ματιέρα, & TIORA, τίωρα, apud Halicarnassæum vocari: & TVDERNVNVM quoque dici. Quis antiquorum Tuderni meminere, nescio. Annii Tudernum apud Ptolemæum, pro Suderno legi debere, tradit in suis Etruriæ antiquitatibus. TVDER FIDA COLONIA, est apud Onuphrium. Vide TEREVVS.

TVGENTI, τῶγεντοί, Straboni in Helvetia tractus: Die Zuger, Scudo.

TVGIENSIS Saltus, vide ARGENTEVS Mons.

TVLINGI, Gallie populi sunt apud Casarè, Helvetiis finitimi. Lothringæ, ut Germani pronuntiant, vel Lorainois, ut Galli, Marliano & Rbellicano sunt. Stulingen & Stellenburg Comitatus, Scudo.

TVLISVRGIVM, τελισούργιον Ptolemæo Germaniæ urbs; quæ Braunswijck & Rithaimero nominatur.

TVLLVM, vide LEVCI.

TVLPACVM, vide TOLBIACVM.

TVMNIAS, vide TINNI.

TVNES, τέρνς, Polybio & Livio: TYNIS,

τύνη, Straboni, TYNETVM, Τύνιτον, Ptolemao, TUNICENSE opidum Plinio, ALBUM TYNETEM, λευκὸν τύνητα, vocat Diodorus lib. 20. Africa Propria urbs; qua hodie Tunes, & Tunisi vocatur. A Carolo V. Imp. anno 1535. expugnata, Barbarossa erepta, & regi suo restituta. Villanovanus putat THINISSA, Θίνισσα Ptolemæi esse. Thinissam Ptolemæi, TONEISA ab Antonino dici credit Simlerus. Errat Pachimerius, qui tradit Carthaginem hodie Tunisi appellari.

TUNGRI, Τύγγροι, Ptolemao & Tacito, sunt Germanorum populi. inter Tabudam & Mosam habitantes. Eorum urbs etiamnum Tongeren, & nonnullis Hepen Tongeren vocatur.

TUNGROVUM FONS, à Plinio celebratur, in Tungrorum finibus hunc cives urbis Tungrorum sub ipsa civitatis moenia constituunt. Alij, inter quos Gilbertus Lymburgius, eum in pago Spa dicto, collocant; & verius, ut ego suspicor: utrumque enim vidi, & gustavi; propius namque ad Plinij descriptionem hic accedit. Hunc Savenier, & Boullon vocant accolæ. Andreas Baccius in suo de Balneis opere, scribit eum Iserbozn vocari, sed hoc commune Germanorum vocabulum est omnium fontium acidorum, quos vulgo vocant Iserbzn & Saurbzn. Huius Tungrorum fontis vires descripsit peculiari libellulo Gilbertus Lymburgius. Situm eius aliquando divulgabit in nostro Itinerario Ioannes Vivianus.

TUNNIAS, vide TINNI.

TVOLA, τὸ βλά Ptolemao Corsicæ insula fluvius. Leadro Golo dicitur. hoc tabule quoque restantur.

TURCÆ, se ipsos Musulmannos vocant. ut scribit Hugo Favolus, in suo Hæxoporico Byzantino. Eorum sedes à Plinio & Pomponio ad paludem Maotidem describitur. VNNOS à Persis Turcas vocari, scribit Eustatbius: THVNNOS etiam à Plinio appellari docet Hermolaus, in suis Castigationibus Plinianis, lib. 6. cap. 7. Scylace auctore, ut ex eo tradit Theod. Gaza, Turca sunt, quos Strabo CYRTIOS, κῦρ-

ποι, nuncupat; Romani CVRCIOS, & contractè CVRTOS dixere. Idem Gaza Gemistum Plethonem adducit, qui eos PAROPAMISADAS esse velit: cui tamen se non assentiri saterur. A Scythis qui Caucasios montes inter Pontum Euxinum & Caspium mare habitant, originem trahi, omnes ferè auctores unanimiter consentire videntur. Turcum significare hominem, qui agrestiore victus rationem sequitur, tradit Chalcondilas. Postellus putat eos Hebrais TOGARMA nominari. sic etiam Benjamin Tudelensis. Non praterire hic debeo, quòd Pintianus in suis Pomponianis castigationibus. Turcorum nomen ex Plinio et Mela expungit, in eorum q̄ locū IVRCAΣ, ἰέρκα, substituit. ex Herodoti Melpomene. quo verò iure, ipse viderit. Maiore certè applausu eos ex nostra Europa, quam ex his scriptoribus profligasset. Vide VNNI, IAXARTÆ, & SARMATIA.

TVRDE, vide TVDER.

TVRDETANI, τερδετανοὶ Ptolemao Lusitaniae populi sunt, ubi hodie Algarbiæ regnum est; pars Regni Portugallia. Videntur à Pomponio TVRDVLI VETERES vocari. Strabo scribit quosdam inter Turdetanos & Turdulos distinguere; nullā autem distinctionem suo tempore apparere. Stephanus TVRTYTANIA M, τερτυτανία, regionem ex Artemidoro habet. Item TVRTOS, τέρτοι, & TVRTVTANOS, τερτυτανοί, incolas. Vide BÆTICA, & BASTETANI.

TVRDVLI, horum tria genera in Hispania esse, annotavit Varrerius, in sua Corographia. Turduli simpliciter, & Turduli Veteres, in Lusitania, ex Plinio & Mela. Turduli, in Bætica sunt Ptolemao. Vide TVRDETANI, BARDVLI, & TARTESSIDIS.

TVRGANA, Arabia Felicis insula est, Ammiano, lib. 23. in qua Serapidis maximum esse templum scribit. putarim ob id, eandem esse cum SARAPIDI Ptolemæi.

TVRIA, vide LOBETVM, & DVRIAS.

TVRIAS, vide DVRIAS.

TVRIASO, τρειασώ, Ptolemao Hispania Tarra-

- Tarracomenfis urbs. Hoc nomen etiam in numo Augusti aere legi. Clusius dicit hodie Taraçona appellari. ibidemque extare vetustas inscriptiones, in quibus TVRIA-SO habetur.
- TVRINGI, & TORINGI, ut eos Sidonius & Vegetius vocat. THORINGIA habet Cassiodorus, lib. 4. Variarum, ad Herminafridum. Germania populi sunt, qui hodie Duringer appellantur. Fabricio & Rhenano.
- TVRIVM, vide DVRIAS, & TRICORNIVM.
- TVRMEDA, vide AMPHIPOLIS.
- TVRMODIGI Plinio, THERMIDA, θερμίδα, forte Ptolemao, ut Pinetus suspicatur. cui Raias hodie nominatur. Tarracomenfis Hispanie populi, sive opidum.
- TVROBOLIS, vide LIBISONIS Turris.
- TVROCELO, Vmbriae opidum, quod VETRIOLVM. Plinius.
- TVRONES, Gallorum populi, apud Casarem. Tours urbs hodie ab eis habitatur, ut ait Marlianus. Touraine eorum territorium dicitur.
- TVRRENA AVGVSTALIS, Catoni (si verus est titulus) Tusciae urbs maritima est: quae à Leandro Burnea nominatur.
- TVRRES, Antonino maritimum Tusciae opidum. Leander, qui illud hodie S. Severa vocari dicit; putat esse CÆRRETANORVM Navale; de quo Strabo, lib. 5. Scio Diodorum in principio libri 15. Turres (sive πύργοι) hoc tractu habere: quam Navalem stationem prope Agyllas vocat.
- TVRRIS, vide LIBISONIS.
- TVRRIS AVGVSTI, vide ARÆSEXTIANÆ.
- TVRRIS STRATONIS, vide CÆSAREA.
- TVRRIS SYLLANA, vocatur Latinis ea Hispanie urbs, quam vulgo Tordefillas appellant. Nescio an nomen apud antiquos reperiatur.
- TVRRVS, Plinio Fori Iulij fluvius. Turro à Leandro vocatur.
- TVRTI, TVRTVTANI, & TVRTY-

- TANIA, vide TVRDETANI.
- TVRVLIS, vide DVRIAS.
- TVRVNTVS, τεράντ, Sarmatia Europae fluvius, apud Ptolemaeum. Duina hodie dici, Becanus auctor est. Duinā hanc aliquib. Rubonem appellari, scribit Herbersteinus.
- TVSCANIENSES sunt Plinio lib. 3. cap. 5. Etruriae populi. Toscanello hodie eorum locus dicitur, ut Leander tradit.
- TVSCIA, τῆσκιε, Italiae regio, quae hodie incolis Toscana vocatur. Hoc vocabulum olim per θ, sive TH, scribi solere, tradit Halicarnasseus lib. 1. Quondam ETRVRIA, ἐτρῆρία, & Graecis TYRRHENIA, τυρρηνία, dicta fuit, Strabone teste. Dion. Halicarnasseus scribit eam olim PELASGIA, & RASENA, ἐρσένια, vocatam. RAZENVA est apud Myrsilum: cui etiam VMBRIA, & patria lingua SALEVMBRONE dicitur. COMARA quoque appellata fuit; si Annio cum Beroso credere fas est.
- TVSCVLVM, τῶσκειλον Ptolemao, Straboni, Livio, & Halicarnasseo, Latij urbs est. Tusculo à Leandro dicitur. TELEGGON à conditore dictum, scribit M. Niger. τῶσκειλον, forte Stephano est.
- TVSCVLANVM, Ciceronis praedium, in Tusculano territorio, erat quondam eo loco ubi hodie est monasterium S. Mariae de grotta ferrata dictum, ut Leander scribit. vel, ut Fabricius ait, ubi Frascata visitur. τῶσκειλον, fortasse est apud Stephanum. Halicarnasseus lib. 5. quoque τῶσκειλών, populorum meminit in Italia.
- TVSSVLI, vide GERANIA.
- TVTILÆ, vide ARÆ.
- TYANA, τύανα, Cappadociae urbs, Straboni & Plinio. Idem Strabo eam EVSEBIAM, ἐυσέβεια, ad Taurum vocari ait. Arrianus in suo Periplo scribit aliquando THOANAM, θόανα, appellatam.
- TYANITIS, vide CAPPADOCIA, & PONTVS Cappadocicus.
- TYBVR, vide TIBVR.
- TYCHE, vide SYRACVSÆ.
- TYDE Castellum, Plinio Hispania locus. Clusius vo-

- sius vocat Tui, ad Minium fluvium, in Gal-
lecia. Hoc non est TVDE Ptolemai.*
- TYLLESIVM, τυλλήσιον, habet ex Lycophrone Gab. Barrius, Calabriae promontorium: quod novo nomine Corica appellari hodie dicit. Idem ibidem TYLLESIVM urbem habet, quam Agello vocari ait.
- TYLVS, Messenie in Peloponneso urbs. quam nonnulli OETVLVM vocant, inquit Strabo: ex Xylandro interpretatione. Nā Gerbelius, & Bonacciolus legunt Pylus, & Bætylus: sic enim in Græco exemplari est, πυλός, & βαίτυλα. quod Xylandro non placere in Annotationibus ostendit. Sed de eo vide in dictione BITYLA. Vide TYRVS.
- TYMOLVS, vide TMOLVS.
- TYMPANIA, τυμπάνεια, Elidis regionis opidum, in Peloponneso, Ptolemao. Plethon sine M, scribit. TYPANEI populi sunt Plinio. Strovifi, Nigro: Vardogna, Castaldo est.
- TYNDARIDES, vide ARGONAUTE.
- TYNDARIVM, τυνδάριον, Siciliae opidum Ptolemao. Oliviero Castello hodie nominatur à M. Nigro. Fazellus scribit totam prostratam iacere & adiculam eo in loco tantum hodie extare; S. Maria à Tindaron nomine.
- TYNES, TYNIS, & TYNETVM, vide TVNES.
- TYPANEI, vide TYMPANIA.
- TYPHON, vide ORONTES.
- TYPHONIS Scopuli, sunt apud Lycophronem: Isacio eius Commentatori, vocantur ARIMI, ἀίμα, montes Ciliciae.
- TYRAS, τύρες, Ptolemao Mysiae inferioris urbs. A Nigro Zothezavea nominatur.
- TYRAS, Sarmatia Europæe fluvius, apud Ptolemaum. Nester, Willichio & Herbersteinio. TYRA legitur apud Plinium, & TYRAS apud Stephanum pro fluvio, & opido, quod antea OPHIVSAM, ὀφίωσα, dictam asserit. Ptolemao verò duo sunt opida, Tyra & Ophiusa, eaque in Mysia Inferiore. Pro Tyro fluvio, male DRICCA à Iornande scribi, credit Becanus.
- TYRIA, vide EVROPA.

- TYRISSA, τύρισα, Ptolemao Emathiae urbs in Macedonia. Ceresi nunc, Mercatori.
- TYRMENI, vide SCYTHÆ.
- TYRRHENIA, Italiae regio, cuius populos aliquando PELARGOS, πελαργοί, dicitos, scribit ex Myrsilo Halicarnassius, lib. 1. Item Strabo lib. 5. Eisdem LYDOS, λυδοί, nominatos, tradit Herodotus, in Clito. ut qui à Lydia in hanc regionem transfugarint. Vide TVSCIA.
- TYRRHENVM Mare, quod Plinio auctore TVSCVM, NOTIVM, & INFERRVM etiam vocatur. LIBURNVM Cicero vocat. Mar Tosco à Leandro; & Mer de Marseille à Vincetio Lupano, in Tacitum, dicitur.
- TYRRHINA, vide ORGANA.
- TYRSENIA, vide ITALIA.
- TYRVS, τύρος, Phœnicia urbs celeberrima, orbis olim emporium. SARRA vocata fuit, Gellio & Festo testibus. Sacra littera SOR, vel TZOR nominant: & vulgari vocabulo hodie Suri dicitur; Postello auctore, & Nigro. Est etiam TYRVS antiqua, triginta stadiis hinc distans, ut eam describit Strabo. quam nunc Paletyron, (quod idem significat) appellant: ut tradit Niger.
- TYRVS, Maris Rubri insula, Stephano: quâ ab Artemidoro TYLOS, per L, vocari subdit. Theophrastus non semel meminit Tyli insulae Arabicae, in mari Rubro. Vide ANATHA.
- TZACONIAS, vide CRONIVM.
- TZANI, vide MACRONES.
- TZARPHAT, vide GALLIA.
- TZOPHARA, vide ARMENIA.
- TZOR, vide TYRVS.

V.

- VABAR, βαβαρ, Mauritania Casariensis urbs, Ptolemao. Bismeo apud Castaldum nominatur.
- VACALOS, vide VAHALIS.
- VACCA, Plinio urbs Lusitaniae, quæ Ponte Vouga Varrerio. Puto BACCIA ab Orofio

- Orosio dici, ubi scribit eam à Q. Fabio Ser-
villiano deditione receptam. Vacca apud
Plinium lib. 5. cap. 2. flumen & opidum
esse, ostendit idem Varrerius archetypo To-
letano: ubi legitur, flumen Vacca, opidum
Vacca, opidum Talabrica, &c. vide VACVA.
VACCÆI, vide BACCÆI.
VACOMAGI, βακωμάγοι, Albionis insula
populi, apud Ptolemæum. Sterlingum, ur-
bem Scoticæ, putat H. Bœerhius.
VACORIVM, βακωρίων, apud Ptolemæum
Norici urbs est; que Villaco Itali, & Dil-
lach Germanis dicitur. Sabellico & Iorio
testibus. Opidum Carinthiæ; inter Alpium
rupes, ad Dravum fluvium.
VACVA, βάκβα, Straboni, VACOS, βακω-
σοί, Ptolemæo, VACCA Plinio; Lusita-
niæ flumen. Vouga hodie, Varrerio & Va-
seo.
VADA, Tacito Batavorum urbs que hodie
Wagening dicitur, testibus Rhenano, &
Divæo. Vide VOLATERRÆ, & SA-
BATA.
VADIMONIS Lacus, Plinio in Tuscia est.
Lago de Bassanello, Leandro; sed Lago
di Viterbo, Fabricio. hunc sulfureis aquis
fumantem vidimus.
VADVMSABATIVM, vide SABATA.
VAFRIÆ, vide ACERRÆ.
VAGA, Latinis dici eum fluvium Cambriæ,
(ea Angliæ insule pars est) qui Britanis Go-
wy, & Anglis Vuy, vocatur; scribunt Le-
landus, & Lhuydus.
VAGEDRUSA, vide ARETHUSA.
VAGNIACVM, locus in Angliæ, ut est in Iti-
nerario Antonini. Wrotham vicum putat
Talbotus, in suis ad hoc Itinerarium Con-
mentariis.
VAHALIS, Batavorum fluvius, aut potius
pars Rheni, apud Tacitum & Casarem. sed
VVALIS est apud Casarem, ubi quedam
exemplaria VACALOS habent. Wael
hodie dicitur. Tacitus NABALIÆ flumi-
nis etiam meminit: sed Vahalidis ibi quoque
legendum putat Rhenanus.
VALCVM, Pannoniæ Inferioris opidum,
Antonino. quod Veltz, Simlero.
VALDANVS, Plinio Pannoniæ fluvius. qui

- Lazio, Valpo dicitur.
VALENA, βαλενία, Ptolemæo Pannoniæ Su-
perioris urbs. Gran, ad Danubium, Villa-
novano est.
VALENTIA, βαλεντία, Contestanorum in
Hispania Tarraconensi urbs, Ptolemæo. Va-
lenciæ hodie, Clusio. Hanc Valentiam anti-
ca ROMAM vocatam, à Romo Hispano-
rum quondam rege, scribit non solum An-
nius in Mancikonem; sed etiam P. Anto-
nius Beuterus, in suo Hispaniæ chronico.
Nummus aureus, in Goltzj historia est, qui
habet COL. IUL. VAL. ego lego CO-
LONIA IULIA VALENTIA. Vide
ROMA, & BANASA.
VALENTIA, Colonia Gallie Narbonensis,
Ptolemæo. Valença nunc, teste Foldo Albe-
nate.
VALENTIA, Ammiano Britanniae insula
pars quam Gyraldus Cambrensis Scotiam
vocat. Vide BRITANNICÆ, & IA-
PYGIA.
VALENTINVM, vide FORVM Fulvij.
VALERIA Colonia, Corsicæ insulae urbs,
Ptolemæo. Leria dicitur Pineto. Sed ALE-
RIA, βαλερία, non Valeria, est in Grecis
exemplaribus. Sic habent quoque Plinius,
& Antoninus.
VALERIA, Germania regio, & Pannoniæ
pars; sic à Valeria Diocletiani Imp. filia no-
minata ut Marcellinus refert. Huius me-
minit quoque Iornandes. Rhenanus Cra-
baten; Lazius Styriam interpretatur.
VALERIA, Celtiberorum in Tarraconensi
Hispania urbs; Ptolemæo. Valeria, vel
Quença dicitur, Clusio & Taraphæ. In
Castella Nova (ut vocant) sita est.
VALESIVM, vide ALETIVM.
VALINSA, ut inscriptio eius tractus ostendit;
sive VALLENSES, ut Liber Notitia-
rum habet: est ea in Alpibus regiumula, que
hodie Wallisfertandt vocatur. Eam olim
tenere VIBERI, VERAGRI, & SE-
DVNI. Iosias Simlerus.
VALLATA, habet Clusius. pro ea civitate
Hispaniæ, que hodie Vanença dicitur cis-
ca Astorgam. Sed ignoro auctorem huius
vocabuli.

VALLATVM Antonini, Weilenbach Sim-
leri est. Rhatia opidum.

VANDALI, VENEDI, FENNI, &
SCLAVI, teste Melächtone in Tacitum,
qui eorum omnium meminit, sunt unius
gentis variae appellationes. VANDAIOS
vocat Crantzius Bohemos, Polonos,
Ruffos, Dalmatas; has enim omnes regio-
nes Wandaliā cōprehendere ait. Vernac-
ula lingua Wändē et Windē nominātur.

VANDALVS, vide VISTVLA.

VANGIONES, ἠαγγίones, Germaniae po-
puli, ad Rhenum: Wormbser bisthumbg,
E. Rhenano & Lichtenavio. Sed contrā af-
firmat Pirchaymerus, VANGIONES ef-
se Spirenses; NEMETS, νέμης, verō
Wormatienses. Rationem addit Ireni-
cus, nempe quōd Ptolemæus, qui in descri-
ptione Rheni solitus sit à Meridie in Septen-
trionē decurrere, primū meminit Vangio-
num, deinde Nemetum. Wormatiam urbem
olim vocatam VANGIONVM SPE-
CVLAM, ex antiqua ibidem inscriptione,
colligit Ioannes Heroldus.

VANNIENSES, vide FLAMONIEN-
SES.

VAPINCVM, Gallie Narbonensis urbs; a-
pud Antoninum. Gap, Simlero est.

VARA, vide VARAR.

VARADANVS, vide ACHARDEVS.

VARALII, ἠαράλιοι, in ora Dalmatia po-
puli, quos posteri ARDIÆOS, ἀρδιᾶιοι,
vocavere. hos à mari in mediterranea abe-
gerunt, coëgeruntq; agriculturæ vacare.
Strabo. Videntur Ptolemæi VARDEI,
ἠαρδιᾶιοι.

VARAMVS, Venetorum fluvius, Plinio. A
Leandro Caloro interpretatur.

VARAR Aestuarium, Ptolemæo Albionis in-
sula. Hodie Murrai firth vocatur. Sed
VARA, ἠαρά, in Græcis exemplaribus le-
gitur.

VARCAONENSIS, vide ALBA.

VARDEI, vide VARALII.

VARENTANVM, scribit Leander ab An-
tonino vocari Tusciae opidum, quod hodie
Valestano nomen habet.

VARGIONES, ἠαγγίones, Germaniae po-

puli, Ptolemæo. Scudo, Barr Landtgraf-
schaft videtur ad fontes Danubij regio.

VARIA, vide VERETVM.

VARIANTVS Vicus, Antonino locus est inter
Patavium & Bononiam. Figarola fortè
hodie.

VARINI, Germaniae populi, apud Tacitum.
Nieuwe marckt, pars Marchie Brande-
burgica, fortè: ut Willichius scribit. Altha-
merus censei hos Warmiensi urbi episco-
pali, in Prussia, nomen reliquisse.

VARISTI, ἠαίριοι Ptolemæo, sunt NARIS-
CI Tacito; ut putat Peucerus & Willichius.
Vide NARISCI.

VARVCA, vide VATVCA.

VARVS, ἠαρός Ptolemæo & aliis, fluvius, &
terminus inter Galliam & Italiam. Varo,
Leandro & Poldo.

VASCO, vide VASSIONENSE.

VASCONES, ἠασκωνες, Hispaniae populi, a-
pud Ptolemæum, Plinium, & Tacitum.
Navarra, Tarapha est.

VASCONVM Saltus, Plinio Hispania tra-
ctus, à Pyreneo ad Oceanum. Lepuscoa,
Pinetus vertit.

VASIO, & VASIORVM, vide VASSIO-
NENSE.

VASSIONENSIS Opidi meminit Sido-
nius lib. 5. Epistolarum, ad Apollinarem;
& lib. 7. ad Fontellum. Fortè hac VA-
SIORVM ἠασίων, civitas Ptolemæi est, in
Gallia Narbonensi: quam Varrerius putat
VACIO Vocontiorum apud Melam esse: &
FORVM VOCONTIVM apud Cice-
ronem, in Epistola quæ incipit, Antonius.
item VASIO Plinij; apud quem nonnulla
exemplaria malè VASCO legunt. Vide
FORVM Voconij.

VASTETANI, vide BASTITANI.

VATASTICA, vide MONA.

VATRENVS, amnis apud Plinium; qui ho-
die Forum Cornelij alluit, ut Niger tradit.
Leander eum Santerro vocat.

VATVCA, Castellum in mediis ferè Ebu-
num sinibus, Casari. Marliano Balcken-
burg/ aut Gulick (quod Galli Luliers vo-
cant) videtur. Nonnulli hic VARRVCA
habent. Rhenanus libenter RATVCA le-
git; &

git; & ex eo Hertzogenrode facit, opidulum situm inter Aquisgranum et Iuliacum: cui minimè astipulatur H. Leodius. De hoc loco Casaris, sic scribit Fulvius Ursinus, in suis Emendationibus: Liber meus habet AVATV CAM. quam lectionem confirmat Ptolemaeus, licet operarum vitio AVA CVTVM apud illum scriptum sit.

VATRANVS, vide VULTURNVS.

VBI, Germaniæ populi Tacito, Vbich pagus, in agro Iuliacensi, fortè horum nomen servat. Althamerus scribit hos à Strabone VIBIOS, & à Plinio INCUBOS dici; sed mala lectione: nam hinc Vbij, legitur apud Plinium, lib. 4. cap. 17. Strabo quoque Vbios habet; sive Græcè OYBIOI. Vide AGRIPPINA Colonia.

VBISCI, vide VIBISCI, & SANTONES.

VCENNI, vide VOCONTII.

VCHRI, vide SCLAVI.

VCIA, vide VRGIA.

VCVBIS, Hispaniæ Betica urbs, apud A. Hirtium. Lucubi hodie nominari, tradit in suo Itinerario And. Navagierus.

VCVLTINIACVM, Betica Hispaniæ civitas, quæ nunc CVRIGA dicitur, inquit Plinius. Hanc ACVRGIA à Ptolemæo vocari scribit Pintianus. CVRGIA, κέργια tamen triflabum tatum apud Ptolemæum lego.

VDACEPSIS, vide TAURVS.

VDENOE, vide ISTVS.

VDIBA, vide IDVBEDA.

VDISSVS, vide ODYSVS.

VECTA, vide VECTIS.

VECTERI, vide VELIATES.

VECTIS, insula Britannici maris, Plinio; VICTESIS, ἐκτισις, legitur apud Ptolemæum. VECTA habet Eutropius. Wicht Anglicè, Vvÿdÿ Britannicè dici, scribit Humfredus Lhuydus. Hæc ICTA, ἱκτα, Diodori Siculi mihi videtur sed fabulosum, quod is de maris refluxu addit.

VECTURIONES, vide PICTI.

VEDRA, ἐδρα, Albionis insule fluvius. Hodie Tweede putatur, qui Angliam à Scotia separat.

VEGERRA, vide NVAGERRA.

VEGESATVM, Gallia Belgica opidum. meminit eius auctor qui vitam Henrici IIII. Imp. scripsit; ut tradit Divæus. H. Leodius Weset (quod Galli Vise vocant) interpretatur. In ripa Orientali Mosa fluminis est, medio itinere inter Leodium & Traiectum.

VEIENS, vide LARTHENIANVM.

VELAVNI, vide VELLAVNII.

VELCERA, ἐλάκη, Ptolemæo Illyridis opidum: Thevetus hoc Bacharin vocat, & addit quoque Neufchaateau (Castello novo fortè) appellari.

VELDIBENA, Germaniæ urbs Antonino. Simlero est Wilten, opidulum prope Oenipontem.

VELIA opidum, quod olim HELIA, ad Sinum Pæstanum; Plinio. BYLE, & BELLEA, βύλη καὶ βελία, Stephano quoque dicitur. Strabo ELEAM, ἐλέα, suo tempore, antea HVELAM, υέλν, & ELLAM, ἐλλν, appellatam scribit. ELEA quoque apud Stephanum est. S. Bonifacio est Barrio. Vlastra, Nigro nominatur; sed Policastro Pyrrho Ligorio; item Scalea Pandulfo, sed malè, ut docet Gab. Barrius. Vide ROMA.

VELIATES, cognomine VECTERI, Italiæ populi, in octava regione. Plinius lib. 3. cap. 15.

VELICER fluvius, de quo sic Sidonius, in Panegyrico ad socerum suum: Bructerus ulnosa quem Velicer abluit unda. Goropius arbitratur eum designare, qui in Westfalia paulo supra vicum Velen dictum, è silvis sumit exordium, non longè ab Vestocastello in Isalam deferendus. Si hoc verum est, hodie Aa vocabitur.

VELINVS Lacus, eius meminit Plinius & Tacitus: in Umbria est: & Lago de Termini dicitur, ut scribit Georg. Fabricius: vel Lago de pie de Luco, ut Leander Albertus. Velini fontes habent Virgilius & L. Florus.

VELITRÆ, Latij populi, & urbs; Livio: BELITRA, βελίτρα, Stephano. Et hodie Belitre, ut habet Leander.

VELLAVNI, Gallie Narbonensis populi, sed simpliciter L. scribit Ptolemæus. *βελωνοι*, Plinius etiam VELAVNI. Hodie eorum tractus Vallania dicitur, & Velaij eorum opidum; ut docet Ioannes Poldus. Velaye vocari eorum regionem, video in Oronij tabulæ.

VELLAVNODVNVM Casaris, & AVTRICVM, *αυτενον* Ptolemæi, eadem urbs putatur à Paradiso, cum ANTISIODO (quo loco nonnulla exemplaria ALTISIODORVM legunt) Antonini. AVTOSIDVRVM habet Ammianus lib. 16. Hodie Auxerre dicitur scribit Rob. Cœnalis. Urbs est in Burgundionibus; vino, quod inde nomen habet, nobilis. Hanc Auxerre, vult Simlerus AXVENA apud Antoninum nominari. De Vellaunoduno vide Annotationes Vigeneri, in Casarem, ubi docet potius cōstitui debere ubi hodie Chastcaulandon est.

VELLICA, *βελικα* Ptolemæo Cantabrorum mediterranea urbs. Victoria hodie est, Villanovano.

VELOCASSES, Casari sunt Belgarum populi, quos Marlianus scribit hodie Castellum (opidum id est Flandria, in cœcumine montis situm) occupare. Divus Vergassius ex eis facit, ad Sequanam; quorum opidum priarium Gifortium dicitur. Idem facit Cœnalis. VEROCASSES per R. legit Vigenerus, atque eos in Harmonia ex cœmētura collocat. Sed longè hinc migrare eos cogit Pet. Pitheüs, in suis Adversariis. Is enim eos in ultimis Aræmorica Gallia finibus ponit ad eam ut Oceanum penè digitum tangant. vocatq; eos BELLOCASSES & VELLIOCASSES apud Casarem. Item BAIOCASSES apud Ausonium, eo verso BAIICASSI. quo loco olim malè (ut ipse inquit) Tuba Gocasi, legebatur. Videntur quoque à Ptolemæo VENELIOCASSI, *βελωνοισσι*, appellari.

VEMANIA, vide VIANA.

VENAFRVM Antonino, item Plinio & Ptolemæo, *βενεαρον*, Hirpincorum urbs est, in Samnitibus. Venafri nominatur à Leandro.

VENALES, vide CASTVILO.

VENANTODVNVM, id est, Venatorum mons, ut scribit Lelandus; qui hoc Angliæ opidum sic vocat, quod incolæ Huntendune appellant.

VENDVM, vide ALA FLAVIANA.

VENEVENTOS, vide BENEVENTVM.

VENEDI, Germania populi, Tacito: *Widindit*, ad Venedicum sinum, seu Balticum; Herbersteinio est. Vide VANDALI.

VENEDICVS, vide CYLIPENVS.

VENELI, *βενελι*, Gallie Lugdunensis populi, apud Ptolemæum. Apud Casarem VNELLOS vocari, putat Villanovanus. Blasio *Viginereo* sunt qui hodie Percherons vulgo dicuntur.

VENELIOCASSI, vide VELOCASSES.

VENERIA, vide NEBRISSA.

VENERIS Insula, vide LÆA.

VENETI apud Casarem sunt Gallie populi. Marliano Vannes, in Britannia minore. Ipsam urbem idem Casar VENETIAM appellat. Venetos quoque CYANTES nuncupatos scribit Blondus & Cœnalis. Vide EVGANEI, & CAPPADOCIA.

VENETVS Lacus, Pomponio, quem Rhe-nus efficit. Cellersee, Munstero: Vndersee Scudo. Recentia hæc, synonyma sunt.

VENICNIVM, *βενικνον*, Hibernia promontorium, apud Ptolemæum. Ligna, à Nigro appellatur.

VENICONTES, vide TAIZALI.

VENNENSES Plinio, in Hispania sunt populi. Duegnavertit Pinetus.

VENNONES, *βεννονες*, Straboni; VENONES Plinio, VINNONES, *βεννονες* Ptolemæo, & VENVSTA Vallis Luitprando; in Helvetia est, & Winstgortu, atque Engadin dicitur, scribit Scudus. Vide VENNONETES.

VENNONETES, Rhetorum populi, apud Plinium. Hi sortasse, inquit Scudus, postea VENTONINI, hodie autem Veltolini appellati sunt, Beltilin Germanis, Voltolina Italis. Villanovanus putat hos eosdem esse cum Vinnonibus Ptolemæi.

VENONES, vide VENNONES.

VENTA Silurum, Antonino Britannia urbs est; quam Humf. Lhuydus Caerwent appellari ait.

VENTA Belgarum, Antonino Britannia insulae opidum; quod Humfredus scribit. Britannie Caeroder pu dant badan/ & Anglice Bristou vocari. Ptolemaeus quoq; eius meminit.

VENTA, & VTRA, in Simenis civitas Ptolemaeo; in Albione insula. Dorchester, Prisco teste. Hunc Norwiciam Lhuydus in Icenis ponit; & eam que in Simenis est sita, a Britanno Caerwijnt, & Angli Wijnchestre dici scribit. Sed Ioznes Caius in Libello suo De libris propriis. sic: Nordwicum, cuius Tacitus & Antoninus, ille sub NORDOVICI nomine, hic sub VENTAE appellatione, facit mentionem. Ego Nordovici mentionem apud Tacitum fieri nescio: ORDOVICVM civitatem habet in Iulij Agricola vita; & ORDOVICES populos, iidem sunt etiam apud Ptolemaeum, sed longe distantes ab eo loco ubi hodie Nordwiche conspicitur.

VENUSIA, & VENTISIA, Straboni, Ptolemaeo & Plinio, Apulorum Peuceuerum urbs. Venosa Leandro vocatur. SABELLYS valez idem quod VENVSINVS: quia pulsis Sabellis, in loca vacua Venusini deducti sunt a Romanis. Sic Lambinus in Horatij lib. I. Epistoliarum.

VER, vide TIL.

VERAGRI, Alpiam incolae apud Caesarem: Waliseriandt/ Paradiso vocantur. Pais du Gavot, Studo. Vide SEDVNI.

VERBANVS Lacus, Italiae Transpadanae, Plinio auctore. Lago Maggiore hodie, ut testatur Leander, & alij. Sunt qui hunc lacum a Virgilio MAXIMVM vocatum putant, eo versu, An ne lacus tantos? te Lari, Maxime, &c. inter quos est Varrerius, & quidam alius vir eruditus editis libris clarus, cuius nomen iam non occurrit. dicunt q; maxime hoc loco apud Virgilium non esse Larij Lacus epitheton, sed proprium lacus nome.

VERBIGENVS, Casari Helvetioru pagus. VERBIENVIS suspicatur scribendum Rhe-

nanus, & Orba hodie vocari opidum in Cifurana Burgundia situm. Caius, ut idem inquit, Antoninus meminit, in suo Itinerario, nomine VRBA. In eo consentit etiam Scudus: sed is VERBIGENVM vult nunc Ergow dici. Rbellicanus scribit in nonnullis codicibus VRBIGENVVS legi.

VERBINVM, Veromanduorum opidum esse, scribit ex Itinerario Antonini Divus. hodieq; Vervin appellari ait.

VERCELLAE, & VERCELLAE Ptolemaeo Libycorum civitas, sub Insubribus. Vercelli hodie Paradisus scribit in sua Sabaudia prius MAROPOLAM vocatam qua fide, mihi non constat.

VERETVM, & VERETON Ptolemaeo Salemtinorum urbs mediterranea. VERETINOS vocat Plinius. Hanc BARIS, & CAES, et BARITOS, & CAES, antea dictam, scribit Strabo, lib. 6. Xylander in suo Strabone putat eandem esse, cum VARI A cognomine APVLAE; de quo Plinius, lib. 3. cap. 11. Vide Castigationes Hermolai, in hoc Plinij caput.

VERGAE, Bruicorum opidum Livio; VERGIANVM hodie, & Vulgo Rogiano, ut tradit Gabriel Barrius.

VERGEMINVM, Galliae Cispadanae, ad ripas Ticini opidulum. ut Gaud. Merula testatur. quod idem ab Herm. Barbaro VIRGLEBANVM appellari addit.

VERGENTVM, Hispaniae opidum: quod IULII GENITOR dicitur. Plinius lib. 3. cap. 1.

VERGINIVM, & VERGINIA, Mare, ut Ptolemaeus, vel HERERNICVM, ut alii; Mare est quod Hiberniam & Angliam interluit. Sic & Meridiu Britannice vocari, ait H. Lhuydus. Canalem S. Georgij vocant Angli & Galli.

VERGION, vide BASILIA.

VERNIA, vide HIBERNIA.

VERNICONES, vide TAIZALI.

VEROCASSES, vide VELOCASSES.

VERODVNVM, quod per I, quoque in prima syllaba scribitur apud Antoninum. Galliae Belgicae urbs Verdun dicta, ut Simlero placet.

VEROLANIVM, Britannia insula opidum, Antonino. Anglicè Wethelingcestre vocari, scribit Lelandus: & Suertham Britannicè dici, tradit Lhuydus. VERV-LAMIYV per V & M, apud Tacitum legitur hoc Wethelingcestre Anglis olim dictum, sed nunc S. Alboin appellari, auctor mihi est Daniel Rogerius cognatus meus: qui eam sedulo contemplatus est, ibidemq; adhuc fossas semiplenas, & murorum antiquorum partem, multaq; verustatis monumenta se vidisse, mihi testatus est. Hunc locum cum ego postea perlustrassem, ab ipsis incolis intellexi opidulum S. Albani, & agrum illi vicinum ubi haec murorum maxima crassitudinis ruina extabant, vulgò adhuc Verulam, sive Werlam vocari. VROLANIVM, ἐρωλάνιον, habet Ptolemaeus, in Catyeuchlanis.

VEROMANDVI, ut Caesar & Plinius habent; vel ROMANDII, ῥωμαίωνες, ut Ptolemaeus legit, Galliae Belgicae populi sunt; qui hodie Vermandois vocantur.

VERONA, ἐῖρανα Ptolemaeo Cenomanorum urbs: Euganeorum vocat Plinius: hodie sub Venetis est; & nomen retinet, incolis Germani verò Dietrichs Bern appellant. In antiqua Inscriptione, quam Goltzius in suo Thesaurò habet, vocatur COLONIA AVGVSTA VERONANOVA GALLIENIANA.

VERONA, Rhetorum urbs est Plinio; quam hodie Bern dici autumo. Idem eodem loco etiam BERNENSES populos habet.

VEROVICVM, appellat Lelandus illud Angliae opidum quod incola Warwike nominant.

VERVCA, cuius Castiodorus meminit, Sabellicus, Blondus, Candidus, Niger & Leander, in Foro Iulio ponunt. & hodie Monte Falcone appellari tradunt. Sed cum hanc Verucam eleganter depingat Castiodorus lib. 3. Variarum, eamq; ad Athesim fluvium statuatur, videre nequeo, quomodo in huius locum Mons Falconis, qui in Tergestino sinu est, (quorum, tanquam Mysorum & Phrygum termini, ut dicitur, discreti sunt) veniat. Aut toto, ut aiunt, calo hi auctores

mibi errare videntur: aut Natifo, (qui parum à Monte Falcone distat) pro Athesi legisse suspicor. Meus codex sic habet: Hunc Athesis inter fluvios honoris amœni gurgitis puritate praterfluit. Quod fortasse D. Niger animadvertens, & pœnitentia ductus, quò primò hanc in Foro Iulio collocasset: postea Clusæ, qua in Alpium faucibus intra Tridentum est, (atque in ripa Athesis aliquando conspeximus) attribuit: quod vero similis est.

VERVLAMIYV, vide VEROLANIVM.

VERVLANVM, Livio Latij opidum, in Hernicis. Verulo nunc, Leandro teste.

VESATIS, vide VISVRIGIS.

VESBIVS, vide VESEVVS.

VESCIS, ἔσκις, Turdulorum civitas mediterranea, in Batica; teste Ptolemaeo. VESCI, & FAVENTIA à Plinio vocatur. Velis, Dom. Niger nominat.

VESEVVS, qui quoque MÆVLVS dicitur Vib. Sequestri; (ubi Simlerus MÆVIVS legit) Monte di Somma hodie nominatur. VESBIVS à Silio Italico dicitur item BESBIVS à Georgio Cedrena. VESVIVS quoque legit Carrio apud Val. Flaccum; & ita quoque legendum apud Statium, & Martialem suadet. LESBIVS per L, à Galeno vocari, lib. 5. Curatorie artis, scribit Amb. Leo. Sed Vesuvius ab optimis auctoribus appellatur. VESVSIVS, ἐσεσίος, legitur apud Diodorum lib. 4. qui eum quoq; PHEGRÆVM appellat.

VESONTIO, urbs Sequanorum maxima, Iulio teste. VISONTIVM, ἐισόντιον, vocat Ptolemaeus. BICENTIONA, Βικεντιώνα, Iulianus apostata, in Epistolis. BISONTIOS Marcellinus. CHRYSOPOLIM quoque appellatam, scribit Paradinus. CRISPOLINVM ego lego in Libello qui sub Provinciarum titulo circumfertur. Besanson, hodie eius nomen est.

VESPERVM Mare, vide OCEANVS.

VESSONES, vide SVESSIONES.

VESVLVS Mons, inter Alpes: Plinio, è cuius gremio Padum profluere tradit. Hunc eundem VESEVVM à Virgilio nominari, scribit Servius, eo versu, Talem dives aras

- erat Capua, & vicina Vesevo, Ora iugo. Veso, nunc dici, ait Leander. Errat Ptolemæus, ut annotavit Varrerius, qui huius fluminis caput ad Larium lacum describit.
- VESUNA, ἕσσυα, Ptolemæo Petrocoriorum urbs, in Aquitania. Perigort Villanova no est.
- VESUVIANÆ Aquæ, vide SVESSANÆ.
- VESUVIUS, vide VESEVVS.
- VETERA, ἑτέρα, Gallia Belgica urbs, apud Ptolemæum. Danten, Pyramio; Berck, Simlero: circa Rhenum opida. Aliis Aquisgranum est. de quo vide NVAGERRA.
- VETERA CASTRA, vocat Aventinus. locum ad Danubium, à Ratisbona Orientem versus quinto decimo lapide distantem. quem nunc Pfeter appellant. Puto Tacitum huius meminisse lib. I. Annalium.
- VETERA, vide NVAGERRA.
- VETRIOLVM, vide TVROCELO.
- VETVLONIVM, ἑτερώλιον, Tuscorum opidum, Ptolemæo. VETVLONIENSES habet Plinius. Vetulia, & Selva Votletta à Leandro nominatur. Sunt qui Vruitello hodie dici autumant, ut ait Hermolæus.
- VFENS, Italiae fluvius, Plinio. Chiente hodie, Cesare Orlando auctore qui scribit VTENS, & non VFENS legendum esse, apud Livium, lib. 5. ubi hunc fluvium Senonum terminum facit.
- VFFVGVM, Brutiorum civitas, apud Livium: Montalto videtur Gab. Barrio.
- VGRI, vide VNNI.
- VIA, ἄια, Ptolemæo Mauritania Casariensis urbs. Hoc loco GALLVM GALLINACEVM Antonini incidere, putat Simlerus.
- VIABELOIVM, vide BELVNVVM.
- VIACIENSES, Hispania populi, apud Plinium: quos Pinetus Bæzza interpretatur.
- VIADVS, fluvius, mihi Oder est. Vide GVTTALVS.
- VIANA, οὐία, Ptolemæo Rhetia urbs est. Hanc Simlerus VEMANIAM, sive VENIANIAM (variant enim exemplaria) Antonini putat, & Wangen interpreta-
- tur. VINIANIA legit Notitiarum liber. Vide ALA FLAVIANA.
- VIBALI, Plinio Hispania populi. Tomila à Pineto interpretatur, in Gallico Plinio.
- VIBERI, Casari: eosdem apud eundem IVBEROS vocari, putat Simlerus; in suo Valesia libello: etsi Gelenius, ut idem inquit, pro Iuberis, Viberos, ubi de Augusti tropæo mentio fit, substituerit. Vide LEPONTII.
- VIBISCI, οὐίβισκοι, Ptolemæo Aquitania populi. Hos Plinius, VBISCOS, & Strabo IOSCOS, ἰοσκοί, vocat. hoc Xylander ante me annotavit. VIVISCA gens est Ausonio, in Idyllio Mosella; per V, in secunda rectè scribi, ex antiquo lapide, docet Scaliger, in suis Ausonianis lectionibus. Vide BITVRIGES, & SANTONES.
- VIBO VALENTIA, vide HIPPO, & METAPONTVS.
- VIBONENSIS Sinus, vide HIPPONIA TES.
- VICANI AQVENSES, vide AQVENSIVM, & SALMANTICA.
- VICENSIMVM, In Antonini itinerario est urbs inter Heracleam & Thurium. Trebifati hodie est, in Calabria, Barrio teste: qui VICENVMVM legit.
- VICENTA, οὐίκεντα Ptolemæo Venetorum urbs mediterranea: qua adhuc hodie Vicenza nominatur: BITETIA, aliàs BISSETIA Aeliano, Βιθητία, Βισυτία, variat etenim lectio. VICETIA apud Plinium est. VEICETIA quoque in lapidibus haberi; ostendit in sua Orthographia Manutius.
- VICONIA, vel VINOVIA, utrumque enim inconstanter apud Antoninum legitur, pro Britannia insula urbe. Ptolemæo VINOVIVM, ἐινούβιον, esse putat Talbotus, urbem Brigantum. Vide BIMONIUM.
- VICTESIS, vide VECTIS.
- VICTORIÆ Mons, in Hispania Citeriore, ut Livius auctor est, lib. 24. Monçia forte hodie, ut Florianus putat non procul ab Iberi fluminis ostio.
- VICTRICENSIS Colonia, vide CAMO LODVNVMM.

- VICVS AQUARIVS, vide VISON-
TIVM.
- VICVS ITALICVS, Zagabria, Sla-
vonie caput, olim dictus est; Bonfino au-
ctore.
- VICVS SCCELERATVS, Rome antea
fuit CYPRIVS dictus; Livio & Halicar-
nasseo testibus.
- VICVS TUSCVS, vide LIBYSSVS.
- VICVS VALERIVS, alij VARRO-
NIS appellant. ut ait Sabellicus. NICOVA-
RO in AEquicolis, Latij opidum. Villa Var-
ronis meminit Cicero, in Philippicis, ni
fallor.
- VIDRVS, *βίδρω* Ptolemaeo Germania flu-
vius est; circa Rheni ostia. Dwarthe Water
Rithzynero dicitur. Alis Regge putatur.
Becano ille fluvius est, qui Groeningam in-
tersecat.
- VIDVA, *βιδουα*, Hibernie amnis, apud Pto-
lemaeum. VADIA habet M. Niger, & di-
ci hodie Mut vocari.
- VIENNA, *βιεννα* Ptolemaeo Allobrogū urbs,
sub Medulis. Vienne loāri Poldo. SEN-
TORIAM aliquando appellatam, scribit
Paradinus. BIENNVS, *βιενν*, Stepha-
no dicitur.
- VIGISONVS, vide TOGISONVS.
- VIGLEBANVM, vide VERGEMI-
NVM.
- VIGORNIA, vide BRANGONIA.
- VILLA CAESARVM, fluvio Tiberi impo-
sita, iuxta novum lapidem, via Flamini:
qua ob id vocatur AD GALLINAS. Sic
Plinius lib. 15. cap. 30. ubi causam huius
synonymie addit.
- VILLA FAVSTINI, Antonino Angliae lo-
cus est. quid hodie sit, se nescire fatetur Tal-
botus in suis in Antonini Britanniae Itinera-
rium Commentariis; nisi sit fortasse S. Ed-
munds Burye.
- VILUMBRI, vide VMBRIA.
- VIMINALIS, vide FIGULNEN-
SIS.
- VIMINATIVM, *βιμινάτιον*, Ptolemaeo
Mysiae Superioris opidum. Vidino à Nigro
nominatur. Viminatium P. Diacono Istri
insula est.

- VINDALIVM, & VINDELVM, vide
VNDALVS.
- VINDELICI, *βινδελικαι* Ptolemaeo & aliis
Germaniae populi. Baierni interpretantur ab
Aventino, & Philippo Appiano. Lintgordu
Scudo. VINDELICIA, habet Ptole-
maeus.
- VINDELICVS, vide ORGE.
- VINDINVM, *βινδινον*, Cenomanorum in
Gallia Lugdunensi urbs, Ptolemaeo. Ven-
dosme à Villanovano dici, lego.
- VINDIVS, *βινδιου*, Mons Hispaniae Tar-
raconensis, apud Ptolemaeum, & Florum:
Villanovanus eum Montes d'Oca & de
Asturia vocat.
- VINDOBONA, vide ALA FLAVIA-
NA.
- VINDOMAGVS, *βινδομαγυ*, Ptolemaeo
Galliae Narbonensis urbs. S. Tibere nomen
habet apud Paldum Alb.
- VINDONISSA, Tacito & Antonino in
Helvetiis opidum; quod Beatus Rhenanus
Windisch vocari tradit. Lazius in suis
Vienna scribit huius Vindonisse ruinas in
Cænobio Kunigsfelden reperiri.
- VINGENNA, Galliae fluvius, qui se in Lige-
rim exonerat: notus Fortunato, & Greg.
Turonensi. Hodie Vienne dici ex tabulis
persuadeor.
- VINIANA, vide VIANA.
- VINNONES, vide VENNONES.
- VINNOVIVM, vide BIMONIUM.
- VINTIVM, *βιντιον*, opidum Nerusiorum,
in Alpibus; Ptolemaeo. Hodie Venza Iosiae
Simleri.
- VINVLI, vide VVINVLI.
- VIOLASCENSIS Pagus, qui MARTIA-
LIS aetate citiore vocatus est. Sidonius lib.
Epistolarum 2. ad Maursium.
- VIORVM VALENTIA, vide HIP-
PON.
- VIPITENVM, opidum Germaniae, Anto-
nino. Simlerus dicit hodie Am Augl. aut
Stertzingen/ad Brennum motem vocari.
- VIR, vide FLORIVS.
- VIRGANTIA, vide BRIGANTIVM.
- VIRGAO, vide ALBA.
- VIRGI, in Sinu Virgitano est Melae. Hispan-
iae Tar-

- nia* *Tarraconensis* urbs, quam *Clusius* dicit fortè hodie *Vera*, vel *Bera* dici. eiusdem enim prononciationis est apud Hispanos *V & B*. De hoc *Virgi* autem sic *Pintianus* in suis *Annotationibus*: *Ptolemæus* *VRCB*, ερκν, vocat. *Plinij* vetus codex *MVR CI*, servante adhuc opido priscum nomen, et si longius aliquanto submoto à mari. Ego *VRCI* in excusis exemplaribus *Plinij* lego.
- VIRGIUM*, & *VORAGIUM*, Latinis dici *Liguria* opidum, quod vulgo *Voragine* vocant; auctores sunt *Blondus* & *Leander*.
- VIRIBALLVM*, εἰπιβαλλον, *Corfica* opidum, *Ptolemæo*. *Punta di Adiazza* dicitur *Leandro*.
- VIRITIVM*, εἰριτιον, urbem *Germania*, in tractu *Septentrionali*; habet *Ptolemæus*. *Griesnagen* facit ex ea *Villanovanus*. *Grieppwald* *Althamerus*.
- VIROCONIVM*, vide *VRICOVIVM*.
- VIRODVNVNVM*, vide *VERODVNVNVM*.
- VIROVESCA*, *Hispania* urbs *Plinio*. *BVRVESCA*, βερβεςσα, habet *Ptolemæus*: & *Birvesca* novo nomine *Villanovanus*. *Pineto Vara* est, in suo *Plinio Gallico*.
- VIROVIACVM* *Antonini*, est pagus *Flãdria*, *Warwijcke* dictum; ut placet *Meyero*, & *Mercatori*.
- VIRTINGVI*, vide *SCYTHÆ*.
- VIRTUSIVLIA*, vide *ITVCI*.
- VIRVCINATES*, *Plinio* *Vindelicorum* populi sunt; ad *Ambrum* & *Isaram* fluvios, ut *Simlerus* tradit. qui eos hodie *Frielinger* vocat. Vide *THVNICATES*.
- VIRVNVM*, *Plinio* & *Antonino*, in *Noricis* opidum. quod *Friesah / Lazio*: *Judenburg / Pyramio*: *Brunectã / Simlero* est: *Carinthia* opida sunt. *BERVNIVM*, βερβιον, habet *Suidas*. additque huius nominis originem, valde, ut mihi videtur, fabulosam.
- VISERIA*, vide *MANTVA* *Carpetanorum*.
- VISIO*, *Antonino* urbs est quam *Paradinus* in *Sabaudia* describit, & *Vignonnet* nominat.
- VISONTIVM*, εἰσοντιον, *Ptolemæo* *Hispa-*

- nia* *Tarraconensis* urbs, in *Pelædonibus*. Hodie *Viseo*, & Latinis *VISEVM* dici, scribit *Villanovanus*. *Viseo* opidum esse *Lusitania*, inultiq, paraſangis à *Visontio* *Ptolemæi* distare; docet *Gasp. Varrerius* in sua *Co-rographia*. *Andreas Baccius* in suo de *Balneis* opere ait *Viseo* opidum *VICVM AQRARIVM* ab *Antonino* vocari. Vide *VESONTIO*.
- VISPII*, vide *VSIPETES*.
- VISTILLVS*, vide *VISTVLA*.
- VISTVLA*, εἰσὺλα *Ptolemæo*, sive *VISTILLVS* *Plinio*; *Germania* limitaneus ad *Ortum solis*, fluvius. *Die Wixel* incolis dicitur. *Niger* scribit eum ab accolis hodiernis *Dra-vaniza* vocari. *VISVLA*, à *Pomponio*, si vitio caruerit exemplar, nominatur. *VANDALVM* eum vocat, à regina in ipso submersa, *Math. Michoviensis*. fides sit apud illum. Sūt qui *ISTVLA* apud *Ptolemæum*, (sed corruptum, ut puto,) legunt: nam *OYISTOYΛA* in *Græco* codice apud *Frobenium*, & alium, excuso, ubiq, habetur. *B. Rhēnus* credit hunc fluvium, *Plinio* *Vistillum* tantum, & non *Vistulam* dici. additq, hunc eius locum esse mendosum, lib. 4. cap. 14. *Amnes clari* in *Oceanum* defluunt *Guttalus*, *Vistillus* sive *Vistula*, *Albis*, *Visurgis*, *Amisus*, *Rhenus*. Hic legendum hoc modo docet, *Vistillus*, *Suevus*, *Albis*, &c. Sed hoc contra mentem *Plinij* esse, ex eo liquet, quòd *Suevus* minimè in *Oceanum* effluat, sed in *Havellam* fluvium se exonerat. Sed hoc latuit diligentissimum *Rhenanum*, deceptum nimirum *Ptolemæi*, ceterorumq, geographorum tabulis. nam primus contra omnes antiquos & recentiores geographos, huius fluvij ostium, non in *Oceanum*, sed in *Havellam*, (qui prope *Havelburgum* in *Albim* erumpit) deferri, docuit *Iodocus Willichius*. Hunc *Vistulam*, *Eridanum* antiquorum esse asserit in suis *Hyperboreis* *Doctis.* *Becanus*.
- VISVLA*, vide *VISTVLA*.
- VISVRIGIS*, εἰσβριγῆς *Ptolemæo*, & *Paterculo*; *BISVRGIS*, βισβργῆς, *Straboni*: *Germania* fluvius, in *Oceanum* aquas suas evelvens. *Weter* hodie nuncupatur. *VE-*

- SATIS** Sidonio, & **ITARGIS** Ouidio dici observavit Had. Iunius.
- VITÆ**, Germaniæ populi, apud Bedam: de quorū origine sunt, ut ipse ait, Cantuarij & Vectuarij: hoc est, qui Vectim insulam, & tractum ē regione in continēte habitant.
- IBITTI** à nonnullis vocantur, ut scribit Alexander Nevyllius. Vide **SABALINGII**.
- VITELLIANVM**, Galliæ Cispadanae opidum, quod nunc Viadana vocatur, Gaud. Merula.
- VITERBVM**, Tuscias civitas Latinis dicitur, quæ vulgò Viterbo nominatur. Non esse admodum vetustam, putat Blondus; qui scribit eius nomen parvo in castello, ad annū suo tempore sexcentesimo **VITVRVIVM** fuisse. Volaterranus autem suspicatur **LONGVLAM** à Livio vocatā. (Hanc λογύλειαν, per é, in secunda nominat Hali carnassius.) Herimolaus scribit Ptolemao **ELBII VICVM** dici: sed hoc in Græco Ptolemaei codice non habetur. Platina in Clementis vita, tradit quondam **VETVLONIAM** dictam. Amles fabulas, quas Ann. Viterbiensis de huius vrbs antiquitatibus mihi somniare videtur, consulto omitimus.
- VITIS**, Plinio Flaminia fluvius, iuxta Ravēnam. Montone, Leandro vocatur: Roncone, vel Aquedotto, Blondo: ut Rubens refert. video apud Blōdum **BIDENTEM** fluvium hoc loco, quem Portello antea appellatum scribit, lib. 3. Decadis 1. Idem lib. 1. Decadis 3. dicit Bidentē Roncho nominari.
- VITODVRVM** Antonini, esse Helvetiæ opidum, quod nostra ætate Winterthur dicitur, vult Scudus. Costentz verò ad lacum Acronium, ex eo facit Cænalis, & Hermannus Scheydel; item Rob. Gaginus: qui addit illud à Constantino Constātini patre Constantiæ nomen habere.
- VITVLIA**, vide **ITALIA**.
- VITVRVIVM**, vide **VITERBVM**.
- VIVARIVM**, Gallias Narbonensis urbs, quæ hodie Viviers dicitur; auctore Ioanne Poldo. Apud Sigebertum sit huius mentio, circa annum Domini 1124.
- VIVANTIVS**, vide **IUVANTIVS**.

- VIVISCI**, vide **VIBISCI**.
- VLAI**, vide **EVLÆVS**.
- VLBIA**, vide **OLBIA**.
- VLIA**, ἑλία Ptolemao Turdulorum in Hispania Baetica urbs. Hanc Velia Villanovanus nominat.
- VLIARVS**, Aquitanici Sinus insula, apud Plinium: quæ Oleron fortè hodie.
- VLIPADA**, ἑλίπαιδα, insula Taprobanae urbs mediterranea. Thevetus, qui eam lustrasse omnibus persuasum vult, dicit ab Indis Adacth appellari.
- VLIZIBIRRA**, ἐλιζιβίρρα, Africae Propriæ urbs, apud Ptolemaum. **VLVSVRI-TANVM** opidum, vocatur Plinio.
- VLLA**, vide **MANLIANA**, & **OBVLCO**.
- VLMIGERI**, vide **BVSACTORI**.
- VLMOs** Antonini; vocatur Iltz, à Simlero. Pannoniæ inferioris urbs.
- VLPIA TRAIANA**, vide **ZARMISOGETHUSA**.
- VLPIANVM**, ἑλπιανόν, Dardaniæ urbem, in Mysia Superiore, habet Ptolemaus. Hanc Procopius lib. 4. de edificiis Iustiniani Imperatoris scribit ab hoc Imperatore restauratam, & suo nomine **IUSTINIANAM SECUNDAM** voce Latina appellatam. Si verum est quod Niceph. Calystus dicit, duæ erunt huius nominis urbes. Is enim tradit hunc Iustinianum, in Cypro quædam civitatem Iustinianam Secundam nuncupasse. in honorem Theodoræ coniugis; cui Cyprus patria erat.
- VLPIANVM**, etiam Daciæ urbs est, apud Ptolemaum: quæ à Mario Nigro Czandra: & à Castaldo Alba Iulia interpretatur. Vlpianam urbem eam vocat Procopius, lib. 3. de bello Gothorum: Vlpianam villam, tornandes: atque eam in Illyrio ponunt. Sed cum Dacia vicina sit Illyrio, imò à nonnullis sub ipso Illyrio comprehendatur; harum limites ab auctoribus confundi, mediocriter in iis versato minimè mirum videbitur.
- VLyssis** Portus, Plinio dicitur Sicilia quædam urbs: Ab Aretio Longina vocatur. Fazellus putat olim quoque **ENGYON** dictam.

Etiam. Huius, Ἑλληνοῦ, meminuit Ptolemaeus. Sed idem ODYSSEA, Ὀδυσσεΐα, promontorium habet. quod potius Vlyssis portum putarim. Videtur hic Vlyssis portus, ex Isacio, CACRAM, κάκρα, prius nominatam. Leander qui descripsit insulas Italianas, Vlyssis portum Cabo Rascaranchi, & Odyssæe Porto de Pali vocat. ENGVINOS populos habet Cicero.

VMBRIA, Italia regio. Ptolemaeo OLMBRI, ὀλμβροί, & VILVMBRI, versus Orientem, εἰλωμβροί, sunt. Hodie Spoletum vocari, ex recentioribus scriptoribus manifestum est. OMBRIA Græcis dici, Plinius testatur. OMBROS, & OMBRICOS vocat Stephanus eius incolas: VMBRIAM quæ TRIBVM SAPPINIAM vocant. inquit Livius, lib. 31. Vide TVSCIA.

VMBRICORVM, ὀμβροί, Regio, Scythiæ est, apud Herodotum. Crabatan, sive Croatiam interpretatur Peucerus, in suo libello, de Dimensione terræ, in scripto.

VMBRO, Tusciæ fluvius, Plinio. Umbrone à Leandro dicitur. ὀμβρὸς fortè Stephani est.

VMBRO MONS, Tusciæ locus est, apud Antoninum. S. Quinto putat Annianus, in Senensi territorio opidulum.

VNCRANI, vide SCLAVI.

VNDALVS, ὠνδαλός, urbs Gallie Narbonensis, ad confluentiam Sulgæ in Rhodanum, sita. Strabo lib. 4. Hanc Paradinus scribit hodie Pons Sulgæ vocari. intercidisse urbem, inquit Scaliger, in suo Ausonio: hodieque eum locum dici Pons Trallæ. Idem addit VINDELVM à Floro, & VINDALIVM in Epitoma Liviana nuncupari. Sic quoque Orosius vocat lib. 5. cap. 13.

VNDECVMANI, vide BOVIANNVM.

VNELLI, vide VENELI.

VNNI, ἑννοί, populi, qui THVNNI, θέννοι, ab Eustathio; item à Plinio vocantur, ut testatur Hermolaus. Post Scythas statuuntur ab Eustathio. Hos Simocatus, ut idem tradit, à Persis TVRCOS, τέρκος, nominari tradit. HVNNI, appellantur etiam SABE-

RI, Nic. Calysto teste: & ONOGORI Agathia. VNNI, HVNI, & AVARES iidem sunt Eginharto, cum Hungaris hodie: Hungaros VGROS, & MAGORES quoque; appellat idem. Hunnos CHVNOS, χῆνοι, apud Ptolemaum vocari, vult Peucerus.

VOBERTA, Hispania Tarraconensis urbs, apud Martialem, lib. 1. Bobierca Varreio, & Montano est.

VOCATES, Aquitania populi apud Caesarem: Marliano Basaz est, Gasconia urbs: Vigenerius Bigorre vertit, subdubitanter tamen.

VOCETVS sive VOCETIVS, utramque scripturam enim reperio, apud Tacitum cui Germanie mons est. Scudus Bötzberg/ apud Helvetios, interpretatur.

VOCONIA, vide BONNA.

VOCONTII, ὠκόντιοι, Straboni, Mela, Caesari, Plinio & Tacito, sunt Gallia Narbonensis populi. Ptolemaeus eos VOCONDIOS, ὠκόνδιος, per D, nominat. Val de Vifo, à Pineto interpretantur. Simlerus dubitatum Vocontij & SICONII, iudè sint cum VCENNIS Plinij. Ego video Strabonem ex Vocontiis & Siconiis duos facere. Sed vide FORVM Voconij.

VOGESVS, Gallie mons Caesari, ex quo Mosa profluit. Mont de fauciles dicitur Pineto. Separat Burgundos à Lotharingis atque Elsatiam ab ipsis Lotharingis ut habet Lupanus, in suis Commentariis in Tacitum. VOGESI Montis ea pars, unde Mosella fluvius oritur, Wratzer vocatur; quod habeo ex libello manuscripto Magni Gruberi, in quo Rhenum describit, in Lotharingia corographica tabula, iussu & impensa Ducis à Ioanne Scyllio accuratè descripta, video hunc tractum Estaye Gallicè & Ruff der Stey Germanicè appellari; ibidemque nihil præter Asarum herbam provenire, mihi idem Scyllius testatus est. Proximè sunt montes Ballons dicti.

VOLANF, vide OLANE.

VOLATERRÆ, ἐλατεράριον Ptolemaeo, Livio & aliis, Etruriæ urbs. Plinius Volaterranos ETRVSCOS cognominat. Raphaël

Volaterranus, hinc oriundus, tradit eam a-
liquando à Pannonibus eversam. sed paucis
pòst annis ab Othone I. Imp restitutam, &
suo nomine OTHONIANAM, sed à po-
steris corruptè ANTONIANAM appel-
latam. Volterra hodie adhuc nominatur.
VOLATERRANA VADA, etiam à
Plinio & Rutilio describuntur; ad ostia Ce-
ciinna fluminis quæ VADA, sine cognomi-
ne, ab Antonino vocantur.
VOLCÆ, ἄλκοι, Straboni, Ptolemaeo, &
Cæsari, apud quem etiam VOLGAS legi
video. VLVSOS, ἄλσκοι, apud Diony-
sium dici, annotavit Helias Vinetus, in Eu-
tropyum. Avignon hodie in eorum loco esse,
scribit Marlianus. Vide ARECOMICI,
& TECTOSAGES.
VOLCI, ἄλκοι, Ptolemaeo & Plinio Italia
populi. BVOLVSCI, Βουολῆσκοι, scribit
Suidas. Halicarnassens, ἄλσκοι habet, si-
ne B. Gaiette à Pineto vertitur.
VOLERIVS, ἄλκεος, Corsica fluvius Pto-
lemæo qui Rigi, ut Pinetus; Fiuminale,
ut Leander scribit; hodie nomen habet.
VOLGESIA, ἄλγεσία, Babylonie regionis,
ad flumē Barsarim urbs; Ptolemaeo. VOLO-
GESOCERTA à Plinio vocatur, lib. 6.
cap. 26. VOLOGESSIA apud Ammianum
lib. 23. legitur. BOLOGESIAS, Βολογε-
σίας, Stephano est. Idem habet BOL-
GESIPHORAM, Βολογεσίφορα, urbem.
sed eam Persidi a scribit.
VOLIBA, ἄλῖβα, Ptolemaeo Dumniorum
urbs, in Albione insula. Wodman, Villano-
vanus appellat.
VOLOBILIS, vide TAMVSIDA.
VOLOGESSIA, & VOLOGESO-
CERTA, vide VOLGESIA.
VOLSINIENSIS Lacus, vide BVLSI-
NVS.
VOLSINIENSIVM Lucū, scribit Lean-
der olim appellatum, quem hodie Boscodi
monte fiasco nominant: in Tuscia si-
tum. Idem tradit à Plinio ETRVRIÆ
Lucum vocatum. sed ex loco mendoso, aut
malè distincto, ni fallor, libri 3. capitis 5.
nempe, ubi sic legitur, Faliscæ quæ cogno-
minatur Etruscorum, Lucus Feronia &c.

quo loco Lucus ad Feroniam non ad Etrus-
corum referri debere patet.
VOLSINIVM, ἄλσίνιον, Tusciae urbs, Pto-
lemaeo & Plinio. Bolsena Leandro Alberto
dicitur. Meminit eius etiam Cato in Ori-
ginibus, ut libri titulus est.
VOLTVMNÆ Fanum, Livio lib. 5. locus est
Etruria. Sunt qui putant Viterbum hodie
hunc locum occupare; alij Massa ibi nunc
extare dicunt, in Senensi territorio.
VOLTVRNVS, vide VULTVR-
NVS.
VOLVSTANA, vide CAMBVNII.
VOMANVS, Plinio Piceni fluvius est. VO-
mano L. Alberto nominatur. TRVNOVM,
τρυνόουν, habet hoc tractu Strabo, libro 5.
quem idem L. Albertus eundem cum Vo-
mano esse scribit. Sed hoc Trunoi vocabulum
Xylander in suo Latino Strabone data opera
omisit, otiosam vocem esse iudicans. Video
cum tamen Bonacciolum minimè neglexisse
in suo quem ex Græco Italicum fecit.
VOROCHTA, vide ARMVZIA.
VOSAVIA, vide FICELIA.
VR, Chaldaeorum urbs, in qua natus est Abra-
ham patriarcha; ut habet liber Genesios,
cap. 11. VRE, ἄρεν, habet Iosephus. OR-
CHOE, ὄρχον Ptolemæi esse, ait Villanova-
nus. Vr, Persicum castellum, habet Am-
mianus, lib. 25. Eusebius lib. de Prepa-
ratione Evangelica 9. cap. 4. sic habet: IN
CAMIRINE, καμπίρην, Babylonie urbe,
quam alij VRIEN, ἄρειν, vocant: quod
nomen Latine CHALDÆOPOLIM si-
gnificat, inquit Eupolemon.
VRBA, vide SALVIA, & VERBIGE-
NVS.
VRBEVETANVM, vide OROPITA-
NVM.
VRBICVA, Hispania urbs, apud Livium:
Arbecua. Ant. Beutero, & Clusio di-
citur.
VRBINVM, vide SVASA.
VRBISALIA, sive VRBS SALVIA,
vide SALVIA.
VRBIVENTVM, vide OROPI-
TVM.
VRBS VETVS, Latinis nostri sæculi homi-
nibus

nibus dicitur ea Holfatia urbs quam Saxones Aldenburg, Dani Brannesia; & Wädali Stargard vocant. Ex Cranzio. Vide OROPITVM.

VRBEM, Liguria fluvium habet Claudianus de Bello Getico: eo versu, Pervenit ad fluvium miri cognominis urbem, ut habent excusi codices. ego sic scribo, Pervenit ad fluvium (miri cognominis) Urbem. Vrba, vel Orba hodie etiam vocari existimo. ATanaro amne in Padum defertur.

VRCE, & VRCI, vide VIRGI.

VRCESA, Ἐρπυσα, Celtiberorum urbs, Ptolemao, in Hispania Tarraconensi: Car. Clusius Velez nominat.

VRGINIVM, Ἐργιῶν, Corsica insula opidum, apud Ptolemaum: Aiaz, Pineto: Ginnerca, Nigro nuncupatur.

VRE, vide VR.

VRGELLA, Vaseo dicitur Arragonie urbs, Hispania Tarraconensis; que hodie Vrgel vocatur. Hergetum urbem eam dicit Florianus. An hoc nomen antiquum sit, nec ne, ignoro.

VRGENVM, Ἐργεῶν, Straboni Gallie Narbonensis urbs. ARNAGINV M Antonini est. teste Simlero.

VRGIA, cognominatum CASTRVM IVLIVM, opidum Gaditani conventus, Plinio lib. 3. cap. 1. Hanc autem esse putant, quam Strabo ORIAM vocat: (inquit Hermolaus) Villanovanus putat Vicia Ptolemæi esse. Vide VRIVM.

VRGO, Maris Tyrrheni insula, apud Plinium. VRGON vocatur à Rutilio Numationo. Gorgona interpretatur à Pineto. Sed hanc ipsam à Ptolemao GORGONA dici, auctor est Hermolaus: atque eius loco ORGONESVS, id est, Orgos insula legendum docet. in Græco tamen Ptolemao non habetur.

VRIA, & VRIAS, vide HYRIVM.

VRICOVIVM, Anglia opidum quod Humfredo auctore Britannis Umbwithig, & Anglis Wrekechestre / & contractè Wrekcestre dicitur: olim verò Dengwern. Apud Antoninum puto eum antiquum nomen legisse: ibi enim VRIOCONIO habetur.

VIROCONIVM, Ἐπικόνιον, Ptolemæi putat Simlerus.

VRIDIOS, vide DIANÆ FNUM.

VRIEN, vide VR.

VRIVM, Ἐρίον Ptolemao Turdetanorum in Betica urbs. Straboni ORIA, ὠρία, est: ut Villanovanus tradit.

VROLANIVM, vide VEROLANIVM.

VROVICVM, vide EBORACVM.

VRPHE, vide OPHIR.

VRSAO, vide VRSO.

VRSO (Ἐρσον Straboni) que & GENVA Urbanorum, Hispanie Baticæ urbs; apud Plinium. Osuna hodie putatur. VRSO in antiquis huius loci lapidibus scribi tradit Navagierus. VRSO forte A. Hirtij.

VRSO, vide ARSIA.

VS, vide ARMENIA Minor.

VSADIVM, vide HERCVLIS Promontorium.

VSAR, vide SISAR.

VSBIVM, Ἐσβιον, Germanie urbs est Ptolemao, iuxta Danubium. Lazius in Austria ponit, & Bersenburg vocat.

VSCETA, vide VZECIA.

VSCVDAMA, vide HADRIANOPOPOLIS.

VSELLIS, Ἐσελλίς, Ptolemao Sardinia opidum quod Bolla Nigro est.

VSSIPETES, Casari Germanie populi sunt. quos Plutarchus in vita Iulij HVSSIPAS vocat. Rhellicano sunt intra Rhenum, & montes in Hassia, in eo loco qui Hochzug appellatur. Hos Vssipetes, putat Willichius eosdè esse cum VSIPIS Taciti, & VISPI, Ἐσπίς Ptolemæi: item SYSIPETIBVS Appiani. Vssipij tamen & Vssipetes sunt apud Tacitum diversi populi.

VSTICA, vide EVONYMVS.

VTIENS, vide VFENS.

VTICA, Latinis Africæ Proprie urbs maritima. ITYCA, ἰτύκην, habet Ptolemeus. Olim post Carthaginem summam in Africa dignitatem obtinebat. Porto Farina Fazello dicitur. Mazachares locus nunc vocatur, inquit Nigro. opidum enim deletum esse addit.

VTINA, & VTINVM, Fori Iulij urbem Latius dici video quæ vulgò incolis Vdine vocatur. Lazijs scribit eam quoque **VDINVM**, & Germanus **Weyden** nominari. Niger credit hoc **Ptolemæi FORVM IVLIVM**, quod in Carnis describit, esse. Est qui pro *Vina*, apud Plinium corruptè *Atina* legi asserit. *Vtinam* montem (sit hoc parergon) dicit se vidisse *Otto Fusing*. lib. 4. ab *Attilæ* militibus in modum aggeris comporatam in obsidione *Aquileiæ*. quæ alij à *Iul. Cesare* factum tradunt.

VTRICESIVM, legunt apud *Ammianum* in principio libri 18. *B. Rhenanus*, & *L. Hortensius*. & putant hodie **Wrecht** esse, urbem *Batavorum*, episcopali sede notamquam & **VVILTEBURGVM** fuisse vocatam, iudem scribunt: ex *Sigeberti* fortè *Chronico*, ubi dicit *Wilebrodum* à *Sergio Papæ* episcopum consecratum, in loco **Wulraburch** dicto, qui nunc *Vltraiectum* dicitur; à nomine gèu *Vularum*, & *traiecto* compositum: quasi *Vularum opidum*. sic *Sigebertus*. **ANTONIAM** ab initio appellatam, apud omnes constare, asserit *Hortensius*. Sed vide **TRAIECTVM**.

WAGRI, *Germanie* populi, *Hollater*; in *Dania* regno. *Alb. Crantio*. Idem hanc regionem **HOLSATIAM TRANSALBIANAM**, (quod *trans Albim fluvium* sita sit) & **NORDALBINGAM** (quod *trans Albim versus Septentrionem*, quem *Germani Nord* vocant, *exposita* sit) vocat.

WANDALI, vide **VANDALI**.

WETALABI, & VVILSI, vide **SCLA-VI**.

WINVLI, postea patria lingua **LANGOBARDI**, à longis barbīs vocati sunt, ut refert *Sigebertus*: Idem *Viterbiensis*, qui eos **VINVLOS** simplici V, scribit, addit q̄ *Vinulorum* lingua *lang longa* & *bart barba* interpretari. Eorum ergo lingua fuit *Germanica*. **LANGOBARDI** per A, habet *Tacitus*. Vide **LACCOBARDI**.

WITINI, vide **SODERANI**.

VULCANI, ἠφαίσος, insula, *Ptolemæo* & *Livio*; prope *Siciliam*. *Volcano Leandro*. Vide **ÆOLIAE**.

VVLOINI, vide **SCLA-VI**.

VVLSINIENSIS, vide **BVL-SIVS**.

VVLTAÆ, vide **VTRICESIVM**.

VVLTVRNVM, ἄλτερνον, *Plinio* & *Ptolemæo* *Campania* urbs. *Castello* al *mar di Botorno* vocatur à *Leandro*. **VOLTVRNVM** per O, scribit *Varro*: ut etiam *Ptolemæus*. Vide **ALBVLA**.

VVLTVRNVS, *Plinio* *Campaniæ* fluvius; *Varro* per O, in prima habet, **VOLTVRNVS**. *Natarone* recentiore vocabulo dicit, scribit *Leander*. *Niger* dicit eum à *Plutarcho* **LOTRONIVM**, *Georg. Fabricius* **NATARONVM** dictum uterq̄ vitiosè. **HOLOTHRONVS**, ἄλοθρον, est in *vita* *Fabij Maximi*. Sed pro *Vulturno* ibidem, *Idem Plutarchus* **VATRANVS**, ἄτρων, legit. *Vulturnum* *Mare* habet etiam *Plinius*, ad huius fluminis ostium. **CASV-LINVM**, κασαλίν, hoc flumen vocatur ab *Agathia* libro secundo, ab opido fortè in eius ripa sito.

VXAMA ARGELLÆ, ἔξαμα ἀργέλα, *Ptolemæo* *Arenacorum* urbs, in *Tarraconensi* *Hispania*. *Ofma* hodie vocatur, ut *Clusius* tradit.

VXELA, ἔξελα, *Ptolemæo* *Albionis* insulae urbs; in *Dumnoniis*. *Wreckhoztwel* nomen habet apud *Villanovanum*.

VXELLODVNVM, *Celtarum* opidum *Cæsari*, in *Cadurcis*. *Cadenac en Quercy* putatur hodie: ut prodit *Vigenereus* in suis *Annotationibus Cæsarianis*, lingua *Gallica* editis.

VXENA, in antiquis *Inscriptionibus* legitur, in *Hispania Batica*; eo loco ubi hodie *Vcelis* opidum est: ut *Carolus Clusius* mihi auctor est.

VXENTVM, ἔξεντορ, *Salentinorum* urbs, *Ptolemæo*. *Vsento*, novo nomine vocat *Leander*.

VXIANI, vide **OXIANI**.

VXISAMA, ἔξιόσάμα, apud *Strabonem*, numeratur ultima earum insularum, quas *Pytheas* *tridui* navigatione ab *Occidentiori Hispania* parte versus *Occasum* abesse scribit. Est fortasse earum *Occidentior*, quæ ab *Hispa-*

ab Hispanis Açores appellantur.

V Z A L, vide O X I A N I.

V Z E C I A, ἡ Ζεκέα, Africa Propria urbs Ptolemaeo, mediterranea. videtur V S C E T A apud A. Hyrium.

V Z I C A, vide S C Y T H A E.

V Z I C A T H, vide T H A B R A C A.

X.

X A B O R E C T O R A, vide A B O R R A S.

X A N T H E, vide T R O I A.

X A N T H O N V M, vide S A N T O N V M.

X A N T H V S, Ἕάνθος, nomen duorum amnium, in Asia Minore. Bonacciolus in suo Strabone Italico dicit Xanthum Sirbis appellari: sed utrum horum non distinguit. Alter enim in Troade est; alter in Lycia: qui teste Strabone antea S I R B E S, σιρβὴς, nominatus fuit. Troadis autem Xanthum ab incolis S C A M A N D R V M, σκαμάνδρου, dici, tradit Vib. Sequester, & Plutarchus de Fluminibus: Item Aelianus, lib. 8. de Animalibus.

X A N T H V S, urbs in Lycia regione, Straboni. Hanc A R N A M, ἄρνα, quoque vocatam; Stephanus scribit.

X E R A, Ἕρεά, Hispaniae opidum, ad Herculis columnas, Stephano, Xeres de la Frontera, fortè.

X E R A B A T E S, vide S A N G A R I V S.

X E R I A S, vide S P E R C H I V S.

X I L I A, Africa opidum maritimum, extra fretum Herculis, Mercatori. qui hoc recentiore vocabulo Arzita vocari ait. per Z, auspiciatur apud Ptolemaem, Ἰλία: Z I L I S Antonino est. & Z E L I S, Ζήλις, Straboni.

X I P H O N I A E, Ἰριφονίας ἀκρωτηρίων, Promontorium Straboni, in Sicilia. Cabo de Molina interpretatur Fazellus.

X Y L O P H A G V S, vide C A P H E R E V S.

X Y N I A, vide B O E B I S.

X Y P E T E, vide T R O I A.

Z.

Z A A R A M, Ζααράμ, regio Arabia Felicis est apud Ptolemaum: Z A B R A M habet Latini codices. Gesam ipsam, inquit Villanovanus, esse coniecit, ex lib. 2. Navigationis Vartomanni.

Z A C A N T H A, vide S A G V N T V M.

Z A C H A R, presidium in iugo montis Colchidis. FERREVM illi cognomen est inditum. Agathias.

Z A C Y N T H V S, Ζάκυνθος, quae & H Y R I A, Plinio. Mel: tamen duas insulas ex his facit. C A S S I O P A videtur ab Orosio vocari, in descriptione Achaiae. A Silio poeta lib.

I. D V L I C H I V M appellari, scribit Gerbelius. Maris Ionij insula est: & hodie Zante nominatur. & aliquando Hierusalem, teste Erythraeo in suo Indice Virgiliano. Vide

P A R O S, & Z A G V N T V S.

Z A G O R A, vide S E P I A S.

Z A G R I P y l a, Ζάγρης πύλα, vel Porta, Zagri montis angustiae sunt, Ptolemaeo in Media regione. Z A R C A E V S, Ζαρκαί, vocatur Diodoro lib. 2. additq; per eum à Semiramide abscissus anfractibus pervium iter factum, quod S E M I R A M I D I S nominatur. Hodie etiamnum Semirami appellari, scribit Niger. Ptolemaeus Semiramidis motem habet, sed inter Carmaniam & Gedrosiam, item Arrianus, sed in Carmania, ad Fretum Sinus Persici.

Z A G R V S Ptolemaeo, & Plinio: Z A G R I V S Straboni. Asiae mons, vide T A V R V S.

Z A G Y L I S, Ζαγυλίς, Vicus, Ptolemaeo in Marmarica, Africa regione. Cazales, Ger. Mercatori vocatur.

Z A L I S C V S, Ζαλίσκος Galatiae fluvius apud Ptolemaem. A M N I A S quoque & B I L A E V S vocari scribit Niger; nescio quo auctore. Illius Strabo hoc tractu meminit; huius autem, Stephanus: item Plinius, lib. 6. cap. 1. ex Hermolai lectione. B I L I S enim aliàs legitur. Scio etiam B I L L A E V M, Βιλλάιον, ab Arriano hoc tractu describi. Sed nemo horum addit synonyma esse cum Zalisco.

Z A L I S S A

- ZALISSA, ζάλισσα, Iberia urbs apud Ptolemaeum. Nunc Scander dicitur, si verus est Thevetus.
- ZAMA, urbis nomen apud Ptolemaeum, in Mesopotamia: itē in Cappadocia, praefectura Chamaonia: item Africa Propria: ut Latina exemplaria habent, nam AZAMA, ζαμα, hoc loco est in Graecis codicibus. ZAMA autem à Strabone & Plinio nominatur, qui hoc etiam ZAMENSE opidum vocat. In Thesuro Goltz ij video hanc Africa urbem, COLONIAM AELIAM HADRIANAM AVGVSTAM ZAMAM REGIAM appellari. Iugurtha quondam regia erat, Sallustio teste.
- ZAMETOS, ζάμητος, mons in Arabia Felice, teste Ptolemaeo: In tabulis recentioribus Zimat appellatur.
- ZANCLE, vide MESSANA.
- ZARA, vide SARA.
- ZARACA, vide ZAREX, & STYMPHALVS.
- ZARAGARDIA, vide OZOGARDA.
- ZARANDA, vide EVPHRATES.
- ZARAX, vide CAPHAREVS.
- ZARCÆVS, vide ZAGRI Pyla.
- ZARETA, vide AZARITIA.
- ZARETÆ, vide SCYTHÆ.
- ZAREX, ζάρηξ, Ptolemaeo Laconica opidum, ad Sinum Argolicum. HIERAX LIMEN, ἱεράξ λιμὲν, vocat Gemistus. Nigger Cara nominat. ZAREX est etiam apud eundem, in eadem regione mons: quem idem Gemistus ZARACA, ζάρακα, vocat.
- ZARIASPA, ζαριάσπα, opidū, quod postea BACTRA, βάρτρα, ut Ptolemaeus habet, vel BACTRVM dictum fuit: testibus Strabone & Plinio. Bactrianae regionis caput & regia est.
- ZARMISOGETHVS A, ζαρμισογέθεσι, vel ZARMIGETHVS A, ζαρμιγέθεσι, utrumque enim apud Ptolemaeum legitur, lib. 3. & 8. Vlpianus quoque Titulo 15. de Censibus, ZARMIGETHVS A meminit. Dacia urbs est, quam Sambucus Veczel, & Venecia vocat. Verhel, Lazius. Hic tradit eam quoque VLPJA TRAIANA

- NA dictam ex antiquis Inscriptionibus, ut ego putarim. Stephanus enim Taurinus huiusmodi epigramma habet in sua Stauromachia, DIVO SEVERO PIO, COLONIA VLPJA TRAIANA AVG. DACIC. ZARMIS. In eo autem hallucinatur idem, quod Sarmis, integrum urbis vocabulum esse putat. In eadem credo etiam habere arena Aventinum; qui SEGETHVS A tantum habet, (ex marmorum fragmentis sorte) eaq; Corona, siue Cronstadt Daciae interpretatur.
- ZARYTHVS, vide HIPPON.
- ZEBES, vide AVRASIVS.
- ZEIRIA, vide STYMPHALVS.
- ZELA, quae postea FLAVIOPOLIS, Thraciae urbs. Plinius.
- ZELLES, ζέλλης, Straboni urbs Tingi vicina, in Mauritania Tingitana: quae à Romanis postea IVLIA IOZA, ἰουλία ἰόζα, dicta fuit.
- ZELIA, vide PRVSA.
- ZELIENSES, vide ZYDRITÆ.
- ZELIS, vide XILIA.
- ZELLA, vide ZETTA.
- ZENOBII, ζηνοβίος, Ptolemaeo sunt septem insule, in Sinu Sachalite, prope Arabiam Felicem. PELAGII, πελαγιοί, vocantur, à Stephano. Vide SARAPIDIS.
- ZEPHYRA, vide ALICARNASSVS.
- ZEPHYRIA, vide MELOS.
- ZEPHYRIVS, ζεφύριος, promontoriū Cretæ insule, apud Ptolemaeum. Cabo de Mirabello à Pineto dicitur.
- ZEPHYRIVM, ζεφύριον, Ptolemaeo Ciliciae promontorium: quod Niger ab incolis Tarsu vocari ait. Est quoque Zephyrium urbs in eadem regione apud eundem.
- ZEPHYRIVM, Ptolemao, Straboni & Plinio, Locrorum promontorium in Magna Graecia. Cabo Spartivento, à Nigro: sed Cabo di Bursano, à Leandro, & Bonaciolo nominatur.
- ZEPHYRIVM, promontorium Pentapoleos regionis in Africa cū opido in eo DARDANIS dicto: auctor Ptolemaeus. Bonandrea vocari scribit Niger.

ZERETHRA, vide BERETHRA.

ZERYNTHIVM, vide APOLLINIS Templum.

ZERYNTHVS, $\sigma\eta\pi\upsilon\upsilon\theta$, Thraciae urbem, & antrum vocat Stephanus, ex Lycophrone. Sed apud Lycophronem per I scribitur $\zeta\eta\upsilon\theta$. Isacius quoque ANTRVM RHEÆ, seu Hecata appellat.

ZETHA, $\zeta\epsilon\iota\delta\alpha$ Ptolemao Africa promontorium, ad Syrtim Minorem. Zerbi nunc dicitur apud Mercatorem.

ZETTAM Africa urbem, cuius Casar meminit, putat Glandorpius ZELLAM, $\zeta\epsilon\lambda\lambda\alpha$ Strabonis esse.

ZEVGIS, vide ZEUGITANA.

ZEUGITANA, vocatur, Plinio auctore, ea AFRICA quae dicitur PROPRIA. Aethicus ZEVGIN nominat. Ex hac Africa parte emigrasse putat Marius Niger vagabundum illud hominum genus, Nomadum more nostram Europam regionatim oberrans. quod Itali Zingani, & Zingari; Germani Superiores Ziegeiner, Inferiores Egyptenaren, & Hephieden, (quasi Gentiles & Aegyptios dicas) appellant. Aegyptios eos vocamus, quod ex Minori Aegypto (quae ubi terrarum sit, me nescire fateor. Aegyptus nemini non nota est; sed eam in Maiorem & Minorem distinctam, à nemine fide digno auctore hactenus intellexi.) extorres se esse dicunt. Galli hos Baumienis vocant, Bellonio teste.

Pius II. scribit eos ex Zogoria regione, ad Caucasum sita, produsse. Aventinus ex confinibus Turciae & Hungariae eos ad nos ducit. Philippus Bergomas ex Chaldaea. Rhodiginus eos Maurusios putat, & à Saracenis expulsos. Bellonius ex Bulgaria, Walachiaque originem habere ait: Et idem genus se in itinere quo Cairo Macaream itur, item alicubi ad Nili fluminis ripas reperisse; sed & ibi pro advētiis haberi, subiungit. Thevetus dicit eos ibidem ab Arabibus & Mauris Rasol-heramy, id est latrones, nuncupari. Idem Bellonius tradit hoc mulierum genus habere prope Constantinopolim, in urbe Pera, adem, plurimis cubiculis interseptam: qua se tam Christianis, quàm Ma-

humetanis prostituunt idq; eis Turcici Imp. privilegio licere, ait. Hos Zinganos, Ioannes Leo quoque in Africa quibusdam in locis, ut in Agades, & Nubiae regni confiniis degere meminit. Hanc gentē circa annum 1417. nostris primū Europaeis innotuisse, ex scriptoribus constat. Genus hominum est, in summa egestate sub dio vitam ducens, sordidum, & sole adustum. Exotica forma ubique vestitur. Christianos se esse profitentur. Sed furto & divinationibus, (chiromantici enim omnes videri volunt) qua mulierculis, & pueris imponunt, victum querunt. Praefectum, ex eorum sentina creatum, cui obediunt, habent. Propria & peculiari lingua, quam nemo alter intelligit, inter se utuntur. quam Aventinus tamen Venedicam esse, experimentis se cognovisse asserit.

ZEUGMA, $\zeta\epsilon\upsilon\gamma\mu\alpha$, Daciae urbs, apud Ptolemaeum: Clausenburg, Rithaimerus & Althaimerus interpretantur.

ZEUGMINIVM, quod nūc SIRMIVM. Vide SCORDISCI.

ZIDON, vide SIDON.

ZIGÆ, Plinio Sarmatiae Asiaticae populi, circa Maotidem paludem: Circassi hodie vocantur à Tartariis & Turcis; à se ipsis autem Adiga, ut refert Georg. Interianus. Stephanus ZYGOS, $\zeta\upsilon\gamma\omicron\iota$, per Y legit. Vide SARMATIA.

ZILEIA, vide SYLOES.

ZILIA, Tingitanae mediterranea urbs, Ptolemaeo auctore. Alger, Castaldo est. Vide XILIA: eadem enim est.

ZINCHI, & ZINGI, vide SINDI.

ZINGIDVNVNVM, vide SINGIDVNVNM.

ZIZARA, vide LARISSA.

ZIZERVM amnem, portum Indiae habet Plinius, lib. 6. cap. 23. Pintianus ait dictionem, amnem, delendam, ex vetere lectione. Idem eundem portum ab eodem Plinio eodem in capite MVZIRIM appellari putat. itemq; Ptolemai MVZIRIS esse: sed hoc tantum in Latinis codicibus extat. in Graecis pro eo MODIRIS, $\mu\omicron\delta\iota\rho\iota\varsigma$, legitur. quod Moletius Caul, novo nomine interpretatur:

pretatur: Anor autem Ramusius. Fides sit
apud auctores.

ZMYRNÆI, vide SMYRNA.

ZOAN, vide TANIS.

ZOARA, vide BALA.

ZYROBORA, ζυρόβορα, Dacia opidum,
Ptolemao. Temesuar, Nigro.

ZYDRITÆ, ζυδριτῶν, Arriano in suo Maris
Euxini periplo, sunt populi circa idem Ma-
re. Hos Procopius SISILISCOS vocat.
ut scribit Theod. Adamus. Eosdem esse cum

ZELIENSIBVS, quos Strabo lib. 10.
describit, idem auctor est. Stukius autem

Zydritas eosdem esse contendit cum CER-
CITIS Strabonis.

ZYGANTES, vide BYZACIVM.

ZYGI, vide SIGÆ.

ZYGIS, vide GYZIS.

ZYGRIS, ζυγρις, Ptolemao est vicus, in
Marmarica regione. GERAS Antonini est,
iudicio Simleri. Solonet à Castaldo vo-
catur.

ZYMBRA, vide THYMBRE, & HY-
CUMBRA.

ZZEVENE, vide SYENE.

FINIS.

ELEN-



E L E N C H V S
V O C A B V L O R V M
R E C E N T I V M E T
B A R B A R O R V M.

LECTORI.

POTUISSEM hæc Barbara & recentia locorum nomina etiam inter Latina & antiqua secundum litterarum ordinem distribuiffe, quòd tamen hoc minus fecerim, monuit nos studiosorum commoditas, quibus in primis consultum cupimus. si enim hæc illis commixta fuissent, plus negotij fuisset Latinas dictiones quærentibus, inter tot barbara inuolutas, & vice-versa Barbara inuestigantibus inter tot millia Latinorum implicata, invenire. Itaq; hæc à me seorsum in elenchum redacta sunt, & utrobique lectorum molestiæ prospectum est. Latina vocabula, sub quibus de his consulendum erit, singulis subiunximus.

A.

A, VELICER.
Abach, ABVDIACVM.
Abachu, HYRCANVM Mare.
Abanhi, NILVS, ASTAPVS.
Abannas, MANTIANA.
Abano, APONVS.
Abascia, INDIA.
Abavi, ASTAPVS.
Abbahuis, NILVS.
Abelinas, ANTILIBANVS.
Abensperg, ABVSINA.
Abet, SVRIGA.
Abexim, ÆTHIOPIA sub Aegypto.
Abiama, OXVS.
Abruzzo, SAMNITES.
Abutich, ABYDVVS.
Abijfo, ELORVM.
Abyssini, ÆTHIOPIA sub Aegypto.
Acada, SANGARIVS.
Accumba, HYPANIA.
Acerano, ACERA.
Açeuta, EXILISSA, SEPTEM FRATRES.
Ach, NVAGERRA,

Achamba, TAPROBANA.
Achatana Esbahan, ECBATANA.
Achterwaldt, ARDVENNA.
Acijla, OCELIS.
Acilino, ACITHIVS.
Acon, & Acre, PTOLEMAIS.
Acor, ICOSIVM.
Açores, CASSITERIDES, & VX^r
IAMA.
Acqua che Favella, THYRIA.
Acqua dolce, ATHYRAS.
Acqui, AQVÆ STATELLORVM.
Acra Spandona, METOPON.
Acri, ACIRIS.
Acque caldes, AQVÆ QVINTIÆ.
Acque dolci, CALACTA.
ARCOZ, ARSA.
Adaçth, VLIPADA.
Adazar, CAUCASVS.
Adda, ABDVA.
Aden, ARABIA, OCELIS, MADOC
CE, & ADEDI.
Adegele, CHRYSORROAS.
Adena, SARVS, ADANA.
Aderno, ADRANVM.

- Adiga, ZYGÆ.
 Adilbegian, DARETIS.
 Admirati, ELEVHERVS.
 Adom, SALINVM.
 Ador, ATVRRVS.
 Adra, ABDARA.
 Adramelech, ARNON.
 Adrinza, ASSYRIA.
 Ægospotamos, HEGONIS.
 Æliopoli, HADRIANÆ.
 Aeth, ESSVI.
 Africa, APHRODISIVM, & LEPTIS.
 Agada, ÆMINIVM.
 Agamij, PERSIA.
 Agatha, ARTEMISIVM.
 Agde, AGATHA.
 Agello, TYLLESIVM.
 Agen, GARITES.
 Agian parasceuen, CVBVS CANOPI.
 Agiomamma, TORONE.
 Agionoros, ATHOS.
 Agios Adrianos, MYCENÆ.
 Agios Phocas, ARCHIOS.
 Agnone, AQUILONIA.
 Agnuni, MORGANTIVM.
 Agonara, AGANAGARA.
 Agreda, GRACVRIS.
 Agriomela, SPERCHIVS.
 Agua naval, SICORIS.
 Ahinadal, MASSAGETÆ.
 Aiaz, VRCINIVM.
 Aiazza, ISSVS.
 Aichstadt, AVREATVM.
 Aigue mortes, FOSSÆ Mariane.
 Aila, ELANA.
 Aiman, ARABIA FELIX.
 Aiameia, EVROPÆI.
 Aire, ATVRENSIVM.
 Aistadt, ALANARISCA.
 Aiton, CALYDON.
 Aix, SALLYES, NVAGERRA, & AQVÆ SEPTIÆ.
 Akadin, PTOLEMAIS.
 Aken, NVAGERRA.
 Al, GVTALVS.
 Alambra, LAMINITANI.
 Alandriana, MÆANDRIA.
 Alandt, OONÆ.
 Alanquera, IERABRICA.
 Alarabes, MAVRITANIA.
 Alarch, APHE, & CHALDAICI LACUS.
 Alaro, SAGRA.
 Alatro, ALETRIVM.
 Alb, ALBA.
 Alba, ALBA POMPEIA.
 Albain, SCOTIA, & ALBANIA.
 Alba Iulia, VLPIANVM.
 Albagra, CERNE.
 Albania, EPIRVVS.
 Albarrazin, LOBETVM.
 Alben, ALPES, & FORMIO.
 Albenga, ALBIGAVNVNVM.
 Albi, ALBA AVGVSTA, & HELVII.
 Albila, Alhabib, Albhon, Alhaim, Alfacouza, Alquebx, Athabib, MEROE.
 Albona, ALBONENSES.
 Albora, IOL.
 Albs, SAPIIS.
 Albsor, CAVCASVS.
 Album, CARPIS.
 Alcairo, BABYLONIA.
 Alcañis, ERGAVICA.
 Alcala de Henares, COMPLVTVM.
 Alcala horra, ARCILACIS.
 Alcantara, ACESINE, & NORBA CÆSAREA.
 Alcaraz, ORGIA.
 Alcazar de sal, SALAGIA.
 Alcazar, ARCOBRIGA.
 Alchabor, HAVOR.
 Alchabyr, BABYLONIA.
 Alchafer, BERENICE.
 Alchofan, ORGANA.
 Alcol, CVLLV.
 Alchria, DOLICHE.
 Alcudia, CELTICI.
 Aldadrina, DRYOPES.
 Aldburg, ISVRIVM.
 Aldea el rio, ILLITVRGIS.
 Aldenburg, VRBS VETVS.
 Aldinelli, LYCIA.
 Alegon, ATTAVM.
 Alemagna, GERMANIA.
 Aleppo, ANTIOCHIA.
 Alesio, LISSVS.
 Alesso, ALEX.
 Alexandreta, ALEXANDRIA.
 Alexandria, AQVÆ Statellorum.
 Alexan-

- Alexandria della paglia, AQVÆ STA-
TELLORVM.
Alf, ALISONIA.
Alfaques, RVSPÆ.
Alfrangues, EVROPÆI.
Algar, AQVILEIA.
Algarbie, TVRDETANI.
Alger, IOL, ZILIA, CIRTA, &
SALDÆ.
Algoew, CALVCONES, & SVANETES.
Alhabas, ÆTHIOPIA, *sub Aegypto.*
Alhama, ARTIGIS.
Alhard-Colgudan, *vide Thor.*
Alia, SALVIA VRBS.
Alicante, ALONE, & ILLICI.
Alicata, GELA.
Alicudie, PHOENICVSA.
Alicur, ERICVSA.
Aliduli, ANTHEMVSIÆ.
Alijmete, ELYMA.
Alize, ALEXIA.
Alkebulan, AFRICA.
Allier, ELAVER.
Almada, CETOBRICA.
Almaria, ILLIBERIS.
Almasia, CAPPADOCIA.
Almaz, ANAMASCIA.
Almeria, ABDARA.
Almiña, ALYBÆ.
Almissa, PEGVNTIVM.
Almudia, NERTOBRIGA.
Aload-exton, NILVS.
Alphen, ALBIMANIS, ALBINIA-
NA *Castra.*
Alphéo, ANAPVS.
Alphi, ALLIPHA.
Alpi del Pelegino, LETVS.
Altai, IMAVS.
Alteiola, ANTILIA.
Altemura, MINOA.
Altenburg, FLEXVM.
Alth, ALVTA.
Altimonte, BALBIA.
Altmul, ALEMANNVS.
Altobosco, COLOPHON.
Alt Offen, SICAMBRIA.
Aluata, ALVTA.
Alulien, CAPPADOCIA.
Alzette, AZOTVS.
Aman, EPIPHANIA.
Amandaune, NAMADOS.
Amberg, CANTIOEBIS.
Amanza, GRANIAQVVM.
Ambie, AMBIBARII.
Ambon, SINDÆ.
Ambourg, SEGNI.
Ambrachia, AMBRACIA.
Ambrun, EBRODVNTII, & AM-
BVARETI.
Amelia, AMERIA.
Amiens, AMBIANI, & SAMOBRINA.
America, ATLANTIS *Insula.*
Amigdalara, HERACLEA.
Amigdalia, PERIPOLIVM.
Amir Carpi, CAVCASIÆ *Porta.*
Am Lug, VIPITENVM.
Amo, POLYTIMETVS.
Ampurias, EMPORIA.
Amurgo, AMORGVS.
Anaduole, ARMENIA *Minor.*
Anagna, ANAGNIA.
Anakelt, INDVS.
Anapadoro, CATARRACTVS.
Anatolia, ASIA.
Anatoria, TANAGRA.
Anchialo, ANCHIAEVS.
Anchora, ASINE.
Ancona, ANCONA.
Andaluzia, BÆTICA, & BASTVLE.
Andernach, ANTENNACVM.
An der Thur, AD FINES.
Andes, SEPHER.
Andoria, MANDVRIVM.
Andre, NETIVM.
Andreswald, DANICA *Silva.*
Andro, ANDROS.
Andujar, ILLITVRGIS.
Angermund, ANGRIVARII.
Angiers, IVLIOMAGVS.
Angitula, ANGITVLA.
Angivolo, METAVROS.
Angleem, SVEVI.
Anglesey, MONA.
Anglia, BRITANNICÆ *Insula.*
Anglona, AQVILONIA.
Angotina, ACANTHINA.
Angouri, ANCYRA.
Angusia, HORESTII.

- Anjou, ONDICEOVAE.
 Ankenlut, ANCALITES.
 Anyauara, ALISCA.
 Anna, DECASTIDIUM, & ENNA.
 Anor, ZIZERVM.
 Anthios, ANTINOE.
 Antibe, ANTIPOLIS.
 Antilodum, CORYNE.
 Antiochia, ANTIOCHIA.
 Antiochetta, ANTIOCHIA.
 Antiop, HESRON.
 Antiquera, SYNGILIA.
 Antivari, DOCLEA.
 Antorff, Anwerp, Antwerpen, Anvers, &
 Anversa, vide ANTVERPPIA, & AM-
 BIVARITI.
 Antravida, CYLLENE.
 Apamia, APAMIA.
 Apea, ASPAVIA.
 Apherat, EUPHRATES.
 Aphoziani, EPHESIORVM *Portus*.
 Apoley, CONSTANTINOPOLIS.
 Apri, APRI.
 Aquapendente, AQVILA.
 Aquedotto, VITIS.
 Aquila, AVIA.
 Aquilegia, AQVILEIA.
 Aquino, AQVINVM.
 Aqs, TARBELLA.
 Arabia, TROGLODYTARVM *Regio*.
 Atacgelaran, MELITINE.
 Arach, PARTHIA, & PETRA.
 Arad, CAUCASVS.
 Arais, ARAXES.
 Aravacca, AREVAVAE.
 Arbecua, VRBICVA.
 Arbia, ALMA.
 Arbois, ARBOROSA.
 Arbon, ARBOR FELIX, & ASOPVS.
 Arcadia, CYPARISSI.
 Arce, ARCANVM.
 Arceolo, CARSEOLANI.
 Archadia, ARCADIA.
 Archadie, ALIARTVS.
 Archiech, OROSA.
 Archipelago, AEGÆVM *Mare*.
 Archipelago di Maldivar, HIPPADIS.
 Archifana, ARCILACIS.
 Arcoz, ARCOBRIGA.

- Ardacher, AREDATE.
 Ardellium, DACIA.
 Arden, PALMYRENA.
 Ardenne, ARDVENNA.
 Ardenburg, LEVACI.
 Ardermouthead, NOVANTVM.
 Are, SARDOPATRIS.
 Arestinga, LIBA.
 Areualo, AREVACAE.
 Arcuna, AMANVS.
 Atezzo, ARETINI.
 Arga, ARAGVS.
 Argadia, CANOVACI.
 Argentar, GORDITANVM.
 Argentina, ARGENTORATVM.
 Argentine, & Argenton, ARGENTEVVS
 AMNIS.
 Argin, CERNE.
 Argirocastro, ANTIGONIA.
 Argis, MANTIANA *Palus*.
 Argitti, EBVDÆ.
 Argo, ARGOS.
 Aricanda, MOSON.
 Arignano, ARINIANNVM.
 Ariona, AVRIGIA.
 Arle, & Arlun, OROLAVNVM.
 Arles, ARELATVM.
 Armeña, MEDOBREGA.
 Armignac, AREMORICA, AREMICI.
 Armilon, THEODOSIA.
 Arminacha, CYBISTRA.
 Arnano, ARGENOMESCVM.
 Arnhem, ARENACVM.
 Arocella, AMPHISSIA.
 Arone, LARO.
 Arpino, ARPINVM.
 Arpatarro, ALMVS.
 Arr, AROLA.
 Arras, RIGIACVM.
 Ars, FLORIVS.
 Arsa, ARSIA.
 Arsuso, IOPPE.
 Arsur, ANTIPATRIS.
 Artois, & Atrecht, ATREBATES.
 Arvinata, SALO.
 Artzburg, ARTOBRIGA.
 Arzen, ARSENARIA.
 Arzentara, PRÆPESINTHVS.
 Arzerum, ARSENARIA, & ASSYRIA.

Arzicham, AZIRIS.
 Arzita, XIBIA.
 Arzua, ARADUCA.
 Asburg, ASCIBURGIVM.
 Ascalo, ASCVLVM.
 Ascisi, ÆSISIVM.
 Ascu, ASCANIVS.
 Asinaria, DIABATE, & HERCVLIS
Insula.
 Asna, SYENE.
 Asola, ACEDVM.
 Asoph, TANAIIS.
 Asperosa, ABDERA.
 Aspermont, RHVCANTIA.
 Aspida, ASPITHRA.
 Aspri, ACHELOVS.
 Aspropiti, CIRRHIA.
 Assach, LAVIACVM.
 Assadib, CYRENAICA.
 Assoro, CHRYSAS.
 Assur, ANTIPATRIS.
 Asti, ASTA.
 Astadid, SETELISIS.
 Astora, RVSICADA.
 Astorga, ASTVRICA AVGVSTIA.
 Astriadi, ASTABENI.
 Astrizza, ABDERA.
 Astura, AVSTRA.
 Asturias, ASTVRES.
 Asuan, METACOMPSO.
 Atalaya di Sertorio, DIANIYMA.
 Atalib, SINGARAS.
 Ateca, ATTACVM.
 Atellari, ELORVM.
 Atemuz, DIANIYMA.
 Aterno, ÆTNA.
 Ator Albacara, SCYTHÆ.
 Atrecht, RIGIACVM.
 Atripaldo, FREGELLÆ.
 Ava, PALIBOTHTA, & ARISABIVM.
 Auçensis saltus, IDVBEDA.
 Auchx, AVSCII, & AVGVSTA *Ausciorum.*
 Aude, ATAX, & RHAVRARIS.
 Avellino, ABELLINVM.
 Avenche, AVENTICVM.
 Averazin, LOBETVM.
 Averfa, ATELLA.
 Avero, LAVARE.
 Aufente palude, PONTINA.

Auff den Hartz, HERCYNIA.
 Auff der Stay, VOGESVS.
 Augiolello, HYRCANIA.
 Augsburch, AVGVSTA *Vindelicorum.*
 Augovius, AVGINVS.
 Augst, AVGVSTA *Prætoria, & Rauracorum.*
 Augstal, SALASSII.
 Augusta, CHERSONESVS, & ME-
 GARA.
 Avia, AVVS.
 Avignon, VOLCÆ, & AVENIO.
 Avila, ABVLA.
 Aulerton, SEGELOCVM.
 Avola, HYBLA.
 Avoniani, SIMENI.
 Aupep, HERACLEA.
 Auranches, AMBILIATES.
 Auraz, AVRASIVS.
 Aursperg, ARVPENVM.
 Aufa, AESA.
 Austria, PANNONIA.
 Auter, ACHATARA.
 Autun, AVGVSTODVNVM.
 Auvergne, ARVERNI.
 Auxerre, VELLAVNODVNVM.
 Axar, ANAZARBVS.
 Axel, LEVACI.
 Aymargues, AVGVSTA *Tricastinorum.*
 Ayne, AXONA.
 Azac, TANAIIS.
 Azagar, OASIS.
 Azalburg, AVGVSTA ACILIA.
 Azamia, MESOPOTAMIA, & CHALDÆA.
 Azamij, & Atzamij, PERSIA.
 Azamor, THYMATERIVM.
 Azar, COMAGENA.
 Azebani, TAPROBANA.
 Azeche, IBERVS.
 Azemia, PERSIA.
 Azimia, ASSYRIA.
 Azioth, BYBASTIVS.

B.

B Aar, VARGIONES, & ABNOBI.
 Babelmandel, DIODORII.
 Babuca, BOVILLÆ.
 Babul, PATALA.
 Bacala, BARACVRA.
 Bacam, BARYGASA.

Bachad.

- Bachad, SELEVCIA.
 Bacharin, VOLCERA.
 Bachdad, THELDA.
 Bachilione, MEDOACVS.
 Bachu, GANGARA, & HYRCANVM
Mare.
 Bacras, TAVRVS.
 Badajos, PAX *Iulia.*
 Badallona, ILLVRO.
 Badelona, BETVLLO.
 Baden, CATTI, & CASTELLVM *Aquarū.*
 Badia, LEBADIA.
 Baergen, CAMBODVNVM.
 Baezza, VACIENSES.
 Bagazin, BOSPORVS *Thracius.*
 Bagda, & Bagadach, BABYLONIA.
 Bagnara, NOVE M *Pagi.*
 Bagnacavallo, TIBERIANVM.
 Bagnias, BALANÆÆ.
 Bagni d'Abano, FONTES APONI.
 Bagni d'Agnano, LVCVLLI *Villa.*
 Bagni de Bollicano, AQVÆ CAIÆ.
 Bagni del lago, ANIANÆ THERMÆ.
 Bagni di S. Cassiano, CLVSINI.
 Bagni Sabatini, THERMÆ *Stygianæ.*
 Bagni de Tritoli, ACADEMIA.
 Bagrada, GALESVS.
 Baharennil, NILVS.
 Bahar-zocoroph, ARABICVS *Sinus.*
 Baia, BAIÆ.
 Baja de Caliz, ASTACENV M *Aestuariū.*
 Baiona, TARBELLI, OEASO, BO-
 IATVM, & AQVÆ AVGVSTÆ.
 Baicadul, BATANCÆSARA.
 Baiern, VINDELICI.
 Bain-el-naharim, PERSICVS *Sinus.*
 Bayburt, BABYTACÆ.
 Bayerena, SIRBONIS.
 Balassan, CHOROANÆ.
 Balbec, CÆSAREA PANIAS, & HE-
 LIOPOLIS.
 Baldach, BABYLONIA.
 Balivus, DAN.
 Balkan, HÆMVS.
 Balnec, CÆSAREA *Palestina.*
 Balneole, AQVÆ VOCONIS.
 Balneoregium, NOVE M *Pagi.*
 Bamberg, GRANIONARIVM.
 Bamborow, BREMENIVM.
 Bangela, BARACVRA.
 Baños de Alhama, AQVÆ BILBITA-
 NORVM.
 Bapho, PAPHOS NOVA.
 Baranuwer, ANTIANÆ.
 Barbara, EGESTA.
 Barbaria, MAVRITANIA, & BAR-
 BARIA.
 Barraab, ARABIA PETRÆA.
 Barcena, COLOE.
 Barcha, MARMARICA.
 Barckfire, & Birckfire *menne,* ATRE-
 BATHI.
 Barda, PYRGVS.
 Bardefei, LIMNOS.
 Barnet, SVLLONIACA.
 Bardre, & Bardarium, AXIVS.
 Barian, BARRA.
 Barlinguas, LONDOBRIS.
 Baromela, BALARI.
 Barraaru, ARSINOE.
 Barua, COLOA.
 Barwick, ORDOVICES, & BREME-
 NIVM.
 Baruti, BERYTVS.
 Barzelona, BARCINO.
 Balsera, TEREDON.
 Basarafi, CORONVS.
 Basaz, VOCATES.
 Basel, AVGVSTA *RANTACORVM.*
 Basler, RAVRACI.
 Basilica, SICYON.
 Basse, BAZACATA.
 Basilicata, LVCANI.
 Basilipotamo, EROTAS.
 Bassento, ACHERON.
 Bassignana, AVGVSTA *Vagiennorum.*
 Bastilica, TARRABENI.
 Batha, CORNACVM, & LVGIO.
 Bathe, AQVÆ SOLIS.
 Batica, BOÆ.
 Battalio, CAREPVLA.
 Batter, BACTRIANA.
 Bavano, CIRCIDIVS.
 Bavay, BAGANVM, BELGIVM.
 Bavais, CÆSAROMAGVS.
 Baubala, BILBILIS.
 Baudras, SELEVCIA.
 Baulx, GABALLICI *Pagi.*
 Baumicens,

Baumiens, ZEVGITANA.
 Baxagus, PAX Iulia.
 Baxos de Barbaria, SYRITES.
 Bazaim, BARACE.
 Bear, PRECIANI.
 Beaulieu, BERCORCATES.
 Beaulne, BIBRACTE.
 Beaumont, BRATVSPANTIUM.
 Beauvoisin, BELLOVACI.
 Bebelingen, Bebenhausen, BIBONVM.
 Bebenhausen, FEBIANA.
 Bechria, ÆGYPTVS Inferior.
 Becfangial, BITHYNIA.
 Bed, LVNÆ Mons.
 Bed Amate, MEROE.
 Bedalac, LIMÆA.
 Bedia, TAMVADA.
 Beets, BETASII.
 Begerra de Melena, MELLARIA.
 Behemerwaldt, HERCYNIA.
 Beja, & Bexa, PAX Iulia.
 Bejar, BIGERRA.
 Bejar de Melena, MENRALIA.
 Bein-elnaharaim, ORONTES.
 Beyrn, NARISCI.
 Belas, SIDRONA.
 Belbais, PELVSIVM.
 Belbes, ELIS.
 Belforte, SVBSICINVM.
 Belgian, IMAVS.
 Belgrado, TAVRVNVM, & HYDRALIS.
 Belicastro, CHONIA, & PETELIA.
 Belich, HYP SA.
 Belina, CÆSAREA PANIAS.
 Beline, CÆSAREA *Palæstina*.
 Belinzona, BERINSONA.
 Belitre, VELITRÆ.
 Bellicenses, SEBVSIANI.
 Bellis de Gomera, ACRATH.
 Belluno, BELVNVM.
 Belor desertum, SACÆ.
 Beltz, BALTICVM.
 Belvedere, BLANDA, & COLOPHON.
 Bene-jaacan, LYCIA.
 Beneventi, BENEVENTVM.
 Bengala, GANGE.
 Bengaucal, ARABIA PETRÆA.
 Benich, BERENICE.
 Benisvaif, PHYLACÆ *Hermopolitana*.

361
 Benthemer-berg, TANFANÆ Templum.
 Bera, VIRGI.
 Berbero, ARBIS.
 Bercheim, TIBERIA CVM.
 Berck, vel Berick, VETERA, & CALONIS.
 Beresina, BORYSTHENES.
 Beresith, EMOVVS.
 Berga, BIRGINIVM.
 Bergamo, BERGOMVM.
 Bergane, ASISIA.
 Bergas, BERGVLA.
 Bergen, *qua* & Winoxbergen, BLOETINI.
 Bergen op Soom, AMBIVARITI.
 Bergstras, CAPELLATIVM.
 Beriara, ARABIA DESERTA.
 Beribir, ASISIA.
 Berlin, SODERANI.
 Bermet, BARBARI.
 Bern, VERONA.
 Berou, CARRHÆ.
 Betri, BITVRIGES.
 Berton, PARÆTONIVM.
 Besagno, FERITOR.
 Besanson, VESONTIO.
 Besecath, AFRICA.
 Beseneghe, ARSINARIVM.
 Besermanni, SCYTHÆ.
 Besiers, BLITERÆ.
 Besidiano, BESIDIANÆ.
 Beson, Beses, Besons, BETV LLO.
 Besos, SVBI.
 Bessin, ESSVI.
 Bestercze, BISTRITIA.
 Bestie, APENESTÆ.
 Betancos, FLAVIVM BRIGANTIVM.
 Betelis, LYCVS.
 Beth-alfarath, LVNÆ Mons.
 Bethonopolis, NOBE.
 Bethemes, HELIOPOLIS.
 Betuwe, BATAVIA.
 Beuagna, MEVANIA.
 Beunen, GESSORIACVM.
 Beroaldo, AZOTVS.
 Biana, ALBA, *qua* & VIRGAO.
 Bibrach, BIBACVM.
 Bibrogger, BIBROCI.
 Bichari, HERBESSVS.
 Bichier, CANOPVS.
 Z Bydlim,

- Bydlim, INDVS.
 Bieda, BLERA.
 Biernenfes, CVQVENI.
 Bierviesca, VIROVESCA.
 Biefcid, CARPATES.
 Bigorre, BIGERRIONES, VOCA-
 TES.
 Bilbao, FLAVIONAVIA.
 Bilbin, PELVSIVM.
 Biledulgerid, NYMIDIA.
 Bilici, HYP SA.
 Billigrace, BIBIVM.
 Binceftre, BIMONIVM.
 Bing, BINGIVM.
 Bintimir, BAGRADA.
 Biquelmic, BAGRADA.
 Bir, BITHIAS.
 Birckhaufen, BIDAIVM.
 Birgi, ACITHIVS.
 Bifano, TRIFERNVS.
 Bifargo, CASSITERIDES.
 Bifcaia, CANTABRI.
 Bifeneghe, HESPERION *Cornu*.
 Bifitas, IASONIVM.
 Bifmeo, VABAR.
 Bifnagar, MODVRA, & ARCATI.
 Bitente, PARTHENOPE.
 Butere, & Biudere, BATHYCOLPVVS.
 Blachi, MOESIA.
 Blaye, SANTONVM *Prom.*
 Blamberg, IVRA.
 Blanckneft, ICIVM.
 Blanes, BLANDA.
 Blata, BARATHIA.
 Blenda, BELBINA.
 Blida, OESCVS.
 Blindenburg, FELICIS *Lacus*.
 Bobierca, VOBERTA.
 Bobio, LIBARNA.
 Boca, & Bocalbalbec, COELESYRIA.
 Bocca di Lupo, THERMOPYLÆ.
 Bocca S. Iohanni, BOSPORVS CIM-
 MERIVS.
 Bochara, BACTRVVS.
 Bocherno, ERIDANVS.
 Bochir, CANOPVS.
 Bochonopolis, NOBE.
 Bodenal, NERTOBRIGA.
 Bodenfec, ACRONIVS.

- Bodman, VOLIBA.
 Boëhemien, BOIEMVM.
 Bog, HYPANIS.
 Bogazoffar, & Bogafaffar, SESTVS.
 Bohar corfun, HYRCANVM *Mare*, &
 ARABICVS *Sinus*.
 Boiana, DRINIVS.
 Boiano, BOVIANVM.
 Boli, ABONI TEICHOS.
 Boliana, DRINIVS.
 Bologna, FELSINA.
 Bologne, GESSORIACVM.
 Bolsena, VOLSINIUM.
 Bon, BONNA.
 Bon porto, ACHÆORVM PORTVS.
 Bona, HIPPON.
 Bonandrea, APOLLONIA, & ZEPHY-
 RIVM.
 Bondeno, BODINCOMAGVM.
 Bonhomme, STOECHADES.
 Bonmonfter, BONONIA.
 Boparten, BODOBRIGA.
 Bordeaulx, BITVRIGES, & BURDI-
 GALA.
 Borgia, BELSINVM.
 Borgo, LEONINA.
 Borgo S. Dionysio, FIDENTIA.
 Borgo S. Sepulchro, BITVRGIA.
 Bornholm, HELLEVIONES.
 Borno, ATLANTES.
 Borowa, EBVRVM.
 Borun, BISTONIS.
 Bosco di Baccano, MOESIA *Silua*.
 Bosco di monte Fiascone, VOLSINIEN-
 SIVM *Lucus*.
 Bosire, CHERSONESVS PARVA.
 Bosnachi, SCORDISCL.
 Bosoch, MELITINE.
 Bosock, ALTINVM.
 Boffa, VSELLIS.
 Boffen, DARDANIA.
 Bostizan, ÆGIVM.
 Botan, ADIABENA.
 Bothnia, LEVONÆ.
 Botzberg, IVRA.
 Boughedot, BABYLON.
 Bouillon, TVNGRORVM *Fons*.
 Bourbonnois, BOI.
 Bource, PRVSA.

Bourg en Bresse, **F O R V M Segusi-
norum.**

Bourges, **A V A R I C V M.**

Bourgoignons, **SECVANI, & ÆDVI.**

Bozwtha, **B A C V N T I V S.**

Brabate, **B E L O.**

Braces, **I T H A C E S I Æ.**

Bracciano, **A R C E N N V M.**

Brachium S. Reineri, **A R G E N N V M.**

Brachium S. Georgij, **H E L L E S P O N-
T V S, V I R G I N I V M Mare.**

Braga, **A V G V S T A Bracarum.**

Bragantz, **B R A M A G V M.**

Bray, Braine, **B I B R A X.**

Brandeburg, **S O D E R A N I.**

Brailano, **P I R O B O R I D A V A.**

Bramini, **B R A C H M A N E S.**

Brannesia, **V R B S V E T V S.**

Brasso, **S T E P H A N O P O L I S.**

Brata, **B A R A T H I A.**

Brattia, **B R E T T A N I S.**

Braunswijck, **T V L L I S V R G I V M.**

Bregent, **B R I G A N T I V M.**

Bregna, **A R V C I A.**

Bregnitz, **B R E G Æ T I V M.**

Brema, **B R A M M A.**

Bremen, **P H A B I R A N V M.**

Bremenses, **C H A V C I.**

Brenner, **P Y R E N Æ V S.**

Brenta, **A N A S S V S, & M E D O A-
C V S.**

Brentinore, **F O R V M Truentinorum.**

Bresca, **R V S T O N I V M.**

Brescello, **B R I X E L L V M.**

Brescia, **B R I X I A.**

Breslaw, **B V D O R G I S.**

Bresne, **B I B R A X.**

Bressantz, **S E B V S I A N I.**

Bresse, **S E G V S I A N I.**

Bretagne, **A R M O R I C Æ.**

Breunia vallis, **B R E V N I.**

Brianon, **B R I G A N T I O, B R I G A N-
T I V M, & B R A N N O V I C E S.**

Briate, **B R I D O B O R V M.**

Briatico, **B R Y S T A C I A.**

Bricquia, **L Y C I A.**

Briga, **S E M P R O N I V S.**

Brijn, **A R S I C V A.**

Brindisi, **B R V N D I S I V M.**

Brixen, & Brixina, **S A B O N A, & S V B-
L A V I O.**

Brisach, **B R I S A C V S Mons.**

Brisna, **B O R Y S T H E N E S.**

Bristow, **V E N T A Belgarum.**

Briulesca, **B R I G Æ C I V M.**

Brockersberg, **M E L I B O C V S.**

Brodegui, **B I T Y L A.**

Brofs, **B O N T A S.**

Bruca, **P A N T H A C V S.**

Brucomat, **B R O C O M A G V S.**

Brucramel, **T R E T V M.**

Brug, **A M B R A.**

Brugghe, **G E S S O R I A C V M, C R V-
D I I.**

Bruck, **M O T E N V M.**

Bruneck, **V I R V N V M.**

Bruneck, Brunauwer, **B R E V N I.**

Brutiano, **S I L A.**

Bucharia, **M O E R I D I S.**

Buchingamientes, **C A T Y E V C H L A N I.**

Buco velenoso, **S P I R A C V L A.**

Buda, **H E R C V L I A, C V R T A, A-
Q V I N C V M, & L E G I O Auxiliatrix.**

Budua, Budovo, **B V T V A.**

Budmir, **B A G R A D A.**

Budweis, **B V B I E M V M.**

Bufer, **B A L S A.**

Bugia, **T H A B R A C A.**

Buheira, **A R A P O T E S.**

Bulgaria, **M O E S I A, & T R I B A L L I.**

Bullingen, **B E L G I C A.**

Bulzzir Zzalbizz, **G O S S E N.**

Bunina, **O E T A.**

Buonpruo, **B E P Y R V S.**

Buosa, **B O S A.**

Buragrag, **S A L A.**

Burdugua, **T H V R E.**

Burgian, **A R I A.**

Burgo presso, **S E B V S I A N I.**

Burgos, **A V G V S T O B R I G A, & B R A-
V V M.**

Burick, **B V R V N G V M.**

Burinea, **T V R R E N A Augustalis.**

Burneo, **B O N Æ F O R T V N Æ.**

Burren, **P E T I N E S C A.**

Burfe, **C Y Z I C V S.**

Bursia, **B I T H Y N I A, & M Y S I A.**

Butera, **G E L A.**

Butrinto, BUTHROTVM.

Butrio, BVTIVM.

C.

- Cabo d' Agatas, CHARIDEMI Prom.
- Cabo d' Alber, CATABATHMVS.
- Cabo d' Alfaques, TENEBRIVM.
- Cabo de S. Alesso, ARGENNVM.
- Cabo d' Alger, ATLANTIS Maioris promontorium.
- Cabo dell' Alice, LACINIUM Prom.
- Cabo d' Antio, ANTIVM.
- Cabo de tres Arcas, METAGONIVM.
- Cabo Bacro, CITHARISTES.
- Capo di Batticani, MEDAMA.
- Capo Boei, LILYBÆVM.
- Cap de Butz, CVRIANVM.
- Caput Boiatum, CVRIANVM.
- Cabo Bianco, ARGENNVM, & ERYTHRÆ.
- Cabo blanco, PHRVRIUM, LEVCIMENA, & HESPERION Cornu.
- Cabo Bojador, SOLIS Mons.
- Cabo bon, HERMÆA.
- Cabo de Bona speranza, FRONS Africa.
- Cabo di Bursano, ZEPHYRIVM.
- Cabo Calari, CALARITANVM.
- Cabo de Cantin, SYLOES, HERCVLIS Prom. & SOLIS Mons.
- Cabo de Carena, PHYCVS.
- Cabo Carmelo, SYCAMINOS.
- Cabo de Celi, OCELIS.
- Capo Chelidoni, SACRVM Prom.
- Cabo Chevelar, TILOX.
- Capo Coco, LILYBÆVM.
- Cabo Cista, HYLLIS.
- Cabo de Cler, NOTIVM.
- Cabo delle Colonne, LACINIUM, & SVNIVM.
- Cabo de Colle, COLAICVM.
- Cabo Conello, CYPARISSIVM.
- Cabo Corso, SACRVM Prom.
- Cabo Crio, CNIDVS.
- Cabo de Croce, EIONE.
- Cabo de S. Croce, TAVRVVS.
- Cabo de Cruz, APHRODISIVM.
- Cabo Cumano, ONÆVM.
- Cabo ferrato, CVNION, CHARION,
- TRETVM, & CANDIDVM Prom.
- Cabo Fagona, POSIDIVM.
- Cabo del Figo, SCYTHICVM Prom.
- Cabo Figalo, CÆSAREA, & ACTIVM.
- Cabo de finis terræ, ARTABRYM.
- Cabo de tres forcas, METAGONIVM.
- Cabo de la Fraschea, DION.
- Capo di Gallo, ACRTAS.
- Capo Giallo, IVNONIS Prom.
- Cabo Ganzir, RHOSSICVS.
- Cabo de Gates, CHARIDEMI Prom.
- Cabo de Griego, PEDALIVM.
- Cabo de Guardafu, AROMATA.
- Cabo lasquette, ARMOZVM.
- Cabo d' Istria, IVSTINOPOLIS.
- Capo di Larne, LEUCOPETRA.
- Cabo Leone, CRIV METOPON.
- Cabo Leucoso, LEVCA.
- Cabo Litar, CENÆVM.
- Cabo Lugudori, GORDITANVM.
- Cabo Malio, MALEA.
- Cabo mantello, LEON.
- Cabo del mar, NOTIVM.
- Cabo marzo, ODYSSIA.
- Cabo de S. Maria, IAPYGIUM Prom.
- IARGANVM, & MARIANA.
- Cabo Massa Vlivieri, PLEMMYRIUM.
- Cabo Masticho, PHANÆA.
- Cabo Matapan, TÆNARIA.
- Cabo Mesurata, CEPHALAS.
- Cabo de Mirabello, ZEPHYRIVS.
- Cabo Monastier, SEPIAS.
- Cabo de Mongia, ARÆ SOLIS, NERIVM.
- Cabo de molina, XIPHONIAE Prom.
- Cabo di muro, ROETIVS.
- Cabo de Non, CHAVNARIA.
- Cabo di Nubia, HERMÆA.
- Cabo d' oro, CHERSONESVS.
- Cabo de Pagu, GYTHIVM.
- Cabo Palemudo, PALINVRVS.
- Cabo di Palos, SCOMBRARIA.
- Cabo Passero, PACHYNVS.
- Cabo di S. Paulo, CHERSONESVS.
- Cabo Pisello, CARAMBIS.
- Capo di porto, CASALVS.
- Cabo de Rasçaranchi, VLYSSIS Portus.
- Cabo Rizalgate, SYAGROS.
- Cabo rosso, ERYTHRÆ, ERYTHRÆVM.
- Cabo

- Cabo Salomo, SAMONIUM.**
Cap de Sete, SIGIVM.
Cabo Scandreri, RHIVM.
Cabo Scylli, SCYLLÆVM.
Cabo de S. Sigo, CITHARISTES.
Cabo di Sygillo, SCYLLÆVM.
Cabo Spada, CYAMON.
Cabo Spartivento, ZEPHYRIVM,
LEUCOPETRA, & CARCINVM.
Cabo Spartelle, COTTES.
Cabo de Spichel, BARBARIVM Prom-
ontorium.
Cabo Stellaro, ARGENNVM.
Cabo de Stillo, CARCINVM.
Cabo Stillari, MIMANTIS.
Cabo Torice, CHELONITES Prom.
Cabo de la torre del Faro, PELORVS.
Cabo de Vallis, LVNARIVM Prom.
Cabo Verde, HESPERION Cornu,
FRONS AFRICÆ, ARSINA-
RIVM, & RYSSADIVM.
Cabo Verlichi, MAGNESIA.
Cabo de Viana, AVARVM.
Cabo S. Vincente, SACRVM Prom.
Cabo S. Vito, AGATHYRSVS, & E-
GESTA.
Cabo Zunchi, CORYPHASIVM.
Cabra, BÆBRO, & AGABRA.
Cabul, ARACHOSIA.
Cabusco, CHOATRAS.
Cacagioni, CHARAX.
Cacati, HERACLEVM.
Cacearia, ACHILLEA.
Cacelina, CHALCEDON.
Caçeres, CASTRA, CÆCILIA, & SE-
GEDA.
Cachar, INDVS.
Caci mons, CAVNVS.
Caçia, TALABRIGA.
Cacoberio, CHIMO.
Cadenac, VXELLODVNVM.
Cadiz, & Calismalis, GADES.
Cadra, HYDIA.
Caemps, CAMBETIS.
Caer-Corij, CORINIVM.
Caer efrock, EBVRACVM.
Caergrant, DVROVERNVM.
Caerodoryn Nant badon, VENTA Bel-
garum.
Caerleon ar doudow, DEVA.
Caerlil, CATVRRACNONIVM.
Caerludcoyd, LINDON.
Caerlul, LVCOPIBIA.
Caerlud, LONDINIVM.
Caerperis, CAERPERIS.
Caermardin, MARIDVNVM.
Caerfegent, SEGVNTIVM.
Caerfuysk, ISCA.
Caerwendt, VENTA.
Caerwijnt, VENTA.
Caervorrigeru, OXONIVM.
Caervranton, BRANGONIA.
Cairbadon, AQUÆ SOLIS.
Cairgrant, GRANTA.
Cairmalei, CAMALETVM.
Cassa, THEODOSIA.
Cæsarea, AQUÆ STATELLORVM.
Caglio, CALLE Vicus.
Cahors, CADVRCI.
Caiaffa, ASTRATA.
Caiferat, INDIA.
Caianello, CALLICVLA.
Caibo, CROCODILVS.
Caicol, ABVS.
Cailon, BARVSSÆ.
Cainam, SABADIBÆ.
Caypha, PTOLEMAIS.
Cairo, BABYLONIA, & MEM-
PHIS.
Caysarea, CÆSAREA.
Cayseven, CAUSENNIS.
Calabria, MAGNA GRÆCIA, & CA-
LABRIA.
Calabria Inferior, BRVTII.
Cala longa, CINIVM.
Calama, THYAMIS.
Calamata, THVRE, & ABEA.
Calamita, PACTORVM, & ISTRIA-
NVS.
Calapate, CHABERIS.
Calari, & Caglire, CAELARIS.
Calatagirone, MENÆ, & CALACTA.
Calataiud, BILBILIS.
Calatrava, ORETANI.
Calaiate, METACVM.
Calchistan, PAROPAMISVS.
Caldano, ECALIDVS, & CIRIS.
Caldar, & Calendar, CALEDONIA.
Z. 3. Calo.

- Calecut, CANTHAPIS, COTTIARA, BARYGASA.
Calendo, LALASSIS.
Cales, ICCIVS, GESSORIANVM.
Caleu, PIRÆEVS.
Caliar, CALLIDROMVS.
Calico, ECHEDORVS.
Callipoli, ANXA.
Callipolis parva, NICOPOLIS.
Calixene, TANITICVM.
Calkar, CALCIACI.
Caloiero, ATALANTA.
Calomio, BESBICVS.
Calonica, ARA TVTILA.
Calopinaco, TAVROCINIVM.
Calora, CALACTA.
Caloro, VARAMVS.
Caltabellota, SOSSIVS.
Calui, LITTVS CÆSIÆ, & CALES.
Caluiri, NORA.
Camala, EMISSA.
Camarana, MOTYCHANVS.
Camargue, FOSSÆ Mariana.
Camarana, CAMARINA.
Camarina, HIPPARIS.
Camares, CÆNE.
Camb, CAMBVS.
Cambalech, SERA.
Cambalu, SERICA.
Cambayth, CAMANE.
Camberi, CIVARO.
Cambray, & Camerijck, SAMARBINA, & GAMBRIVII.
Cambrasia, & Cambrussa, CORYCVS.
Cambridge, CAMBORICVM.
Cambrusie, MYLÆ.
Camebridge, GRANTA.
Camera, CAMARA.
Camerata, INYCVS.
Camergues, STOECHADES.
Camenopoiis, HYPERBOREI.
Camerino, CAMARINVM.
Cametz, ACVMINCVM.
Camin, CHAMAVI, & RVGIVM.
Camate, ALLIA.
Camora, SARABRIS.
Campana, CAMBRE.
Campanella, CAPREÆ, & ATHE-
NÆVM.
- Campanic, ASTACAPRA.
Campagna di Roma, LATIVM.
Campen, MANARMANIS.
Campi di S. Pellino, CORFINIVM.
Campidoglio, CAPITOLINVS Mons.
Campo Charmeli, SCYTHICA Regio.
Campo marino, CLATERNA.
Campo di Montiel, LAMINITANVS.
Campo pendente, REATINVS Ager.
Campos de Gerdania, SVRDAONES.
Camul, CHAVRANA.
Camunen, CAMVNI.
Cana, COPTOS.
Canacain, CANA.
Canaga, & Cangigu, CANAGORA,
DARATIS.
Canala, PANTACHVS.
Canale, BRITANNICVS Oceanus.
Canale S. Alberto, PADVSA.
Canaia, CENÆVM.
Canamancina, COLAICVM.
Cananor, CALLIGERIS.
Canapina, CAPENATES.
Cancaron de Mahoma, AMMONIACA, & SOLIS Fons.
Candahar, ORTOSPANA.
Candalor, SIDA.
Candia, MATIVM, CRETA, & CY-
TÆVM.
Canea, CYDONIA.
Canelle, MÆNOMENA.
Canibel, TAVRVVS.
Canigrifa, OLENVS.
Canis, ADONIS.
Canistro, PALLENE.
Cannina, CHAONIA, & ELYMA.
Cantara, ACESINE, ACHATES, &
ALABVS.
Cantan, GANGES.
Cantaricbridge, CATARACTONVM.
Canton, CATTIGARA.
Cantavilla, CARTHAGO Vetus.
Cantewarberi, DVROVERNVM.
Canther, NOVANTVM.
Cantuarij, VITÆ.
Capana, CALASARNA.
Capaniano, ACHERON.
Capes, TACAPE.
Capitolina, HIERSOLYMA.

Capilamba, BALANTIPIYRGON.

Capoa, CAPVA.

Capparra, CAPARA.

Caprara, DIOMEDEÆ.

Capraria, CAPRARIA.

Cappanach, OXVS.

Capri, CAPRÆ.

Caprose, CHELIDONIÆ.

Caps, CAPE.

Capusco, CHABORAS.

Cara, NOTIVM, & ZAREX.

Caracaran, LARIAGARA.

Caragoça, CÆSARAVGVSTA.

Caraman, TAVRVVS.

Caramania, PAMPHYLIA.

Caramida, AMIDA.

Carassan, BACTRIANA.

Carbon, ALPHEVS.

Carcora, CAROTHVVS.

Carcassone, CARCASSVM.

Cardandan, CHAVRANA.

Cardone ducatus, CASTELLANI.

Carge, ICARIVM.

Caribider, CORINDIVR.

Carini, HYCCARA.

Carinula, CALENVM.

Carmene, CARMELVS.

Carniola, PANNONIA.

Carinthia, PANNONIA.

Caristo, CARYSTVS.

Carizath, HYRCANIA.

Carmon, CHARAX.

Carmona, CARMON.

Caroleo, IXIAS.

Caronia, ALÆSA.

Caroza, AVRELIA.

Carnero, FLANATICVS Sinus.

Carpen, CARPIS.

Carrara, CARREA.

Carpaluc, MÆOTIS.

Carpentras, CARPENTORACTE.

Carrathassan, CALPAS.

Carfula, CARSVLI.

Cartagena, CARTELA, CARTHAGO
NOVA.

Carto, CHETTÆA.

Casal, LABERVVS.

Casal novo, MANDVRIA.

Casalmach, IRIS.

Casentino, PASVMENA Terra, & CLV-
SIVM.

Cassona la veja, CASTVLO.

Casopo, CASIOPE.

Cassandria, CASSANDREA.

Cassaro, CACYRON.

Cassel, STERONTIVM, & VELO-
CASSES.

Cassibili, CACYPARIS.

Cassia, CVRSVLA.

Casson, HYRCANIA.

Casso, CASOS.

Cassuben, REVDIGNI.

Castagna, PANGÆVS.

Castamena, CLAVDIOPOLIS.

Castel, TRAIANI Munimentum.

Castilia, BARDVLI.

Castel Franco, FORVM Gallorum.

Castel rampo, TORONE.

Castel de Ovo, MEGARIS.

Castel Seras, CASTRVM ALTVM.

Castel di S. Silvestro, FERONIA.

Castel Tornese, CHELONITES.

Castel iubileo, FIDENÆ.

Castelle, CASTRA ANNIBALIS, &
CYTORVM.

Castello S. Angelo, HADRIANI Se-
pulchrum.

Castello d'Ampurias, CASTELON.

Castello da brolo, ALVNTIVM.

Castello al mar di Botorno, VVETVR-
NVVM.

Castello novo, NESACTIVM, CAS-
TRVM NOVVM, & VOLCERA.

Castello di ponte tremulo, APVA.

Castello S. Pietro, HALICARNASSVS.

Castello ruзо, CHELIDONIÆ.

Castello al mar di Stabie, STABIÆ.

Castellas, CALLISTRATIA.

Castellazio, EVBOEA.

Castelmur, MVRVM Vicus.

Castelluzzo, CASILINVM.

Castri, ERMIONE, CVMÆ, DEL-
PHI, & CAICVS.

Castro, CLVNIA.

Castro caro, SALSVBIVM.

Castro Ioanni, ENNA.

Castro al mar, MINTVRNÆ.

Castro el rio, ASPAVIA.

Castro

- Castro al mar di Golfo, *ÆGESTORVM Emporium.*
Castrofranco, PANDOSIA.
Castres, CESSERO.
Castroveto, CAVLONIA.
Castrovillano, APRVSTANI.
Cataio, SERICA.
Catalanos, CASTELLANI.
Cataluña, LALETANI.
Catania, CATANA.
Cathay, SCYTHIA.
Catharo, RHIZINIVM, & ASCRV-
VIVM.
Cathenesia, CORNABVI.
Catigan, TILOGRAMMON.
Catochi, ACHELOVS.
Catterick, CATARACTONVM.
Cavado, ALESTES.
Cavailon, CABELLIORVM *Colonia.*
Cava di Georgia, GYAS.
Cavalla, BVCEPHALOS.
Caudia, RAVDI.
Caverna della Sibylla, CIMMERII.
Caul, ZIZERVM.
Caura, & Caurea, TEGANVSA.
Cauri, EVROPÆI.
Cauro, CYTHNVS.
Cazales, ZAGYLS.
Cazorla, ARELIA.
Cecerigo, ÆGIALIA.
Cechemeth, PARTISCVM.
Cecina, CECINNA.
Cecrium, ASTIÆ.
Ceice, CELIVM.
Ceitz, MAMILLA.
Celebes, SINDÆ.
Celino, BERETRA.
Cellerfe, VENETVS *Lacus.*
Centorvi, CENTVRÆPÆ.
Centuri, CENTVRINVM.
Cephala, OPHYR.
Cephalonia, SAMOS.
Cepta, EXILISSA.
Cerceli, CISSE.
Cercha, TITIVS.
Cere, ALSIVM.
Cerey, CÆRESI.
Ceres, APOLLONIA *Mygdonia.*
Ceresi, TYRISSA.
- Cerete, SENTINVM.
Cereto, CERATÆ.
Cerigo, CYTHERA.
Ceres, CRANON.
Cerines, CERAVNIA.
Cernuo, CORNAVII.
Cerognone, GINGVNVS.
Cerosicka, CVCCI.
Cerveira, CERRETANI, & SECERRA.
Cervia, PHYCOLE.
Cerugnola, ERDONIA.
Cervetere, CÆRE VETVS.
Cesnadigo, CÆSÆNA.
Cesena, CÆSÆNA.
Cestre, ORDOVICES.
Cester, DEVA, DEVANA.
Geuta, ALYBE, SEPTEM FRATRES.
Cettario, LAMPETIA.
Chaiapa, LEPRIVM.
Chaici, CAYSTRVS.
Chalcis, DEMONNESOS, & CHAL-
CITIS.
Chalepum, BERRHOEA.
Chalcidona, CHALCEDON.
Chalons, CABALLINVM, & CA-
THELAVNI.
Chaliacra, DIONYSOPOLIS.
Chamberi, FORVM *Voconij.*
Champagne, CATHELAVNI.
Chaminiza, OLENVS.
Chana, OMBRI, COPTOS.
Chania, CYDONIA.
Chaour, EVROPÆI.
Chapfilar, CYPSELLA.
Chatafou, NESSVS.
Charazafar, SELEVCIÆ.
Charchana, CERCINA.
Charente, CANENTELVM.
Charges, CATVRIGES.
Charia, MYCENÆ.
Charinge, DVROLEVVM.
Charlburg, CHERTOBALVS.
Charrolois, AMBARRI.
Chartaricon, BARBYSES.
Chartres, AVTRICVM, & CARNV-
TES.
Chasteaubriant, CADETES.
Chateau-Iandon, VELLAVNODV-
NVM.

Chatai, CHÆTÆ.
 Chaxumo, AVXVM.
 Cheio, DIERNA.
 Chelit, LYCVS.
 Chelqueta, PASAGARDA.
 Chelva, INCIBILI.
 Chenford, CÆSAROMAGVS.
 Chepestaw, STRIGVLLIA.
 Cheramidi, PHERÆ.
 Cherasoda, CERASVS.
 Cherasia, PRVSA.
 Cherfulenburg, CHERTOBALVS.
 Cherima, CARINE.
 Cheris, PRVSA.
 Cherman, CARMANIA.
 Cheroga, PINTIA.
 Cheronisi, EPIDAVRVVS.
 Cherza, GELAS.
 Chefel, IAXARTES.
 Chesimur, ARACHOSIA.
 Chescia, HERACLEA.
 Chevelar, TILOX.
 Chezza, GELA.
 Chiana, CLANIS.
 Chiangare, GALATIA.
 Chiarenza, ARAXVS, & CYLLENE.
 Chias, CAYSTRVS.
 Chiavenna, CLAVENA.
 Chiaves, AQVÆ FLAVIÆ.
 Chiaurlic, ARZVS.
 Chiazza, ERBITA.
 Chiazzo, ASIVS.
 Chibth, ÆGYPTVS.
 Chiera, MESSANA.
 Chielano, OCELVM.
 Chiente, VFENS.
 Chiestegio, CLASTIDIUM.
 Chieto, TEATEA.
 Chifale, MINERVÆ Ara.
 Chifont, IVDÆI.
 Chimarioti, ACROCERAVNII.
 Chimi, CAPHEREVS.
 China, SINÆ, & SYENE.
 Chingale, NANIGERIS.
 Chio, DIOSPOLIS, CHIOS, &
 CNIDVS.
 Chioggia, EDRON, & CLODIA Fossa.
 Chipiche, ALBANIA.
 Chipiona, CAPIONIS Turrus.

Chypsala, CYPSELLA.
 Chiromandel, CATICARDAMNA.
 Chirifonda, SIDA.
 Chyseleth, CYROPOLIS.
 Chisamopoli, CISAMVS.
 Chifino, CYAMON.
 Chiteliur, MASDORANVS.
 Chitro, PYDNA.
 Chiufi, CLVSIVM.
 Chizico, CYZICVS.
 Choin, ARTAXATA.
 Choniad, GENADIUM.
 Chora, TRALLIS.
 Chorasan, PARTHIA.
 Chorasmuni, OXIANE.
 Chofair, BERENICE.
 Chremnitz, CARPATES.
 Chrisopoli, AMPHIPOLIS.
 Christiana, LAGVSA, LETOA.
 Christiani, EVROPÆI.
 Chualenska morie, HYRCANVM
 Mare.
 Chumerse, LARIVS LACVS.
 Chur, CVRIA.
 Chura, & Churco, CORYCVS.
 Churnforde, CÆSAROMAGVS.
 Churwalen, RHÆTI.
 Chus, & Chub, PERSIA.
 Ciampagu, CHRYSÆ.
 Cianganor, COCCORANAGARA.
 Cyæstre, CORINIVM.
 Cycli, MOTYCHANVS.
 Cideriso, ONÆVM.
 Cidonia, ERESSVS.
 Cilcester, SEGVNTIVM.
 Cilio, CELIA.
 Cingulo, CINGVLVM.
 Cinosa, GNOSSOS.
 Ciparissi, BRASIÆ.
 Ciprico, NYMPHÆVM.
 Cipro, CYPRVS.
 Circambate, CYROPOLIS.
 Circan, GEDROSIA.
 Circaffi, ZIGÆ.
 Cirçelli, CARTENNÆ, CITHA
 RISTES.
 Cirech, CYRRHVVS.
 Ciria, CARIETES.
 Cyrini piscina, CYANE.

- Cirnifaso, LAGARIA.
 Cyrifano, CYTERIVM.
 Ciro, CRIMISA.
 Cirse, LAMPSACVS.
 Cifa, PATHISSVS.
 Cifano, FORMIO.
 Citta S. Angelo, ANGOLVS.
 Citta di Castello, TIFERNVM.
 Citta castellana, FESCENNIA.
 Citta di S. Maria, NVNERIA.
 Citta nova, ÆMONIA, ÆQVILIVM,
 & HERACLEA.
 Citta della, MACARA.
 Cytie, CYTÆVM.
 Cythno, CYTHNVS.
 Cituatu, CITVORVM *Insula.*
 Ciudad Rodrigo, MIROBRIGA.
 Civald d'Austria, FORVM *Iulij.*
 Civita Capellano, LARTHENIANVM.
 Civitadella, IAMNA.
 Civita divina, LAVINIYM.
 Ciutra, CYPHANTA.
 Clagenfurt, CLAVDIA.
 Clarenfa, DYME.
 Claro, CASINVM.
 Clausenbug, ZEVGMA, CLAVDIO-
 POLIS.
 Clemona, ÆMONIA.
 Cleppern, ASANCA.
 Clermont, BRATVSPANTIVM.
 Cleve, CASTRA VLPJA, CLIVIA.
 Cleven, CLAVENA.
 Clid, Cluda, GLOTA.
 Cliffa, SALO.
 Clivenses, MENAPII.
 Cloyd, ALCLVTH.
 Clugni, LVNA.
 Clusa, VERVCA.
 Coad Andres, DANICA *Silva.*
 Cober, EVPHRATES.
 Cobolentz, CONFLVENTES, RIGO-
 DVLVM, TRAIANA *Legio.*
 Coburg, MELOCAVVS.
 Cocas, & Cochias, CAVCASVS.
 Cocco, LAVS.
 Cochin, COTTIARA.
 Cochino, HEPHÆSTIAS.
 Cochile, SYBARIS.
 Cockermouth, NOVANTVM.
 Codane, LIBA.
 Coda di volpe, CÆNIS.
 Coderea, CAPVT PADI.
 Codsbarich, HIEROSOLYMA.
 Coeln, AGRIPPINA.
 Cogni, ICONIVM.
 Cogniza, CASSIOPE.
 Cohan, ALBANVS FLVVIVS.
 Coiogna, ANTIGONIA.
 Coimbra, ÆMINIVM.
 Colachz, ARAXES.
 Colcestre, CAMOLODVNVNVM.
 Colibre, ELIBERRI.
 Colire, ERYTHRÆ.
 Coliseo, AMPHITHEATRVM.
 Collo, AMPSAGA, CVLLV.
 Colmar, ARGENTVARIA, COLVM-
 BARIA.
 Colne, COLONIA.
 Colocza, AD STATVAS COLOSSAS.
 Colonne di Iove, GRAIÆ *Alpes.*
 Colonamich, AXIOPOLIS.
 Coloran, CORVLA.
 Colofwar, CLAVDIOPOLIS.
 Coluri, SALAMIS.
 Com, CHOANA.
 Comarus, HERACLEA.
 Comen, SPERCHEA, & SPERCHIVS.
 Comenolitari, THESSALIA.
 Comidia, NICOMEDIA.
 Cominges, CONVENÆ.
 Como, COMVM.
 Comorin, COLAICVM.
 Compostella, FLAVIVM BRIGAN-
 TIVM.
 Conamcina, COLCHI.
 Conca, CRVSTVMINVM.
 Conçentayna, CONTESTANIA.
 Condexa à Velha, CONIMBRICA.
 Condoiano, HYRIVM.
 Conegiano, COGIENSES.
 Conejera, TIQVADRA.
 Congedo, COGEDVS.
 Conscavoda, PANTICAPES.
 Constance, AVGVSTA *Romanuorum,*
 CONSTANTIA *Castra.*
 Constantia, TOMIS.
 Constantina, CIRTA.
 Conta, MERYLA.

Contabora, CONSABVRENSES.
 Contado di Zara, LIBVRNIA.
 Contarini, PHALASARNA.
 Conterrana, EGESTA.
 Contigliano, CVTILIVM.
 Conwij, NOVIVM.
 Copa, ACHARDEVVS, RHOMBITES.
 Copo, MAPETA.
 Copenhagen, HAFNIA.
 Corasan, ARIA.
 Corasnia, SOGDIANA.
 Corbavia, COLAPIANI.
 Corbeil, IOSEDVM.
 Corbiere, CERVARIA.
 Corbridge, CORSTOFITVM.
 Corcan, HYRCANIA.
 Corcos, CORYCVS.
 Corcuera, HERCVLIS TVRRIS.
 Cordini, MEDIA.
 Cordova, CORDVBA.
 Corene, CYRENE.
 Coreto, CVPRÆ.
 Corfu, CORCYRA.
 Cori, CYRRHVS.
 Coria, CAVRITA.
 Corica, TYLLESIVM.
 Corintho, CORINTHVS.
 Cornachietto, CROMMYON.
 Cornetto, CASTRVM INVI, COR-
 NVS.
 Cornio, CICONIVM.
 Cornoaille, CVRIOSOLITÆ.
 Cornwall, CORNAVII.
 Coromaran, SERVVS.
 Coron, CORONE.
 Corona, & Cronstradt, ZARMISOGE-
 THVSA.
 Corsegne, & Corfica, CYRNVS.
 Coruim, HYRCANVM *Mare.*
 Cortesio, ALLIA.
 Corthestan, TAVRVVS.
 Cortrijck, CENTRONES, PLEVMO-
 SII.
 Coruch, CORYCIVM *Antrum.*
 Coruña, CLVNIA.
 Cosabet, PHYSCE.
 Cosacho, NAVLOCHVS.
 Cosano, COSSA.
 Cosenza, CONSENTIA.

Coserans, CONSVARANI.
 Cossovo, OSSA.
 Cospetir, CASPIRA.
 Costa de Garaf, SCALÆ *Annibalis.*
 Costentz, GANODVRVM, MANTVA-
 TES, VITODVRVM, HARVDES.
 Cottomanidia, ASIA *Minor.*
 Coventre, PRÆTORIVM.
 Couna, EQVABONA.
 Coz, HIEROSOLYMA.
 Cozzulati, ECHINADES.
 Crabaten, VMBRICORVM *Regio,*
 HORBATII, VALERIA, LIBVR-
 NIA.
 Crakow, CARRODVNVVM.
 Craner, IAPODES.
 Crapack, CARPATES.
 Crapin, CARPIS.
 Crasso, ORDESVS.
 Crau, CAMPI LAPIDEI.
 Craux, TRICORIVM.
 Crecede, INDVS.
 Crema, FORVM *Diuguntorum.*
 Cremani, CANDYS.
 Cressly, CARISIACVM.
 Cries Averon, AVGVSTA *Vindelicorū.*
 Crimiti, LEPAS.
 Crionero, CELENDERIS, MELAS.
 Cripteria, MINERVÆ *Castrum.*
 Critea, ELÆVS.
 Croia, ANTIGONIA.
 Croyden, NEOMAGVS.
 Cromnion, COLONE.
 Cromorn, CRVMERVM ASAVM.
 Cronburg, TRAIANI *Munimentum.*
 Cronstadt, STEPHANOPOLIS.
 Crotone, CROTON.
 Cruña, CLVNIA.
 Cruppa, CARDIS.
 Crussia, CORASIAE.
 Cuba, ATLANTIS *Insula,* & FORTY-
 NATÆ.
 Cudelass. CVSI.
 Cuença, CAUCENSES.
 Cullera, SVCRO.
 Culpa, COLAPIS.
 Cumanorum campus, IAZYGES.
 Cumoviza, HÆMVS.
 Cunsar, HYRCANVM *Mare.*

- Cuove, ORGANA.
 Cur, CYRRHVS.
 Curcu, ELEUSA, CORYCVS.
 Curdem, CARNASA.
 Curdi, GORDENE.
 Curia muria, DIOSCORIDV.
 Currefio, ALLIA.
 Curzoli, CORCYRA *Melana*.
 Curuska, CVCCI.
 Cus, & Cusistan, SVSIANA.
 Cussij, ÆTHIOPIA *sub Aegypto*.
 Cute, COTYÆVM.
 Cutheos, SAMARIA.
 Cuzumobarech, HIEROSOLYMA.
 Czanadre, VIPIANVM.
 Czarigrad, & Czaroudom, CONSTAN-
 TINOPOLIS.
 Czechy, BOIEMVM.
 Czernaniwerty, RHODOPE.
 Czurgaty, BOEON.
- D.
- D** Abul, DVNGA.
Dacha, PAROPANISVS.
 Dagerort, RVBEÆ *Prom.*
 Dalanguer, IMAVS.
 Dalemincia, SORABI.
 Dallendorff, & Dollendorff, TALLIA-
 TES.
 Dakia, KALNE.
 Damala, TROEZENA.
 Damiate, MENDESIVM.
 Damna, DELMINIVM.
 Danambre, BORYSTHENES.
 Dancafter, DANVM.
 Daron, ANTHEDON.
 Darzira, CABVBATHRA.
 Daulphine, NARBONENSIS, ALLO-
 BROGES.
 Davia, PHIALIA.
 Debbasethca, PHASIS.
 Decan, ARIACÆ.
 Decise, DECETIA.
 Deistan, OXVS.
 Deizer, DORDOMANA.
 Delin, PARTHYENE.
 Denia, DIANIVM.
 Denna, DELMINIVM.
 Denemarcker, DANI.
- Densche, DAMNONII.
 Derbent, CAUCASIÆ *Porta*.
 Derbieneses, DORVENTANI.
 Dercon, DELTA.
 Deroas, DERRIS.
 Derote, LATONE.
 Derwent, DERVENTIO.
 Desna, HYPACYRIS.
 Despotato, ACARNANIA.
 Destretto, SAMNITES.
 Dethgle, TIGRIS.
 Deubsberg, CETIVS.
 Develto, DEVELTVS.
 Devonia, DVMNONII.
 Devonshymenne, DAMNONII.
 Deutsch, DIVITENSE.
 Diaopton, PELLENE.
 Diarbech, MESOPOTAMIA.
 Diargument, HYRCANIA.
 Diaribe, & Diacibyssa, LIBYSSA.
 Diasquillo, & Diäschilo, DASCYLEVM.
 Dibrij, DEBORVS.
 Didascalio, ASTERIA.
 Diettenhoffen, DIVODVRVM.
 Dietmersche, FOSI.
 Dietmainung, BIDAIVM.
 Dietrichs Bern, VERONA.
 Dyfed, DEMETÆ.
 Dyfy, DEVA.
 Dyfinniant, DAMNONII.
 Diganwy, CANGANORVM.
 Digne, DINIA.
 Dimitriada, DEMETRIAS.
 Dimizana, ERYMANTHVS.
 Dinas Beli, LONDINIVM.
 Diplociana, IASONIVM.
 Disano, FORMIO.
 Disne, AXONA.
 Dist, SCYTHÆ.
 Dittana, DICTAMNVNVM.
 Diu, PATALA, DELTA.
 Diul, INDVS.
 Dixmuide, PLEVMOSSII.
 Dnefter, BORYSTHENES.
 Dnieper, NAPARIS.
 Do castelli, LYCASTVM.
 Dobronicha, EPIDAVRVS.
 Doermagen, DVRNOMAGVM.
 Doyre, DVRIO.

Dolap, PARTHENIVS.
Domo d'Osella, OSCELLA.
Don, TANAIS, & DANVBIVS.
Donaw, DANVBIVS.
Donato, NINÆA.
Doncastre, DEVNANA.
Done, DAONA.
Donoy, DINIA.
Dorcestre, DVNIVM.
Dordoma, DVLANIVS.
Dordonne, TARNE, GARVMNA.
Doria Balcia, & Dorietta, DVRIA.
Doornick, TORNACVM, NERVII.
Doroston, BISANTHE.
Dorsetshyren, DVROTRIGES.
Doubriton, ALCEVTH.
Douay, CATVACI.
Dover, DVBRIS.
Dour, ATVRRVS.
Doix, ALDVABIS.
Dra, DRAVVS.
Dragamesto, OENIADÆ.
Dragina, TRAIANOPOLIS.
Dragonera, COLVBRARIA.
Dravaniza, VISTVLA.
Dravenna, CHALVSVS.
Draun, DRACHONVS.
Draunse, FELICIS *Lacus*.
Drazio, EPIDAMNVV.
Draquo, PIRÆEVS.
Drechshausen, TRAIANA *Legio*.
Drilo, PHTHINTHIA.
Drimago, DINOGETIA.
Drina, Drino, DRILO, & DRINIVS.
Drinax, DRILO.
Drivaste, DEREMISTÆ.
Drivesto, ENDERVV.
Drobafaf, CRONIVV.
Dronia, DRVNA.
Dublin, EBLANA.
Ducatus Atheniensium, ATTICA.
Duegna, VENNENSES.
Duchas, ELDNA.
Duero, DVRIVS.
Duersteden, BATAVODVRVM.
Dungisbehead, TARVIDVM.
Duina, TVRVNTVS.
Duisburg, ASCIBVVGIVV.
Dulcigno, OLCHINIVV.

Dulcinde, NELCYNDA, CARMANIA.

Duna, RVBO.

Dunde, ALLECTVM.

Dunoy, EQVESTRIS.

Dunstphage, EVONIVV.

Duose, DECEM PAGO.

Durance, DRVENTIVS.

Durances, AMBILIATES.

Duren, MARCODVRVM.

Duringen, CHASVARI, & TEVRIO-
CHÆMÆ.

Duringer waldt, BACENIS, SEMANA.

Durlach, DVRLACVM, BVDORIS.

Durugueit, DVROTRIGES.

Duuelcutz, HERCVLIS *Columna*.

Dzintis, EVROPÆI.

E.

EBernsdorff, ALA NOVA.

Eberwijck, EBVRACVM.

Ebora, IVLIA LIBERALITAS, E-
BORA.

Eboracenses, BRIGANTES.

Eceja, ASTYGIS.

Echternach, ANDETHANNALIS.

Eda, BÆTIVS.

Edania, IGÆDITA.

Edel, RHA.

Edinburg, ALATA CASTRA.

Eems, AMASVS.

Eerenburg, AREBRIGIVV.

Eggesworth, SVLLONIA CA.

Eggiafordt, OONÆ.

Egiptenaren, ZEUGITANA.

Egle, AD AQVILAS.

Egra, MENOSGADA.

Egriponte, & Egribos, EVBOEA.

Eyder, CHALVSVS.

Eydgnoffer, HELVETII.

Eyerlandt, OONÆ.

Eysnthor, PYLÆ *Gethica*.

Elatrach, RHA.

Elba, ILVA.

Elbe, ALBIS.

Elcatif, PERSICVS *Sinus*.

Elche, ILLICI.

Elchebitz, ÆGYPTVS.

Elcur, CYRRHVVS.

Elefa, ELEUSA.
 El Faro, CVNEVS.
 Elfum, ABYDVVS.
 Elkij, DRVSIPARA.
 Elmahdua, APHRODISIVM.
 Elna, HELENA.
 Elsa, FLVSTATES.
 Elfaller, TRIBOCES, SEQVANI.
 Elfaba, MEROE.
 Eluire, ILLIBERIS.
 Emerich, ASCIBVRGBIVM.
 Enberes, ANTVERPIA.
 Engadin, VENNONES.
 Engelandt, ANGLIA.
 Engern, ANGRIVARII.
 Enff, LAVRIACVM, ANISVS.
 Epheso, EPHEVS.
 Episcopi, TELVS.
 Episcopia, CVRIVM.
 Ercoco, ADVLE.
 Erdenwud, TEVTOBVBURGIVM.
 Eres, OLBIA.
 Erefna, AREVA.
 Erffurdt, BICVBURGIVM.
 Ergoew, VERBIGENVVS.
 Erhaud, RHAVRARIS.
 Eri, CÆRETANVS.
 Eriches, CYPHANTA.
 Erin, HIBERNIA.
 Eriffo, ACANTHOS.
 Erkelens, HERCVLIS *Castra.*
 Erla, ARLAPE.
 Erlaph, ARA LAPIDEA.
 Erlenbrunnen, LISBOVM.
 Errif, ÆGYPTVS *Inferior.*
 Esaro, ÆSAROS.
 Escault, SCALDIS.
 Eschenthal, LEPONTII.
 Esconbrera, S COMBRARIA.
 Esculapio, EPIDAVRVVS.
 Esfero, BOEBEIS.
 Espagna, HISPANIA.
 Essex, ICENI.
 Estilles, OCELVM.
 Estaye, VOGESVS.
 Este, ATESTE.
 Estezo, RVSIBIS.
 Estnerberger, ESTIONES.
 Estombar, OSSONABA.

Estrecho de Gibraltar, *vel,* de Maroccho,
 FRETVM *Herculeum.*
 Estrema dura, BÆTVRIA.
 Estsaxones, TRINOVANTES.
 Etescian, ENCHELEÆ.
 Etsch, ATHESES.
 Etzel, ADVLA.
 Eu, ESSVI.
 Eugubio, IGVINI.
 Eulna, ELIBERRI.
 Eulhi, LIMNOS.
 Evoli, ELEETES.
 Evora de alcobaca, EBVROBRITIVM.
 Euphemia, LAMETIA.
 Eureux, AVLERCI.
 Eusa, FLVSTATES.
 Ex, ISACA.
 Excestre, ISCA.
 Exifnis, SESVNI.
 Exfechia, LYCHNITIS, MOTENE.
 Exuba, OSSONABA.
 Ezech, MVRSA.
 Ezla, ESTOLA.

F.

F Abregas, FORODOMITI.
 Fachs, TAPHRA.
 Faenza, FAVENTIA.
 Falconara, POLYÆGOS, ASSINARIVS.
 Falare, PHALARIS.
 Falster, HEMODES.
 Famar, ARIETIS FRONS.
 Famagosta, SALAMIS, TAMASSVS.
 Fanfara, BANASSA.
 Fangosa palude, PRILLE.
 Fano, FANVM *Fortuna.*
 Faraglioni, CYCLOPVM *Scopuli.*
 Fare, ELECTRIDES.
 Farfaro, FABARIS.
 Farion, PHAROS.
 Farnafia, ARIA, ERITHINI, THYN-
 NIAS.
 Faro de Messina, MAMERTINVM *Fretum.*
 Farsi, PERSIA.
 Fartacam, SYAGROS.
 Favagnana, COSSYRA, HIERA, Æ-
 GATHES.

Fava-

- Favagoria, THEMISCYRA.
 Favianata, ÆTHVSA.
 Fello, PHILA.
 Felles, ELEPHAS.
 Feltro, FERTINI.
 Felum, HIPPORVM.
 Femeren, HEMODES.
 Fenefia, PSILLIS.
 Ferachio, CAMIRVS.
 Ferentino, FERENTINVM.
 Fermo, FIRMIVM.
 Ferrara, FORVM *Alieni*.
 Ferteu, PEISO.
 Fella, MAVRITANIA, TAMVSI GA.
 Fez, PHTHVTH.
 Fianona, FLAVONA.
 Fidonisi, ACHILLEA.
 Fiechtelberg, SVDETI.
 Fiema, EPHEVS.
 Fiesoli, FESVLÆ.
 Figarola, VARIANVS.
 Figati, FISERA.
 Figera, CAPHEREVS.
 Finale, POLLVPICE.
 Finica, APYRÆ.
 Fijnlandt, ENINGIA, SITONES, FEN-
 NI, BASILIA.
 Fijnmarck, CHADENI.
 Finiana, ACCITVM.
 Finichia, CILICIA.
 Fiorenza, FLVENTIA.
 Fiorenfola, FIDENTIA.
 Firth, LOXA.
 Fiscello, APENNINVS.
 Fiume de Benevento, SABBATVS.
 Fiume grande, GELAS.
 Fiume della Istria, ARTATVS.
 Fiume della Maddalena, SEBETVS.
 Fiume de la Muraglia, ORETHVS.
 Fiuminale, VOLERIVS.
 Flandria, MENAPISCVS, RVTHE-
 NIA.
 Flaviano, CASTRVM.
 Flie, FLEVO.
 Flodorp, FLEVVM.
 Flumica, CRIMISA.
 Fluuian, CLODIANVS.
 Focaria, NEATE.
 Foglia, ISAVRVS.
 Foglia vecchia, PHOCÆA.
 Foianova, CVM E.
 Foica, PHLIVS.
 Foix, FLVSTATES.
 Folono, ARIANTHE.
 Fondi, FVNDI.
 Fontana bianca, NAVSTATHMVS.
 Fontana murata, HYDIA.
 Fontatabie, FLAVIOBRIGA, OEASO.
 Fonte de Salsas, SALSVLÆ.
 Forcelle, CENTVM CELLÆ, FORVM
 CELLÆ.
 Forcheym, LOCORITVM.
 Forest pays, SECVSIANI.
 Forli, FORVM *Livij*.
 Forlimpopoli, FORVM *Popilij*.
 Formicule, HERCVLIS *Portus*.
 Formipt, GEDROSIA.
 Fornaci, CARBONARIA.
 Fornello, SEBETVS.
 Forfeli, AXYLIS.
 Fortoro, PHITERNVS, FRENTO.
 Forthea, BODOTRIA.
 Forstleisz, BOGADIVM.
 Forteventura, CAPRARIA.
 Fossanova, FORVM *Appij*.
 Fossil novo, FOSSÆ *Papiriane*.
 Fossewerdt, FOSI.
 Fossona, PHILISTINÆ *Fossæ*.
 Fossumbruno, FORVM *Sempronij*.
 Fraga, GALLICA FLAVIA.
 Franca villa, FRENTANI.
 Franci, PARISII.
 Franciæ regnum, COMATA GALLIA.
 Francicum regnum, GALLIA.
 Francken, SICAMBRI, TENCTERI.
 Francki, EVROPÆI.
 Franckfurt, HELENOPOLIS.
 Franco castro, STRATONICA.
 Francochorium, SCORDISCI.
 Frascata, TVSCVEANVM.
 Frascolari, OANVS.
 Frasellono, FRV SINVM.
 Frasato, LVCVLLI *Villa*.
 Frat, EVPHRATES.
 Freddano, EGELIDVS.
 Freddo, ACIS.
 Freisteterwaldt, GABRITA.
 Frexenal, NERTOBRIGA.
 Frejus,

Frejus, FORVM Voconij, FORVM Iulij.
 Friaul, & Friouli, FORVM Iulium.
 Frideck, PARIENNA.
 Fridtwaldt, COLANCORVM.
 Friefach, VIRVNVM.
 Friefinger, VIRVCINATES.
 Frischhaff, CLYLIPENVS.
 Frischnarung, LATRIS.
 Frumentera, COLVBRARIA.
 Fuente de Teivela, ATEGVA.
 Fuentes, NERTOBRIGA.
 Fueffen, ABVDIACVM.
 Fuynen, HEMODES.
 Fuligno, FVLLINIVM.
 Funfkirchen, TEVTOBVRGIUM.
 Fuoa, NICII.
 Furcelli, ERYTHRON.
 Furni, MELANTHII.
 Fusseneir, BODIONTII.

G.

G Ademez, OASIS.
 Gaia, CALEM.
 Gaiazzo, CALATIA.
 Gaietta, CAIETA.
 Gaietta, *vel* Galetta, ÆGIMVRRVS,
 VOLCI.
 Gayssaw, GÆSATI.
 Gaiola, EVPLÆA.
 Galata, CORNV Byzantiorum, RHIVM.
 Galba, SESTIARIA.
 Galea, CORNVS.
 Galeata, SALTVS Galliani.
 Galfanacar, GICHTHIS.
 Galgala, MEROE.
 Galicia, CALLAICI.
 Gallicano, LATOMIAS, GABII.
 Gallo, SIRENVSÆ.
 Gallovidiani, NOVANTÆ.
 Gallipoli, CALLIPOLIS.
 Galwei, BRIGANTES.
 Gambalotum, DVÆ COLVMNÆ.
 Gambea, TRACHIRIS.
 Gamba, NIGIR.
 Gamelara, CERCINA.
 Gandavari, CODDURA.
 Ganga, GANGES.
 Gannock, GANGANORVM.
 Gap, VAPINCVM, & GLANIIVM.

Garaan-David, GABAON.
 Garbe, ISBVRVS.
 Garbolangi, HYCCARA.
 Gardse, BENACVS.
 Garelgare, TRIPOLITANA Regio.
 Garigliano, CLANIVS.
 Garippo, GALLVS.
 Garofilo, SCYLÆVM.
 Garofaro, CHARYBDIS.
 Garonne, GARVMNA.
 Garzena, ALBANIA.
 Gascoigne, GALLIA Novempopulana.
 Gasserer, CASSI.
 Gatizzo, DIOMEDEÆ.
 Gatonizi, TROGYLIUM.
 Gatopoli, ANDRIACA.
 Gavot, VERAGRI.
 Gazaria, TAVRICA Chersonesus.
 Gebbethon, & Gebeltharif, FRETVM
 Herculeum.
 Gebel tarif, CALPE.
 Gebelehadich, HERCVLIS Prom.
 Gebel-Caph, LVNÆ MONS.
 Gebel Thor, MELANI.
 Gehiagan, RESEM.
 Geichon, OXVS.
 Gelb, GELDVBVA.
 Gelderlandt, SICAMBRI, MENAPII,
 GAMBRIVII.
 Geldre, CALONIS, GELDVBVA.
 Gelfeten, BVCEPHALA.
 Geluchalat, MANTIANA Palus.
 Gelues, LOTOPHAGITES.
 Gembolace, DVÆ COLVMNÆ.
 Gemunderse, FELICIS Lacus.
 Genamani, GYTHITES.
 Genech, CAPPADOCIA.
 Gendt, GORDVNI.
 Geneve, GENEVA.
 Gengen, RHIVSIANA.
 Genoa, GENVA.
 Gensui, MELAS.
 Genubath, *vide* Guinea.
 Geoliosa, MISTRÆ.
 Georgiani, IBERIA.
 Georgeto, MORGANTIVM.
 Gerbi, LOTOPHAGITES.
 Gerentio, PVMENTVM.
 Gergoie, GERGOBIA.

Germanisheim, AUGUSTA Tiberij.
 Gernia, ÆGIRVS.
 Geromlea, ACHELOVS.
 Gerro, GALLICANVS.
 Geertruyden-berge, AMBIVARITI.
 Gerum, ARMVSIA.
 Gesa, ZARAM.
 Gesara, TAURICA *Chersonesus*.
 Gest, GEDROSIA.
 Gestie, SUPHTHA.
 Geth, ANTHEDON.
 Gevaldan, GABALES.
 Gezira, CERNE.
 Ghizkaal le Chein al Zzemezz, RAMESSES.
 Gian, GENABVM.
 Gianuti, ÆGILIUM.
 Giàour, EUROPEI.
 Giazza, ISSVS.
 Gibel, PALTOS, GABALA.
 Gibel Noë, GORDIÆVS.
 Gibel elhadich, PHOCRA.
 Gibelin, BERSABE.
 Giblec, BYBLOS.
 Gibrleon, OSSONABA.
 Gibraltar, CALPE.
 Gierapetra, HIERAPETRA.
 Giese, ÆSIS.
 Giglio, IGINIVM, ÆGILIUM.
 Gihon, NILVS.
 Gijon, NILVS.
 Gilan, GELÆ.
 Gilolo, SINDÆ.
 Ginerca, VRCINIUM.
 Gineto, THYELLA.
 Giocho, ARSYSSA.
 Giorgian, HYRCANVM *Mare*.
 Gira flumar, CAREPVLA.
 Giracunda, CHARAX.
 Girgia, HYRCANIA.
 Girmasti, CAICVS.
 Girona, GERVND A.
 Gironda, CARETHA.
 Gironde, GARVMNA.
 Gisgonça, SEGONCIA.
 Giva, CHYDA.
 Giulap, ABORRAS.
 Giulich, TAVRVS.
 Glan, CLANES.

Glanio, CLANIVS.
 Gliuba, CORINIUM.
 Glocestreshyre, DOBVNI.
 Glogaw, LVGIDVNVM.
 Glon, & Gloneck, LEVNI.
 Goa, BARYGASA.
 Gniosa, MYLÆ.
 Godtlandt, GVTÆ.
 Goertz, & Goritia, NOREIA.
 Gogarth, CANGANORVM.
 Goeyinge, TOLIAPIS.
 Golfo Agropolitano, PÆSTANVS
Sinus.
 Golfo de Aiazzo, ISSVS.
 Golfo d'Aiomana, TORONAI CVS
Sinus.
 Golfo degli Arabi, GYZIS.
 Golfo d'Armiro, PELASGICVS *Sinus*.
 Golfo del Arta, AMBRACI CVS *Sinus*.
 Golfo di Bengala, GANGETICVS *Sinus*,
AGARICVS *Sinus*.
 Golfo di Butronto, BUTHROTORVM
Sinus.
 Golfo di Cambaia, CANTHI.
 Golfo de Caps, SYRTES.
 Golfo de Caridia, MELAS.
 Golfo Castacio, CATANGI CVS *Sinus*.
 Golfo de Colochina, LACONICVS *Sinus*.
 Golfo de Contesa, STRYMONICVS
Sinus.
 Golfo de Coron, MESSENIACVS
Sinus.
 Golfo d'Engia, SARONICVS *Sinus*.
 Golfo di S. Eufemia, HIPIONIATES.
 Golfo di S. Florentio, CASALVS.
 Golfo di Gugirath, PARAGONTICVS
Sinus.
 Golfo de las yeguas, OCEANVS *Atlant-*
lanticus.
 Golfo de Melinde, ASPERVM *Mare*.
 Golfo de Montanee, NICOPOLITANVS
Sinus.
 Golfo di Monte Santo, STRYMONI-
CVS, & SINGITICVS *Sinus*.
 Golfo de Napoli, ARGOLICVS *Sinus*,
BAIANVS *Sinus*.
 Golfo de Negroponte, EVBOICVM
Mare.
 Golfo de Nicomedie, ASTACENVS *Sinus*.

BB Golfo

Golfo di Nigropoli, *CARCINITES.*
 Golfo de Patras, *CORINTHIACVS Sinus.*
 Golfo di S. Piero, *IASY.*
 Golfo di Rampa, *TORONAI CVS Sinus.*
 Golfo di Rode, *HYRIVM.*
 Golfo de Salonichi, *THERMÆVS Sinus.*
 Golfo de Saudra, *MADISANITES.*
 Golfo Savolas, *SARABACVS Sinus.*
 Golfo di Soltania, *CYCLAMINVS.*
 Golfo de la Suda, *AMPHIMALES.*
 Golfo di Taranto, *LAMETICVS Sinus.*
 Golfo de Trieste, *TERGESTINVS Sinus.*
 Golfo di Vinetia, *HADRIATICVS Sinus.*
 Golfo del Ziton, *MALIA CVS Sinus.*
 Golò, *TVOLA.*
 Golumbatz, *TRICORNIVM.*
 Gomerà, *NIVARIA.*
 Gorgona, *VRGO.*
 Goritia, *CARNICVM IYLIVM.*
 Goriza, *MANTINIA.*
 Gorum, *SAGIS.*
 Gosporto, *SVRIGA.*
 Gotha, *ÆGATHES.*
 Gothardt-berg, *SVMMÆ Alpes.*
 Gothia, *TAVRICA Chersonesus, BASILTIA.*
 Gottingen, *MVNITIVM, DVLGIBINI.*
 Gourols, *IBERIA.*
 Gowy, *VAGA.*
 Gozi, *THERA.*
 GOZO, *IVNONIS Sacrum, GAVLOS, CLAVDVS.*
 Gran, *STRIGONIVM.*
 Granada, *ILLIBERIS, ILLIPVLA.*
 Granaria Iosephi, *PYRAMIDES.*
 Granea, *ECHEDORVS,*
 Gran, *VALENA.*
 Granviller, Gratteplance, *BRATVS-PANTIVM.*
 Grantebridge, *GRANTA.*
 Granzebain, *GRAMPIVS.*
 Graro, *MASTA.*
 Gratti, *CRATHIS.*
 Graupundtner, *CANINI, RHÆTI.*
 Grebegin, *ITHOME.*
 Grebigni, *MYCENÆ.*

Graciaria, *ACHILLEA.*
 Grenoble, *ACVSIORVM Colonia.*
 Gretz, *SAVARIA.*
 Grevenos, *CRONIVM.*
 Griechsweissenburg, *TAVRVNVM.*
 Griefnagen, *VIRITIVM.*
 Grin, *GRINNES.*
 Grine, *CLAZOMENÆ.*
 Gripli, *PÆSTVM.*
 Gripswald, *VIRITIVM.*
 Grifano, *CTEMENÆ.*
 Grifo, *COLONE.*
 Grifoni, *CANINI.*
 Gritto, *CVPRÆ.*
 Grochova, *BVRNVNVM.*
 Groeningen, *PHILÆVM, CHAVCI, GRINNES.*
 Groppoli, *GRUMENTVM.*
 Grossca, *ISTROPOLIS.*
 Grosso, *RVSPELLANA.*
 Grosse, *TICARIVS.*
 Gross S. Bernhartt berg, *POENINÆ.*
 Grotta di Napoli, *CRYPTA NEAPOLITANA.*
 Grutta, *HERBESSVS.*
 Guadajos, *SALSVM.*
 Guadalete, *LIMÆA.*
 Guadiana, *ANAS.*
 Guadalquivir, *BÆTIS.*
 Guadâlquivirejo, *SALDVBA.*
 Guadalajara, *CARACCA, DVRIAS.*
 Guadix, *ACCI.*
 Gualgaz, *GANGES.*
 Guardamar, *LONGVNTICA.*
 Guardia, *SIGA.*
 Guardiano, *LOTOA.*
 Guasto, *FORVM Cassij.*
 Guasto di Aimone, *HISTONIVM.*
 Gueguere, *MEROE, SYENE.*
 Guerlhan, *VEROLANIVM.*
 Gueser, *SELEVCA.*
 Guesna, *LIMIOSALEVM.*
 Guetalabiar, *DVRIAS.*
 Gwijdh, *VECTIS.*
 Guydliyl, *SCOTI, HIBERNIA.*
 Guienne, *ACVITANIA.*
 Guimaraez, *ARADVCA.*
 Guines, *OROMANSACI.*
 Guipuscoa, *CANTABRI.*

Guladyr haf, MVROTRIGES.
 Gulafeyrvar, ALBA IVLIA.
 Guldifordia, NEOMAGVS.
 Gulich, IVLIACVM, VATVEA, GV-
 GERNI.
 Gunff, SABARIA.
 Guntzberg, GVNTIA.
 Gurck, CORCORAS.
 Gurgo, HERBESVS.
 Gurmendt, SACARBANTIA.
 Gurtina, GORTYNA.
 Gusarate, GEDROSIA.

H.

HAbas, ÆTHIOPIA *sub Ægypto.*
 Habes, ELEVTHERVS.
 Habinolerg, AVGVSTA *Vindellicorum.*
 Habynach, INDVS.
 Hacdar, ARSINARIYM.
 Haczag, & Hatzlag, ARMISIA.
 Hadrianopoli, HADRIANOPOLIS.
 Hafren, SABRIANA.
 Haia-del bolan, PARADISVS.
 Halap, CHALYBON.
 Halapia, MESOPOTAMIA.
 Halberstadt, PHEVGARYM.
 Halegfax, OLICANA.
 Haleppo, HIERAPOLIS.
 Hali, MVZA.
 Halig Eilande, LINDISFARNA.
 Hama, & Hamfa, TARSVS.
 Haman, & Hamfa, EMISSA.
 Hamburch, TREVA, GAMBRIVII.
 Hamous, APAMIA.
 Hamshire, SIMENI.
 Hanchifa, ATLAS *Maior.*
 Hani, ECBATANA.
 Hanofer, LEVPHANA.
 Hardtswaldt, MELIBOCVS.
 Harifa, ARCI.
 Harlingen, MANARMANIS.
 Harnstein, ALISVM.
 Harpaia, HIRPINVM.
 Hasenburg, DIDATTIVM.
 Haspengow, HASBANIVM.
 Hassio porto, HERACLEA.
 Havage, MEROE.
 Havelsem, & Hamsem, CIMMERII.
 Hausruck, NORICVM.

Hauwenstein, IVRA.
 Heydelberg, DVRLACVM, INTVER-
 GI, BVDORIS, CAPELLATIVM.
 Heil, HELLEVIONES.
 Heylich-landt, SAXONYM *Insula.*
 Heylieden, ZEUGITANA.
 Helch, LONGVNTICA.
 Helecastre, CALATVM.
 Helmechtmenich, GEDROSIA.
 Henault, & Henegou, HAGINOI.
 Hengstberg, CETIVS.
 Herac aian, CARMANIA.
 Heraclia, PERINTHVS.
 Herdel, DACIA.
 Heren, CARRHÆ.
 Herford, CATYEVCHLANI.
 Hermionia, ARMORICÆ.
 Heinich, PHILÆNI *Vicus.*
 Herkelens, HERCVLIS *Castra.*
 Hertsberg, CETIVS.
 Hertzogenrode, VATVCA.
 Hessi, TENCTERI, CATTI.
 Heferwaldt, CÆSIA.
 Hetia, ARIA.
 Hetlant, ELECTRIDES.
 Hexameli, & Hexamilion, ISTHMVS.
 Hexamili, LYSIMACHIA.
 Hyali, ÆGIALA.
 Hichan, CHIOS.
 Hidecel, TIGRIS.
 Hieracium, LOCRI.
 Hierus, IDVMANIA.
 Higuera, NERTOBRIGA.
 Hildesheym, ASCALINGIVM.
 Hymburg, COMAGENVM.
 Hynd, INDVS.
 Histereych, ISTRIA.
 Hita, CESATA.
 Hitona, OCTOGESA.
 Hochrug, VSIPETES.
 Hoofden, FRETVM *Gallicum.*
 Hoy, DVMNA.
 Hoyer, IVHONVM *Civitas.*
 Hole, OLINO.
 Hollandt, BATAVIA.
 Holmburg, RVGIVM.
 Holopurg, COMAGENVM.
 Holstein, CIMBRICA *Chersonesus.*
 VVAGRI, REVDIGNI.

Hondaribia, OEASO.
 Honfleu, IULIOBONA.
 Honscote, PLEVMO SII.
 Horburg, ARGENTVARIA.
 Horomeli, GRÆCIA.
 Hortensis, BENEHARNVM.
 Horti, HORTANVM.
 Hostia, HOSTILIA, OSTIA.
 Huesca, OSCA.
 Huescar, ESCVA.
 Huis te Bretté, ARMAMENTARIVM.
 Huis van Wonderen, AMPHITHEA-
 TRVM.
 Humain, SIGA.
 Humber, ABVS.
 Hundertbuhel, CENTVM COLLES.
 Hundsruck, SAVROMATÆ.
 Hungaria, PANNONIA, VNNI.
 Huntendune, VENANTODVNVM.
 Huntingthon, DVROLIPONS.

I.

I Acamcuri, SOSICVRÆ.
Iacca, IACCETANI.
 Iadason, PALIBOTHRA.
 Iaen, MENTISA.
 Iaffo, IOPPE.
 Iagour, EVROPÆI.
 Iaick, RHYMVVS.
 Ialea, ELIS.
 Ialina, ACHERVSIA.
 Ialines, MACARIA.
 Iamboli, CHALCIDICA.
 Ianizzari, SIGEVM.
 Ianuti, ÆGILIVM, DIANIVM, SI-
 NONIA.
 Iapan, AVREA CHERSONESVS.
 Iarcazes, CYANEÆ.
 Iaretta, TERIAS.
 Iato, IETAS.
 Iava, IABADII *Insula*.
 Iaz, IAZYGES.
 Icaria, ICARIA.
 Idanhas, IGÆDITA.
 Idavacal, ATLAS *Maior*.
 Idifa, IMAVS.
 Iefferkim, TARICHEA.
 Ienff, GENEVA.
 Ienfferse, LEMANVS *Lacus*.

Ienifar, & Ierufat, PHERÆ.
 Ieniza, PELLA.
 Iercon, EVRYMEDON.
 Iero, GYARVS.
 Ieron, IOVIS VRII.
 Ieron Romelias, POLICHNION.
 Iesclbas, MARGIANA.
 Iesulo, EQVILIVM.
 Iethra, EMOVVS.
 Iex, HECATONPYLVUM, PARTHIA.
 Igle, AD AQVILAS.
 Igliaco, PENEIVS.
 Iguoalada, ERGAVIA.
 Ilcestre, ISCHALIS.
 Ilena, ILIENSES.
 Illora, ILVRGIS.
 Iltz, VLMOS.
 Imola, FORVM *Cornelij*.
 Imbart, BARDVM.
 Im Thunca, THVNICATES.
 Im Zagor, CLAVDIVS.
 Inachos, APHAS.
 Incisa, LIBARNA.
 Inn, OENVVS.
 Inder, INDVS.
 India, ATLANTIS *Insula*.
 Indivina, LANVVIVM.
 Indostan, INDIA.
 Indu, INDVS.
 Inis avalon, AVALONIA.
 Inis Writin, AVALONIA.
 Insbruck, OENI PONS.
 Insula del ferro, PLVITALIA.
 Insula principis, ANTIGONIA.
 Ioannina, CASSIOPE.
 Ioannipoli, PARASTLALA.
 Ioden, IVDÆI.
 Iour, IVRA.
 Iperen, PLEVMO SII.
 Iphrichia, AFRICA.
 Ipsch, EPOISSIVS.
 Iris, EVROTAS.
 Irlandt, HIBERNIA.
 Ischar, STRYMON.
 Ischia, OENOTRIDES, INARIME.
 Isen, ISINISCA.
 Isilles, OCELVM.
 Islandt, THVLE.
 Islas de Canaria, FORTVNATÆ.

Islas de.

Islas de Baiona, DEORVM *Insule*.
 Islas de Cabo verde, GORGONES.
 Islas de Praçel, MANIOLÆ.
 Isles de Figo, PHINTONIS.
 Isnich, ASCANIA.
 Isola, CREMERA, INTERAMNIA,
 LIBANVS *Alma Veneris*.
 Isola di Arbenga, GALLINARIA.
 Isola di Columbi, ENISIPIA.
 Isola di ferro, OMBRIO.
 Isola de Patriarcha, LÆA.
 Isola Rossa, PHINTONIS.
 Isola di Toro, MOLYBODES.
 Isole del Archipelago, CYCLADES.
 Isole Corrente, CHELIDONIÆ.
 Isole di S. Pietro, MOLYBODES.
 Ista, ALISTA.
 Istria, HISTRIA.
 Istrig, SARGETIA.
 Italia, ITALIA.
 Italica, HERACLEA.
 Iudenburg, VIRVNVM.
 Iudicello, AMENANNVS.
 Iuifs, IVDÆI.
 Iugum D. Mariæ, CAVDINÆ *Fauces*.
 Iuytlant, CIMBRICA *Chersonesus*, CIM-
 BRI, SABALINGI.
 Iuliacenses, MENAPII.
 Iulien, ALPES IULIÆ.
 Iunqueras, IUNGARIA.
 Iurat, & Iurten, IVRA.
 Iurea, EPOREDIA.
 Iurgano, FRATERIA.
 Iustinopoli, PULLARIÆ.

K.

K Alenberg, CETIVS.
 Karopnitze, ORBELVS.
 Karkessa, CHARCHAMIS.
 Kassel op den berch, CASTELLVM *Mo-*
rinorum.
 Katzenelebogen, CATTI *Meliboci*.
 Kaunberg, COMAGENVM.
 Keyferstul, FORVM Tiberij.
 Keyferswerd, COLONIA TRAIANA.
 Kelaggebar, PETRA *Deserti*.
 Kelmuntz, CÆLIOMONS.
 Kempnaers, TOXANDRIA.

Kempten, DRVSOMAGVS, CAM-
 BODVNVM.
 Kenclis, ANCHIALVS.
 Kennemerlander, CANINEFATES.
 Kent, CANTIVM.
 Kerim, INDVS.
 Kerstenrijck, EVROPA.
 Kessel, CASTELLVM.
 Keureuz, CHRYSIVS.
 Kharnburg, CARRODVNVVM.
 Kheres, CVSVS.
 Kil, GELBIS.
 Kyntzen, QVINTANÆ.
 Kisdamocz, CLAVDIVS.
 Kleckgoew, EREMVS *Helvetiorum*.
 Klosterneuburg, CLAVDIVIVM.
 Kochersberg, CONCORDIA.
 Kopizath, IMAVS.
 Koppel, CAMPONA.
 Kornthaur, TAVRVVS.
 Kotwig, CETIVM.
 Krabaten, PANNONIA.
 Krac, PETRA *Deserti*.
 Krainburg, CARRODVNVVM.
 Krainer, CARNI.
 Kraneburg, BURGINACIVM.
 Krass, CHRYSIVS.
 Kratzer, VOGESVS.
 Kreckhornwel, VXELA.
 Kriviczne, HÆMVS.
 Krumleckthaur, TAVRVVS.
 Kunigwiser, TERACATRIÆ.
 Kuningweyserwaldt, LVNÆ *Silva*.
 Kunman, CENIMAGNI.
 Kuttenberg, GOTHINI.

L.

L Abarti, ECDIPPA.
 Labe, ALBIS.
 Labinia, BEBRIACVM.
 Labirintho, DICTE.
 Labus, ATHRES.
 Lac de Geneve, LEMANVS *Lacus*.
 Lac de nostre Dame de Danube, HAL-
 MYRIS.
 Lac de Lozanne, LEMANVS *Lacus*.
 Lacha, OLYMPVS.
 Lachi, PETRA.
 Ladi, CYRRHVS.

BB 3)

L'adice,

- L'adice, ATHESIS.
 Ladog, RVBRICATVS.
 Lafidari, LYCORMAS.
 Lago di Anguillara, SABATVS *Lacus*.
 Lago de Anracon, ARAPOTES.
 Lago di Bassanello, VADIMONIS *Lacus*.
 Lago de Bendemal, MARIANE.
 Lago di Bolsena, BVLSINVS.
 Lago di Braxiano, SABATVS *Lacus*.
 Lago di castel Gangolfo, ALBANVS *LACVS*.
 Lago di Castiglione, PRILLE.
 Lago di Celano, FVCINVS *Lacus*.
 Lago di Como, LARIVS *Lacus*.
 Lago di Contiglione, CVTILIAE *Lacus*.
 Lago di Fundi, FVNDANVS *Lacus*.
 Lago di Garda, BENACVS.
 Lago de Idro, BRIGANTINVS.
 Lago de Lochrida, DASSARITES, & LYCHNIDVS.
 Lagos, & Lagoa, LACOBRIGA.
 Lago di Lesina, PANTANVS.
 Lago di pie di Luco, CVTILIAE *Lacus*, & VELINVS.
 Lago Maggiore, VERBANVS.
 Lago di Maso, FVCINVS *Lacus*.
 Lago de monte Orphano, EVPIILIS.
 Lago di Nemo, TRIVIAE *Lacus*.
 Lago di Nicea, ASCANIA.
 Lago d'Orbitello, MARINVS *Lacus*, & PRILLE.
 Lago della patria, LINTERNA.
 Lago di Perugia, THRASVMENVS.
 Lago di Puffiano, EVPIILIS.
 Lago di S. Prassode, REGILLVS.
 Lago de Rossillon, CIMINIUS *Lacus*, & FVCINVS.
 Lago de Scutari, LABEATIS *Palus*.
 Lago sudatorio, ANIVS.
 Lago di S. Severa, REGILLVS.
 Lago Stivo, COPAIS.
 Lago de Terni, VELINVS *Lacus*.
 Lago di Tripergola, AVERNVS.
 Lago Verfesino, MANDVRIVM.
 Lago de Vico, CIMINIUS *Lacus*.
 Lago di Viterbo, VADIMONIS *Lacus*.
 Lagoa, & Lagos, LACOBRIGA.
- La guarda, MAGNVM *Prom.*
 Lagusta, CELADVVS.
 Lagune de Venetia, GALLICA *PA-*
LVS.
 Laybach, & Labato, NAVPORTVS.
 Laiere, ARENOSVM *Littus*.
 Lainon, BOSPORVS *Thracius*.
 Laino, LAVS.
 Lali, HALYS.
 Lalifa, LAODICEA.
 Lamarante, ARADVCTA.
 Lambach, OVILABIS.
 Lambalois, AMBILIATES.
 Lambino, AMPHISSA.
 Lamello, LAVMELLVM.
 Lamentana, NOMENTVM.
 Lamego, LAMECA.
 Lameto, LAMETIA.
 Lamia, AMYCLI *Portus*.
 Lamira, SMYRNA.
 Lamone, ANEMO.
 Lampido, LOPADVSA.
 Lampico, LAMPSACVS.
 Lampurza, SELAMPVRA.
 Lancastre, MEDIOLANIVM, ORDO-
VICES.
 Landrimiti, ADRAMYTTEOS.
 Landrignet, OSISINI.
 Landshutt, CONSVANETES.
 Landspurg, SEGESTICA.
 Landt ouer Yssel, BVSACTERI.
 Landt uber Waldt, TRANS LVCVM.
 Landt van Rijen, AMBIVARITI.
 Landtvogthen, SVANETES.
 Landu, ATVRRVS.
 Langanico, OLYMPIA.
 Langlant, HEMODES.
 Lango, COS.
 Languedoc, NARBONENSIS.
 Languillade, BLASCON.
 Languevilla, ALBA POMPEIA.
 Langres, LINGONES.
 Laniza, PANYSVS.
 Lanzano, ANXANVM.
 Lanzerotta, PLVITALIA.
 Laon, LAVDVNVM.
 Large, TARRAS.
 Larina, STOECHADES.
 Larissa, ANTHEDON, LIXA, CASIVS.
 Larizzo,

Larizzo, LARISSA.
 Larinire, LARISSA.
 Larta, AMBRACIA, EPIRVS.
 Lartacho, RHYNDAGVS.
 Laspi, PRIAPVS.
 Lasthi, DICTE.
 Lataraco, HETRICVLVM.
 Latiti, ANTICEITAS.
 Lavagna, ENTELLA.
 Laubenburg, COENOENVM.
 Laudonia, MÆATÆ.
 Lavedan, SONTIATES.
 Lavenzo, PHORBANTIA.
 Lauffen, LAVIACVM.
 Lauffenberg, GANODVRVM.
 Lavizario, & Lavezzo, LEBVI.
 Laula, TIGVLLIA.
 Lavona, HERMONASSA.
 Lausnitz, SORABI, SERBI.
 Lauxois, ALEXIA.
 Laxia, COLCHIS.
 Lazaretto, SYMÆTHVS.
 Lazzara, GRANICVS.
 Lebida, LEPTIS.
 Leberberg, IVRA.
 Le Botte, CYPHANTA.
 Lebrixa, NEBRISSA.
 Lech, LYCVS.
 Lechtainer, LICATII.
 Leck, HELVIUM, FOSSA *Corbulonis*.
 Lecouft, HIEROSOLYMA.
 Ledefina, BLETISA.
 Leeder, EBVDÆ.
 Le Four, GOBÆVM.
 Legancestre, DEVA.
 Legina, ÆGINA.
 Leybach, ÆMONIA.
 Leyden, LVGDVNVM, LVGODI-
 NVM.
 Lelife, ESIGVS.
 Lembro, IMBRVS.
 Lemene, PEPARETHVS.
 Lemerich, NAGNATA.
 Lemno, MYRINA.
 Lemnosia, CANOVACI.
 Lendrosia, EBVDÆ.
 Lenos, LELGOVIA.
 Lens, NIMETACVM.
 Lenza, NICIA.

Leccata, SALSVLÆ.
 Leon, LEGIO *Septima Germanica*.
 Leondoul, DIABLINTRES, NOE-
 DVNVVM.
 Leontari, MEGALEPOLIS.
 Lepanto, NAVPACTVS.
 Leprus, PARIADES.
 Lepuscoa, VASCONVM *Saltus*.
 Lera, IGMANVS.
 Leresse, BORYSTHENES.
 Letia, VALERIA.
 Lerida, ILERDA.
 Lero, LERIA.
 Les, TELIS.
 Lesina, & Lexina, PHAROS.
 Leskerd, SEBASTA *Altera Legio*.
 Lestore, LACTORACIVM, & GARI-
 TES.
 Levante, ASIA.
 Leucat, SALSVLÆ.
 Levica, PACONIA.
 Levidonia, LEFARNIA.
 Levinus, BODOTRIA.
 Levontinetal, LEPONTII.
 Lez, LEDVM.
 Leze, ALETIVM.
 Lhundain, LONDINIUM.
 Liacura, PARNASSVS.
 Libarova, STAGIRA.
 Liberata, ALBVLA.
 Lica, MAZÆI.
 Liche, & Liga, LAODICEA.
 Licoso, LEVCOTHEA, LEVCA-
 SIA.
 Lycostomum, HARPIS.
 Licudia, PHILÆNI *Vicus*.
 Lijflanders, LEMOVII, EFFLVI.
 Liege, EBVRONES.
 Lignano, FORVM *Licini*.
 Lignitz, HEGEMATIA.
 Ligorno, AD HERCVLEM.
 Ligna, VENICNIUM.
 Lima, FORVM *Limicorum*.
 Lime, ELATAS.
 Limino, ROMATINVM, ALSA.
 Limisso, AMATHVS.
 Limoges, RATIASTVM, & LEMO-
 VICES.
 Limosins, LEMOVICES.

Limoza,

- Limoza, ÆTHVSA.
 Limpne, LEMANIS.
 Linca, IVLIA LIBYCA.
 Lincolne, CORITAVI.
 Lincolne, & Lindecolin, *item* Lincol,
 LINDON.
 Lindo, LINDVS.
 Lingua del Faro, ARGENNVM.
 Linter, DIABLINTRES.
 Lintini, LEONTIVM.
 Lintz, AVRELIANVM, AREDATE.
 Lintzgoew, VINDELICI, LENTIEN-
 SES.
 Linxano, LYCOMEDIS.
 Lion, LVGV DVNVM.
 Lionnois, SEGVSIANI.
 Lipara, LIPARA.
 Lippe, LVPIAS.
 Lipuda, ARETA.
 Liria, LAVRO, LERIA.
 Lirio, THEMISCYRA, IRIS.
 Lisbona, & Lisboa, OLYSIPPO.
 Lisma, PHAROS.
 Liscieux, LEXOBI.
 Lissa, ISSA.
 Lissa, & Liefina, LISSA.
 Lisontio, NATISO.
 Listo, MYLÆ.
 Litthauwer, ALANI, FENNI.
 Livadia, ACHAIA, CREVSA.
 Liuenza, LIQVENTIA.
 Lizon, CASIVS.
 Lizonzio, ALSA.
 Lobienfe monasterium, LABIENI Ca-
 stra.
 Lobregat, RVBRICATVM.
 Lochrida, TAVRESIVM.
 Lodesue, LVTEVANI, GABALES.
 Lodi, LAVS POMPEIA.
 Lodon, IVLIODVNVM.
 Lodrino, DRILLO, DRINIYS.
 Lodro, ALVTRAENSES.
 Loeven, LEVACI, GRVDII.
 Lofanto, AVFIDVS.
 Lognina, LONGVM *Prom.*
 Logroño, IVLIOBRICA.
 Loguhabria, CARENI.
 Lolant, HEMODES.
 Loire, LIGERIS.
 Lombardo, IOTAPE.
 Lombardia, GALLIA CISALPINA.
 Lombardia cis Padum, ÆMILIA.
 Lombura, INDVS.
 Lon, LVPIAS.
 Londario, MEGALEPOLIS.
 Londen, & Londra, LONDINIUM,
 TRINOVANTES.
 Longamico, STYMPHALVS.
 Longina, VLYSSIS *Portus.*
 Longo, TORONE.
 Longobalda, BRVCCA.
 Longobardo, INYCOS.
 Longofardo, IVLIOLA.
 Lor, LAODICEA.
 Lora, AXALITA.
 Lorch, LAVRIACVM.
 Lorca, ELIOCROTÆ.
 Lorda, LAPVRDVM.
 Loreo, OREVM.
 Lorna, CANOVACI.
 Losanne, LATOBRIGI.
 Los puercos, CHOERADES.
 Lothringer, & Lorainois, TVLINGI.
 Lovo, EPLA.
 Lowghborow, LACTODVRVM.
 Lubeana, NAVPORTVS.
 Lucena, LVCENTVM.
 Luceria de i Saraceni, NVCERIA.
 Luco, ANTIPYRGVS.
 Lucubi, VCVBIS.
 Luczuho, LEINVM.
 Lugo, ARÆ SEXTIANÆ, LVCENT-
 TES.
 Lugnano, ANASSVS.
 Luyck, CARBONARIYS SALTVS.
 Lumatia, MYSIA.
 Luneburg, MARIONIS, CHAVCI.
 Lunera, LEVCOGÆI.
 Lupff, LVPONDVM.
 Lupidi, RHYNDACVS.
 Luson, SECOR.
 Lusso, LIX.
 Lussoia, ALEXIA.
 Lutterworth, LACTODVRVM.
 Luttich, & Luyck, EBVRONES.
 Lutticher-waldt, ARDVENNA.
 Lutzburg, AVGVSTA *Romanduo-*
rum.

M.

MAabar, INDIA.
 Maber, CHABERVVS.
 Macandan, ARSINARIVM.
 Machari, MACARA.
 Machleva, CYDARVS.
 Machri, RHODIORVM *Colonia*.
 Macyn, *vel* Magyn, INDIA.
 Maciquepatan, MINAGARA.
 Machometta, ADRV METVM.
 Macheck, AVREVS *Mons*.
 Macri, PANORMVS.
 Macronifo, HELENE.
 Maczua, OREINE.
 Madagafcar, CERNE.
 Madara, LEVCA *Ore*.
 Madiuni, SELINVS.
 Madera, IVNONIA, CERNE.
 Madunia, & Madonia, NEBRODES.
 Madrid, MANTVA.
 Maestricht, TRAIECTVM, OBTRI-
 CENSE.
 Mafeyck, MASACI.
 Magale, RAPTVM.
 Magnavacha, CAPRASIA.
 Magog, PERSIA.
 Magonicha, ARDOTIVM.
 Magiordech, BAGRADAS.
 Magra, MACRA.
 Magri, CAVNVS.
 Magrah, & Magar Alexandria, PHA-
 ROS.
 Mahadian, APHRODISIVM.
 Mahara, NILVS.
 Mahometta, APHRODISIVM, NEA-
 POLIS, & MACODAMA.
 Maid, EMONIA.
 Maida, MALANIVS, HIPPO.
 Maidstone, DVROBREVIS.
 Maiella, NICATES.
 Mayhafoli, ISBVRVS.
 Maina, LEVCTRV M, TÆNARIA.
 Malabar, INDIA.
 Malaca, AVREA CHERSONESVS,
 MVSICANA, MALÆI, COLON,
 PANGÆVS, TACOLA.
 Malaga, MALACA.
 Malamocho, METHAMAVCV M.
 Malatia, MELITA.

Malborow, CVNETIO.
 Malconfiglio, SCARDONA.
 Malcouta, PARADISVS.
 Malepur, MELANGE.
 Malido, SESTVS.
 Malmistra, PYRAMVS, TARSVS.
 Mallorca, BALEARES.
 Malora, LAMELLVM.
 Malta, MELITA.
 Malvasia, EPIDAVRVS.
 Maluaton, SANTONVM *Prom*.
 Mamotta, ARABIA FELIX.
 Manna, LACININIVM.
 Mancha d'Aragon, LAMINITANVS
Ager.
 Manche, BRITANNICVS *Oceanus*.
 Manchestre, MANCVNIUM.
 Mandangan, HESPERION *Cornu*.
 Mandria, MINYIA.
 Mandula, MANDVRIA.
 Manfredonia, APENESTÆ.
 Manghifi, TAPSVS, CACYPARIS.
 Mangalor, MONOGLOSSVM.
 Manresa, ATHANAGIA.
 Manrich, MANARICIVM.
 Mansfeldische, CHERVSCI.
 Manspurg, MONETTIVM.
 Mantea, TERINA.
 Mantegna, MANTINEA.
 Mantoa, MANTVA.
 Mar Cin, CHRYSE.
 Mar grande, TARENTINVS *Sinus*.
 Mar di India, MARE RVBRVM.
 Mar di Levante, MARE MEDITER-
 RANEV M.
 Mar di Lione, LIGVSTICVM *Mare*.
 Mar Maiore, PONTVS EVXINVS.
 Mar di Mandria, MYRTOVM *Mare*.
 Mar de Marmora, PROPONTIS.
 Mar di Mecha, ARABICVS *Sinus*.
 Mare mortuum, ASPHALTES.
 Mar morto, LVCRINVS *Lacus*.
 Mare Nigrum, PONTVS EVXINVS.
 Mar della Tana, MÆOTIS.
 Mar Tosco, TYRRHENVM *Mare*.
 Mar delle Zabacche, MÆOTIS.
 Mar del Zur, CHRYSE.
 Marafona, & Marathona, MARATHON.
 Marath, MARONIAS.

386
Marbech, HELLOPOLIS.
Marbella, BARBESOLA.
Marca d'Ancona, PICENVUM.
Marca Firmiana, PICENVUM.
Marca Trevisana, EVGANEL.
Margath, MARATHOS, GABALA.
Marchena, MARCIA.
Marco, ARGENTANVM.
Marechia, ARIMINVM.
Marckfelder, TERACATRIÆ, A-
DRABÆ *Campi. QVADI.*
Maretamo, PHORBANTIA.
Marino, MARIANA *Villa*, LAMVM.
• Marida, ARIMINVM.
• Marisa, HEBRVS.
• Marmara, STRYMON.
• Marmora, PROCONNESVS.
• Marne, MATRONA.
• Marno, Marasso, & Maratasso, MARV-
VIVVM.
Marquesia, AREVACÆ.
Marocco, Marvecos, BOCANVM, HE-
MERVM, MAVRITANIA.
Marogna, MARONEA.
Maros, & Maerisch, MARISVS.
Marfalla, & Marzara, LILYBÆVM.
Marseille, MASSILIA.
Marta, OSSA.
Marregue, MARITIMA, ASTRO-
MELA.
• Martenach, OCTODVRVS.
• Martheniano, LARTHENIANVM.
• Martimos, MARITHA.
• Martirano, MVRGANTIA.
• Martpurg, MATTIACVM.
• Martos, TVCCL.
• Maruti, FORVM *Appij.*
• Marzachibir, PORTVS MAGNVS.
• Marzi, MACRAS.
• Masandram, MANDAGARSIS.
• Masano, MASSALIA.
• Mascon, MATISCONA.
• Mase, MOSA.
• Maseli, GERRVM.
• Masieres, MAGETROBIA.
• Masoxerthal, ISARCI.
• Massa, VOLTVMNÆ *Fanum.*
• Matera, ACHERONTIA.
• Mathesio, NICATES.

Matran, MATREIO.
Matriga, HERMONASSA, PHANA-
GORIA.
Mattagia, MESSENE.
Mauli, HIRMINIVM.
Maure, TENEDOS.
Maurehaer, SOGDIANA.
Maurum, TAVRVS.
Maurum, & Maurothalassa, PONTVS
EVXINVS.
Maxi, LORYMA.
Mazachares, VTICA.
Mazar, BABYLONIA.
Mazara, SELINVS.
Mazatino, MACTORIVM, MEGA-
RA.
Mazatisci, HIPPICI.
Mazzagran, CARTENNÆ.
Mazira, SARAPIDIS *Insula.*
Meaulx, IATINVM, MELDÆ.
Mecha, MOCHVRA PETRA.
Meckelburger, OBOTRITÆ, PHA-
RODENI.
Medelin, CASTRA VICELLIA-
NA.
Medina cæli, PELENDONES, ECE-
LESTA, AVGVSTOBRIGA.
Medina de rio secco, FORVM *Egypto-*
rum, AVGVSTA EMERITA, E-
GVVRI.
Medina Sidonia, ASINDVM.
Mediolanenses, INSVBRES.
Medon, DOLLEA.
Medales, ARGENTEOLA.
Megrada, BAGRADAS.
Meydenburg, MESVIVM.
Meylandt, MEDIOLANIVM.
Meyu, MOENVS.
Meira, MERVLA.
Meis, ASPIS.
Meyssen, LVPFVRDVM.
Meisner, HERMANDVRI.
Melaxo, MILETVS.
Melch, MEDELICVM.
Melci, MELPVM.
Melck, CLAVDIVIVM.
Melechia, DREPANVM.
Mileusko, MELIODVNVVM.
Melfa, MELPIS.

Melida,

Melida, & Melite, MELITA.
 Melivito, TEMESA.
 Melitias, MELANTIAS.
 Melo, AGISYMBIA.
 Melum, MELODVNVVM.
 Memmingen, DRV SOMAGVS, & RO-
 STRVM NEMAVIÆ.
 Menan, SOBANNVS, MANDA.
 Menau, MONAOEDA.
 Mencie, MINCIVS.
 Meneo, MENÆ.
 Mengrelia, COLCHIS.
 Menorca, BALEARES.
 Mentexa, MENTISA.
 Mentz, MAGONTIACVM.
 Menuti, DELTA.
 Merala, MEROE.
 Mer de Marfeille, TYRRHENVM
Mare.
 Merdin, MIRDVVM.
 Mergen, & Merville, MENARI-
 CVM.
 Merhern, MARCOMANNI.
 Merida, AVGVSTA EMERITA.
 Meridiano, LAMBRVS.
 Merleias, ÆOLIAE.
 Mernia, HORESTII.
 Mersberg, MARTINOPOLIS.
 Mertola, IVLIA MYRTILIS.
 Mefandria, HYRCANIA.
 Mese, MESVA.
 Mefendin, PERSICVS *Sinus.*
 Mefenna, TÆNIOLONGA.
 Mefgana, IOL.
 Mefi, HALICARNASSVS.
 Mefimbria, MESEMBRIA.
 Messina, MESSANA.
 Mefrata, CYRENE.
 Mefstro, NESSVS.
 Mefsurga, REATIVM.
 Meta, MELAS.
 Metaria, GORTYNA.
 Metelin, LESBVS.
 Meti, BARBARI.
 Metro, & Metremo, METAVROS.
 Metteler, & Mechelen, MEDIOLA-
 NVVM.
 Metz, MEDIOMATRICES, DIVO-
 DVRYM.

Mezaal, MEROE.
 Mezzovo, PINDVS.
 Micole, MYCONOS.
 Middelfex, TRINOVANTES.
 Mierle, MEDERIACVM.
 Migni, MENDESIVM.
 Migno, MINIO.
 Milano, MEDIOLANIVM.
 Milazon, & Milazzo, MYLÆ, CHER-
 SONESVS.
 Milla, IDVBEDA.
 Milden, MINNODVNVM.
 Mileto, MILETVM.
 Milly, AGENDICVM.
 Milo, MELOS.
 Milopotamo, PANTOMATRIVM.
 Mina, CARTENVS.
 Mindanao, BARVSSÆ.
 Minio, MINIVS, NEÆ.
 Minibar, INDIA.
 Miquoles devar, BARITVM.
 Mirabello, HERACLEA.
 Mirali, CAUCASIAE *Porta.*
 Miranda, ENTELLA, ERINEVS.
 Miron, SERBETOS.
 Misano, MESSAPIA.
 Misilli, HYBLIA.
 Misini, DRV SIPARA.
 Misithra, LACEDÆMON.
 Myssen, SVARDONES, EVDOSI
 Mistretta, MVSISTRATVM.
 Mitylin, MITYLENE.
 Mitreden, PARADISVS.
 Mittelfaxones, TRINOVANTES.
 Mittenwaldt, INVTRIVM.
 Mizir, BABYLONIA.
 Mechandand, ASABORVM.
 Modiana, MVTILVM.
 Modica, ELORVS, MOTVCA.
 Modena, MVTINA.
 Modon, METHONE.
 Modrussa, SYSCIA.
 Moescl, OBRINCVS.
 Moghali, EMODVS.
 Mogores, SARMATIA.
 Mognan, MARGARA.
 Moguntia, MAGONTIACVM.
 Mola, FORMIÆ, MOLÆ *Formiana.*
 Molara, ERMÆA.

- Molcoluri, CHYRETIÆ.
 Moldavia, DACIA, MOESIA.
 Molina, MONALVS.
 Molins, GERGOBINA.
 Molo di S. Ioan Calamolo, HERÆVS.
 Mompeliers, AGATHA.
 Monaco, PORTVS. MONOECI.
 Monarach, OXVS.
 Monasteriachi, MVRGANTIA.
 Monasterienfes, MONA.
 Moncaſtro, HERMONASSA, ÆNIA.
 Monçia, VICTORIÆ Mons.
 Moncolobrer, COLVBRARIA.
 Monda, ARVND.
 Mondañedo, GLANDOMERVM.
 Mondego, MONDA.
 Mongal, SCYTHIA.
 Mongalor, MANDAGARA.
 Mongibello, ÆTNA.
 Mongutio, EYPILIS.
 Monjui, IOVIS Mons, SCALÆ Anni-
 balis.
 Monobriga, MONOBRICA.
 Monoczle, CLAVDIVS.
 Montreal, ASERVS.
 Monfelice, ACELVMS.
 Mons S. Adriani, PYRENÆVS.
 Mons Domini, SACRVM Prom.
 Monspurg, MONETTIVM.
 Monstreul, MORINI.
 Mon, MONA.
 Moncayo, CAVNVS.
 Mongibellifio, HEXAPYLVMS.
 Monſalto, GRAVISCÆ.
 Montalto, VFFVGVM.
 Mont-beliard, MAGETROBIA.
 Mont de fauciles, VOGESVS.
 Mont Cenis, GAROCELL, & COTTIÆ
 Alpes.
 Montagna di Carrara, LIGVRVM Mon-
 tes.
 Montagna di Lunigiana, LIGVRVM
 Montes.
 Montaignes d'Auuergne, GEMMEN-
 VS.
 Mōtaignes de Cevennes, CEMMENVS.
 Montes d'Asturia, VINDIVS.
 Montes claros, ATLAS Major.
 Montes d'Oca, VINDIVS.
 Monte Agnano, ANELANVM.
 Monte di S. Angelo, GARGANVS,
 ARPI.
 Monte Argentaro, HÆMVS, ARGEN-
 TARIVS Mons.
 Monte de Ancona, GVMERVM.
 Monte Armiño, HERMINIVS.
 Monte Braulio, RHÆTICA Iuga.
 Monte Caballo, QVIRINALIS.
 Monte de Coſtegnas, HÆMVS.
 Monte di Capua, TIFATA.
 Monte di Chimara, ACROCERAV-
 NII.
 Monte Camelione, CEMENELEVMS.
 Monte Circello, CIRCÆVM.
 Monte di Chriſto, DIANIVM.
 Monte Corvo, CORITVS.
 Monte Dracone, MASSICI Montis pro-
 montorium.
 Monte Falcone, VERVCA.
 Monte Fiaſcone, FALISCI.
 Monte Genebre, COTTIÆ Alpes.
 Mont S. Glaude, IVRA.
 Monte Gradachio, AVREVS Mons.
 Monte Iudaico, IOVIS Mons.
 Monte S. Iuliano, ERYX.
 Monte leone, HIPPO, CLIBANVS.
 Monte maior, MANLLANA.
 Monte maggiore di S. Bernardo, POENI-
 NÆ.
 Monte minore di S. Bernardo, GRAIÆ
 Alpes.
 Monte di Mezzo, ROETIVS.
 Monte Negro, AMANVS.
 Monte di Peſaro, FOCARIA.
 Monte ritondo, ERETVM.
 Monte roſe, ROSVLYM.
 Monte Santo, ATHOS, CVMERVM.
 Monte de S. Silveſtro, SORACTES.
 Monte di Somma, VESEVVS.
 Monte de la Stella, IDVBEDA.
 Monte teſtaccio, DOLIOLVM.
 Monte Viterbo, CIMINVS.
 Montes de lacque, PYRENÆVS.
 Montejo, MENTISA.
 Montia, LAMBRVS.
 Montifori, MONTES AERII.
 Montone, VITIS, BEDESIS.
 Montuniata, TINNI.

Montluçon, GERGOBINA.
 Montpellier, NITIOBRIGES.
 Monza, MODOETIA.
 Morania, CAVTI.
 Moraua, CIABRVS, ATARNES.
 Morea, PELOPONNESVS.
 Moriane, BRANNOVICES.
 Morienne, MEDVLLI, GAROCELI.
 Moorenlandt, AFRICA.
 Moron, AVRINX, ARVCI.
 Morvedre, SAGVNTVM.
 Morwerid, VERGINIVM *Mare.*
 Mosel, DVRBETA.
 Moselle, OBRINCVS.
 Moschovita, MOSCHI.
 Moseniga, MESSENE.
 Mosse, NINIVE.
 Moseram, PETRA *Deserti.*
 Mosth, ALETA.
 Mosul, ASSYRIA.
 Motay, CLAVDIVS.
 Motte des Sarazins, GALBÆ *Castra.*
 Moustier, TARENTASIA.
 Mozambique, PRASSVM.
 Muchli, TEGEA.
 Muderno, SVDERNVNVM.
 Muer, SAVARIA.
 Muese, MOSA.
 Muen, HEMODES.
 Mugia, NINGVM.
 Mugnone, MINIO.
 Muyamulca, NIGIR.
 Mulheim, LIRIMIRIS.
 Mulnhausen, ARIALBINNVNVM.
 Mululacha, MOLOCHATH.
 Mululo, MALVA.
 Munch, CARPATES.
 Munchen, CAMBODVNVNVM.
 Mundecaran, ARVNDIA.
 Mundello, MOTYA.
 Mundi, MANTINIA.
 Munfia, APOLLINIS *Civitas.*
 Munster, MEDIOLANIVM.
 Munstersche, BVSACTERI.
 Munzemar, MOLOCHATH.
 Munzzatum, TAVRVS.
 Mur, MVRVM *Vicus.*
 Murcia, MAVRITANIA.
 Murcia, & Muxacra, MVRGIS.

Mureck, MYROELA.
 Muroviza, MVRSA.
 Murotrassino, TESSVINVM.
 Murray firth, VARAR.
 Musa, EXILISSA.
 Musachia, TAVLANTII.
 Musnburg, LIMVSA.
 Mussula, NINIVE.
 Mustaganin, CAREPVLA.
 Musulmanni, TVRCÆ.
 Mut, VIDVA.
 Mutilina, MVTILVM.

N.

NAbel, NEAPOLIS.
 Nadin, DV DINI.
 Naha, NAVVA.
 Naistan, PARTHYENE.
 Namurs, & Namen, NEMETOCER-
 NA, & CÆRESI.
 Nancy, NASIVM.
 Nandor Alba, TAVRVNVNVM.
 Nansa, NERVA.
 Nanfer, NAVNES.
 Nantes, NANNETES.
 Nantua, NANTVATES.
 Nao, LACINIVM.
 Napoli, NEAPOLIS.
 Napoli de Barbaria, NEAPOLIS.
 Napoli de Romania, NAVPLIA.
 Napolitza, SAMARIA.
 Naptha, PALICI.
 Narbone, NARBO.
 Narenta, NARONA.
 Naro, AGRIGENTIVM.
 Narsinga, CARMANIA.
 Nassa, NASADA.
 Nascaro, SIRIS.
 Nasivancafi, NICEPHORIVM.
 Natalico, AZYLIA.
 Natarone, VVLTVRNVNVM.
 Natifone, NATISO.
 Navarra, VASCONES, AVTRIGO-
 NES.
 Navarrino, PYLVS.
 Nave, TERINÆVS.
 Naugracot, PAROPAMISVS, IMAVS.
 Navia, NOEGAVCESIA.
 Naulelabe, MEROE.

- Nazo, EGNATIA.
 Nebbio, CERSVNUM.
 Nebbieneses, CILIMBESII.
 Nebilas, SICHEM.
 Nebrixa, NEBRISSA.
 Neckar, NICER, LVPIAS.
 Neiffa, OSI.
 Negra, NAR.
 Negroponte, EVBOEA, CHALCIS.
 Nektokin, ARMYSIA.
 Nellenburg, TVLINGI.
 Neocastro, HERMÆVM.
 Nepanto, NAVPACTVS.
 Nepe, NEPET.
 Nephrun, NICEPHORIVM.
 Neptunio, ANTIUM.
 Nerdo, NERITVM.
 Nerdlingen, ALÆ FLAVIÆ.
 Nerg, DIONYSOPOLIS.
 Nerni, NARNIA.
 Nery, GERGOBINA.
 Nester, BORYSTHENES, TYRAS.
 Nesita, NESIS.
 Nesto, NESSVS.
 Neuburi, SPINÆ.
 Neve, NEBIS.
 Nevers, AVGVSTONEMETVM, NO-
 VIODVNVM.
 Nevis, EQVESTRIS.
 Newport, MEDENA.
 Neumarckt, ENDIDEIVM, DEVONA.
 Neunkirchen, QVADRATA.
 Neufidlerse, PELS O.
 Neuvy, NOVIODVNVM.
 Neuwenmarckt, VARINI.
 Neuwenstadt, PENNE.
 Nicaptach, OXVS.
 Nicaastro, ALIARTVS.
 Nichea, NICÆA.
 Nicodro, NICOTERA.
 Nicopoli, NICOPOLIS, RÆTIA-
 RIA, EMMAVS.
 Nicopolize, DRVPHEGIS.
 Nicor, NICOMEDIA.
 Nicosia, HEMICCHARA.
 Nicotea, MEDAMA.
 Nicotera, MEDAMA.
 Nicovat, CORY.
 Nicfia, NAXOS.
 Nideren Vaulse, FELICIS LACVM.
 Niebla, ILIPA.
 Niemen, CHRONVS.
 Nieper, BORYSTHENES.
 Nigir, GIR.
 Nimmegen, NOVIOMAGVM.
 Nio, NEA, NEOMAGVS, IOS.
 Niphas, GAD.
 Nisar, NEOCÆSAREA.
 Nisato, NISYRVVS.
 Nisi, ENISVS, CORONE.
 Nisim, MESSENE.
 Nijffa, NESTVS.
 Nismes, ARECOMICI.
 Nista, THYAMIS.
 Nizza, NICÆA.
 Nocera, NVCERIA.
 Nodales, AROCELVM.
 Nochdariazari, PARSVETVS.
 Noesn, BISTRITIA.
 Nogheres, HERACLEA.
 Noya, NOELA.
 Noyon, NOVIODVNVM.
 Nomanoster, NICONIVM.
 Nona, ÆNONA.
 Nordwich, VENTA.
 Norlingen, ALÆ FLAVIÆ.
 Nortfolckmenne, ICENI.
 North-forlonge, CANTIVM.
 Northeauondune, BENNAVENTA.
 Nortgow, NARISCI.
 Northumberlandt, TAIZALI.
 Norwegē, NORTMANNI, BASILIA,
 NERIGON, CHADENI.
 Norza, NVRSIA.
 Noti, ASSINARVS, NEÆ, ERI-
 NEVS.
 Nova Guinea, IABADII *Insula*
 Novalesia, OCELVM.
 Novara, NOVARIA.
 Novito, BVTHROTVS.
 Nubia, NVBÆ, NISVA.
 Nuceria, TERINA.
 Nuceria de i Pagani, NVCERI.
 Nuifs, NOVÆSIVM.
 Nuithlandt, NVITHONES.
 Numagen, NIVOMAGVM.
 Nura, NICIA.
 Nurnberg, SEGODVNVM.

O.

Bernbaden, A QVIS.
 Obern Wefel, FIGELIA.
 Obij, RHAPTVM.
 Ocaña, OLCADES.
 Ochrida, LYCHNIDVS.
 Oclin merodach, MEROE.
 Oculus Zilice, ALPHEVS.
 Oczakou, AXIACE.
 Odenwaldt, HERCYNIA.
 Oder, GVTTALVS, SVEVVS.
 Oderfo, OPITERGIUM.
 Odolengo, BODINCOMAGVM.
 Odria, TEDANIVM.
 Oedenburg, SEMPRONIUM.
 Oeno, ÆNVM.
 Oesterich, AVSTRASIA, & AVSTRIA.
 Oestereicher, QVADI.
 Oetmarsen, MARSII.
 Oetingen, OENIPONS.
 Offen, AQUINCVM, CVRTA.
 Ogersheim, BORBETOMAGVS.
 Oglio, OLLIVS.
 Ojarco, OEASO.
 Oldeseel, SICAMBRI.
 Oleron, VLIARVS.
 Olira, OSSA.
 Oliete, LERIA.
 Olit, OLIBA.
 Oliva, IVLIOBRICA.
 Oliverio, HELICON.
 Oliviero castello, TYNDARIVM.
 Olmucz, EBVRVM.
 Olono, MINTHE.
 Olorino, ELORONENSIVM.
 Oloron, LVGDVNVM.
 Olt, ALVTA.
 Olulo, OLVLIS.
 Om, LAR.
 Omidie, CERASVS.
 Omirabi, CVSA, ASAMA.
 One, GISIRA, IOL.
 Onor, HIPPOCVRA.
 Oostburg, LEVACI.
 Oostfriesen, FRISII.
 Oostse, BALTICVM.
 Opin, OPANE.
 Oppel, OSI.
 Oppenheim, RYFIANA, BANCONA.

Opula, PEPARETHVS.
 Orange, ARAVSIO.
 Orano, ICOSIVM, QVIZA *Xenitana*.
 Orb, OROBIVS.
 Orba, VERBIGENVS.
 Orbetello, COSSA.
 Oibo, HIERVS.
 Orcane, & Orknay, ORCADES.
 Orco, & Orcho, MORGVS.
 Orcho, ORICVM.
 Orense, AVRIA, AQUÆ CALIDÆ.
 Organz, IAXARTES.
 Organzi, ORGASI.
 Oriola, ORCELIS.
 Orisa, ARGIRI.
 Orissa, ORTHVRA.
 Oristagni, ARBOREA.
 Orizella, MVRGANTIA.
 Orleans, GENABVM, AVLERCI.
 Ormus, ARMVZIA, MACÆ.
 Orna, OLINA.
 Oronz, ORONTES.
 Orpha, BAMBYCA.
 Orphea, ALPHEVS.
 Ortona, ORTON.
 Orvieto, OROPITVM.
 Osca, CALICYLA.
 Ofenburg, OSI.
 Osma, VXAMA *Argella*.
 Osino, AVXVMVM.
 Ossea, ASSO.
 Ossera, OSICERDA.
 Osta, AVGVSTA *Pratoria*.
 Ostroviza, ARAVZONA.
 Ossuna, VRSO.
 Otmagiuchi, HALYS.
 Otranto, HYDRVS.
 Otricoli, OCRICVLVM.
 Ottenwald, ABNOBI.
 Oudenaerde, NERVII.
 Oviedo, BRIGÆCIUM, ASTVRVM.
Lucus.
 Oulx, & Ouis, OCELYM.
 Ovo, MEGARIS.
 Owse, GARRIENS.
 Oxenford, OXONIVM, CALEVA.

P.

Pacca, PAX *Italia*.
 Pacti, TIMETHVS.

Padel

- Padelborn, TEVDERIVM.
 Padoa, PATAVIVM.
 Padron, IRIA FLAVIA.
 Paese d'Anguillara, SABATIA.
 Paese d'Braxena, SABATIA.
 Pago, GISSA.
 Pagdacia, BABYLONIA.
 Paglia, PELIA.
 Pais de Aelen, ANTVATES.
 Pais de Caulx, CALETES.
 Pais du Chabeul, EQVESTRIS.
 Pais de Vault, ANTVATES, NAN-
 TVATES.
 Palanza, POLENTIA.
 Palathia, PRIENE.
 Palazzia, MÆANDER.
 Palazzo, AD PALATIVM.
 Palazzolo, PATIORVS, MOTVCA,
 ACRÆ.
 Pale, OZENE, FREGENÆ.
 Palencia, PALANTIA.
 Palenser thal, BREVNLI.
 Paleocastro, ITANVS, MINOA, AP-
 TERIA.
 Paleopoli, GYTHIVM.
 Palepoli, CORCYROPOLIS.
 Palermo, PANORMVS.
 Palescamandria, SCAMANDRVS.
 Paletyron, TYRVS.
 Palichi, PALEIS.
 Paliuro, PALINVRVS.
 Palijmete, ELYMA.
 Palma, IOS, & CALIPODIS.
 Palopoli, PTYCHIA, CELENDERIS.
 Palmarola, PALMARIA, PANDA-
 TARIA.
 Palmis, AZOTVS.
 Palmosa, LEBINTHVS, PATMOS,
 PARTHENOPE.
 Palomera d'Avila, IDVBEDA, OROS-
 PEDA.
 Pamer, PAROPAMISVS.
 Pampelona, POMPELON, ATHA-
 NAGIA.
 Panale, PHANÆA.
 Panare, DIDYME.
 Panaria, ICESIA.
 Panaro, SCVLTEENNA.
 Panconia, PALIANA.
 Pandalla, CALLATIA.
 Pandasgu, PANASSA.
 Pandosia, MOLOSSI.
 Pangelungi, HESPERII *Aethiopes*.
 Panido, PACTYA.
 Panormo, PANORMVS.
 Pantalarea, PACONIA, COSSYRA.
 Pantalica, HERBESSVS.
 Pantanella, LYSIMELIA.
 Pantiro, PERINTHVS.
 Paradiso, DIANÆ Fons, PARIVM.
 Parenzo, PARENTIVM.
 Parga, TORONE.
 Pari, PALANDA.
 Parimioth, PATALA.
 Parias, IOBAD.
 Pario, PARIVM, PAROS.
 Paris, LVCOTECIA.
 Parmosa, PHARMACVSA.
 Parnaso, PARNASSVS.
 Parthen, ALISVS.
 Partenkirch, PARTHANVM.
 Parther gebirge, APENNINVS.
 Pascoa, ISIDIS.
 Pas de Calais, FRETVM GALLICVM.
 Pasava, GERENIA.
 Passaw, PATAVIA, BOIODVRVM,
 CONSVANETES.
 Passus canis, CLIMAX.
 Pastrana, PATERNIANA.
 Patane, PERIMVLA.
 Patera, PATARA.
 Pati, AGATHYRION.
 Patras, PATRÆ.
 Patriarcha, PHTHIA.
 Patzin, PALESIMVNDVS.
 Paw, PADVS.
 Pavia, TIGINVM.
 Paula, PATYCOS.
 Pavonare, CYANÆÆ.
 Pavonia, PAVCA.
 Pax, LVSSONIVM.
 PAXO, ERICVSA.
 Paxoli, POECILE *Petra*.
 Paxu, PAXÆ.
 Peccais, HALCYDON.
 Pechlarn, ARA LAPIDEA.
 Pectinacorion, BARBYSES.
 Pegian, ARMENIA *Minor*.

Pegu, TRIGLYPTON.
 Peim, PIADA.
 Pelagonga, PERINCARI.
 Pelecas, ALIACMON.
 Pelina, PETELIA.
 Peelandt, PÆMANI, BETASII.
 Pemont, PÆMANI.
 Pendarachia, HERACLEA.
 Peñflor, ILLIPVLA.
 Pengwern, VRICOVIVM.
 Penna, PINNA.
 Pentalo, POECILASIVM.
 Pentinia, CORFINIVM.
 Pera, CORNV *Byzantiorum*, PERIN-
 THVS.
 Perazuch, BITHIAS.
 Percherons, VENELI.
 Pergamo, PERGAMVS.
 Pergel, CHRONVS.
 Periguex, PETROCORII.
 Peringen, TIBERINA *Castra*.
 Perlacher heyd, BREVNI.
 Pernau, TEVRNIA.
 Perocopska, TAURICA *Chersonesus*.
 Perperi, PAGRASA.
 Perpignan, RVSCINO.
 Persenburg, VSBIVM.
 Pertus, BERGVSIA.
 Peruexa, NICOPOLIS.
 Peru, OPHIR.
 Perugia, PERVSIA.
 Perweys, PARVIACVM.
 Pescara, ATERNVS, TRAIANVS
Portus.
 Pesenas, PISCENA.
 Petacal, PATALA.
 Pettaw, PETOVIO.
 Peterboru, PETVARIA.
 Petralia, PETRA.
 Petramala, CLETA.
 Petra de Maticis, MARICI.
 Petrapartia, PETRA.
 Petras, PELION.
 Petresse, ICCIVS.
 Petrina, LERNA.
 Petro Varadin, ACVMINCVM.
 Petrun, BRANCHIDARVM.
 Petula, ANDES.
 Petz, ALA FLAVIANA.

Peurhynguaed, ANTIVESTÆVM.
 Pezin, PENEVS.
 Pfaltz, & Pfaltzgrafschaft, CAPELLA-
 TIVM.
 Pfeter, VETERA *Castra*.
 Pfin, AD FINES.
 Phadisa, CHADISIA.
 Phanar, CHERSONESVS METHENE.
 Phanarion, PANIVM.
 Phaneromeni, ASINE.
 Phanu, THORONVS.
 Pharamica, RHINOCVRA.
 Pharaoni, PYRAMIDES.
 Pharib, ENIPEVS.
 Pharsic, PERSIA.
 Pharsala, PHTHIA.
 Phasga, MELANI.
 Phelicure, PHOENICVSA.
 Phello, PHELLVS.
 Pheppurch-Alcapher, GORDIÆVS.
 Phermene, RHENE.
 Phiesco, PHYSCVS.
 Phichtiaid, PICTI.
 Philadelphia, SELGA.
 Philatra, CYPARISSIVM.
 Philippopoli, PHILIPPOPOLIS.
 Phinica, APERRÆ.
 Phionisso, LISSVS.
 Phinopoli, PHINOPOLIS.
 Phistona, PINON.
 Phonea, LERNA.
 Phrascia, CYTÆVM.
 Phtelia, SPERCHEA.
 Piacenza, PLACENTIA.
 Piamonte, TAURINI, COTTIÆ *Alpes*.
 Pianello, CIRCIDIVS.
 Piave, ANASSVS.
 Picello, PSYLLIVM.
 Picorna, AMNISVS.
 Pienza, CORSINIANVM.
 Piergo, LOVS, APOLLONIA.
 Pietra Santa, FERONIAE *Lucus*.
 Pieve d'Incino, FORVM *Licini*.
 Pigiada, EPIDAVRVS.
 Pilaca, AIAX.
 Pilastrina, PRÆNESTE.
 Pinder, MODVTI.
 Pinguento, PICVENTVM.
 Piomba, HELVINVM.

- Piperno, PRIVERNVM.
 Piphith, GEDROSIA.
 Pir, ORONTES.
 Pireneos, PYRENÆVS.
 Pirgi, PERGE.
 Pirreport, IVRA.
 Pifa, PISÆ.
 Pitatello, RVBICON.
 Piscina de Cyrino, CYANE.
 Pismofta, CYANE.
 Piffia, COSSA.
 Piffiotta, BVXENTVM.
 Piffon, NILVS.
 Pistoia, PISTORIA.
 Pistrina, PHILISTINÆ.
 Pifnerga, PILORACA.
 Pitigliano, PETELIA.
 Pittineo, ALESVS.
 Pizina, PEVCE.
 Pizzo falcone, LVCVLLIANVM.
 Placani, ELYMIOTÆ.
 Plaitz, CETIVS.
 Planizza, INACHVS.
 Platamona, ALIACMON.
 Platan, PYDNA.
 Plati, MINYIA.
 Platina, LYCVS, HYPſA.
 Plaza, PLVTIA.
 Pleda, TROEZENA.
 Ploudin, PLOTINOPOLIS.
 Plufa, APRVSA.
 Po, PADVS.
 Podephetan, PODOCE.
 Podolia, BODENI, HYLÆA.
 Pogdatim, BABYLONIA.
 Poggibondi, BONITIVM.
 Poggio longo, & Poggio muciacco, E C-
 NOMVS.
 Poggio reale, PALÆPOLIS.
 Poictiers, AVGVSTORITVM.
 Poictou, PICTONES.
 Poglifi, STYMPHALVS.
 Poholich, ARACHOSIA.
 Pola, TVLIA PIETAS.
 Policandro, POLYÆGOS, VELIA, LY-
 SIMACHIA, PETELIA.
 Polino, CIMOLIS.
 Polistonia, PHASIS.
 Polystolo, ABDERA.
 Polouci, GOTHI.
 Polluci, PINTIA.
 Pomeran, REVDIGNI.
 Pomilianum, POMPEIANVM.
 Pontia, OROSPEDA.
 Pons Sulgæ, VNDALVS.
 Pont S. Esprit, PLANASIA.
 Ponte d'Alcantara, TRAIANI Pons.
 Ponte S. Angelo, ÆLIVS Pons.
 Pontecorvo, FREGELLÆ.
 Ponte Molle, PONS MILVIVS.
 Ponte de Luna, LVNÆ Mons.
 Ponte rotto, ELEVTHERVS.
 Ponte di quattro capi, FABRICIVS.
 Ponte Xifto, IANICVLENSIS.
 Pontiana, LARTHENIANVM.
 Pontico, CICYNETHVS.
 Pontieu, PONTES.
 Pontirolo, AVREOLVS Pons.
 Ponto nudo, EMPORIVM.
 Ponza, OENOTRIDES.
 Porcari, PANTACHVS.
 Portcheftre, CAERPERIS.
 Pormon, THERMODON.
 Por Lion, PIRÆEVS.
 Port de Hafsio, DIOSPOLIS.
 Porta di Ferro, CINÆDOCOLPITARVM.
 Porta Maggiore, NEVIA.
 Porta S. Pauli, TRIGEMINA.
 Porta del popolo, FLYMENTANA.
 Porta rofans, RAME.
 Porte croix, STOECHADES.
 Porto, LAVARE.
 Porto Alberto, SELINVS.
 Porto Baratto, POPVLONIA.
 Porto delle botte, CYPHANTA.
 Porto Carbonero, CHARIDEMI Prom.
 Porto Farina, VTICA.
 Porto Favone, PHILONIVS.
 Porto Ferraro, ARGOVS.
 Porto Ferrato, POPVLONIA.
 Porto Fino, DELPHINI Portus.
 Porto Gruaro, PORTVS Romatinus.
 Porto Guifcardo, SAMOS.
 Porto Longobardo, PACHYNVS.
 Porto Malfetan, CRESA.
 Porto Morifo, PORTVS MAVRITIVS.
 Porto de Pali, VLYSSIS Portus.
 Porto de Qualeis, TÆNARIVM.
 Portes

Porto rassa, PARÆTONIVM.
 Porto Sablone, EDRON.
 Porto Santo, OMBRIO, CERNE.
 Porto de Sabia, PHILÆNI Vicus.
 Porto di turre, LIBISONIS.
 Porto vecchio, PHILONIVS.
 Porto Venere, LVNÆ Portus.
 Portella, AMANICÆ.
 Portello, VITIS.
 Portes, TAVGETON.
 Portsmouth, PORTVS MAGNVS.
 Portmuck, ISAMNIVM.
 Portogallo, LVSITANIA.
 Portus Trallia, VNDALVS.
 Poru, BISTONIS.
 Porzevera, PORCIFERA.
 Posidonia, PÆSTVM.
 Posnavia, STRAGONA.
 Possene, PESSINVS.
 Potenza, POTENTIA.
 Poueslandt, LOVENTINVM.
 Pozzelli, OSTEODES.
 Pozzoreale, DELIOLI.
 Praca, ITHACESIÆ.
 Praga, BVBIEMVM.
 Precins, PRECIANI.
 Prenner, CARVANCAS.
 Presburg, FLEXVM.
 Prettigow, RHVCANTII.
 Prettigouwer-berg, RHETICO.
 Preueza, NICOPOLIS.
 Pridanich, PRÆTORIVM.
 Prignico, BIANDINA.
 Prim, PRIVM.
 Primera, DIODORII.
 Primero, SPINETICVM.
 Priotiza, PSYCHIVM.
 Priuyse, NICOPOLIS.
 Proclian, SCARDONA.
 Profecho, PVCINVM.
 Proteriato, LOCANVS.
 Proti, PROTA.
 Provence, NARBONENSIS, ANA-
 TILORVM Regio.
 Pruodo, PROTE.
 Provins, AGENDICVM.
 Prut, PORATA.
 Prutheni, FENNI.
 Przecop, TAPHRÆ.

Przepetz, PANTICAPES.
 Psara, PSYRA.
 Psilotri, IDA.
 Psomion, ANCYREVIVM.
 Ptolemeta, PTOLEMAIS.
 Puerto, CALE.
 Puerto de Guadarama, IDVBEDA.
 Puerto de S. Maria, MENESTHEI.
 Puerto Muladar, SALTVS CASTV-
 LONENSIS.
 Puerto del Pico, IDVBEDA, OROS-
 PEDA.
 Puerto de la Tablada, IDVBEDA, O-
 ROSPEDA.
 Puerto de Tornavacas, IDVBEDA.
 Puglia, IAPYGGIA.
 Puglia piana, APVLIA DAVNIA.
 Pugna, CALOR.
 Puigcerda, CERRETANI, PYRE-
 NÆVS.
 Puys, ANICIVM.
 Pulici, SOSSIIVS.
 Pulimalon, ARIA.
 Pullerio, SIGIVM.
 Punta di Adiazza, VIRIBALLVM.
 Punta de Corinto, CHERSONESVS.
 Punta de Lopes Gonçales, DEORVM
 CVRRVS.
 Punta de Matriga, EIONE.
 Punta de Setia, CHERSONESVS.
 Pusio, TOPIRIS.
 Puzzole, PVTEOLI.

Q.
 Q VADERNA, CLATERNA.
 Q Qualpenea, PEPERINA.
 Quarnero, FLANATICVS Sinus.
 Quarquario, ARPONIVM.
 Queilloa, TRICADIBA.
 Quença, VALERIA.
 Querquenes, CERCINA.
 Ques, POSIDIIVM.
 Quiam, BAVTISVS.
 Quieto, NAVPORTVS, ISTER.
 Quilmanci, RHAPTVM.
 Quiloo, BARBARIA.
 Quinimino, OLIARVS.
 Quinoti, CIMOLIS.
 Quipia, CLVPEA.
 Quilcon, IONIA.

- R** Ab, ARRABO.
 Rabia, SITTACENE.
 Rabida, ARABRIGA.
 Racanello, CYLISTARNVS.
 Racang, RARASSA.
 Rachstadt, TEVRNIA.
 Rachzkewi, INTERCISA.
 Rackelpurg, BOLENTIVM.
 Radacofani, TINNI.
 Radini, STRYMON.
 Ragni, ANTIPOLIS.
 Raigni, DECIATIVM.
 Raguse, HIRMINIVM.
 Ragusi, EPIDAVRVS.
 Ragusenses, PARTHENI.
 Raias, TVRMODIGI.
 Rakianabes, SABATHRA.
 Rama, LYDDA.
 Ramas, HARMA.
 Rampano, ASOPVS.
 Randazo, TISSA.
 Raphei, PANORMVS.
 Rafamuzat, APOLLINIS *Prom.*
 Rafanario, ANEMO.
 Rafacaramis, CAVCANIS.
 Ralcia, DARDANIA, SCORDISCI.
 Raschit, & Rasir, METELIS, SCHE-
 DIA.
 Rase, BAMBYCA.
 Rasculmo, FALACRIVM.
 Rasol-heramy, ZEUGITANA.
 Rathal-Alhaga, ARABIA PETRÆA.
 Ratiford, RATAS.
 Ravagoso, ORESTIS.
 Rauch Alb, ALBA.
 Ravenna, RAVENNA.
 Raxafen, PHYCVS.
 Reading, PONTES.
 Reama, RIPHEARMA.
 Recanati, RICINENSES.
 Regensburg, ARTOBRIGA, & AV-
 GVSTA TIBERII.
 Regge, VIDRVS.
 Reggio, RHEGIUM *Lepidi.*
 Regina, ERIMVM.
 Reims, DVROCOTTORVM.
 Reno, RHENVS.
 Reinero Castello, TORONE.

- Repchestre, RVTVPIÆ.
 Rerone, ERETÆNVM.
 Retelois, ESSVI.
 Rezer, DORDOMANA.
 Rezzo, RHEGIUM *Iulium.*
 Rhabath, OPPINVM.
 Rhadstatterthaur, TAURVS.
 Rhedive, STRYMON.
 Rhenthaler, RVGVSCI.
 Rhemen, RHAZVND A.
 Rhenes, CONDATE, RHEDONES.
 Rhesiphe, TRINESIA.
 Rhetima, RHITYMNA.
 Rhiefs, RHÆTI.
 Rhijn, RHENVS, MEDIVM OSTIVM
Rheni.
 Rhijdychin, OXONIVM.
 Rhingaw, OBRINCVS.
 Rhingower, RVGVSCI.
 Rhinwalder, LE PONTII.
 Rhoa, & Rhoasse, EDESSA.
 Rhodosto, BISANTHE.
 Rhoer, ADRANA.
 Rhosne, RHODANVS.
 Ribas, RHEBAS.
 Ribaude, STOECHADES.
 Richeborow, RVTVPIÆ.
 Riete, REATE.
 Rigi, VOLERIVS.
 Rigol, RIGODVLVM.
 Rimine, ARIMINVM.
 Rio de Henares, CARACCA.
 Rio de Mossò, ALLIA.
 Rio Salado, SALSVM.
 Rio Tinto, IBERVS.
 Ripa d'ostria, CORINTHIACVS
Sinus.
 Ripa Maranzi, MARANTIVM.
 Ripenses, CÆRESI.
 Rippon, RHIGODVNVM.
 Risano, FORMIO, RHIZINIVM.
 Risenberg, SVDETI.
 Riturbio, LITVBIVM.
 Riu de Millars, IDVBEDA.
 Riviera di Genoa, LIGVRIA.
 Rivo del Sole, DIGENTIA.
 Rizza, ARICIA.
 Rober, ERVBRVS.
 Roboreto, AQVÆ *Statellorum.*

Rocana,

Rocana, ETETA.
 Rochan de Sinna, LVNÆ Mons.
 Rocha del papa, ALGIDVM.
 Rochelle, S ANTONVM Portus.
 Rocha di Monte Dragone, SINVESSA.
 Rochitzerberg, CLAVDIVS.
 Rockenburg, BRAGODVRVM.
 Roda, RHODA.
 Rode, HYRIVM.
 Rodes, SEGODVNVM.
 Rodes, & Rodo, RHODVS, RHV-
 TANI.
 Rodacinion, PERIBOLVS.
 Rodosto, PERINTHVS.
 Rofchestre, DVRO BREVIS.
 Rogela, ROPICVM.
 Rogiano, VERGÆ.
 Rohoboth, ARMVZIA.
 Rom, ASIA Minor.
 Roma, RVCONIVM.
 Romania, ARGIA, ACHAI A, &
 THRACIA.
 Romania Alta, ACHAI A.
 Romagna, FLAMINIA.
 Romandioli, GÆSATI.
 Romakeffel, CASSILIAC M.
 Romen, ROMÆ.
 Romechi, GRÆCIA.
 Romei, EVROPÆI.
 Romont, BRAMAGVM.
 Roncone, VITIS.
 Ronda, ARVND A.
 Roni, PAPHLAGONIA.
 Rosa, SIPHÆ, CAVNVS.
 Rosaphar, PARTHENIVM.
 Rossano, RVSCIA.
 Rossia, CALEDONII, ATHENÆVM,
 CAVTI.
 Rosella, RVSELLÆ.
 Rosetto, CANOPVS, METELIS.
 Rosi, RHEGIANVM.
 Rosmarini, CHYDA.
 Rostock, LACIBVRGIVM.
 Rotta, & Roderia, RVTVBA.
 Rotas, OREOPHANTA.
 Rotler, LEMANIS.
 Rottenthurn, BONTAS.
 Rotwijn, TAXGÆTIVM.
 Rouban Thoura, ANTITAVRVS.

Rouen, RHOENAVLEROI.
 Rouergne, RHVTANI.
 Roussillon, RVSCINO.
 Rubeaifola, CEPHALONNESVS.
 Ruffach, RVFACVM.
 Rugen-landt, RVGII.
 Ruglate, REGETA.
 Rumelen, ARIMINVM.
 Runckerlandt, SVNICI.
 Runcone, RVBICON.
 Russia, SARMATIA.
 Ruffen, DANI, ROXOLANI.
 Rutland, RATAS.

S.

SAal, SALAS.
SSaan, SAVARIA.
 Saba, Sabaim, & Sabacthani, MEROE.
 Sabatio, OCINARVS.
 Sabardi, HYGRIS.
 Sabionello, ONÆVM.
 Sablestan, PAROPANISVS.
 Sabrono, HIPPONIVM.
 Sacca, PINTIA, THERMÆ.
 Saccio, AVZACIA.
 Saccania, ARGIA, LAGONICA.
 Saendebat, SABANA.
 Safa, TIGRANOCERTA.
 Sagnino, & Sangro, SARVS.
 Sagora, THYNNIAS.
 Sagriano, SAGRA.
 Sahid, ÆGYPTVS Superior.
 Saia, SALIA.
 Said, SIDON.
 Saites, BYBLOS.
 Sala, HYRCANVM Mare.
 Salaboni, MADIAM.
 Salamanca, SALMANTICA.
 Salamone, SAMONIVM.
 Salampria, PENEVS.
 Salanga, SACRVM Prom.
 Salcatha, SALECHA.
 Salefica, SELEV CIA.
 Salemo, SELINVS.
 Salefo, CALYCADNVS.
 Salgora, OTTOROCORRA.
 Salinde, GALINDÆ.
 Saline, ELEVSINE, ICESIA, OSÆA,
 DIDYME, CTENOS, RHOSPHODVS.

- Salinea, LIANVM.
 Salm, SALMONA.
 Salmo, SVINVM.
 Salobreña, SELAMBINA, EXITANI.
 Salona, SALO, DELPHI.
 Salonchemen, RHITTIVM.
 Salonef, SELINVS.
 Salonichi, THESSALONICA.
 Salopia, ORDOVICES.
 Salpi, SALAPIA.
 Salfes, SALSVLÆ.
 Salsi, GELAS.
 Saltz, IVVAVIVS.
 Saltzburg, GESODVNVM, IVVAVIA.
 Saluce, SALINÆ.
 Saluia, NISSÆA.
 Saluiati, TRITOLINVS *Mons.*
 Samachi, SAMVNIS.
 Sammachi, CYROPOLIS.
 Samandrachi, SAMOS.
 Samarchanda, & Samrachatan, MARA-
 CANDA, SARMAGANA.
 Samastro, AMASTRIS.
 Sambeck, SABLONES.
 Sambre, PHRVDIS, SABIS.
 Samo, SAMOS.
 Samora, SENTICA.
 Sanahuja, ATHANAGIA.
 Sanbucha, SAMBROCA.
 Sandes, OCETIS.
 Sandioia, SVBRITA.
 Sangari, SANGARIVS.
 Sanguenares, CVNICVLARIÆ.
 Sanguesa, SVESITANI.
 Santaren, IVLIVM PRÆSIDIVM.
 Santen, VETERA, TROIA.
 Santerno, ANEMO, VATRENVS.
 Santillana, CANTABRI.
 S. Agatha, ARTEMISIVM.
 S. Agneta, FIGVLNENSIS *Porta.*
 S. Alboin, VEROLANIVM.
 S. Andreae, LEGIO *Germanica Decima-*
quarta, CLIDES, BARAM.
 S. Andres, FLAVIVM, SANDRIZE-
 TES.
 S. Angelo, ALVNTIVM.
 S. Apollinari, CLASSIS.
 S. Bartholomeo, CRINISVS, CESTIVS
Pons.
 S. Bartholomæi vallis, FOCVNATES.
 S. Bernardi, BERGINTRVM.
 S. Blasio, AD TVRRES.
 S. Bonifacio, VELIA, PALLA.
 S. Cassiano, AD CASAS CÆSARIA-
 NAS.
 S. Castaldo, ALETIVM.
 S. Celloni, SECERRÆ.
 S. Dimitri, ANTANDROS.
 S. Edmunds burye, VILLA FAUSTINI.
 S. Elia, CYPARISSIVM.
 S. Flora, TINNI.
 S. Flour, ROVESIVM.
 S. Fradello, AGATHYRSVS.
 S. Georgio, MAGNESIA, PITANE,
 PHERÆ.
 S. Germano, CASINVM.
 S. Gylles, HERACLEA.
 S. Gothard, ADVLA, & ALPES SVM-
 MÆ.
 S. Hubert, GESSERO.
 S. Iacob in Clauenerthal, TARVESEDE.
 S. Iani, CRIV METOPON.
 S. Ioannis, MOTYA.
 S. Ioannis Abidini, BIDENI.
 S. Ioannis potta, COELIMONTANA.
 S. Ioanne in campo Horatio, HORATII
Flacci Villa.
 S. Iuliano, MILLEA, PANTACHVS.
 S. Iustin, OCRINVM.
 S. Lamperti, SARON.
 S. Laurentij, ESQVILINA *Porta*, CV-
 BVS CANOPI.
 S. Laurentij insula, CERNE.
 S. Lucar de Barrameda, LVCIFERI *Fanū.*
 S. Lucio, THEBÆ.
 S. Marco, CALACTA, TEMESA.
 S. Maria Annunciata, POMPEIANVM.
 S. Maria Cassopo, CASSIOPE.
 S. Maria de finis terræ, FLAVIA LAM-
 BRIS, IRIA FLAVIA.
 S. Maria delle Gracie, CAPVA.
 S. Maria in Georgio, TIGNIVM.
 S. Maria di grotta ferrata, TVSCVLA-
 NVM.
 S. Maria de Guadalupe, CASTRA CÆ-
 CILIA.
 S. Maria in portico, CÆSAREA.
 S. Maria rotunda, PANTHEON.
 S. Maria

- S. Maria de territorio Putgano, PYRGI.
 S. Maria à Tindaro, TYNDARIVM.
 S. Maria Transiarch, TARSATICA.
 S. Maria de Trinitati, DIOMEDEÆ.
 S. Marinello, PYRGI.
 S. Martiani, PLEMMYRIVM.
 S. Maura, LEVCAS, SCOPELVS.
 S. Mathieu, GOBÆVM.
 S. Mauritz, AGAVNVNVM.
 S. Maximiani, TECOLATA.
 S. Niqueta, PHOENIX.
 S. Odomeri, *vel* S. Omer, ICCIVS, O-
 ROMANSACI.
 S. Paulo, SIMÆTHVS, STALIOCA-
 NVS.
 S. Pierro, IASYS, MYNDVS, ENO-
 PIS.
 S. Petronellæ, CARNVS.
 S. Pierro, SIRENVSÆ.
 S. Philippo in Agirone, AGVRIVM.
 S. Quintin, SAMAROBINA, AV-
 GVSTA *Veromanduorum*.
 S. Quirico, VMBRO Mons.
 S. Reparata, TILLIVM.
 S. Salvator, NEOMAGVS.
 S. Sebastiani, COLIPPO, CAPENA *Porta*.
 S. Severa, TVRRES, ALSIVM.
 S. Severina, SIBERENA.
 S. Severino, SEPTEMPEDA.
 Setival, CETOBICA.
 S. Sophia, OENANTHIA.
 S. Stephani, CONCORDIA.
 S. Stevan, SEGEDA.
 S. Theodoro, AGATHYRSVS.
 S. Tibere, VINDOMAGVS.
 S. Truyden, CENTRONES.
 S. Veit, CANDOLICA.
 Santi quaranta, CASIOPE, ASSVM,
 ONCHESMVS.
 Santorini, THERASIA.
 Sanvasili, CLEONÆ.
 Saone, ARAR.
 Saphet, SAREPTA.
 Sapico, CARDAMYLA.
 Sapiencia, OENVSSÆ.
 Saponara, GRUMENTVM.
 Sar, SARAVVS.
 Sara, SAREPTA.
 Sarabat, HERMVS.
 Sarantacopa, PHIDALIAE *Sinus*.
 Saraquino, PEPARETHVS.
 Sarbrug, PONS SARNIX.
 Sarch, ASSYRIA.
 Sarcha, MINCIVS.
 Sarcum, PHRYGIA.
 Sardegna, SARDINIA.
 Sarduni, PLANASIA.
 Sargatia, SARMATIA.
 Sargoreg, BETHEL.
 Satysburi, CAERSEVERVS.
 Sarnganser-landt, SARVNETES.
 Sarno, SARNVS.
 Sarpi, ARPE.
 Sarfino, SARSINA.
 Sas, SACÆ.
 Saffari, PLVBIVM.
 Saseno, SASO.
 Satabella, POEANTHE.
 Satalia, ATTALLA.
 Satigan, COSAMBA.
 Satine, ATHENÆ.
 Satriaro, CÆCINVS.
 Saturniana, SATVRNIANA.
 Saw, SAVS.
 Sauas, MESSABATÆ.
 Sauastopoli, GIGANEVM.
 Sauatopoli, DIOSCVRIAS.
 Sauello, ALBALONGA.
 Sauenier, TVNGRORVM *Fons*.
 Sauio, ISAPIS.
 Saulles, ELIBERRI.
 Sault, SALTVS *Provincia*.
 Sauoia, SAPAVDIA, SABATA.
 Sauoier, SABBATI, ALLOBRYGES.
 Saur, SVRA.
 Sauto, ACHERON.
 Sberir, MARIONIS.
 Scafaro, & Scafati, SARNVS, SVES-
 SVLA.
 Scagen, CIMBRORVM *Prom.*
 Scala di Canello, CANELATE.
 Scala marmorea, AMYCLI *Portus*.
 Scala Græca, GALEAGRA.
 Scalæ, CHELÆ.
 Scalambri, CAVCANIS.
 Scalea, LAVS, VELIA.
 Scalmar, SALVA.
 Scambri, LEGIO *Auxiliatrix*.

- Scandalico, ECDIPPA.
 Scander, ZALISSA.
 Scandera, ALEXANDRIA, SCODRA.
 Scandelorum, PAMPHYLIA.
 Scandoloro, CORACESIVM.
 Scanderona, AMANICÆ.
 Scakerbosch, SACRVM *Nemus*.
 Scapring, SACARBANTIA.
 Scardo, SCARDONA.
 Scarpante, CARPATHVS.
 Scarfino, STATONES.
 Sceldt, SCALDIS.
 Scenafechie, AVESICA.
 Scetlant, ELECTRIDES.
 Schaffinatt, IVRA.
 Schekel, CÆCIVS, GESSACES.
 Scheminckel berg, ALYBE.
 Schiatto, CASSANDREA.
 Schiret, AGARVS.
 Schifon, TAVROMENIA.
 Schyttim, IAXARTES.
 Schlesier, LIGII, LVTI, QVADI,
 ILINGÆ.
 Schlestadt, ELCEBVS, HELVE-
 TVM.
 Schleswijck, CIMBRICA *Chersonesus*,
 HEIDEBÆ.
 Schmeben, SCVRGIVM.
 Schneberg, CARPATES, CETIVS.
 Schoeflern, PONTES TESFENII.
 Schotlandt, ALBANIA.
 Schwaben, SVEVI, SVANETES.
 Schwartzwaldt, MARTIANA *Silva*,
 HERCYNIA.
 Schwatz, SEVATVM.
 Schweitzer, HELVETII.
 Schut, CITVORVM *Insula*.
 Schwindaw, CONSVANETES.
 Sciato, SCIATHVS.
 Scyllo, SCYLLA.
 Scio, CHIOS.
 Sciocco, TOGISONVS.
 Scyro, SCYRVS.
 Sclavonia, ILLYRICVM.
 Sconen, BASILIA.
 Scopia, SCVPI.
 Scopia, TEVTHRONE.
 Scopulo, SCOPELVS.
 Scosna, HYRGIS.
 Scotia, VALENTIA, BRITANNICÆ
Insula.
 Scorpiata, LECTVM.
 Scoticus pelagus, CALEBONIVS
Oceanus.
 Screlinger, PYGMÆI.
 Scricfinner, CREFENNÆ.
 Scrisia, ARGYRVTVM.
 Scrivia, HIRIA.
 Scupello, CETARIA.
 Scutari, SCODRA, CHALCEDON,
 CHRYSOPOLIS, DIANÆ *Fanum*.
 Sdiles, DELOS.
 Sdrigna, STRIDON.
 Sebenico, SICVM.
 Secca, BVCA.
 Secche de Barbaria, SYRTES.
 Sechia, GABELLVS.
 Sege, SACRVM *Prom*.
 Seged, SEGEDVNVM.
 Segesd, SEGESTICA.
 Segistan, DRANGIANA.
 Segiola, SEDECVLA.
 Seglio, CÆNIS.
 Segney, SEGNI.
 Segobia, SEGOVIA.
 Segorbia, SEGOBRIGA.
 Segre, SICORIS.
 Segura, SERABIS, SEGIMONEN-
 SES, ESTABERVVM, LVD.
 Seich-ayder, PERSIA.
 Seyne, SEQVANA.
 Seiont, STVCIA.
 Seiufiana, SCINCOMAGVS.
 Seelandt, MATTIACI, CODANO-
 NIA, ARBORICHÆ, HEMODES.
 Selassis, POSIDIVM.
 Seleuca, SELEVCIÆ.
 Selino, POECILASIVM.
 Sella, SALA.
 Selle, SAL.
 Selva del aglio, ALGIDVM *NEMVS*.
 Selva di Lugo, LITANA.
 Selva Vetletta, VETVLONIVM.
 Selungos, SARA.
 Selza, SALETIO.
 Sem, HYPACYRIS.
 Semering, CETIVS.
 Seminata, TAVRIANVM, METAVROS.
 Semi-

- Semirami, ZAGRI *Pyla*.
 Semnitz, CARPATES.
 Sempronio, SEMPRONIUS.
 Senga, CINGA.
 Sengerer, SEGONTIACI.
 Senigaglia, SENA *Gallica*.
 Sens, SENONES.
 Senfa, & Sefia, SESSITES.
 Sento, SENTINVM.
 Sepino, SÆPINVM.
 Septa, EXILISSA, SEPTEM FRATRES.
 Sepulveda, SEGORTIALACTA.
 Sequino, ARYMAGVS.
 Ser, CYRRHVS.
 Sera de S. Ioan, CVNEI.
 Seracena, SESTIVM.
 Serchio, AVSERIS.
 Serem porto, MAGNVS *Portus*.
 Seretus, TIARANTVS.
 Sergna, ÆSERNIA.
 Seria, IVLIA FAMA.
 Sermione, SIRMIO.
 Sermito, SERNICVS.
 Sermona, SVLMO.
 Sernere, ARIA.
 Serpentaria, FICARIA.
 Serphone, & Serphena, SERIPHVS.
 Servan, MEDIA.
 Servestein, SORABI.
 Servia, DARDANIA, MOESIA.
 Selanz, SCINCOMAGVS.
 Sefis, ASSARA.
 Seflula, SVESSVLA.
 Sesteron, SECVSTERO.
 Sesterrio, TREBIA.
 Sestri de Levante, SEGESTA *Tiguliorum*.
 Set, BASILIVM, & TIGRIS.
 Setia, HERACLEA.
 Setilia, PAMPHYLIA.
 Sethie, DICTE.
 Settisonio, SEPTIZONIUM.
 Serubal, SALACIA, DVBAL.
 Sevarne, SABRIANA.
 Sevenbergen, AMBIVARITI.
 Seven-wolden, BADVHENNÆ *Lucus*.
 Severino, ACMONIA.
 Sevesta, CÆSAREA.
 Sevilla, HISPALIS.
 Sevilla la veja, OSSET, ILIPA.
 Sezza, SETIA.
 Sfacalhat, SYAGROS.
 Shennyn, SENVS.
 Siada, SIDON.
 Sian, SOBANNVS.
 Siban, SECVANA.
 Sibeca, CHARAX.
 Sibenburgen, DACIA.
 Sibir, ANTIOCHIA.
 Sibnit, SAIS.
 Sibula, SYMBOLON.
 Sicambria, LEGIO *Auxiliaris*.
 Sicandro, CIMOLIS.
 Sichino, PSYCHIVM.
 Sicilia, SICILIA.
 Sicino, SICINVS.
 Sicura, OVLCO.
 Sidarifo, GERENIA.
 Siderocapfa, CHRYSITES.
 Sidonisi, ACHILLEA.
 Sidra, CALAVRIA.
 Sidro, PHERÆ.
 Siena, SÆNA.
 Sierra d'Alcazar, ARGENTEVVS *Mons*.
 Sierra d'Almarfa, ALYBE.
 Sierra datiença, IDVBEDA.
 Sierra Liona, DEORVM *Currus*.
 Sierra Morena, MARIANVS *Mons*.
 Sierra Morena, & Sierra molina, OROS PEDAS.
 Sierra Sigura, ARGENTEVVS *Mons*.
 Sierra Ximiera, ABYLA.
 Siffalo, ALÆSA.
 Siglio, SCYLLA.
 Sigomol, CVMILLVM.
 Siguença, SEGONCIA.
 Sihar, NILVS.
 Syinigijs, SIRMIVM.
 Silley, SILVRVM *Insula*, SYLINA.
 Sili, SILARVS.
 Simanca, SEPTIMANCÆ.
 Simedro, SIGINDVNVM.
 Simiscasac, SABA.
 Simiso, AMISVS, THEMISCYRA.
 Simoetes, SCAMANDRVS.
 Simolacach, TIGRANAANA.
 Simpeler, SEMPRONIUS.
 Sinay, MELANI.

- Sindinfu, SERA.
 Sincy, SEGNĪ.
 Sino, SIRIS, ÆSIS.
 Sintacora, SIMYLLA.
 Sintra, TAGRVS Mons.
 Sinuessā, SINVESSA.
 Sion, & Sitten, SEDVNI.
 Siphano, SIPHNOS.
 Siponto, SIPONTVM.
 Siras, PERSEPOLIS.
 Siracusa, SYRACVS Æ.
 Sirbia, SORABI, MYSIA.
 Sirbis, XANTHVS.
 Syrfa, TROGLODYTARVM Regio.
 Sirmisch, SIRMIVM.
 Sirmiu, GEPHYRA.
 Syro, SYROS.
 Syroen, SIRACI.
 Sirt, BRIZANA.
 Siruela, SALARIA.
 Sissa, ADRVMETVM.
 Siferia, CÆSAREA *Paleslina.*
 Siffeg, & Sifoia, SYSCIA.
 Siffopoli, APOLLONIA.
 Sit, TIGRIS.
 Sithieu, ICCIVS.
 Sithnizum, NOAS.
 Sittingborne, DVROLEVVVM.
 Syvita, SYBOTA.
 Siziz, NEPTALIM.
 Slayne, BVVINDA.
 Slavonia, PANNONIA.
 Sleife, OCEANVS *Britannicus.*
 Sluys, GESSORIACVM, LEVACI.
 Smirne, SMYRNA.
 Soaci, GESSORIACVM.
 Sobal, SYRIA.
 Soffagia, NASABATH.
 Soguta, ITEA.
 Soiffon, SVESSIONES, AVGVSTA
Veffonum.
 Sollac, CVRIANVM.
 Sollago, SVBLACVM.
 Solame, CIVARO.
 Solano, SOLOENAS.
 Solanto, SOLVS.
 Soldaia, LAGYRA.
 Soldi, & Soldino, SELEV CIA.
 Soldino, ORONTES.
 Soletto, SOLETVM.
 Solfataria, FORVM *Vulcani.*
 Soli, & Sori, SAVLIVM.
 Solina, AXIACES.
 Solms, SOLICINIVM.
 Solnich, PEPYLYCHNVS.
 Solocho, GÆA.
 Solonet, ZYGRIS.
 Solothurn, SALODVRVM.
 Solveldt, SOLVENSE *Opidum.*
 Some, PHRVDIS.
 Somersfetshire, MVROTRIGES.
 Sophia, TIBISCA.
 Sopoto, OLPÆ, CESTRIA.
 Soranto, OLV LIS.
 Sorbec, SORABI.
 Soreto, ALTANVM.
 Sorgue, ORGE.
 Soria, NVMANTIA, SYRIA.
 Soridan, TOMADEORVM.
 Sorlinges, SILVRVM *Insula,* SYLINA.
 Sofo, SVLCITANI.
 Soffed, SYSCIA.
 Soffthenion, LEOSTHENIVM.
 Southampton, TRISANTONIS.
 Souraseri, SAVATRA.
 Soutetto, SV DERTINI.
 Spachia, LEVCA *Ore.*
 Spagmagmurisi, ARACHTVS.
 Spagnola, ATLANTIS *Insula,* & FOR-
 TVNATÆ.
 Spata, PSACVM.
 Spalato, SALO.
 Speir, NOVIOMAGVM, NEMETES,
 PYRI *Mons,* NEMETOCERNA,
 VANGIONES.
 Speccia, SEGESTA *Tiguliorum,* SPEDIA.
 Spello, HISPELLVM.
 Speluga, TARVESEDE.
 Sperlunga, SPELVN CÆ.
 Speshart, HERCYNIA, ABNOBI,
 INGÆVONES.
 Spezze, EPETIVM.
 Spigaro, CYZICVS.
 Spirnasse, PANYASVS.
 Spoleto, SPOLETIVM, VMBRIA.
 Spre, SVEVVS.
 Spreverio, NEPTVNIVS.
 Spurnheade, OCELLI *Prom.*

Squilacci, SCYLLETIVM.
 Sta in pace, ELORVS.
 Stadia, DIVM, LORYMA.
 Stagnara, DEVELTVS.
 Stagni di Venetia, SEPTEM MARIA.
 Stagnone, SIRBONIS, LATARA.
 Stain, SABARIA.
 Stalato, SALENTINVM.
 Stalemura, ANEMVRIVM.
 Stalimene, LEMNOS.
 Stambol, CONSTANTINOPOLIS.
 Stampalia, ASTYPALÆA.
 Stancou, COS.
 Standia, DIA.
 Starachino, STOBI.
 Stargard, VRBS VETVS.
 Starichnio, STOBI.
 Staveren, STVRII.
 Stauri, OLYMPIA.
 Stecolna, HOLMIA.
 Steygerwaldt, HERCYNIA, ABNOBI.
 Stella, TILAVENTVM, ANASSVS.
 Steenberg, AMBIVARITI.
 Steyrmarch, VALERIA.
 Stechio, CASSANDREA.
 Steppa, ASTAPA.
 Stertingen, VIPITENVM.
 Stetiner landt, SIDENI.
 Sterlingen, VACOMAGI.
 Sthenion, LEOSTHENIVM.
 Stibes, THEBÆ.
 Stylarion, COLUMNA Regia.
 Stylo, CONSILINVM, CYPHANTA.
 Stimholi, CONSTANTINOPOLIS.
 Stinctino, TROGILORVM Portus.
 Stockholm, HOLMIA.
 Stoneheng, AMBROSII Mons.
 Stopodia, GYAROS.
 Stora, RVSICADA, ASTVRA.
 Stradella, IELLEIA.
 Straesburg, ARGENTORATVM.
 Strasburger, TRIBOCES.
 Straete, FRETVM Herculeum.
 Stragioni, OSTRACINE.
 Strama, CASPII.
 Strandfriesen, FRISII.
 Strapenor, OLBIA.
 Strathnavernia, LOGI.
 Strava, HYRCANIA.

Straubingen, AVGVSTA ACILIA.
 Stravico, ISTROPOLIS.
 Strel, SARGETIA.
 Stretto de Arpaia, CAVDINÆ Fauces.
 Stretto di Caffa, BOSPORVS Cimmerius.
 Stretto delli castelli de Lepanto, RHIVM.
 Stretto di Cōstantinopoli, BOSPORVS
Thracius.
 Stretto di Gallipoli, HELLES PONTVS.
 Strecho di Negroponte, EVRIPVS.
 CHALCIDICVS.
 Strigna, STRIDON.
 Strigonium, LEGIO Germanica Decima.
 Strivali, PLOTÆ.
 Stromboli, STRONGYLE, EVONY-
 MVS.
 Stromio, PAMISVS.
 Stromitza, TIBERIOPOLIS.
 Stromona, STRYMON.
 Strongili, MACELLA.
 Strovifi, TYMPANIA.
 Stulingen, TVLINGI.
 Sturioni, SEBENNYTICVM.
 Swarte water, VIDRVS.
 Suachem, PTOLEMAIS.
 Suar, MELITINE.
 Subaro, SCYLÆVM.
 Subut, BARVSSÆ.
 Sucharanto, SAGRA.
 Sudau, GLESSARIA.
 Sudburye, COLONIA.
 Sudorhey, REGNI.
 Sueden, NORTMANNI, BASE-
 LIA.
 Sues, vide Zues.
 Suefa, SVESITANI.
 Swetz, ASCAVLIS.
 Suidia, SELEV CIA.
 Suyer-see, FLEVI Lacus.
 Sulmona, SVLMO.
 Suls, FOCVNATES.
 Sulthania, TIGRANOCERTA.
 Sumatra, TAPROBANA.
 Sumerein, ADMVROS.
 Sumo sierra, IDVBEDA.
 Sumurano, SYPHEVM.
 Sund, BVNITIVM.
 Sundis, MARIONIS.
 Sunfs, SVNICI.

Sungow, SEQVANI.
 Suola, ANTICYRÆ.
 Swel, NAVALIA.
 Suonigra, ARAVZONO.
 Surey, REGNI.
 Suri, TYRVS.
 Surrento, SVRRENTVM.
 Sus, MASSA.
 Sus, & Subu, SVBVR.
 Sufa, SIAGVL, SEGVSIQ.
 Sufaco, TAZVS.
 Sufai, SVSIANA.
 Sufamino, OROPVS.
 Sufana, SCINCOMAGV-S.
 Sufied, NEDINVM.
 Sufor, TEOS.
 Suftra, SVSA.
 Sutherland, CORNABVI.
 Sutherk, TAVS.
 Sutri, SVTRIVM.

T.

TAbarie, TIBERIADIS *Lacus*.
 Taberna, TRISCENE.
 Taburo, TABVRNVS.
 Taccasij, NILVS, ASTABORAS.
 Tachivolicati, GYRTONE.
 Tacui, ASTABORAS, NILVS.
 Tadcastre, CALATVM.
 Tadelis, Sالد.
 Tadino, ARETHVSA.
 Tafalla, TRITIVM METALLVM.
 Tagazza, FRONS AFRICÆ.
 Tagliate, LATOMIÆ.
 Tagliacozzo, FVCINVS *Lacus*.
 Tagliamento, TILAVENTVM.
 Taigin, THROANA.
 Tayo, TAGVS.
 Talabo, LOCRA, PITANVS.
 Talandi, ATALANTA, ANTHEREDON.
 Talara, ERMÆA.
 Talart, ALAPVNTIS.
 Talavera, ÆBVRA.
 Talavera della Reina, TALABRIGA.
 Tamasa, CHARISTVS.
 Tamer, TAMARVS.
 Tamerten, TAMARÆ.

Tamoriza, TAVLANTII.
 Tana, TANAIIS.
 Tanaro, TANARVS.
 Tanedo, TANETVS.
 Tanerstock, TAMARE.
 Tanes, TANITICVM.
 Tanger, & Tangia, TINGIS.
 Taraçona, TVRIASO.
 Tarragona, TARRACON.
 Tarantaise, CENTRONES, FORVM
Claudij.
 Tarascon, TARVSCON.
 Tarbe, TARBELLA.
 Tarczal, CARPATES, ALMVS.
 Tarcho, PALLENE.
 Tardera, THOLOBI.
 Tarrega, ATHANAGIA.
 Tarfaro, ORONTES.
 Tariffa, CARTEIA, BELO.
 Taro, TARVS.
 Tarsia, CAPRASÆ.
 Tarsu, ZEPHYRIVM.
 Tartaho, CORTACHA.
 Tartar, OECHARDAS.
 Tartari, SCYTHÆ, MÆOTÆ.
 Tartaria, SARMATIA, SCYTHIA.
 Tatri, CARPATES.
 Tavay, TACOLA.
 Taves, TIPASA.
 Tavignani, RHOTANVM.
 Tauris, ECBATANA, PHASIS, TI-
 GRANAANA.
 Tec, ILYBIRRIS.
 Teck, TECTOSAGES.
 Techala, DOLICHE.
 Tedelez, IARSATH.
 Tefeltner, TAMVSIQA.
 Tegil, TIGRIS.
 Tein, REDINTVINVM.
 Teissa, PATHISSVS.
 Telenfin, TIMICE.
 Tellinghead, BOREVM.
 Telon, TELOMARTIVS.
 Temesixar, ZVROBORA.
 Tenarizim, NANIGERIS.
 Tenedo, TENEDOS.
 Teneriffa, NIVARIA.
 Tenesse, PELVSIVM.
 Tenet, THANATOS, TIPASA.

- Tenir capi, *CAUCASIAE Porta.*
 Tenne, SIGA.
 Tensist, PHTHYTH.
 Ter, THICIS.
 Terani, INTERAMNIA.
 Terassa, TARSVS.
 Terbestan, *HYRCANVM Mare.*
 Terchin, SOANA.
 Teresse, ESSVI.
 Terga, IAGATH.
 Termini, THERMÆ HIMERÆ.
 Terouenne, Terrenborch, & Terwanen,
 TARVANNA.
 Terra di Barri, PEVCETII, APVLIA
 PEVCETIA.
 Terre di Labor, TARBELLI.
 Terra di Lavoro, LABORINI CAM-
 PI, CAMPANIA FELIX.
 Terra nova, HERACLEA, THV-
 RIVM, LIBISONIS, EVBOEA,
 HIPPARIS.
 Terra d'Otranto, SALENTINI.
 Terra di Piccinnacoli, IABADII.
 Terra di pulici, SELINVS, PINTIA.
 Terra Sancta, PALÆSTINA.
 Terracina, ANXVR.
 Terremoto, THERMOPYLÆ.
 Tertiana, TANATIS.
 Terwanen, OROMANSACI, MO-
 RINI.
 Tessanderloo, TOXANDRIA.
 Tesino, TICINVS.
 Tet, RVSCINO.
 Tevere, ALBVLA.
 Teverone, ANIO.
 Teutderum, THEVDVRVM.
 Teute, & Teuteberg, TEVTOBVR-
 GENESIS *Saltus.*
 Teutsche, TEVTONES.
 Teutschlandt, GERMANIA.
 Thalebnach, INDVS.
 Thalemincia, MYSIA.
 Thamar, RHA.
 Thames, THAMESIS.
 Thampir capi, *CAUCASIAE Porta.*
 Tharpastan, PARTHYENE.
 Thaur, TAURVS.
 Thebasse, CABASSVS.
 Thebesaze, METAPONTVM.
 Thelese, TELESSIA.
 The mul of Canteri, EPIDIUM.
 Theodoro, TAZVS.
 Therapia, PHARMACIÆ *Sinus.*
 The sandes end, OCRINVM.
 Theth, SALINVM.
 Theten, MATRICA.
 Thiano, TIANVM.
 Thieto, THYELLA.
 Thimar, TAOCA.
 Thina, OXVS.
 Thocato, NEOCÆSAREA.
 Tholna, RIPA ALTA.
 Thoura Aremnoë, ARMENIA *Maior.*
 Thum, OSCELLA.
 Thumenestia, THESSALIA.
 Thuringer waldt, HERCYNIA.
 Thusculo, TVSCVLVM.
 Tierasche, ESSVI.
 Timavo, TIMAVVS.
 Timin, THAMMATA.
 Tina, TENOS, OXVS.
 Tinea, TIGNIA.
 Tintschen, TINNETIO.
 Tionville, DIVODVRVM.
 Tirck, CYRRHVS.
 Tirititiri, MOSÆVS, EVLÆVS.
 Tيروس, BRASIÆ.
 Tisaria, MAZACA.
 Tiva, THEBÆ.
 Tivoli, TIBVR.
 Toacara, ARSINOE.
 Toaut, MAGETROBIA.
 Toccatu, CAPPADOCIA.
 Todi, TVDER.
 Toledo, TOLETVM.
 Toletanum regnum, CARPITANI.
 Tolfanova, FORVM *Claudij.*
 Tolgus, ECHINVS.
 Tolon, TAURENTIVM, & TELO
Martius.
 Tolouse, TECTOSAGES.
 Tomila, VIBALI.
 Tongeren, TVNGRI.
 Tongerlo, ADVATICVM *Tungrorum.*
 Topino, TINIA.
 Tor, SVR.
 Torano, DAMPETIA.
 Tordefillas, TVRRIS SYLLANA.
 EE 3 Tordi-

- Tordino, IUVVANTIVS.
 Torgaw, ARGELIA.
 Torbia, TROPÆA *Augusti*.
 Toro, SARABRIS.
 Torondolos Gabraleris, SVNAM.
 Torre de gli Arabi, CHIMO, PLINTHINE.
 Torre de l'Annunciata, HERCVLANEVUM.
 Torre de i bagni, SVESSIANÆ *Aqua*.
 Torre di Graco, HERCVLANEVUM, LOCRI.
 Torre de i gioparelli, PALÆPOLIS.
 Torre di Mar, METAPONTVM.
 Torre della patria, LINTERNVM.
 Torre di Ottavo, HERCVLANEVUM.
 Torre quemada, AVGVSTA NOVA.
 Torre Vedra, ARANDIS.
 Torta, HIMERA.
 Tortona, DERTONA, DERTOSSA.
 Tortosa, ANTARADOS.
 Tortosia, ORTHOSIS.
 Tosa, MONALVS, ATISO.
 Toscana, TVSCIA.
 Totia, GANGRE.
 Towij, TOBIVS.
 Toul, LEVCI.
 Toulb, ADRV METVM.
 Tournay, TORNACVM, NERVII.
 Tournon, TINVRTIVM.
 Tours, & Touraine, TVRONES.
 Trabelos, TRIPOLIS.
 Trabuco, BATHRACVS.
 Trachina, TRISMIS.
 Trafalgar, IVNONIS *Sacrum*, BELO.
 Troies, TRICASSINI.
 Trajetto, MINTVRNÆ.
 Traina, TIMETHVS.
 Trait, OBTRICENSE.
 Tranburg, TRAIANI *Munimentum*.
 Trani, TRANVM.
 Transilvania, DACIA.
 Trapani, DREPANVM, ERYX, RHIVM.
 Trapano, LOTOA.
 Trassimo, TESSVINVM.
 Trau, TRAGVRIVM.
 Trebizonda, TRAPEZVS.
 Trebisatio, VICENSIMVM.
 Tremigan, MARGIANA.
 Tremissen, MAVRITANIA, TENISSA, TIMICA.
 Trenio, TRINIVM.
 Trento, TRIDENTE.
 Trevi, MVTVSCÆ.
 Trezina, TROEZENA.
 Trieste, TERGESTE.
 Triadizza, SARDICA.
 Triana, OSSET.
 Tribanta, PESSIVS.
 Tribunienfes, TRIBVLIVM.
 Tricala, TRICCA.
 Tricht, OBTRICENSE.
 Triecies, AVGVSTA *Tricastinorum*.
 Triendt, TRIDENTE.
 Trierische, TREVIRI.
 Trimin, TELCHIR.
 Trionto, ÆSARVS.
 Tripleuer, TRIUMPILINI.
 Tripoli, TEVTHRANIA.
 Tristena, NEMEA.
 Trochara, ARSINOE.
 Troia, METVLVM, ILIVM, TROIA.
 Trois chasteaux, AVGVSTA *Tricastinorum*.
 Troyna, TRAIANOPOLIS.
 Troyenewijth, LONDINIUM.
 Tronto, TRVENTVM.
 Tropea, POSTROPÆA.
 Trossulo, TROSSVLVM.
 Trucula, ABSORVS.
 Trugillo, IVLIVM PRÆSIDIUM, CASTRA IVLIA.
 Twendt, TVBANTI.
 Tui, TYDE.
 Tuile, AREBRIGIVM.
 Tuina, TARIONA.
 Tulie, FLEVO.
 Tulza, SITIOENTA.
 Tunes, & Tunizi, TVNES.
 Tunetanum regnum, BYZACIVM, AFRICA *Propria*.
 Tur, & Turla, MELANI.
 Turchestan, & Turcia vetus, IAXARTÆ.
 Turre, CVRES.
 Turcomania, CILICIA, ARMENIA *Maior*, BASILISENE.
 Turcia maior, ASIA *Minor*.
 Turcken, TVRCÆ.
 Turcianova, ASIA *Minor*.

Turinger-waldt, BACENIS.
 Turino, AVGVSTA Taurinorum.
 Turrecula, fortè Torricello, ITHACE-
 SIAE.
 Turquestan, CARMANIA, ARIA.
 Turris Arabum, PLINTHINE.
 Tusculano, BENACVS.
 Twede, VEDRA.
 Tzum dreyen buchen, TRIBOCES.

V.

WAat, NANTVATES.
 Waccamach, TRAPEZVS.
 Wacklinford, CALEVA.
 Wael, HELVIVM, VAHALIS.
 Wagening, VADA.
 Vaioletia, THESPROTIS.
 Valca, CREMERA.
 Wailheim, BENLAVNI.
 Walachia, MOESIA, DACIA.
 Walacher, GETÆ, ANARTES.
 Wallisserlandt, VALINSA, SEDVNI,
 LATOBRIGI, VERAGRI.
 Vadi, & Vai, SABATA.
 Val Beneventana, SAMNITES.
 Valle di Compare, ITHACA.
 Washe, METARIS.
 Val Fontenay, BODIONTII.
 Valle di Gardano, CAVDINÆ *Fauces*.
 Valle di Montirone, CAMPI MACRI.
 Val de Nebro, NEMETOBRIGA.
 Val de Niolo, LICNENI.
 Vald'Osta, SALASII.
 Val Pelinna, POENINÆ *Alpes*.
 Val de Vifo, VOCONTII.
 Val de Serra, ASSERIATES.
 Vale, CENION.
 Vallania, ELEVHERVS, VELLAV-
 NII.
 Vallesia, SEDVNI.
 Vallis Cilleræ, MEDVLLI.
 Vallis Suganà, EUGANEI.
 Vallivadia, DORIS.
 Valania, BALANÆÆ.
 Valladolid, PINTIA.
 Valckenburg, CORIOVALLVM.
 Valença, VALENTIA.
 Valenza, FORVM *Fulvij*.
 Valençe, VALENTIA.

Valenchiennes, SCALDIS *Pons*.
 Valentinois, SEGOVELLAVNI.
 Valeria, VALERIA, NERTOBRIGA.
 Valestano, VARENTANVM.
 Valestra, BALISTA.
 Valisa, HEBRVS, RHODOPE.
 Valpo, VALDANVS.
 Van, & Vanic, MANTIANA.
 Vanença, VALLATA.
 Vannes, DARIORIGVM, VENETI.
 Wangen, VIANA.
 Vara, VIROVESCA.
 Varo, VARVS.
 Vardari, AXIVS.
 Variacha, TITIVS.
 Vardogna, TYMPANIA.
 Wardhuys, RVBEÆ *Prom.*
 Vareseio, BARETIVM.
 Warmiensis, VARINI.
 Warwijcke, VEROVICVM, VIRO-
 VIACVM.
 Varna, DIONYSOPOLIS, ODYSSVS.
 Vascapu, PVLÆ *Gethica*.
 Vafento, CASVENTVM.
 Vasilopotamo, THALAME.
 Wasserburg, CONSVANETES.
 Wasserfal, IVRA.
 Vathi, LA.
 Vatica, BOÆ.
 Vatiza, POLEMONIVM.
 Vatter, CARPATES.
 Waterford, DVNVVM.
 Waterlandt, FRISIABONES.
 Vbeda, IDVBEDA.
 Vbich, VBII.
 Vçelis, VXENA.
 Vchtlandt, NANTVATES.
 Vecht, FLEVVM.
 Vectuarij, VITÆ.
 Veczel, ZARMISOGETHVSA.
 Vdine, VTINA.
 Vdenheim, NEOMAGVS.
 Vegia, PORTVNATA, CVRICTA.
 Weyden, VTINA.
 Veilenbach, VALLATVM.
 Weiffenburg, ALBA IVLIA.
 Weisbaden, BVCINOBAENTES.
 Veium, ANTONA.
 Velay, VELLAVNII.

Velana,

- Velana, ELEUTHERVS.
 Velez, VRCESA, VESCIS.
 Velis de Gomera, ACRATH.
 Velez Malaga, SEX.
 Velona, ORICVM.
 Velia, VLIA.
 Velichi, ACHERON.
 Vella, ANTIPHILI *Portus*.
 Velona, EPIDAMNVM.
 Veldenburg, ARTOBRIKA.
 Veltick, CICERONIS *Castra*.
 Veltin, & Veltolini, VENNONETES.
 Veltz, VALCVM.
 Veluwe, CANINEFATES.
 Welz, LOCVS FELIX.
 Venafri, VENAERVM.
 Wencelande, SILVRES.
 Vendosme, VINDINVM.
 Wenden, VANDALI.
 Vendres, RVBRENSIS *Lacus*.
 Venecia, ZARMI SOGETHUSA.
 Venosa, VENUSIA.
 Venfone, PICIS *Mons*.
 Venza, VINTIVM.
 Vera, VIRGI, ABDARA.
 Veratafer, ECHEDORVS.
 Vercelli, VERCELLI.
 Wercestre, BRANGONIA.
 Verdifo, PERONTICVM.
 Verdun, VERODVNVM.
 Werencze, CLAVDIVS.
 Verre, IINVM.
 Vergassins, VELOCASSES.
 Veria, CHRYSAS, PYDNA, PIERIA,
 HELICON, BERRHOEA.
 Verhel, ZARMISOGETHUSA.
 Weriphout, GORDIÆVS.
 Werlam, VEROLANIVM.
 Verlia, OLBIA.
 Vernator, BELO.
 Vernicario, APRVSTANI.
 Vermand abbaye, AVGVSTA *Veroman-*
duorum.
 Vermandois, VEROMANDVI.
 Vernauda, TARGINES.
 Verulam, VEROLANIVM.
 Verona, VERONA.
 Veruin, VERBINVM.
 Verulo, VERALANVM.

- Vesciano, BESCIA.
 Weser, VISVRIGIS.
 Wefet, TOXANDRIA, VEGESATVM.
 Veso, VESVLVS.
 Westchester, PRÆTORIVM, CAMO-
 RODVNVM.
 Westreicher, MEDIOMATRICES,
 NEVSTRIA.
 Westerwaldt, HERCYNIA.
 Westfalen, ISTHÆVONES.
 Westfriesen, FRISII.
 Westfrieslandt, FRISIABONES.
 Westmerland, DAMNII.
 Wethelingcestre, VEROLANIVM.
 Westwales, DEMETÆ.
 Vetralla, FORVM *Cassij*.
 Vetulia, VETVLONIVM.
 Viadana, VITELLIANVM.
 Viatons, AVARICVM.
 Vicarello, BIRACELVM.
 Vich, AVSA.
 Vicentia, PICENTIA.
 Vicenza, VICENTA.
 Vicheria, IRIA.
 Wicht, VECTIS.
 Wijck te Duersteden, BATAVODV-
 RVM.
 Vico, ELBII *Vicus*.
 Vicovaro, VICVS VALERIVS.
 Vicovenza, ÆGONES.
 Victoria, VELLICA.
 Vidino, VIMINATIVM.
 Vienne, VINGENNA.
 Wielinge, HELVIVM.
 Wien, ALA FLAVIANA, FLEXVM.
 Wienerwaldt, BOIORVM *Deserta*.
 Vienne, VIENNA.
 Wiefelsburg, AVENTICVM.
 Viglia, PORTVNATA.
 Vignonnet, VISIO.
 Villaco, Villach, FORVM *Vibij*, CAR-
 NICVM *Iulium*, VACORIVM.
 Villa franca, CARTHAGO *Vetus*, TRO-
 PÆA *Augusti*, PORTVS HERCV-
 LIS.
 Villa nueva d'Alcaraz, CASTAON.
 Villalon, AVIA.
 Vilaine, HERIVS.
 Villamanta, MANEVA.

- Villar de pedroso, AVGVSTOBRIGA.
 Ville neufue, PENNE.
 Villena, BIGERRA.
 Wilsnach, SVSVDATA.
 Wijlhyre, SEVERIANI.
 Wiltenburch, VTRICESIVM.
 Wimpfen, CORNELIA.
 Wijnchestre, VENTA.
 Winden, VANDALI.
 Windenlandt, ILLYRICVM.
 Windisch, VINDONISSA.
 Vindicari, NAVSTATHMVS.
 Winlandt, VENEDI.
 Winterthur, VITODORVM.
 Vinstgow, VENNONES.
 Vintimiglia, ALBINIMINIVM.
 Vipao, FRIGIDVS.
 Wipach, FRIGIDVS.
 Wirtenberg, DECVMATES, CARITNI.
 Wirtzburg, ARTAVNVNVM.
 Visardo, CLIBANVS.
 Vischmundt, ÆQVINOCTIVM.
 Visegrad, FELICIS *Lacus*.
 Viseo, VISONTIUM.
 Viset, TOXANDRIA, VEGESANTIVM.
 Visigiolo, TOGISONVS.
 Vissaopatan, SIPPHARA.
 Wissenburg, SEBVSIANI.
 Vistiza, ÆGIUM.
 Vistritza, ERIGONVM.
 Viterbo, VITERBVM.
 Vitilo, BITYLA.
 Witlam, BVLLÆVM.
 Wittenberg, CALÆGIA.
 Viverais, HELEVTERI.
 Viviers, VIVARIUM.
 Vivis, BIBISCVM, BAVTÆ.
 Wixel, VISTVLA.
 Vlaenderen, PLEVMOSSII.
 Vlm, ALCIMOENNIS.
 Vlastra, VELIA.
 Vmbrone, VMBRO.
 Vnderse, VENETVS *Lacus*.
 Vodena, ÆDESSA.
 Vogel, CLAVDIVS, ADVLA.
 Vogera, IRIA.
 Voidonat, ATRACES.
 Voithland, NARISCI.
 Volana, OLANE.
 Volcano, VVLCANI *Insula*.
 Volgha, RHA.
 Wolfartzhausen, AVGVSTA *Vindel-
corum*.
 Voli, SCYLÆVM.
 Volismeni, PANORMVS.
 Vollenhove, FLEVVM.
 Volo, MALIACVS.
 Volterra, VOLATERRÆ.
 Voltolina, VENNONETES.
 Vomano, VOMANVS.
 Vonizza, ANACTORIVM.
 Voragine, VIRGIUM.
 Vordonia, AMYCLÆ.
 Wormbs, VANGIONES.
 Vornoc, PICTONVM *Prom.*
 Vospero, PANTICAPÆA, BOSPORVS *Cimmerius*.
 Vospico, BOSPORVS *Cimmerius*.
 Vothara, PALIBOTHTA.
 Vouga, VACCA, VACVA.
 Vrba, VRBEM.
 Urbino, SVASA.
 Urbisalio, SALVIA VRBS.
 Wrekechestre, & Wrokcestre, VRICOVIVM.
 Vren, TAVRISCI.
 Vreo, APSVS.
 Vrgel, VRGELLA.
 Vrsimorso, ABYSTRVM.
 Vrvitello, VETVLONIVM.
 Vseford, OXONIVM.
 Vsento, VXENTVM.
 Vstica, EVONYMVS.
 Vtrecht, TRAIECTVM, LVGODVNVM, VTRICESIVM, TRICESIMÆ.
 Vuerne, PLEVMOSSII, BLOETINI.
 Vui, VAGA.
 Vulcania, HIERA.
 Vulcanos, ASINE.
 Vulsi, STYMPHALVS.
 Wurmserloch, RHÆTICA *Iuga*.
 Wurtzgarten, CARPATES.

Vuziterno, ARRIBANTIUM.
Vxilica, IALYSUM.

X.

Xacca, AD AQUAS.
Xaismael, PERSIA.
Xalon, SALO.
Xantoigne, Xantes, SANTONES.
Xativa, AVGVSTA VALERIA, SÆ-
TABIS.
Xelfa, CELSA.
Xenil, SINGVLIS.
Xenoxua, HERACLEA.
Xerea, ASTA.
Xeres de la Frontrera, XERA, ASTA,
& ASSIDONA.
Xerolibado, CITARIUS.
Xetafe, TITVACIA.
Xili, ONVGNATHOS.
Xylocastro, ÆGIRA, ÆGINA.
Xiria, PHOLOE.
Xoa, AZANIA.
Xucar, SVCRO.

Y.

YBelim, GETH.
Yerisco, PANORMVS.
Yhadeda, MILLEA.
Yhasibli, CACYPARIS.
Ymwithig, VRICOVIVM.
Yniesta, EGELASTE.
Ynis Ruochijm, THANATHOS.
Yorck, EBVRACVM.
Yres, ATHENOPOLIS, OLBIA.
Yri, PHLIVS.
Ysel, FLEVVM.
Yssel, FOSSÆ *Drusianæ*.
Ysere, ISAR.
Ywerdhon, HIBERNIA.
Yuica, EBVSVS.
Yumach-cama, PERSICVS. *Sinus.*

Z.

ZAbbay, PARADISVS.
Zabern, TABERNÆ.

Zaconia, LACEDÆMON.
Zacuth, EVRYMEDON.
Zafatan, CLVPEA.
Zaffo, IOPPE.
Zagarolo, MARIANA *Villa*, GABII.
Zagari, SANGARIVS, CALPAS.
Zagathay, BACTRIANA.
Zagrabia, VICVS ITALICVS.
Zaguria, DEVELTVS.
Zahara, LIBYÆ *Deserta*. ARABICVS
Sinus.
Zambre, CAMBRE.
Zambri, ARMVZIA.
Zamora, ORCELIS, SISAPONE.
Zanagra, AVTOMALA.
Zanguebar, AGISYMB A.
Zante, ZACYNTHVS.
Zaqueismael, SVSIANA.
Zara, IADERA.
Zarra, LIBYÆ *Deserta*.
Zashalon, CENTVM COLLES.
Zata, CORNACVM.
Zazella, TONICA.
Zea, CIA.
Zeb, AVRASIIVS.
Zeeblack, SOPIANÆ.
Zeilan, NANIGERIS, TAPROBA-
NA.
Zeython, APHETERION.
Zelie, ALPES IVLIÆ, CYZICVS.
Zeisselmaur, CECIA.
Zelbic dibes, ARMENIA MAIOR.
Zema, IDVBEDA.
Zenderin, SINGIDONVM.
Zenzibar, AGISYMB A.
Zepd, CILICENÆ.
Zerbi, LOTOPHAGITES, ZETHA.
Zerocin, IESRAEL.
Zerunaz, ADRA.
Zia, CEOS.
Zibelletto, BYBLOS.
Zidem, OCELIS.
Ziegainer, ZEUGITANA.
Zigea, SEGESTICA *Insula*.
Zygeth, METVBARRIS.
Ziglio, IGINIVM.
Zijgna, ACHARDEV S.
Zimat, ZAMETOS.

Zina,

Zina, PAMPHYLIA.
 Zingani, & Zingari, ZEUGITANA.
 Zinira, SERABIS.
 Zipangri, CHRYSE.
 Zircknitzerse, LVGEVM *Lacus*.
 Ziton, THEBÆ.-
 Zitracha, ALBANIA.
 Zizeris, AVGVSTA *Vindelicorum*.
 Zocoroph, ARABICVS *Sinus*.
 Zocotora, DIOSCORIDV.
 Zoegua, BESBICVS.
 Zonichia, PVLVS.
 Zothezauea, TYRAS.
 Zotophac, LOTOPHAGITES.
 Zuachem, PTOLEMAIS.

Zucamini, OROPVS.
 Zuchala, ISTHMVS *Taurica Cherso-*
nesi.
 Zuchria, PELLA.
 Zues, POSIDIUM, ARSINOE.
 Zuger, TVGENI.
 Zuglio, CARNICVM IVLIVM.
 Zuiria, ALBANIA.
 Zulpich, & Zulg, TOLBIACVM.
 Zunchio, EPITALIVM.
 Zukak, FRETVM *Herculeum*.
 Zurich, TIGVRINVS *Pagus*.
 Zurzach, GANODVRVM.
 Zurzach, & Zurich, FORVM *Tiberij*.
 Zutphen, SICAMBRI.

FINIS.

FF 2 RERV M



R E R V M E T V E R - B O R V M I N D E X.

A.



Bigas fluvius, AVRASIVS.
 Abrittus urbs, DECII Ara.
 Achates lapis, ubi inveniatur,
 CHARIDEMI Prom.
 Acræa, IVNONIS Prom.
 Adcantuânus, vel Adiatomus, SONTIA-
 TES.
 Ægialogia, liber sic dictus, CVMERVVM.
 Ælia, & Helia, pro Helvia, malè legitur,
 RICINENSES.
 Æliani locus macula liberatus, RHISO-
 PHAGI.
 Æstus maris ubi vix deprehenditur, BAL-
 TICVM Mare.
 Æthicus monstroforum vocabulorum au-
 ctor, GANGES.
 Æthiopes etiam Indos vocari, RHIZO-
 PHAGI.
 Africæ pars veteribus incognita, A GY-
 SYMBA.
 Agathias emédatus, NEPHTHALITÆ.
 Agathias & Procopius conciliantur, TAV-
 RESIVM.
 Agri arena obruti, TOLIAPIS.
 Agrippinæ Neronis matris patria, AGRIP-
 PINA.
 Alarici regis sepultura, CASVENTVM.
 Alexandri Magni patria, PELLA.
 Alexandri Magni milites homonymia de-
 cepti, SILYS.
 Aloë, unde, DIOSCORIDV.
 Amazonum domicilium, ubi, THEMIS-
 CYRA.
 Ambrus fluvius, VIRVCINATES.
 Americam falsò vocant Hispani Indiam,
 ATLANTIS insula.
 Amma fluvius, CHRYSORRHOAS.
 Ammianus castigatur à Rhenano, SEBV-
 SIANI: SCALDIS.
 Ammiani locus coniectura restitutus,
 RHÆTI.
 Ammiani locus animadversus, CHA-
 TRACHARTA.
 Amphaxis regio, ARETHVSA.
 Amymone puella, LERNÆVS.
 Anaxibia nympa, ANATOLE.
 Annibal meretricio amori deditus, SA-
 LAPIA.

Annius nugator, ECALIDVS: EGELI-
 DVS: VITERBVM.
 Anteradensis insula, PARIA.
 Antoninus in Itinerario restituitur, ÆMO-
 NIA: SARABRIS.
 Antonius Curchinus est, quem vulgò Hai-
 thonum appellant, CIMMERII.
 Antrigones populi, FLAVIOBRIGA.
 Aphytocora arbor, HYPOBARVM.
 Appiani Alex. lapsus, CARTHAGO No-
 va.
 Aquensium civitas, TARBELLA.
 Aqua omnes alias Græciæ pulchritudine
 antecellens, LADON.
 Aquæ sulfureæ, ubi, VADIMONIS.
 Arena vitri fertilis, BELVS.
 Argantonius regulus, TARTESSIDEM.
 Aristotelis patria, STAGIRA.
 Arvaci populi, MELANGE.
 Asarum herba ubi, VOGESVS.
 Asparagus ubi optimus, NESIS.
 Ateibecheis urbs, NATHO.
 Atergatis Dea, BAMBYCA.
 Athaulfus rex, ROMA.
 Aventini & Taurini hallucinatio, ZAR-
 MISOGETHVSA.
 Aures magnæ quibus sunt gentibus, SAT-
 MALI.
 Auscitana provincia, TARVSATES.
 Ausonij locus emédatus, VELOCASSES.
 Avus fluvius, ÆNIANES.

B.

Bacchus ubi enutritus, MEROS.
B Bartholomæi vallis, FOCVNATES.
 Becanus Iornandem carpit, TYRAS.
 Belgæ, Britannicæ populi, AQVÆ Solis.
 Bellivorum castellum, SCALDIS.
 Bellonius deceptus, BVCEPHALOS.
 Bergo insula, DEMONESOS.
 Bierfletum opidum, SCALDIS.
 Bylfeldum opidulum, TEVTOBVR-
 GENNIS Saltus.
 Blondus Plinium malè citat, ERIDA-
 NVS.
 Blondus & Leander malæ lectionis taxan-
 tur, GALLICANVS.
 Blondi hallucinatio, PRILLE.

Blondus

D.

DAgobertus rex, RIGODVLVM.
 Decebalus rex, SARGETIA.
 Derceto dea, BAMBYCA.
 Dij immortales propriis utuntur vocabu-
 lis, BATHIEIA.
 Dingelsingum urbs, TIBERINA Castra.
 Diomedis stabulum, TINDA.
 Dionysij Alexand. error, CASSITERI-
 DES.
 Dionis lectio, Taciti præfertur, F O S S A
 CORBV LONIS.
 Diugunti populi, FORVM DIVGVN-
 TORVM.
 Distantia freti inter Caletum & Doverum
 opida, ICCIVS.
 Dom. Nigri lapsus, CAMPI LAPIDEI:
 NICOMEDIA.
 Dumnij populi, ISCA.

E.

E Littera præposita vocabulis Latinis
 ab S incipientibus, Hispani & Galli
 sua faciunt, IBERIA : & SCALDIS.
 E secūdam vocalem, eodem sono quo r o s
 I tertiam, pronuntiant Britanni. HI-
 BERNIA.
 Electrum ferentes arbores, HYP O B A-
 RV M.
 Elixoia insula, CARAMBVCIS.
 Errit opidum, HYRCANIA.
 Erythræi lapsus, BRIGANTINVM.
 Evonymus arbor ubi nascitur, O R C Y-
 N I V M.
 Eusebij error, MAZACA.
 Eustathij error de columnis Herculis, A-
 LYBE.
 Eustathius defenditur aduersus Guilandi-
 num, MARE Rubrum.

F.

FAzellus fallit, TIMETHVS.
 Fazellus Ptolemæum redarguit, SIMÆ-
 THVS.
 Ferrea porta, locus, CAVCASIAE.
 Ficana urbs, FIDINÆ.
 Flissinga opidum, SCALDIS.
 Florianus notatur, ESTABERV M.
 Fluvius stagno per quem decurrit se nō im-
 miscens, PITORNIVS.
 Fluvius subter mare defluens, ALPHEVS.
 Fluvius Ionæ gelidissimus, ALES.
 Fluvius sub terra immergens, ANECVS
 HELICON.

FF 3

Fluvius

Blondus nodum solvit, RVBICON.

Bochonium opidum, SCALDIS.

Bonacciolus & Xylander dissentientes, VO-
 MANVS.

Bofa urbs, FLEXVM.

Brongus fluvius, ANGRVS.

C.

CAcodæmonis cunnus, HERCVLIS
 COLUMNÆ.
 Cæsaris locus restitutus, FLVSTATES.
 Cæsaris locus delibatus, TECTOSAGES.
 Cale portus, LVSITANIA.
 Calicadnus fluvius, SELEVCIA.
 Canariæ insulæ quando inventæ, FOR-
 TV NATÆ.
 Caninis capitibus populi, CYNAMOLGI.
 Carei populi, SOSICVRÆ.
 Carthaginensium fœdus ictum cum Ro-
 manis, ubi, ÆGATHES.
 Castelletum arx, SCALDIS.
 Caspirei populi, MODVRA.
 Cataonia præfectura, CABASSVS.
 Catuli Melitæi, ubi, MELITA, & ME-
 LITE.
 Celtica aqua, DANVBIVS.
 Ceraforum copia, ubi, PRVSA.
 Chartæ usus ubi inventus, PERGAMVS.
 Chiromantica gens, ZEUGITANA.
 Chrinni montes, SILYS.
 Ciceronis Villa, ACADEMIA, ARCA-
 NV M.
 Cicero emendatus, FORVM VOCONII.
 Cilini populi, AQVÆ Calidæ.
 Clarius amnis, ÆPEIA.
 Claudiani versus illustratus, VRBEM.
 Claudiana regio, DOBVNI.
 Clavis Ægypti, PELVSIVM.
 Cleon latro, IVLIOPOLIS.
 Cn. Carbo ubi cum Cimbris confligit, NO-
 REIA.
 Colossenses qui, RHODVS.
 Comara locus, LEGIO Germanica X.
 Comuni populi, FORVM IVLIVM.
 Conradus Lichtenavius notatur, CO-
 MV M.
 Corybantes ubi, SAMOS.
 Corvi insula, DEMONESOS.
 Croia, quid significet Epirotis, ANTIGO-
 NIA.
 Crusei populi, CHERSONESVS THRA-
 CIAE.
 Cyzicenum marmor, PROCONNESVS.
 Czernigo urbs, HYPACYRIS.

Fluvius totius orbis maximus, **NILVS**.
 Fœderatorum flumen, **SALDVBA**.
 Fons rapidus, **OEASA**.

G.

G & Z Itali eodem ferè sono pronuntiant,
IGINIVM.
 Galeni patria ubi, **BERGAMVS**.
 Gallie reges ubi coronantur, **DVROCOT-**
TORVM.
 Gallorum strages, **TICINVM**.
 Gaureteos portus, **ANDROS**.
 Gaulanitis regio, **GAMALA**.
 Gebel, quid significet Arabibus, **CALPE**.
 Gellius ex Plinio, aut Plinius ex eo casti-
 gendus, **SCIOPODÆ**.
 Geminiana petra, **AVRASIVS**.
 Gens quæ magis serpere quam ingredi vi-
 detur, **HIMANTOPODES**.
 Ger. Mercatoris laus & fides, **ARSENA-**
RIA, COLAICVM.
 Geta fluvius, **DIABLINTRES**.
 Gilbertus Lymburgius, **TVNGRORVM**.
 Fons.
 Gingiber unde ad nos adferatur, **BAR-**
BARIA.
 Gisfortium opidum, **VELOCASSES**.
 Gordiani Imp. tumulus, **CIRCES-**
SVM.
 Gorga civitas, **NEPHTHALITÆ**.
 Quad, quid Arabibus significet, **ANAS-**
BÆTIS.
 Guilandinus reprehendit immeritò Eusta-
 thium, **MARE Rubrum**.
 Guttur ubi incolis intumescit, **MEDVL-**
LI.

H.

H Adrianus cū aspiratione debere scribi,
HADRIANI Imp. sepulch.
 Hania fluvius, **SCALDIS**.
 Hectoris Boëthij error, **GESSORIA-**
CVM.
 Hediphon fluvius, **SELEV CIA**.
 Helia & Aelia, pro Helvia malè legitur,
RICINENSES.
 Helvius, Pertinacis Imp. prænomen, **PE-**
LVSIVM.
 Herculis delubrum, **GADES**.
 Hermæus fluvius, **THYATIRA**.
 Hermolaus Barbarus hallucinatus, **TIN-**
GIS.
 Hermolaus à Stephano seductus, **THV-**
RIVM.
 Herodoti interpretis lapsus, **CARIA**.

Heroldi error, **TARBELLI**.
 Hieronymus reprehëditur à Postello. **CÆ-**
SAREA Palæstinæ.
 Hieronymi Ruscelli error, **ALYBE**.
 Hispanorum originis & nominis coniectu-
 ra, **IBERIA**.
 Honte fluvius, **SCALDIS**.
 Horatij carmen explicatum, **BASTVLI**.
 Hordei insula, **IABADII**.
 Hycca piscis, **HYCCARA**.

I.

I Amphorina arx, **MÆDIA**.
 Indi colorati, **RHIZOPHAGI**.
 Indiam falsò Americam vocant Hispani,
ATLANTIS insula.
 Indigetes populi, **EMPORIÆ, IVNGA-**
RIA.
 Insula maris æstu in fundo depressa,
THASSVS.
 Io. Camers seductus, **THANATOS**.
 Io. Bodini error. **BABYLONIA**.
 Ioan. Heroldi error, **ATVRRVS: TARB-**
BELLI.
 Ioannis Austriaci victoria navalis, **ECHI-**
NADES.
 Iornâdes hallucinatur, **BORYSTHENES:**
RAVENNA.
 Iornandes valde deprauatus auctor, **PHI-**
LIPPOPOLIS.
 Irlandiæ etymon, **HIBERNIA**.
 Isacij Tzetis fides desideratur, **ÆGES-**
TEORVM.
 Italiæ pars, Sicilia dicta: **LAGARIA: MI-**
STRÆ: NEÆTHVS.
 Iustiniani Imp. patria, **TAVRESIVM**.
 Iuvenalis versus animadversus, **CAMBRE-**

L.

L Acus miræ naturæ, **LVGEVM: MAN-**
DVRIVM.
 Lacus marinus, **PRILLE**.
 Leander sibi minimè constat, **METAV-**
ROS.
 Leandri error, **ÆOLIÆ: ASTVRA: CA-**
NVSIVM: FLVENTIA: SELI-
NVS.
 Leptiminus, & Leptimagnus, **LEPTIS**.
 Libri Notitiarum error, **ANAMASCIA**.
 Ligystica urbs, **COLCHIS**.
 Liliij lapsus, **THESSALIA**.
 Lilingia piscis, **ASCANIA**.
 Limici populi, **FORVM LIMICO-**
RVM.

Limno-

Limnothalassa, FOSSÆ MARIANÆ.
 Longaticum locus, FRIGIDVS.
 Lotharingæ tabula, VOGESVS.
 Lyfa fluuius, MENARICVM.

M.

M Pauli Veneti error, AGYSYMBÆ.
 Maioranus Imp. ubi occisus, HIRIA.
 Mare quod Græci navigant, OCEANVS ATLANTICVS.
 Mare spectatu dignissimum, PONTVS EVXINVS.
 Margus fluuius, ANTI OCHIA Margiana.
 Mariangeli Accursij lapsus, CLYLIPENVVS.
 Martialis restitutus, BILBILIS.
 Martianus emaculatur, SARDINIA.
 Mastix ubi provenit, CHIOS.
 Melæ suffragantur numismata, TEANNVM.
 Melesses populi, ORINGIN.
 Meri populi, CARRHÆ.
 Mons totius orbis maximus, SEPHER: TAVRVS.
 Montes ex piscibus facti, TINNI.
 Murbogi populi, BRAVVM.

N.

N Eapolitani reges ubi coronari soleāt, NBARIVM.
 Neda fons, LYCÆVS.
 Nerusij populi, VINTIVM.
 Niger sibi minimè constans, VERVCA.
 Niger videtur errare, SOSIPPVS.
 Niger & Leander decepti, HELVINVM: LAVS.
 Nisbara urbs, HVCVMBRA.
 Nischanabe urbs, HVCVMBRA.
 Noë arca ubi constiterit, PAROPAMISVS.
 Numismata suffragātur Pomponio, TEANNVM.

O.

O Ctauani populi, FORVM IVLIVM.
 Onagri maximi ubi, CLAVDVS.
 Onias fluuius, DVLICHIVM.
 Ophites, marmoris genus, NAXOS.
 Opidum ex sesquifluvio factum, TESSVINVM.
 Optima mala ubi nascantur, MORDIÆVM.

Orbis terræ spatia qui nosse profitentur, NASAMONES.

Orosius emaculatur, BVRA.
 Ostrea ubi optima, RVTVPIÆ.
 Otho Frisingensis notatur, COMVM.
 Ottomannorum familia unde, ITEA.
 Ovidij patria ubi, SVLMO.
 Ovis avium & avena qui alūtur, OONÆ.

P.

P Litteram non habent Arabes, HISPALIS.
 Pachimeri error, TVNES.
 Palmarum copia ubi, ELIS.
 Pandani populi, BVCEPHALA.
 Pandionis regia, MODVRA.
 Pantalena insula, MVSICANA.
 Pantalía urbs, MÆDI.
 Penestia regio, ONÆVM.
 Pentri populi, BOVIANVM.
 Perrhebij populi, ORTHÆ.
 Pet. Olivarius deceptus, AXIOPOLIS.
 Petra pilosa opidulum, STRIDON.
 Perticetum locus, FORVM GALLO- RVM.
 Philippus Iacobus Hoëfman, RIGODVLVM.
 Phliarus fluuius, HOPLIAS.
 Picium opidum, SEDECVLA.
 Piculia urbs, PICENTIA.
 Pineti error, MOLYBODES.
 Pintianus fallitur, BEGIALIS; ORGANANA.
 Pintianus Plinium restituit, EVGANEI.
 Pisces transmutatos in montes, TINNI.
 Plauti patria quæ, SARSINA.
 Plavus fluuius, EQVILIVM.
 Plethon Ptolemæi simia, PAMISVS.
 Plethonis locus animadversus, PYLVS.
 Plinius emaculatur, ALBA AVGVSTA: ANTI OCHIA Margiana: ASTROMELA: BÆBRO: EBVROBRI- TIVM: & VACCA.
 Plinij locus à Pintiano emendatus, SEBASTOPOLIS.
 Plinij antiqua lectio reponēda, cōtra Rhenanum, VISTVLA.
 Plinius ex Gellio, aut Gellius ex eo castigandus, SCIOPODÆ.
 Plinij locus adnotatur, HYPOBARVM: ZIZERVM.
 Plynium opidum, MARMARICA.
 Pomponij locus coniectura emendatus, SILVRVM.

Pomponius emendatur, NAGIDOS.
 Portula opidulum, STRIDON.
 Pramnium vinum, LATOIS.
 Præcutini populi, IUVANTIVS.
 Prima porta, CREMERA.
 Primentum opidulum, STRIDON.
 Procopij error, BASILIA.
 Procopius & Agathias conciliatur, TAVRESIVM.
 Prole insula, DEMONESOS.
 Propria nomina non debet significativè interpretari, SYMBOLVM Portus.
 Propriis nominibus carens gens, ATLANTES.
 Proserpina ubi raptata, PERGVS.
 Ptolemæus ex Strabone & Arriano castigandus videtur, SYMBOLVM Portus.
 Ptolemæus dissentit ab aliis, PORTVS MONOECI.
 Ptolemæus à Fazello reprehenditur, SIMÆTHVS.
 Ptolemæus contra Pintianum defenditur, DIANÆ Fanum.
 Ptolemæi error, LONDINIVM: VESVLVS.
 Ptolemæi locus dubius, MADISANITES.
 Ptolemæus arguitur, ICARIVM.
 Ptolemæus emendatus, CVPRÆ.
 Ptolemæus Græcus corrigitur, LARISSA.
 Pulcrum est regionibus Christianorum nomina indere, PONTVS.

R.

Ransdorp opidulum, FOSSÆ DRVSIANÆ.
 Regionum confinia ab auctoribus confundi, AMPHIPOLIS; APOLLONIA Taulantiorum; PHILADELPHIA; TAVRESIVM: & VLPIANVM.
 Rhellicanus fallitur, ELAVER.
 Riparioli populi, RIPVARIIL.
 Ripsdorf vicus, TALLIATES.
 Ritus lususque quibus summum bonum sit, TIBARENI.
 Rob. Cœnalis hallucinatio, STALIOCANVS.
 Romæ urbis mater primaria, LANVVIVM.
 Romanorum cum Carthaginiensibus fœdus ictum, ubi, ÆGATHES.
 Romelia ditio, POLICHNION.
 Romerosuala urbs, SCALDIS.
 Rotunda, uti Lyciorum lingua vocantur, PINARA.

Rupela fluvius, SCALDIS.
 Ruremunda urbs, TRAIECTVM.

S.

Sale stagnum, SIPYLVVM.
 Saliocanus vocabulum malum, peius interpretatur Cœnalis, STALIOCANVS.
 Satafispis navigatio, SYLOES.
 Scherenbeeck opidulum, FOSSÆ DRVSIANÆ.
 Scipionis sepulcrum ubi, LINTERNVM.
 Scodra urbs, DRILO.
 Scutij, COTTIÆ Alpes.
 Seb. Corradus somniat, THYRIVM.
 Seneca defenditur, contra Martinum Delrio, MARE Rubrum.
 Serpentinum marmor unde, NAXOS.
 Sex. Aurelij mendam sublatum, LOTOPHAGITES.
 Sext. Rufi error, MAZACA.
 Siduni populi, PEISO.
 Sigeberti error, AMBIANI.
 Silius vindicatus à mendo, ARETHVSA.
 Simlerus fallitur, SVCCVBAR: IVLIOPOLIS.
 Sindiceni populi, TEANVM.
 Sindualus rex, BRENTORVM.
 Siptachora arbor, HYPOBARVM.
 Sogor gens, TIL.
 Soldurij, vel Siloduni, SONTIATES.
 Spa pagus, TVNGRORVM Fons.
 Stephani Taurini, & Aventini hallucinatio, ZARMISOGETHVSA.
 Stephanus Hermolaum seducit, THVRIVM.
 Strabonis error, ASPHALTES: SAVS.
 Strabo correctus, NAGIDOS.
 Strava opidum, HYRCANIA.
 Stuckij lapsus, SEBASTOPOLIS.
 Suetij populi, SALINÆ.

T.

TAmuga civitas, AVRASIVS.
 Tamerlani regia, MARACANDA.
 Taraffa hallucinatur, IDVBEDA.
 Tartari ubi primùm habitant, IMAVS.
 Tartariæ Imp. ubi sepeliantur, IMAVS.
 Tatanum locus, LEGIO GERMANICAX.
 Temerinda, vox Germanica, MÆOTIS.
 Tenera fluvius, SCALDIS.
 Terra omnia vulnera sanans, PAROSTA.
 Thebes campus, THEBE.
 Theodora Imp. VLPIANVM.

Theveti

Theveti fides infimulatur, ARMVZIA;
 DEMONESOS; ENIPEVS; GE-
 DROSIA; INDI; MALIACVS;
 MEROE; PANYASVS; STRYMON;
 TAPROBANA; THEMISCYRA.
 Thoas rex, LEMNOS.
 Tina fluuius, CORSTOPITVM.
 Traiani Imp. tribunal ubi, OZOGARDA.
 Traianus Imp. ubi obierit, SELINVS.
 Traminum vinum, RHÆTICA IVGA.
 Turci vnde, IAXARTÆ.
 Turci quo nomine appellent Christianos,
 EVROPÆI.

V.

VAlca pagus, CREMERA.
 Valeria Diocletiani Imp. filia. VALE-
 RIA.
 Vandala regina, VISTVLA.
 Vardali populi, TRITIVM TVBORI-
 CVM.
 Vediantij, vel Vesdiātij, CEMENELEVVM.
 Velen vicus, VELICER.
 Venlona urbs, MEDERACVM.
 Vernaciolum vinum, RHÆTICA IVGA.

Victorius Ptolemæum & Strabonem erro-
 ris arguit, ILVA.
 Virgilij locus delibatus, VERBANVS.
 Virgilij locus illustratur, RHIZOPHAGI.
 Vitri fertiles arenæ, BELVS.
 Vorago sub Oceano, TOLIAPIS.
 Vr, Germanorum vocabulum, quid signifi-
 cet, TAVRISCI.
 Vxoribus carens gens, ABVS.
 Wilebrodus episcopus, VTRICESIVM.

X.

Xylander Strabonem emaculat, E M-
 PORIÆ.
 Xylander & Bonacciolus dissentiunt, VO-
 MANVS.

Z.

Z & G eodem ferè sono pronuntiant Itali.
 IGINIVM.
 Zardus reprehenditur, CARRHÆ.
 Zenodotion opidū, OSPHOENORVM.
 Zielas rex, PRVSA.
 Zogoria regio, ZEUGITANA.
 Zotale fluuius, ANTIOCHIA Margiana.

FINIS.

APPROBATIO.

*Hac Synonymia Geographica magno quidem studio & industria concinnata, quod
 sanctæ Catholice Rom. Ecclesie religioni contrarium sit, continet nihil, eaq; cogno-
 scendis antiquitatis historiis, & intelligendis poetis longè utilissima, & ad publicum
 usum, vt imprimatur, dignissima. Datum Antuerpia anno M. D. LXXVI.
 Die XXVI. Iunij.*

Henricus Zibertus à Dunghen, S. T. D.
 Canonicus Antuerpiensis.

PRIVILEGII CÆSAREI SVMMA.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti, publico Edicto cautum & sancitum est, ne quis cuiuscumque status, gradus, ordinis, aut conditionis fuerit, quacumque sacri Romani imperij, & ditionis eius fines patent, quacumque probatorum auctorum opera, quotquot vel hæctenus nondum impressa, vel ab aliis quidem impressa, nouis autem deinceps scholiis, annotationibus aut Commentariis aucta & illustrata, Christophorus Plantinus ciuis & typographus Antwerpensis primus typis procuderit, intra proximum sexennium à prima cuiusque operis aut voluminis editione, vlllo pacto eiusdem vel diuersi characteris forma excudat, aut excusa ab aliis, intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahatur manifestè vel occultè, sub pœna decem Marcharum auri puri, quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, residua verò pars prænominato Plantino cedat, præter librorum ad imitationem impressorum amissionem, quos idem Plantinus vbicumque locorum nactus fuerit, per se, vel suos, adiumento Magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi Edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas. Datum in ciuitate Viennæ Austriae, die vigesima prima mensis Februarij, Anno Domini M. D. LXV.

Subsig.

Maximilianus.

Ad mandatum sacrae
Cæs. M. proprium,

Haller.

PRIVILEGII REGII SVMMA.

CAVTVM est diplomate Regio, nequis hunc librum cui titulus est, Abrahami Ortelij Antuerpiani, Synonymia Geographica, in hisce sua Maiestatis ditionibus præter Christophorum Plantinum vlllo modo, proximo octennio imprimat, vel alibi impressum importet aut venum exponat, sub graui multa, vt latius habet Priuilegium; Datum Bruxellis 10. Augusti, anno Domini M. D. LXXVI.


Signat.

Iac. Blyleuen.

ANTVERPIÆ EXCVDEBAT CHRISTO-
PHORVS PLANTINVS, ARCHITYPO-
GRAPHVS REGIVS, ANNO DOMINI
M. D. LXXVIII. PRID. KAL. AVGVSTI.

77-113
Sept. '76
DeGraaf

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637



3770
8757

75/72/135

